BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
14 — I
27

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
III. 13. e

62. b. 14.
II 20 D
III 20 D

Digitized by Google

Digitized by Google

H. Eccl.
Cent. 407

Digitized by Google

ANTIQUITATUM ECCLESIÆ

in quarto

post natum CHRISTUM seculo

EVANGELICÆ

Et hodiernæ ὁμοψήφου,

Tomus PRIOR,

in quo agitur de

Seculi scriptoribus, & scriptis, Ecclesiæ Ministerio, Fidei principio, articulis, & symbolis, in genere, & in specie de Deo, ejusque operibus, Angelis præcipue & hominibus, integris pridem, deinde in peccatum lapsis;

Sicut ea dogmata congrua sunt SS. literis & Augustanæ Confessioni:

quibusvis Heterodoxis, modernis præsertim,

Oppositarum:

STUDIO ET OPERA

BALTASARIS BEBELII,

S. Theologiæ Doctoris & Professoris Publici Ordinarij in Universitate; & Ecclesiastis in summo templo, Argentoratensi.

ARGENTORATI,

Sumptibus JOHANNIS EBERHARDI ZETZNERI,

ANNO M. DC. LXXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

Sereniſſimo Celſiſſimoque

PRINCIPI *ac*

DOMINO DN. CAROLO GEORGIO

COMITI PALATINO RHENI, BAVARIÆ DUCI, COMITI VELDENTIÆ, &c.

Domino ſuo Clementiſſimo

Antiquitatum ſeculi quarti Eccleſiaſticarum Tomum PRIOREM

Ea qua par eſt humillima animi ſubmiſſione & veneratione d. d. d.

BALTASAR BEBELIUS, D.

Digitized by Google

SERENISSIME PRINCEPS
DOMINE CLEMENTISSIME!

OPeræ pretium esse maximum, ut res, seculo post natum ex homine DEUM quarto, in Ecclesia Christiana gestæ accuratius expendantur, id vero plura argumenta peritis rerum arbitris persuadent. Primo omnium

Digitized by Google

omnium ipſe Spiritus ſanctus; qui ſapientiæ & ſcientiæ ſpiritus eſt; & ipſius organum longe præſtantiſſimum, Johannes Apoſtolus & Evangeliſta, id perſuadent; huic enim iſte jam olim revelaverat, & ſcribenda dictaverat, fata Eccleſiæ etiam hac ætate florentis. Non quidem convenit Theologis Evangelicis omnibus de ſingulis, in omnibus temporum in Apocalypſi notatorum momentis, & rerum minutijs; attamen in eo omnes conſpirant, quod liber iſte agat de ſtatu Eccleſiæ à temporibus Johannis ad extremum usque diem, & finem mundi futuræ; Quare convenerit ijsdem inter ſeſe etiam de eo temporis articulo, qui non minimum rerum geſtarum partem facit, nempe ſeculo quarto, ſtatuendo, quod hujus quoque periodi res geſtæ fuerint prædictæ.

Quorundam ſententia ad ſeculum quartum reſpicit tubicinium Angeli quinti, Apoc. IX. 1. ſeqq. quippe quo ſonante ſtella de cœlo decidit in terram; ea vero ſtella Arius eſt, qui ſeculo quarto, relicta veritate

Digitized by Google

in Hæreticum degeneravit, & multos seduxit. So ist nun (ita Lutherus præf. in Apocal.) das erste Weh/ der fünffte Engel/ Arius/ der grosse Kätzer/ und seine Gesellen/ der die Christenheit so grewlich geplagt hat in aller Welt/ daß der Text wol hie sagt: die frommen Leute wären lieber gestorben/ dann solches gesehen/ und haben doch solches müssen sehen/ und nicht sterben. Ja/ er spricht/ der Engel auß der Höllen/ genandte verderber/ sey jhr König; alß wolte er sagen: der Teuffel reite sie selbst. Denn sie nicht allein geistlich/ sondern auch leiblich/ mit dem Schwerdt die rechten Christen verfolgt haben: Ließ die Geschicht von den Arianern/ so wirstu diese Wort und Figur wol verstehen. Quem sequitur Cluverus, comment. ad l. cit. *Hæreses,*

ſes, inquiens, &c. Remittit nos ad Tom. I. propoſ. IV. f. 83. ſeqq. ubi Lutherum ſecutus ſtatuerat, Arium per ſtellam iſtam deſignari; & probat, remotius quidem, ex Patribus, Auguſtino, Primaſio, Andrea, Areta, Beda; & Scholaſticis vetuſtioribus Alberto, Anshelmo, Carthuſiano; & alijs, *qui, ſicut per tertium va Antichriſtianam tyrannidem, ſic per primum va Hæreticos, aut tyrannos, Antichriſti præcurſores; per alterum vero alios ejusdem Antichriſti paraſitos vel ſatellites intelligunt.* f. 84. n. 111. Proprius vero maximè ex conſequentibus, quæ ſunt: tubicinium Angeli ſexti c. IX. 13. ſeqq. quo ſoluti ſunt Angeli quatuor ad Euphratem hactenus ligati; & aditus patefactus eſt barbaris gentibus, ad invadendum imperium Romanum, & debilitandum illud per immaniſſimas cædes: Secutus inde eſt Antichriſtianiſmus, cum, fractis imperij Romani viribus, non eſſet, qui beſtiæ ſepticorni efficacius reſiſteret. Stante hac explicatione, ſeculo igitur quarto fuit *cælum* aliquod, id

vero

vero Eccleſia eſt, & quæ ad Eccleſiam pertinent; cœli, cœlorumve regno ſæpius, etiam ab ipſo ſalvatore noſtro, nuncupata; Matth. XIII. 24. 31. 45. c. XX. 1. XXII. 2. ſeqq. Et in cœlo *ſtellæ*, quæ ſunt non inanimatæ illæ creaturæ in cœlo ſidereo; utpote quæ *claves* non habent, quas hæc ſtella cadens accepit; ſed animatæ, i. e. Eccleſiæ miniſtri, ita explicante myſterium ipſo Dei Filio Apoc. I. 20. Talis fuit Arius Presbyter in Eccleſia Alexandrinorum, & ſequaces ipſius Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi innumeri, in errorem cum ipſo abrepti, & lumine ſuo Eclipſin paſſi; Et in ſtellis *lumen*; quod eſt verbum Dei, Pſalm. CXIX. 105. revelatum in S. literis, quibus qui attendit, reſpicit ad lumen, in loco caliginoſo lucens; 2. Pet. I. 19. & expoſitum in fidei articulis, qui ſunt luminis iſtius extantiora & majoris magnitudinis ſidera; qnorum ſcientia qui pollet, ut pollere debent præ alijs Eccleſiarum Miniſtri, ſtellæ ſunt; ſed deſinunt eſſe, ubi errorum tenebræ lumini veritatis ſuccedunt. Lumen illud Ec-

cleſiæ

leſiæ Miniſtri fœnerantur à *Sole* juſtitiæ, ui Chriſtus eſt, Malach. IV. 2. Luc. I. 78. .mittunt illud lumen ipſi & alij, cum *è cælo ecidunt in terram*, ut decidit Arius, cum)eitatem Chriſti, adeoque Deum ipſum,)negavit, & impugnavit. Lapſus ille acce- it *clavem ad puteum abyſſi*, & *aperuit eun- :m*, cum inſtinctu Sathanæ doctrinam & creta dæmoniorum velut ex orco evocavit, : in Eccleſiam introduxit. Erant hæc in- ar fumi ſurgentis, & obſcurantis in aëre .entium humanarum veram de Chriſto aximè doctrinam, & generantis ex ſeſe lo- iſtas, Hæreticos multos, & varios, ex Ariana ereſi natos, Semiarianorum, Acaciano- m, Eunomianorum, Macedonianorum, iotinianorum, aliorumque, in Hæreſiolo- a partis ſecundæ enumerandorum; per ios immaniſſima damna Eccleſiæ illata nt, non quidem tam corporè, quam ani- a, cujus peſtis eſt hæreſis; Attamen & cor-)re; Quos enim blandiloquentia ſua ſe- icere non poterant, eos leonina ferocia

terrere, & armis violentis frangere ſatagebant, omnia inſtinctu Angeli abyſſi, regis ſui, i. e. Diaboli, Apoc. XX. 1. qui pater eſt mendacij, & ab initio homicida. Joh. VIII. 44.

Alij, ſeculum quartum in Cap. VIII. 7. quærunt, intelligentes per Angelum inter ſeptem primum, Arium, & per ſecundum verſ. 8. Macedonium; quorum uterque hæreſin ſuam ſpargere cœpit, & dilatavit ſeculo quarto. Paraphraſis Vinarienſis, in Apocalypſin, auctore, ut fertur, B. Dn. D. Gerhardo, elaborata, per quartum Angelum Arium intelligit, per cujus hæreſin doctrina de Chriſto, qui ſol eſt, in Eccleſia Dei, quæ luna eſt, apud ſtellas, qui Eccleſiæ miniſtri ſunt, fuerit corrupta.

Tres hæ ſunt eminentiores Theologorum noſtrorum ſententiæ; ex quibus quamcunque elegeris, habebis, quod præmiſimus, ſpiritui ſancto curæ fuiſſe, ut de Eccleſia ſeculi quarti revelatio ſacris literis inſereretur. Quo vero hæc alio fine, niſi εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν, *ad noſtri informationem; ut per pa-*

tien-

ientiam & ſolatium ſcripturæ ſpem habere-nus? Rom. XV. 4. Hanc autem non habent, iiſi qui eam ſcrutantur, & vaticinia quidem ı ſuis, quæ progreſſu temporis obtinuere, omplementis. Tale vero ſcrutinium quo-d quartum ſeculum & nos mediocri dili-entia inſtituimus, & ut inſtituerent alij ex-mplo ſaltem præivimus ſi non adjumento iimus.

Alterum, quo impulſi ſumus, momen-ım fuit dignitas dictorum, & factorum, uæ in hac annorum ſerie contigerunt, & :erarum monumentis commiſſa ſuperſunt. ićta patrum ut non omnia probanda ſunt, a nec omnia improbanda; ſunt enim quæ-ım egregia, quæ ſeligenda ſunt, & à ſequio-ous diſcernenda: *Non ita libros evolvo, vel-tu, ut ſpinas colligam, ſed ea quæ utiliſſima nt:* inquit ille Cynulcus ad Ulpianum ›ud Athen. dipnoſ. XV. c. 3. Nec ut illi, *qui, iod putidius eſt, ventorum more, relictis uctu nucleoq;, quisquilias legunt ac putami-i.* ut ſolent, qui ab adverſa parte in ſcriptis

patrum occupantur, ea ſolum ſeligentes, quę erronea ſunt, & ad ipſorũ dominatum, quem affectant, conducere videntur. Multa ſunt, ſi uſpiam alibi, multa inquam, ſunt utiliſſima in ſcriptis Patrum huic ſeculo coævorum. Negari enim nõ poteſt, poſtquam, Conſtantino M. ad Chriſtianiſmum converſo, perſecutiones Ethnicæ maximam partem, imo tandem planè, in imperio Romano ceſſaſſent, quod ſpiritum quaſi ſuum Eccleſia receperit, & movere ſeſe fortius, & dilatare latius cœperit. Nacta eſt Doctores & numero plurimos, & virtute præſtantiſſimos; quorum diligentia factum eſt, ut non ſolum præſentes viva voce, ſed etiam poſteri ſcriptis utiliſſimis docerentur. Si ſacra profanis, & Eccleſiaſtica politicis, comparare liceat, comparaveris hoc ſeculum cum ſeculo Auguſti Cæſaris, in quo, ut tranquilla fuit, & florentiſſima reſp. ita bonæ quoque literæ, & viri in omni ſcientiarum genere excellentiſſimi, plurimique viguerunt: Si vero naturalia malles, contuleris cum ætate hominis omnium

mnium præſtantiſſima, nempe virili, in qua & ingenio valent homines, & robore corporum; ſic enim valuit & Eccleſiæ iſta ætas mentis eruditione, doctrinæ puritate, cultus ſanctitate, morum probitate, & gravitate, virorum illuſtrium copia, & alijs Eccleſiaſtici corporis præſidiis & ornamentis: Quis igitur vitio mihi verterit, ſi quid temporis huic quoque ætati intimius explorandę impendi?

Præſertim, quæ tertia ratio fuit, cum ſcirem, ſupereſſe de hoc ſeculo, ſi ullo, quædam, & plura quidem, quæ hodie in Eccleſia Evangelica uſui eſſe poſſunt. Pendemus quidem in fide & religione noſtra ab uno DEO, ejusque verbo, in S. literis revelato, & in libris noſtris ſymbolicis repetito; attamen iſta noſtra fides non patum corroboratur, ſi novitatis macula ei abſtergitur, ſi ipſi ſimilem etiam in Patribus, utrinque receptiſſimis, deprehendimus, ut dicere poſſimus, quod Nepotianus apud Hieronymum, de noſtris quoque dogmatibus: *illud Tertulliani, iſtud Cypriani, hoc Lactantij, illud Hilarij eſt.* Viciſſim ad-

versarijs nostris, ad antiquitatem, hujus maximè seculi, subinde provocantibus, tanquam sibi ὁμόψηφον, gloria ista eripitur, si docetur, illam nobiscum, non ipsis, consensisse. **Præcipuus hic scopus est, quem respexi, cum ex dictis veterum justum Theologiæ** compendium contexui, & ordine singula digessi, nempe, ut in brevi conspectu esset harmonia inter Ecclesiam seculo quarto orthodoxam, & Evangelicam hodiernam, ab Augustana confessione nuncupatam. Invenient quoque Concionatores, & exhortatores Ecclesiastici, quæ in usum auditorij convertant, nempe pie & devotè quædam à Patribus dicta, quæ suo loco, & tempore adhibita, non parum movent animos: Quæ nos recitantes fecimus quod comites Christi, frondes & ramos cædentes, & in via sternentes: *Alij ramos vel frondes de arboribus cadunt, & sternunt in via, quia in doctrina veritatis verba atque sententias Patrum ex eorum eloquio carpunt, & hæc in via Dei, ad auditoris animum venientis, humili prædicatione*

tione ſummittunt, quod indigni quoquo & nos modo facimus. Nam cum Patrum ſententias in ſermone exhortationis aſſumimus, frondes de arboribus cædimus, & has in via omnipotentis Domini ſternimus. verba ſunt Gregorij M. homil. XVII. in Ezechielem.

Tale quid antehac quidem & alij, maxime Centuriatores noſtri Magdeburgenſes, præſtiterunt, quod tamen me adeo non deterruit, quaſi actum agerem, ut potius impulerit, ad ſimile quid tentandum: *Nunquid enim aut Tertullianus beatum martyrem Cyprianum, aut Lactantius Hilarium deterruit à ſcribendo?* interrogat Hieronymus eos, *qui aut ipſi ſe inertiæ, & ſomno dantes, nolunt quæ præclara ſunt diſcere, aut cæteros, qui id ſtudij habent, reprehendendos putant:* in proœm. comment. ad Epheſ. Epiſt. t. IX. opp. *qui cum bona imitari non queant, quod ſolum facere poſſunt, invident; & in eo ſe doctos eruditosq; arbitrantur, ſi de alijs detrahant. Quibus, obſecro, reſpondeatis, ut figant ipſi ſtilum, tria, ut dicitur, verba conjungant,*

gant, ſudent paululum, experiantur ſemet-ipſos, & ex labore proprio diſcant ignoſcere laborantibus. A Centuriatorum, & aliorum veterum, ætate hucusque multa ab adverſarijs etiam noſtris nova ſunt inventa ſive errorum glaucomata, ſive exceptionum diverticula, quæ non minus, ac priſca illa à majoribus noſtris, à puriore antiquitate ſive ignorata, ſive etiam improbata fuerunt; adeoque talia ſunt, quæ ex antiquitate poſſunt confundi, & refutari. Eſt etiam quædam methodorum diverſitas: *In veteri via novam ſemitam quærimus, & in antiqua detritâq; materia rudem artis excogitamus eloquentiam, ut non eadem ſint: unum iter, & perveniendi quo cupias multa compendia.* Hier. ad Geront.

Crevit opus ſub manibus, præter opinionem, utpote occurrentibus in lectione locis, quæ præterire non ſemper licebat, (quamvis præterierim multa, contentus interdum citatione, ne *Annales Voluſij* moliri viderer.) eo quod vel ad connexionem membrorum

inter

inter ſeſe facerent, alioquin non adeo momentoſa; *Niſi & parva fuerint, magna eminere non poſſunt*, ait Hieronymus præf. ad comm. in epiſt. ad Epheſ. vel alicujus magni momenti eſſent, & totidem plerumque verbis ſententiam Eccleſiæ noſtræ pronunciarent, & adverſariæ contradicerent; Nec ſemper, imo rarius explicationem, vel applicationem, addidi, partim ideò, quod tam clara illa eſſent, ut clarius ego non dixerim, & adverſarij, etiam me non monente, intelligerent, ſe talibus verbis notari: partim ideo, ut allicerem ipſos ad lectionem eorum, quæ tacitis contendentium nominibus diſcretivis, extra partes ſunt conſtituta, & ſententiam dicunt. Quo fine ab omni etiam verborum acerbitate abſtinuimus: *Neque enim adverſarios contumelijs & convitijs inceſſimus, quemadmodum plerique* (adverſariorum noſtrorum) *faciunt, non cum dogmate, ſed dogmatis adverſarijs conſligentes, ac rationum, & argumentorum infirmitatem maledictis interdum contegentes: non aliter*

ac ſepias atramentum ante ſe vomere, ajunt, ut piſcatores effugiant, ac conſpectum ſui eis eripiant. Verum nos pro Chriſto bellum gerere, præcipuo argumento declaramus, dum ſecundum clementem illum, ac pacificum Chriſtum, ac infirmitates noſtras portantem, dimicamus. Neque enim cum veræ atque orthodoxæ fidei pernicie paci ſtudemus (ut Syncretiſtæ faciunt) *nonnihil de animorum contentione remittentes, ut moderationis, atque æquitatis famam colligamus, (nec enim quod bonum eſt male aucupamur), ſed potius interim quidem pacem colimus, legitimè nimirum pugnantes, atque intra limites noſtros, ſpiritusque regulam, noſmet continentes.* cum Gregorio Nazianz. orat. ad CL. Epiſc. proteſtamur.

Fuit hic labor meus alicujus ſudoris, quod facile noverint, qui ipſi in hac palæſtra deſudarunt; Et ex tot diverſis Patrum elementis hinc inde diſperſiſſimis juſtum aliquod, & inter ſe aptè connexum corpus coagmentarunt; Hoc præſertim noſtro tam cala-

calamitoſo tempore; dum præ tumultibus bellicis jam ab aliquot annis ſtudiis noſtris raro licuit eſſe quietis; quod tamen maximè neceſſarium eſt, ſi operæ pretium velis præſtare. Quare eo faciliorem veniam nos impetraturos ſperamus, ſi alicubi defectus aliquis noſter deprehenderetur. *Hæc, quantum Dominus præſtare dignatus eſt, pro noſtra mediocritate decurſa ſunt. Vos autem magiſtri, qui cœleſtium literarum* (ſcriptorum veterum) *copioſa lectione pingueſcitis, parcite rudi, dimittite confitenti, eſtote benivoli: Difficile opus humanum reperitur, quod non patiatur aliquam quæſtionem, Jacobo Apoſtolo proteſtante: ſi quis in verbo non offenderit, hic perfectus eſt vir.* dicimus cum Caſſiodoro ſub finem comm. in Pſalmos. Imò eo fine judicio Eccleſiæ, præſertim Evangelicæ, ſcriptum quoque hoc exponimus, ſicubi ſecus ac par eſt ſcripſerimus, vel ſenſerimus, ut amicè moneremur, & corrigeremur. *Nec enim ſubire judicium erubeſcimus, quandoquidem & ipſi viciſſim*

judicamus, atque utrumque cum pari charitate, quod etiam ipsum in more consuetudineque majorum positum est; Nam ipse quoq; Paulus cum Apostolis Evangelium conferebat; Non ut ambitiosè ostentaret (procul enim ab omni gloriæ cupiditate remotus est spiritus) sed ut approbaretur, & confirmaretur, quod rectè & cum laude faciebat; vel etiam corrigeretur, quod ipsi deerat. ut de suo hæc nobis iterum commodet Gregorius Theologus. orat. ad CL. Episc. *Monitorem nequaquam despiciemus; tamen, si de rebus nostris non recte sentiat, commonefaciemus: sin vera dicat, morem ei geremus & obsequemur.* Ita nos offerimus cum Justino martyre, vel quisquis author est libri de vit. Christ.

Quod vero Vestræ Celsitudini priorem hanc Antiquitatum partem humillime consecrare & offerre sustinuerim, gravissimæ me causæ impulerunt.

Principum Filios, honore parentibus exhibito, prætereundos non esse, memorabili ex historia Ecclesiæ veteris exemplo edo-

cemur

Digitized by Google

:emur. Acciditaliquando, cum Amphilo-
:hius, Iconij Epiſcopus, in negocio religio-
nis Theodoſium Imperatorem officioſiſſi-
ne ſalutaſſet, ut filium ipſius, Arcadium, pa-
enti adſtantem, non oſcularetur: Id vero
ndigniſſime tulit imperator, reputans,
ιχείαν παροινίαν τὴν ἐς παιδὸς ἀτιμίαν, *filij deſpectum*
uam eſſe injuriam: referente Cyrenſium
piſcopo Theodoreto, lib. V. hiſt. c. 16. Ne-
que miratus eſt indignationem Amphilo-
:hius; Nam præteritionem illam filij à pa-
ente notatum iri & crediderat, & plane
ptaverat, ſed ut occaſionem haberet animi
ui ſenſa coram exponendi.

Cum nuper in hanc hiſtoriam incidiſ-
em ego, & ſimul animo verſarer editionem
ujus prioris Antiquitatum Eccleſiaſtica-
um, ſeculo quarto occurrentium, tomi; Fa-
:ile judicavi, cui nam librum huncce meum
levotiſſime dedicarem. Memineram enim,
:ui trium poſt natum Chriſtum ſeculorum
niſtoriam olim inſcripſerim, quamque gra-
:ioſe illa fuerit ſuſcepta, nempe Ei, quem

 Veſtra

Vestra *Celsitudo* Genitorem agnoscat, & veneratur, Sereniſſimo Principi, ac Domino, Dn. *Leopoldo Ludovico* Comiti Palatino Rheni, Bavariæ Duci, Comiti Veldentiæ &c. &c. Domino meo Clementiſſimo; Quare plane mihi perſuadebam, Sereniſſimo *Parenti*, velut alteri *Theodoſio*, non ingratum fore, ſi nec Filium dilectiſſimum in ſimili negocio venerabundus præterirem.

Maxime, quod ſcirem in Vestra *Celsitudine* eadem fere momenta occurrere, quæ me olim impulerunt, ut trium priorum poſt natum Chriſtum ſeculorum antiquitates Sereniſſimi Parenti Vestro dedicarem; nempe (ut alias nunc virtutes veſtras qua corporis, qui animi taceam) flagrantem in veritate Evangelij agnita zelum, ſtudium pietatis ἀνυποκρίτου, amorem literarum qua ſacrarum, qua ſecularium, & ſtudium indefeſſum; gratiam & Clementiam erga me ſingularem; humanitatem plane inſolitam. Neque enim ſolum aula mihi adeunti patebat hactenus; ſed ipſa etiam CELSITUDO

Vestra

Veſtra aliquoties in ædibus meis me viſitare Clementiſſime dignata eſt; Nec præteriit easdem, cum, virtutis heroicæ ſpecimina editura, in Belgium ad arma proficiſceretur, & Sereniſſimum *Parentem* comitata, una cum *Fratre* ſuo natu minimo, Sereniſſimo itidem ac CELS: Principe ac Domino, Domino *Auguſto Leopoldo*, &c. &c. &c. apud me diverteret, valeq; diceret: Imo, cum, rebus in Belgio feliciter geſtis, Argentoratum incolumis non ita pridem redijſſet, (id quod calidiſſimis precibus Deum oraveram) eadem Veſtra CELS: *Eosdem* ſecuta & comitata, ibidem locorum ſeſe exhibuerit venerandam.

Hæc vero principalis gratiæ documenta, & merita, tot tantaq; ſunt, ut ingratiſſimum ne omnium hominum meritò quis exiſtimaverit, ſi ea non agnoſcerem ex animo, nec data occaſione pleno quoque ore deprædicarem. Id quod commodiſſimè fieri potuit in libro publicę luci jamjam exponendo.

Accipe igitur, *Sereniſſime Princeps, Domine Clementiſſime,* gratitudinis meæ pro

Digitized by Google

pro tantis beneficijs subjectissimæ testimonium, minus quidem, quam pro dignitate Clementiæ Vestræ, tantum tamen, quantum mihi in tanta tenuitate mea præstare concessum est; Et tale, quo viderit ipsa Vestra CELS: quod non sit novella, ut vulgò traducitur, nostra religio, Augustana Confessione comprehensa, sed ἀμφιφάνεσ inveniat suos, præstantes, eosque & numero plures, & virtute in hac quoque centuria annorum insignes.

DEUS, Ecclesiæ nostræ Evangelicæ auctor, & hactenus etiam patronus eminentissimus & potentissimus, servet in *Celsitudine* Vestra eum veritatis cœlestis amorem & zelum, eandemque erga ejusdem professores gratiam & clementiam; restituat Serenissimos parentes cum familia Principali sedibus suis, & quieti, confirmetque pacem hactenus desideratissimam, resarciat quondam amissa, & adversa quæque potenter & clementer à domo vestra Palatina amoliatur: sic habebit orbis Evangelicus, de quo tantis principibus, & sibi animitus gratuletur. Quod ut fiat, devotissimo corde, ore, & calamo DEUM Ter Optimum Maximum obtestor. Vale in Domino Jesu, Serenissime Princeps, & Clementissime porro fave

Serenißimæ T. Celsitudinis

dabam è Museo
Argentorati
Anno
M DC LXXIX.
Mense Martio.

ad preces & officia

humillimo

servo

BALTASARI BEBELIO D.

Digitized by Google

SECULI QUARTI

Articulus I.

SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

Argumentum.

CONtinuatio antiquitatum Eccleſiaſticarum. Auctores & Notarii; Scriptorum incorruptio: repoſitio: Bibliothecæ. Acacius, Ægyptii, Ætius, Alexandri, Alexandrinus Conſtantinop. & Theſſalonicenſis: Aluzinenſium Acta, Ambroſii, Alexandrinus & Mediolanenſis; Amphilochius, Amphion, Anaſtaſia, Anaſtaſius, Antiochus Ptolemaidis, Antonius: Amyſiæ acta: Apolinares; Aquilius, Ariſtæus, Arius, Aſterius Amaſeæ, Aſterius Cappadox, Athanaſius, Baſilius Ancyranus, Baſilius Magnus, Cæcilianus, Cæſarius, Calliſtus, Capito, Chromatius, Concilia, Conſtantinus M. Cyriacus, Cyrillus Hieroſol. Damaſus, Dexter, Diadochus, Didymus, Diodorus Tarſenſis; Dionyſius Areop. Donatus; Eleuſius, Ephrem, Epicletus; Epiphanius, Epiſtolæ, Eſaias, Evagrii, Antiochenus, & Ponticus; Eunapius, Eunomius, Euplii acta. Euſebii Emeſenus, Nicomedienſis, Pamphili, Romanus, Samoſatenus, Vercellenſis; Eupſychius, Euſtathius Antiochenus & Sebaſtenus; Euſthenius, Euſtorgius, Eutropius, Eutychianus, Euzojus, Fauſtinus, Felix P.R. Firmicus, Flavianus, Fortunatianus, Gaudentius, Gelaſius, Georgius Laodicenus, Gregorii, Armenorum, Bæticus, Nazianzenus, Nyſſenus, Hæretici: Heliodori, Helladius, Helvidius, Hieronymus, Hilario, Hilarii Pictavienſis & Sardus; Iacobus

Niſibenus; Jamblichus, Idacius, Imperatorum leges, Joannis acta, Joannes Chryſoſtomus; & Hieroſolymitanus; Et Sinaita: Julianus, Julius I. Juvencus, Leontius, Libanius, Liberius, Longianus, Lucifer Calar. Lupus, Macarius, Macrobius, Marcellus Romanus, & Ancyranus, Marcus, Marcotica Acta, Martyrologia, Matronianus, Maximinus, Maximus, Melchiades, Nectarius; Nicolaus, Nicomedienſium Acta. Optatus Milevitanus, Oreſieſis, Orientalium literæ. Pachomius, Palladius, Parmenianus, Paulini Mediolanenſis & Nolanus, Paulonius, Paulus, Perorotes, Petrus Alex. Philaſtrius, Philo Carpathius, Philogonus, Phœbadius, Photinus, Piſtus, Pontificum RR. Epiſtolæ. Praxagoras, Proba, Protogenes, Prudentius, Reticius, Rom. Regiſtrum, Ruffinus, Sabinus, Siricius, Sopater, Symmachus, Thalaſſius, Themiſtius, Theodori Heracleenſis, Mopſveſtenus, Presbyter. Theodotus, Theognoſtus, Theophilus, Theophronius, Theotimus, Triphyllius, Troilus, Tyridates, Victorinus, Vigilantius, Vigilius, Vitellius, Vopiſcus. Zenophyli Acta. Enumeratorum Scriptorum exponuntur ætates, ſcripta, judicia. Deducuntur inde poriſmata & uſus.

§. 1.

Procœmium.

TElam, quam olim exorſi ſumus, Deo favente, pertexemus, antiquitates Eccleſiaſticas, quas ſcripſimus, & edidimus olim, de rebus trium priorũ poſt N. Ch. ſeculorum; nunc ſeculum quartum auſpicamur, hiſtoriam perſonarum & rerum, quæ, Imperatoribus Romanis, Diocletiano, Maximiano, Conſtantio Chloro, Galerio, Conſtantino M. Conſtantino Juniore, Conſtante, Conſtantio, Juliano, Joviano, Valentiniano I. Valente, Gratiano, & Valentiniano II. ſeu Juniore, Theodoſio M. & ex parte Arcadio & Honorio, in Eccleſia Dei contigerunt: Hiſtoriam, cui Theodoretus, præfat.

in

Digitized by Google

in hiſt. Eccleſiaſticam ſuam, tribuit λαμπροτάτων ἔργων καὶ ἐπιφανῶν διηγημάτων κλέος, *gloriam ſplendidiſſimorum operum, & illuſtrium narrationum*; Et meritò; ſive copiam Scriptorum expendas, qui exiterunt, & ex parte adhuc ſuperſunt; ſive momenta rerum reſpicias, quæ ſeculum hoc præ cæteris illuſtre reddiderunt.

§. 2. Auſpicamur autem illud ab *Auctoribus*, & coævis quidem, utpote principio hiſtoriæ tradendæ & amplectendæ. Vocantur illi συγγραφεῖς ἐκκλησιαστικοί, *Scriptores Eccleſiaſtici*, ab Euſeb. lib. 1. Hiſt. Eccleſ. c. 1. & Hieron. præfat. in Catal. illuſtr. vir. Quorum erat, adornare συγγράμματα *Scripta*, appellante Baſilio epiſt. XLI. Et ὑπομνήματα, *memorialia*, vocante eodem ep. XLIII. *Tractatus*, apud Ambroſ. epiſt. LXXXII. Eaque vel ipſi ſcripſerunt, vel *Notariis* ſcribenda dictitarunt, vel tradiderunt. *Notarios* græcè dixerunt ὑπογραφεῖς, vel ὑπογραμματεῖς. Niceph. lib. IX. c. 30. hiſt. vide Hen. Valeſ. not. ad Socrat. lib. V. c. 22. Et cum Epithetis ſuis ὀξυγράφους, *celeres in ſcribendo*; καλλιγράφους, *eleganter ſcribentes*; τεχνίτας καλλιγράφους, *artifices in arte eleganter ſcribendi*: ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένους, *accuratè artem ſcientes*; *Librarios*, à libris; loca paulò poſt allegabimus; Erant amanuenſes plerumque Epiſcoporum, ut Athanaſius Alexandri Alexandrini. Sozom. lib. 2. c. 17. Nam Alexander eum ὁμοδίαιτον καὶ ὑπογραφέα, *convictorem & notarium* habuit. Tales γράφοντας *ſcribas* habuit etiam Athanaſius, apol. ad Conſt. t. 1. f. 680. B. Tales & Marcianus, & Martyrius (Martyres) fuerunt; (quorum memoria celebratur die 25. VIIIbris.) Nam Pauli Epiſcopi Conſtantinopolitani συνοίκους καὶ ὑπογραμματεῖς, *domeſticos & notarios* fuiſſe, Niceph. lib. cit. annotavit. Excipiebant autem Epiſcoporum conciones; *Hæc enim præcipua erat conſuetudo Patrum illius temporis, præſertim qui inter alios eruditione, & eloquentia præclari erant, ut, quæ ad populum verba feciſſent, ea etiam literis mandarent: ut certa orthodoxæ fidei, & doctrinæ illorum ratio conſtaret, & hæreticorum falſæ opiniones, tam concionibus, quàm ſcriptis, etiam poſt fata ſcriptorum, confutarentur. Quod ſi qui ita eſſent occupati, ut ipſis manu ſuâ, quæ animo concipiebant, & populo tradebant, exarare non vacaret, certos amanuenſes ſtudioſos habebant, tam celeri calamo verba notantes, ut conciones illorum integras, eâdem, quâ dicerent, ſerie orationis conſcriberent. Quod quidem Gratis illis duplici de cauſa præſtare, non*

Auctores

& Notarii

fuit difficile: nam & dictionum ferè omnium mirificas habebant abbreviationes, quarum vix aliqua pars ad nos pervenit: & Patres illi sancti praedicando verbum Dei, magna quádam cum majestate, veneratione q, lentè pronuntiabant, ut populus venerando sermone magis afficeretur, & commodiùs quæ dicerentur perciperet, memoriaq, teneret. Quamobrem facile tum quoq, fuit scribis amanuensibus, & studiosis, alicujus præclari concionatoris singula verba calamo excipere. Sic Editor operum Cyrilli Parisiensis f. 5. præfat. in Cyril. Vel libros describebant; Epiphanius sub finem Panarii meminit suorum quoque Amanuensium, nempe Anatolii, qui *per notas & chartas hoc contra octoginta hæreses opus, multo labore, ac magna diligentia, ac promptitudine exarave, ac emendare dignatus fuerat*; Et *Hyparii, Subdiaconi, qui transcriptionem de chartis in quatuor exemplaria fecerat*: digni, *pro quibus*, ipsius judicio, à fratribus propterea *orarentur*. Episcopis, in concilio Seleuciæ Isaurorum collectis, aderant ὀξυγράφοι, τὰ παρ' ἑκάστου λεχθέντα σημειούμενοι, *Notarii* (celeritate scribendi pollentes) *qui singulorum dicta notis exciperent*; referentibus Socrat. lib. II. hist. Eccles. c. 39. Sozom. lib. IV. hist. c. 22. Refert & Hieronymus in epist. ad Avitum, quod frater quidam libros Origenis περὶ ἀρχῶν, à sese in Latinum translatos, à Pammachio commodato acceperit, & *adhibitis Notariis opus omne descripserit*. tom. III. opp. f. m. 68. B.

quales.

§. 3. Ex quibus locis simul patet (1.) quid officii ipsorum fuerit, nempe, vel Episcoporum libros consignare, vel Acta conciliorũ excipere, vel libros scribere aut describere. (2.) Quiq; alias fuerint, nempe *Subdiaconi*; adde & *Lectores*; quod Cl. Valesius notavit ad Socrat. lib. V. c. 22. Idque confirmari potest ex Sozom. lib. IV. c. 3. collato cum Niceph. lib. IX. c 30. iste enim refert, Martyrium fuisse *Subdiaconum*; Marcianum verò *Cantorem & Lectorem sacrarum scripturarum*, ψάλτην καὶ ἀναγνώστην τῶν θείων γραφῶν, ut Græca sonant: utrumque autem Nicephorus vocat *Notarium*; concurrebant igitur officia in eadem persona. (3.) Quibus à manibus fuerint, nempe Episcopis; non tamen solis, sed & aliis fratribus, qualis erat ipse etiam Hieronymus, qui *accito Notario sermonibus Latinis exposuit* Tobiam, ipso narrante præf. in Tob. *Habeo Alumnos, qui antiquaria arti serviunt*, scribit ad Florentium, t. I. f. m. 23. D. *Librarii manu in charta scribi jubeas*, nempe Tertulliani codi-

sem,

Digitized by Google

cem, monet eundem Florentium; Confer Sixtum Sen. lib. IV. Bibl. p.m. 302. (4.) Qui illos ſuſtentarint? nempe, quibus à miniſteriis erant; eorum enim erant & σύνοικοι, & ὁμοδίαιτοι; Tales Hieronymi *notarios & librarios ſuſtentarunt* amici ipſius, quod memorat ipſe præfat. in Proverb. (5.) Quæ methodus ſcribendi fuerit, nempe per σημεῖα, *ſigna*, notas, compendia quædam, ut velocitatem vocum prætervolantium aſſequi potuerint: *οἱ λόγοι πτηνὸν φύσιν ἀπόπτερον ἔχουσι, διὰ τοῦτο σημείων χρήζουσιν, ἵνα ἱπταμένων ἀκοῶν, λάβοι τὸ τάχος ὁ γράφων: Sermones naturam habent volucrem; quapropter literarum notis utuntur homines, ut ſermonum avolantium velocitatem, qui ſcribit, prehendat.* Baſilius ſcribit Νοταρίῳ, *notario*, epiſt. CLXXVIII. addita admonitione: *Tu igitur puer notas literarum perfectas (τὰ χαράγματα τέλεια) ducito, formasq; recto ordine collocato. Modicum namq; error ſcribentis plurimum de ſermone deterit; diligentiâ vero ſcribentis quod dictum eſt integrè perficitur & abſolvitur.* Similis admonitio ejuſdem exſtat epiſt. CLXXX. inſcripta καλλιγράφῳ, notario, ſeu *Librario*; unde diſcere licet, quæ virtutes, quæve vitia fuerint Notariorum.

§. 4. Præterea ſoliciti fuerunt, ut libri ſtudiosè & incorrupti aſſervarentur: eoque nomine lectores vel deſcriptores religiosè orabant: *illud ſane omnem, qui hos libros deſcripturus eſt, vel lecturus, in conſpectu Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti conteſtor, atq; convenio per futuri regni fidem, per reſurrectionis ex mortuis ſacramentum; per illum qui præparatus eſt Diabolo, & Angelis ſuis, æternum ignem; ſi non illum locum æterna hæreditate poſſideat, ubi eſt fletus & ſtridor dentium, & ubi ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur, ne quis addat aliquid huic ſcripturæ, ne auferat, ne inſerat, ne immutet; ſed conferat cum exemplaribus, unde ſcripſerit, & emendet ad literam, & diſtinguat, & inemendatum, vel non diſtinctum codicem non habeat; ne ſenſuum difficultas, ſi diſtinctus codex non ſit, majores obſcuritates legentibus generet.* Hactenus Ruffinus præfat. in libb. περ. ἀρχ. Orig. apud Hieron. t. 3. opp. f. 83. C. Deſcriptio & aſſervatio.

§. 5. Eodem fine reponebant in *Archivis* Eccleſiaſticis, quæ *Chartaria* quoque dicebantur, ut erat *Romana* illa, cujus meminit Hieron. apol. II. adv. Ruffin. f. 108. t. 3. opp. Dicebantur autem illæ chartariæ à chartis ibi reponi ſolitis. (Chartæ ferax erat Archiva & Chartariæ.

tractus Alexandrinus, ut videre est in ἐξηγησ. ὅλης τῆς κοσ. κεφ. ιη.) Quibus accenseri possunt Tabularia palatiorum, de quibus scribit Sozomenus (scriptor rerum etiam hujus seculi) quod suam historiam ex monumentis ibi repositis contexuerit: *Quæ ante illud tempus contigerunt, earum rerum cognitionem partim ex legibus religionis causſa constitutis, & ex Synodis subinde celebratis, & ex perturbationibus rerum atq; innovationibus; partim ex Imperatorum ac ſacerdotum epiſtolis indagavi; ὧν αἱ μὲν εἰς ἔτι νῦν ἐν τοῖς βασιλείοις καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις σώζονται; quarum quidem epiſtolarum aliæ in palatiis & Eccleſiis etiamnum ſervantur; aliæ hinc inde diſperſæ apud eruditos homines (φιλολόγους) reperiuntur.* lib. I. c. 1. f. 401. B.

Bibliothecæ.

§. 6. Instruebant etiam *Bibliothecas*, qua publicas, qua privatas, in quibus libri reponebantur, & custodiebantur. Superioti seculo, & sub initium huius, ingentem cladem libri Christianorum passi sunt; Persecutores enim Christianorum etiam in libros debacchabantur incendiis, & aliis pestibus. Sed Imperatores Christiani, & in his præcipuus, & primus Constantinus M. nec non Episcopi, maturè operam dederunt, ut ea clades resarciretur. Existant apud Euseb. lib. IV. de vit. Const. M. c. 36 literæ Constantini M. ad Cæsareensem illum Episcopum, quibus illum voluit, ὅπως ἂν πεντήκοντα σωμάτια ἐν διφθέραις ἐγκαυστικοῖς, ἀναγνωσά τε καὶ πρὸς τὴν χρῆσιν ἁρμοδίως, ὑπὸ τεχνιτῶν καλλιγράφων, καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένων, χαρτῶναι κελεύσεως &c. *ut quinquaginta codices divinarum ſcripturarum, quarum apparatum & uſum maximè neceſſarium eſſe Eccleſiæ intelligeret, in membranis probe apparatis, ab artificibus antiquariis venuſtè ſcribendi peritiſſimis deſcribi faceret, qui & legi facile, & ad omnem uſum circumferri poſſent.* Et ne sumptus deessent, literas dedit idem πρὸς τὸν τῆς διοικήσεως καθολικὸν ad *Rationalem diœceſis*, ut necessaria apparatui præberet; Eusebio vero duos destinavit currus, quibus elaborati codices ad Imperatorem deferrentur. Paruit mandato Eusebius, codices describi curavit, & misit ad Cæsarem ἐν πολυτελῶς ἠσκημένοις τεύχεσι τεισσὰ καὶ τεσσαρὰ, *in voluminibus magnificè exornatis terniones & quaterniones.* c. 37. Atque hi libri in Bibliotheca Constantinopolitana repositi sunt: eaque ita aucta est, ut 120000. librorum complexa fuerit, donec sub Basilisco conflagraret: In quibus celebre erat draconis intesti-

adornatæ à Constantino M.

ıteſtinum, centum & viginti pedes longum, in quo Homeri
ias atque odyſſea erant ſcriptæ.

§. 7. *Julianus* Imp. & ipſe Bibliothecam in regia porticu Iuliano
ɔndidiſſe refertur à Zoſim. lib. 3. Meminit ille ipſe Julianus epiſt. & Iouiano
5. ad Porphyrium Bibliothecæ Georgii (an Cappadocis?) *Georgii,*
ribens, *magna ſane ac copioſa Bibliotheca fuit, & Philoſophorum, &*
iſtoricorum omni genere referta; ſed de Galilæorum (Chriſtianos pu-
ıt apoſtata) *maximè doctrina permulti, & varii commentarii exta-*
ant. Quare totam eam Bibliothecam perquire, & Antiochiam mitte.
imilia ſcripſerat ad Ecdicium. ep. IX. *Iovianum* quoque Imp.
ıntiochiæ Bibliothecam conſtruxiſſe, ex hiſtoriis referunt Cen-
ır. Magdeb. lib. I. Cent. IV. c. 7. Superiori ſeculo Pamphilus aliisque.
ſartyr. (liberalis in libris donandis. Hieron. invect. adv. Ruf. f.
1.) Bibliothecam Cæſareæ collegit, auctam ab Euſebio Cæſ.
ıam Bibliothecam, ex parte corruptam, Acacius; deinc Euzojus, qui e-
ædem Eccleſiæ ſacerdotes fuerunt, in membranis inſtaurare conati ſunt:
ferente Ruffin. invect. in Hieron. t. 2. f. 133. *Multis ſacræ Bibliothe-*
æ codicibus abundamus, ſcribit Hieronymus ad Florent. t. 1. f. 23. Poſ-
debant etiam profanos ſcriptores, e. g. Ciceronem, Plautum &c.
t habet idem in tract. de cuſtod. virgin. t. 1. f. 66. B. 67. A. Tertullia-
i codicis inter Gallos mentionem facit epiſt. ad Florent. Et quid
nmoror ſingulorum Bibliothecis recenſendis, ſi verum eſt, ut ſal-
ɔm videtur eſſe, quod refert Baron. in Martyrol. c. V. p. VI. *ſacra*
ɔlumina non tantum penes unam vel alteram fuiſſe Eccleſiam, ſed pra-
ɔquam plurima illa, qua privato uſui Epiſcopor. Presbyteror. Cateror.
ɔiniſtror. vel aliorum ex populo inſerviebant, apud cunctas orbis Eccleſias
ɔ neceſſitatem ſacrarum functionum cuſtodiri ſolita. Hæc ille.

§. 8. *Forma* librorum erat inæqualis; Erant enim Pentateuchi, Forma li-
eptateuchi, octateuchi; vid. Hieron. epiſt. 7. ad Læt. Et 28. ad brorum.
ucinium; Et notas Mariani Reatini Epiſcopi ad 7. epiſt. Hieron.
em Henricum Spelmannum in gloſſar. tit. Heptaticus f. 278.
ɔn. Valeſ. vit. Conſt. M. Euſeb. lib. IV. c. 37. ubi mentio fit *τετρασσῶν*
ɔλλεσσῶν: Codices enim membranacei fere per quaterniones digere-
ıntur, h. e. quatuor folia ſimul compacta. Et quaterniones quidem ſe-
ɔcim habebant paginas, terniones vero duodenas. Porro in ultima qua-
rnionis pagina notabatur numerus quaternionis, puta 1. 2. 3. Et ſic dein-
ceps.

ceps. Hactenus Valesius. Patres scripta sua non solum in libros, sed etiam in capita, & capitum titulos distinguebant. vid. Vales. ad Euseb. lib. I. c. 1. f. 3. C. His adde ornamenta librorum externa: *Inficiuntur membranæ colore purpureo: aurum liquescit in literas, gemmis codices vestiuntur.* Hieron. de custod. virgin. t. 1. f. 67. sugillat.

Scriptores varii.

§. 9. *Auctores*, scribi, & in his, similibusve, Bibliothecis reponi soliti, non erant uniusmodi; Neq; enim solum Christiani, & illi quidem orthodoxi, sed etiam pagani, Judæique, vel certè heterodoxi in illis continebantur: Neminem tamen eorum præterire voluimus, qui quidem ad rem Ecclesiasticam pertinere videbatur, & nobis notus erat; secuti exemplum Hieronymi, qui in catalogo suo mentionem fecit Philonis, Josephi, Bardesanis, Tatiani, Donati, aliorumque; addidimus autem, cautelæ ergo, fuisse illos heterodoxos, id quod in Hieronymi catalogo desiderat August. epist. IX. *Orthodoxos* descripsimus, ut constaret, Christianos quoque inter sese habuisse viros eruditos, secus ac Celsus, Porphyrius, Julianus, aliique Christianorum hostes calumniabantur, tanquam Christiani plerumque à literis melioribus rudes essent; quem ipsum in finem ajunt, quod Hieronymus suum Catalogum contexuerit. Sed nec *heterodoxorum* oblivisci voluimus, eadem ferè de caussa; nempe, ut appareret, nec his defuisse suos πεμάχους; Omnium mentionem facere consultum censuimus, & eam quidem statim ab initio, ut lector antiquitatum nostrarum maturè nosset auctores, unde nostra citamus, qui, quanti, quales illi fuerint. Denique, ut, collatione instituta, in propatulo esset, quantum scriptorum veterum perditum sit, & quam tenues sint reliquiæ hodie superstites. Ut autem promptè invenirentur, ordinem secuti sumus κατὰ στοιχεῖον *elementi alphabetici*, quippe qui cujusque nomen perspicuè subministrat.

Acacius, eius ætas.

§. 10. *Acacius*, cognomine μονόφθαλμος, seu *monoculus*, floruit sub Imp. Constantio; sub quo Felicem Liberio substituit Episcopum Romanum, ipse Eusebii Cæsareensis successor. vide Hieron. Catal. tit. Acacius; Socrat. lib. II. c. 37. adeoque distinctus ab Acacio illo Berrhoënsi, qui sub Theodosio celebris extitit: Niceph. lib. XII. c. 10. *Scripsit* in Ecclesiasten XVII volumina; Et συμμίκτων ζητημάτων, *miscellanearum quæstionum, & multos præterea diversos*

scripta

tracta-

Digitized by Google

radatus: referente Hier. in Catal. inter quos forſan & ille eſt, quem *de rebus geſtis Euſebii ſui anteceſſoris* ſcripſit. Socrat. lib. 2. c. 3. ideque ipſe dictus eſt *hiſtoria ſcriptor*, a Maſſæo in Chronico. Συλλεκτῶν ζητημάτων *Selectarum quæſtionum* volumen citat Hieronymus in literis ad Miner. & Alex. t. IV. opp. f. 86. C. *Epiſtolas* ille ſcripſit plurimas Synodi Conſtantinopolitanæ ſecundæ, memorante Philoſtorg: lib. IV. c. 12. *Epiſtola* ipſius quædam deprehenditur apud Cyrillum; *Liber de fide* in concilio Seleucienſi ab eodem ſubdole eſt intruſus. Socr. lib. II. c. 40. Quid hiſce libris tribuendum ſit, inde patet, quod Arianus, nec infimi ſubſellii. Iudicium
uerit; Quædam enim Arianorum ſecta ab ipſo nomen Acaciaorum accepit. vid. Sozom. lib. IV. hiſtor. c. 22. Qui tamen in liis ipſum non mediocriter laudat: *Studioſus*, inquiens, *imitator Euſebii, & in ſacris literis ab eodem inſtitutus, & copioſus in ſententiis, & i dicendo elegans fuit, adeo ut plurimos libros haud quaquam contemnens reliquerit*. lib. III. c. 2. f. 499. C.

§. 11. *Ægyptiorum* ad Marcum, Epiſcopum Romanum, *Ægyptii.*
piſtola circumfertur; ſed ſuppoſititia, ut multis in medium allas argumentis probat Blondel. Pſeudo-Iſid. p. 436. Neque meoris furfuris eſt eorundem ad Liberium Epiſc. Rom. quæ incipit: *omino beatiſſimo* &c. p. 482. & ad Felicem Liberio ſubſtitutum; .490.

§. 12. *Ætius* Hæreſiarcha (de quo infra) ſcripſit quæſtio- *Ætii*
es & reſponſiones κατὰ τρόπον τῶν στοιχείων, uti loquitur Epipha- ſcripta
ius (phraſin explicat Crojus obſerv. in N. T. c. II. p. 96.) qui hæ: f. LXXVI. f. m. 446. *Epicheremata* ipſius, numeris ſuis diſtincta, roponit, in quibus Anomœus iſte querelas adverſus libelli ſui orruptores propoſuit. Addit Epiphanius, quod *trecenta* alia *apitula* iſtis conformia ſcripſerit. Socrat. lib. II. c. 35. f. m. 130. B. C. efert: Ἐπιστολάς τινας πρός τε τὸν βασιλέα Κωνστάντιον, καὶ πρός τινας ἄλλους, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα συμπλέκων, καὶ σοφίσματα μελετῶν; *Epiſtolas um ad Imperatorem Conſtantium, tum ad quosdam alios* (ſcripſit;) *in uibus longas texit diſputationes, & argumenta ſophiſtica proponit*. Aliujus ex Epiſtolis fragmentum legas licet apud Athanaſ. tom. 2. & de eo
pp. f. 192. C. Craſſus Arianus fuit, & in dialecticis argutiis exer- judicium.
tatior, quam in ſolidioribus ſtudiis Theologiæ.

Alexandri, Alexandrinus

§. 13. *Alexander* Epiſcopus Alexandrinus, Athanaſii anteceſſor, *Encyclicas literas* ſcripſit, & miſit ad inſigniores Epiſcopos, adverſus Arium hæreticum hinc inde vagantem. Tales literas χρηστὰς refert Theodor. lib. I. hiſt. Eccleſ. c. 3. ſcriptas ad Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum. Theodoreti judicio fuit γενναῖος τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων πρόμαχος, *Evangelicorum dogmatum generoſus propugnator.* lib. I. c. 1. ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων συνήγορος, *Apoſtolicorum dogmatum vindex* l. c. Fuit alius ejusdem nominis Alexander, Epiſcopus *Conſtantinopolitanus*, cujus ſcripta, ut orthodoxa, laudat Athanaſ orat. I. adv. Arian. f. m. 291. C. Alius *Theſſalonicenſis*, cujus literæ pro innocentia Athanaſii ſcriptæ leguntur in hujus Apol. T. I. f. 783. C.

Conſtantinopol. & Theſſalonicenſis.

Alutinenſium acta.

§. 14. *Alutinenſium* Martyrum acta. Alutinenſis civitas Numidiæ eſt, ubi anno ſeculi hujus tertio Diocletiani juſſu immanis perſecutio ſæviit. Acta ex actis pro-Conſularibus excerpta ſunt: *Geſta martyrum, quibus oſtendebatur tempus perſecutionis, conſulibus facta ſunt Diocletiano novies, & Maximiano octies, pridie idus Febr.* ita Auguſtin in Brevic. collat. die 3. c. 17. Producta ſunt ea à Donatiſtis in iſta Collatione, ſed, judicio Baronii ann. 303. n. 33. *dolo Donatiſtarũ depravata, quod nec diem, nec conſulem habuerint, & illis etiam appendix dolo fuerit addita contra Menſuriũ Epiſcopũ Carthaginenſem, atq; Cæcilianum Diaconum, quos vehementi odio proſequebantur.* Hodie leguntur Acta apud Suri. t. I. die 11. Febr. ex quo ea citat Baron. l. citat. n. 35. præmiſſo judicio: *Eſſe nobilem Antiquitatis memoriam*: nempe *Acta martyrum ex proconſularibus geſtis probata, à Catholicis cognita & accepta, à Donatiſtis diſquiſita, atq; à judice Cognitore inſpecta & examinata.* n. 34. Numvero Suriana illa acta ſint genuina, id probare debuiſſet Baronius, poſito, ea à Donatiſtis maturè fuiſſe corrupta.

Ambroſius Alex.

§. 15. *Ambroſius* Alexandrinus, auditor quondam Didymi Alexandrini, deinde Presbyter, claruit, juxta Trittenhemium, ſub Theodoſio & Arcadio; ſcripſit, referente Hieronymo, *Librum adverſus Apolinarium*, ſtylo metrico, *de dogmatibus*, &, quodam memorante, *commentarios in Iob, qui usq; hodie ſupereſt.* Tritenhemii judicio fuit *magnificus* vir, *cujus explanationes apud Græcos eo tempore in magno pretio habebantur.*

§. 16.

Digitized by Google

§. 16. *Ambroſius* aliquis fuit in oriente Epiſcopus, ſecta *Macedonianus*, ad quem, præter alios, exſtant literæ Liberii Romani. Socr. lib. IV. c. 12. f. 222. ſed de hoc h. l. non loquimur. *Mediolanenſis* celebrior eſt iſto; ejus (1.) *vitam* ex vetuſtioribus ſcripſit Paulinus ad Auguſtinum; è recentioribus Baronius ad Felicem de Monte Alto Cardinalem, utrumque ſcriptum habetur in editione Romana. (2.) *Ætas* incidit in ſeculi IV. annum 333. quo natus eſſe dicitur; Floruit ſub finem ſeculi, electus ex Inſubriæ & Liguriæ Præſide Epiſcopus Mediolanenſis, quod A. Ch. 374. contigiſſe dicitur: Ex eo tempore inclareſcere cœpit, donec, Baronii calculo, anno 397. fato defungeretur. Marcellinus in Chronico refert obitum in annum 398; quorſum *Miræus, aliiq; non nulli* eundem referunt, vapulantes à Labbeo de ſcript. tit. Amroſ. t. I. p. 47. Multo magis igitur vapulat Jodocus Coccius tom. theſ. Cathol. qui refert ad annum Chr. 410. (3.) *Scripta* ipſius celebria ſunt; Nam *pro Catholica fide multa ſublimiter ſcripſit*: uti ait Chronicon Proſperi. Prodierunt diverſis locis & temporibus, nunc minutiora, nunc auctiora: Baſileæ anno 1527. & 1555. Pariſiis, annis 1529: (qua editione nos uſi ſumus:) 1540; 1559; 1567. 1579. 1586. & 1587. & 1642. cum notis Nannii, aliorumque, & adnotationibus Velloſelli; Romæ an. 1581. cura Felicis de Montalto, auſpiciis Gregorii XIII. P. R. Commendata à Labbeo l. c. credo ideo, quia *quæ vitio, vel incuria erant adjecta, ſunt rejecta; quæ ſublata, reſtituta; quæ tranſpoſita, repoſita; quæ depravata, emendata*: ut gloriatur Cardinalis Montaltius; ſed hoc ipſo corruptionis ſuſpecta eſt editio Voet. deſper. cauſ. Pap. p. 459. *Diſtribuuntur* ſcripta in tomos vel *tres*, ut illa Cuſpiniano comment. in Caſſiodori Coll. laudata; vel *quatuor*, ut Eraſmiana editio; vel *quinque*, ut Coſteii, & Centuriatorum noſtrorum ſec. IV. c. 10. f. m. 666. memorata. Noſtra Editio quatuor tomos habet, quorum I. mores. II. pugnas adverſus hæreticos; III. orationes, epiſtolas, & conciones ad populum; IV. explanationes voluminum V. & N. T. complectitur. Et hæ quidem, judicio Sixti ſenenſ. ſubdividi poſſunt in libros, commentarios, tractatus, & epiſtolas.

Ambroſii Mediol.

(1.) *vita.*

(2.) *ætas.*

(3.) *ſcripta*

§. 17. Opera iſta, quæ Ambroſio adſcribuntur, maximam partem variis *judiciis* obnoxia ſunt, his ea rejicientibus, illis recipientibus

(4.) *Judicia de libris*

recipientibus, istis dubitantibus, ut cautus lector assensum suum in plerisque haud immerito suspendat. Speciminis loco quædam controversa, & dubia oculis subjiciamus: *De fide ad Gratianum* scripsit Ambrosius; Et *de fide expositione*; ut quidem censent Theodor. dial. II. & Guilielmus Lindanus, qui notis librum illustravit; contra sunt, qui censent, hanc esse istius Epitomen, à nescio quo adornatam. *De Spiritu Sancto* libellus, quem Romana & Parisiensis editio habent, an sit liber Ambrosii *de Spiritu Sancto*? negat Rivet. lib. III. Criti. sacr. c. 19. *Ad virginem devotam* tractatum repudiant Perkinsus, Rivetus, aliique; Labbeus contra eundem approbat. Ad *virginem lapsam* non agnoscunt pro Ambrosiano fœtu Bellarminus & Possevinus: Labbeus judicium suspendit; D. Reinboth. part. III. Sonnenst. p. 487. non vult abnegare Ambrosio. Libros de *pœnitentia* duos Petrus Asotus l. 2. *non audet affirmare esse sancti Ambrosii*; sed audent id Bellarminus, Raynaudus, Labbeus. Alius *de pœnitentia* liber, Africanum, non Ambrosianum, stylum, nempe Victoris Tunnunensis, sapere videtur Sirmondo & Labbeo, & Riveto; Libri de *vocatione gentium* juxta Bellarm. *falso tribuuntur Ambrosio*; cui igitur vere? ipse putat Prospero; Erasmus, Eucherio Lugdunensi; alii Hilario, Prosperi collegæ. vid. Vos. lib. I. histor. Pelag. c. 20. Liber *de fide contra Arianos* in antiquis exemplaribus non comparet; Costerius eum vindicat Gregorio Naz. In tertio tomo *certum est* Bellarmino, *aliquas Epistolas, & aliquos sermones, non posse esse Ambrosii*: idemque certum est etiam Costerio, Possevino, Baronio, probantibus Coc. cens. vet. p. 262. seq. Rivet. Critic. sacr. lib. III. c. 17. *Sermonum* plerique comparent inter orationes Augustini, Maximi, & nescio quorum aliorum. *Conciones ad populum* breves Ambrosio suppositas esse, *nihil addubitat* Erasmus. Oratio *de jejunio Eliæ* supposititia videtur esse Dn. D. Calov. differt. de Symb. Apost. th. 44. Liber *de Tobia* Erasmo eidem, ut & Scholasticis quibusdam, vehementer dubius est, teste Contio not. ad c. 4. q. 4. Johannes Heringius Bremæ anno 1642. edidit cum notis & dissertatione. De *interpellatione* posterior, & *apologia David posterior*, Bellarmino *non videntur esse Ambrosii*, quod tamen visum est Nicolao Fabro, & Possevino, refutatis à Raynaud. confix. libb. p. 123. De *Salomone* liber

liber ab Eraſmo improbatur, utpote *diſſonans à ſtylo Ambroſiano*; referente, necimprobante, Labbeo. *Precationes præparantes ad miſſam* idem Eraſmus judicat, *non eſſe Ambroſii*; Neque diſſentit Gil. otius edit.an.1579. neque Labbe. p 55. Rob. Coc. Cenſ. Vet. p. m.273. Raynaudus Anſelmo tribuit; *Commentarii in omnes Pauli piſtolas*, olim quidem pro genuinis fuerunt habiti à Synodo Pariſienſi, anno Ch.N. 824; Aquisgranenſi, an.862; ab Hincmaro Rhemenſi; à Prudentio Tricaſſino Epiſcopis; Et recentius à Sixt. Senenſ. lib.IV. Bibl.p.242. & Bellarm.lib.II.de concil. c.17. Sed ipſomet Bellarmino referente *à multis non creduntur Ambroſii*; *nec ſine cauſſa*; ſubjungit aliquot rationes. vide Rainold. cenſ. libb. Apocr. prælect. 160. Coc. cenſ. p. 276. Dallæ. in Apol. vindic. p.253. de ver. uſu PP. c.3. p. 55. Petav. t.3 Theol.dogm. lib.2.c.10. Launoj. t.I.ep.ad Fr.Bonum.p.17.Labbe.de Script.p.52.454. Lucas Holſtenius diſ.de confirm.p.51.adſcribit Hilario Diacono; D.Hülemanno noſtro eſt *auctor vetuſtus* apol. pro miniſtr. ordin. §.LXXI. p.107. Confer D.Reinboth. continu. Sonnenſt. cap. IV. §. 2. p. 163. ſeqq. Commentarius in epiſt.ad *Hebræos* itidem ſuſpectus eſt Eraſmo; Etiam commentarius *in Apocalypſin* Sixto Sen. lib. IV. Bibl.p.242. & Poſſevino. Sunt qui Berengando cuidam, alii Ambroſio Monacho, adſcribunt; Cuthbertus Tonſtallus Epiſcopus Dunelmenſis primum edidit ex Cod. MSC. Academiæ Oxonienſis. *Virtutum & vitiorum conflictum* nonnulli imputant Auguſtino, alii Leoni, alii Gregorio PP. RR. *Epiſtola ad Alipium* adſcribitur Ambroſio; ſed Damaſi eſſe, Almainus contra Cajetanum contendit; alii Siricio P.R. aſſignant; qua de re prolixe diſputat Launoj. t.1. epiſt. ad Faurum; p.21; Et provocat ad editionem Romanam, cenſore Raimundo Capiſucho ſacri palatii magiſtro procuratam. *De ſacerdotali dignitate* liber Theophili Raynaudi judicio Anſelmum potius, quam Ambroſium, redolet. De *hymnis Ambroſianis* quæritur, an certo ſint Ambroſii? negat Bellarm. de ſcript. Eccleſ. tit. Ambroſ. Eraſmo *fragmenta* eorum in Eccleſiis cani ſolitorum ſunt *depravatiſſima*; Addit: *his ſubmotis quidam maluerunt nugaces nanias, fortaſſe deliri cujuspiam, in quibus nec ſenſus eſt ſanus, nec Latinitas pura, nec ulla metri ratio. Hoc tantum præferuntur Ambroſianis, quod ab ejusdem ordinis ſodali venerint.* Hæc

ille cenſura opp. Ambroſ. præmiſſa. Quid de cantico celebri: *Te Deum laudamus*, habendum ſit? ſitne Ambroſii? an alius? Et quidem Auguſtini? an utriusque? quod poſterius refert Dacius in Chronico; Confer Hugonem Menardum in notis ad ritum antiquum unctionis Regum Francorum, quem ſubjecit libro ſacramentorum Gregorii.

§. 18. Apparet ex dictis, ne plura addam, Ambroſio quoque multos adulterinos fœtus eſſe ſuppoſitos, ut verum ſit, quod Salmeron Jeſuita conqueritur: *Multi libri affinguntur vel Clementi, vel Tertulliano, vel Cypriano, vel Hieronymo, vel Auguſtino, vel Ambroſio, vel Athanaſio, qui eorum non eſſe ſolidè revincuntur.* Comm. in 2. Theſſ. II. diſp. II. §. tertia. Et tamen non dubitant Pontificii, teſtimonia antiquitatis pro ſeſe adverſus nos inde allegare, ut probent cœlibatum Clericorum, ſtatum monaſticum, ſatisfactiones canonicas, ſacramentum pœnitentiæ, contritionis meritum, prærogativas Eccleſiæ Romanæ, liberum arbitrium, votum continentiæ, jejunia meritoria, cultum reliquiarum, & ſimilia.

§. 19. Aliquot Ambroſii libros *intercidiſſe*; ex vetuſtioribus & recentioribus conſtat. Hieron. epiſt. 34. meminit alicujus ipſius Apologetici pro Chriſto; Commentarios in Eſaiam allegat Auguſt. lib. IV. ad Boniſ. c. 11. Confer lib. II. adverſ. Julian. Allegat etiam commentarios in Pſalmos lib. adv. Julian. Librum de Sacramento regenerationis laudat lib. II. retract. c 5. & 7. Beda commentariorum ejusdem in Marcum meminit; Trittenhemius quoque in Pſalmos commentarios, & eos quidem XI libris comprehenſos, refert; idem recenſet librum de judiciis, de 42. manſionibus, librum hymnorum, & præfationum; vide Eraſmum in epiſt. dedic. opp. Auguſtini; & in cenſura operibus Ambroſii præmiſſa.

Auctore. §. 20. *Judicia* de Ambroſio cum vetuſtiorum, tum recentiorum, honorifica pleraque exſtant, exſtant tamen etiam quædam in ſequiorem ſententiam euntia. Baſilius, in literis ad Ambroſium, eundem *vocat virum ſpectatum, cujus fidei totius gentis præfectura commiſſa fuerat, generoſa mente, illuſtri ortum proſapia, vitæ ſplendore, dicendi virtute clarum, negociis civilibus tractandis conſpicuum*; citante Morello dedic. opp. Nyſſ. Auguſtino eſt *beatus & venerabilis antiſtes*; *Catholicus Doctor, Sanctus, antiſtes Dei*; *beatiſſimæ memoriæ Ambroſius*:

ius: lib. 1. de nat. & grat. c. 43. 44. lib. 1. contr. Jul. c. 2. & 3. lib. V. onfeſſ. c. 13. VI. 3. *divinarum ſcripturarum egregius tractator*. Epiſt. 12; confer lib. IV. de doctr. Chriſt. c. 4. Poſidonio in vita Auguſt. ſt *acceptiſſimus Deo, & in optimis viris præclariſſimus ſacerdos eximius.* 'igilius Epiſcopus eum refert inter patres *cœleſtibus imbutos doctri-is*. lib. 2. adv. Eutych. Theodoreti iudicio numerandus eſt inter ὰς ἐν τῇ δόσῃ διαπρέψαντας ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς χάριτος *eos, qui in occidente in doctrina gratia claruerunt*. Epiſt. 145. Eidem eſt μεγαλόφωνος ἰσχὺς τῆς ἀληθείας: *magnanimus præco veritatis*; lib. V. hiſt. Eccleſ. 14. Eraniſtes *audivit Ambroſium, qui Mediolani Epiſcopalem ſedem oravit, & contra omnes hæreſes præclarè decertavit, & pulcherrima Apoolorumq; doctrinæ congruentia ſcripſit*. dial. 1. Sophronio, Epiſcopo ieroſolymorum, in epiſtola ſynodica apud Phot. cod. 231. eſt ὁ τῆς θείας παῤῥησίας γνώμων ἀκίνητος, καὶ τῆς εὐσεβείας, *immotus in dicenda ei ſententia, & pietate*. Eulogio, Epiſcopo Alexandrino, eſt *bonus* e Ambroſius; cod. 230. Marcellino in Chronico eſt *virtutum Epiſcous Sanctus, arx fidei, orator Catholicus*. Caſſiodorus hoc de ipſo egium ſcripſit: Sanctus Ambroſius *lactei ſermonis emanator, cum avitate acutus, perviolenta perſuaſione dulciſſimus; Cui fuit æqualis ctrina cum vita, quando ei non parvis miraculis gratia divinitatis arri-*. c. 20. lib. de divin. Lect. Tranſeo alia in hunc ſenſum.

§. 21. Laudantur ipſius *ſcripta* à re, & ſtylo. Audivimus hactenus judicia quædam Auguſtini, Vigilii, Caſſiodori; Addaius quædam; Citat Sixtus Sen. lib. IV. Bibl. S. Auguſtini ex lib. IV. e doctr. Chriſt. verba, *quod* (Ambroſius) *de humilibus ſubmiſsè, de ediocribus temperatè, de magnis ſublimiter egerit, ſtylo florido, elabora-; quodq; ubiq; lucidum, ac perſpicuum eloquentiæ flumen effuderit.* cca Epiſcopus Cantabrigienſis in epiſtola ad venerabilem Beam de Ambroſianis commentariis hoc tulit judicium: *Sunt quæm in expoſitione B. Ambroſii in Lucam tam diſerta ſimul & excelſa uod tuam quoq; ſanctitatem vidiſſe non ambigo*) *ut à doctioribus ſolum telligi queant, à rudioribus vero, factioſisve lectoribus* (*quales in præſenævo plures invenies*) *prædifficultate aſſequendi ea, quæ diſerta ſunt, vel ipiendi, quæ alta, ne quærenda quidem, quaſi celſiora, nec quaſi ſe fortio-s putentur eſſe ſcrutanda. Nec parum dedit judicii doctiſſimus pater Auuſtinus, qui ad Paulinam, Dei famulam, de videndo Deo, ſcribens, nom-* Scriptis.

alius

aliis magis, quam ex hoc opere sumptu B. Ambrosii testimoniu, utendum putavit, & ea pariter non solum ponenda simpliciter, sed etiam exponenda judicavit, adeo, ut ex paucissimis memorati tractatoris sententiolis non parvum volumen retractando confecerit. Quædam tamen S. Ambrosius in hoc opere indiscussa præteriit, quæ illi, quasi summæ eruditionis viro, plana, nec quæsitu digna videbantur. Synodus Sexta Act. X. provocavit ad Ambrosii commentarium in Lucam, & ejus librum sextum. Et, ne Imperatoris judicium desit, subjungamus quid Theodosius M. de Ambrosio censuerit: *Ἀμβρόσιον οἶδα μόνον Ἐπίσκοπον ἀξίως καλούμενον, Ambrosium novi solum Episcopum digne appellatum.* Sozom. lib. V.

§. 22. Modeste de semet ipse sentiebat, ut ex lib. 1. offic. citat noster Chemnit. part. 1. exam. Conc. Trident. p. m. 130. Hieronymus quoque parcus fuit in ipsius elogiis decantandis. Id quod observavit Erasmus, quando in Ambrosii opera ita præfatur: Hieronymus, *quanquam illum* (Ambrosium) *aliquot locis multa cum honoris præfatione citet, tamen alicubi minus candidè de libris ejus sentire videtur. Siquidem in præfatione in Didymi librum de Spiritu Sancto, ab ipso versum, taxat libellos cuiusdam de Spiritu, ex Græcis bonis Latinos non bonos, in quibus nulla vis sit argumentorum, sed tantum orationis faciei, exquisitis hinc inde coloribus pigmentata. Rursus in præfatione, qua præfatur in homilias in Lucam, recitante Ruffino; (Nam opus hoc intercidit) taxat illum in commentariis in Lucam, ut verbis ludentem, sententiis dormitantem, denique Græcorum plumas se venditantem.* Hæc Erasmus ex Ruffino, verè, an falso ista referente? sit judicium penes Lectorem. Addit Erasmus: *in Catalogo scriptorum* (Hieronymus Ambrosium) *nec laudat, nec vituperat; Ne in alterutram, inquit, partem aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas. Ac ne lucubrationes quidem illius recenset, quod tamen in aliis solet. Ex quo divinare licet, Hieronymo quædam in Ambrosii libris displicuisse, quæ ob singularem hominis auctoritatem supprimere maluerit, quam evulgare.* Forsan ussit Hieronymum, quod Ambrosius ex Origenis, Hieronymo invisi, fontibus rivulos suos derivarit; sed male propterea ipsum oderit, eo quod ipse etiam Hieronymus libros Origenis περὶ ἀρχῶν ex Græco in Latinum converterit, & pro sese Ambrosii auctoritatem allegarit ad Pammach. & Marcel. Apol. 1. adv. Ruffin. f. m. 89. t. 3.

opp.

Digitized by Google

opp. Confer Eraſmum præfat. in opp. Hilarii, & Auguſtini.

§. 23. Apud *recentiores* quoque, perinde ut apud veteres, variant judicia de Ambroſio & ejus ſcriptis. Sunt qui eximie ipſum laudant à ſtylo, & orthodoxia, & aliis virtutibus, ſunt deinde etiam alii, qui hinc inde quædam in ipſo deſiderant, prout ipſorum cauſſæ vel ſervit, vel non ſervit. Eraſmo Stylus placet: *in Ambroſio dulces quosdam aculeos, & Epiſcopo dignam amamus verecundiam*, ait dedic. opp. Auguſt. Nec diſplicet ille Sixto Sen. lib. V. Bibl. tit. Ambroſ. *adamavit enim*, ipſo iudice, *peculiari ac naturali quodam affectu gravem & argutam brevium ſententiarum copiam, delectatus mirum in modum oratione, commatis, & colis interdum numeroſis diſtincta, & floſculis picturata.* Ibidem locorum eum commendat *à fidei ſtabilitate, morum integritate, & eruditionis admiratione*, qua *excelluerit.* Confer Theophilum Raynaud in Ambroſio cœleſti; Et Maſculum Jeſuitam Lyric. lib. IX. ode 24. Recentiorū vel Laudantiū.

§. 24. Contra quidam Petrus Damiani, legatus Pontificius, eum vocat *hominem dogmatis diverſi à ſede Petri*, citante Mornæo myſter. iniquit. p. 533. Eraſmus ait: *ſi rejiciendi ſunt, in quorum libris inveniuntur hæretica, fortaſſis rejicientur & Cyprianus, & Ambroſius.* annot. in c. 2. Epiſt. ad Galat. Melchioris Cani, Epiſcopi Canarienſis, judicio, *neminem hoc errore duci oportet, ut, ſi Ambroſius, ut Hieronymus contra morem doctrinamq; hujus temporis fecerint, locutive fuerint, id ſibi arbitretur licere.* Loc. Theol. lib. VII. c. 3. n. 2. Cum ceteraque ſua in commentariis ex Origene deſcripſerit, vide comm. in Pſ. CXVIII. obſervante etiam noſtro Chemnit. part. III. Exam. C. T. quilibet videt, parum tuta eſſe, quæ habet, ſi cogitat, quam infelix ſcripturarum interpres Origenes fuerit. Defuit ipſi cognitio linguæ Hebrææ; ſecus enim vocem πάσχα ἀπὸ τῦ πάσχειν *à patiendo* non derivaſſet; lib. 1. de paſch. *Neq; in Græco idiomate multum verſatus fuit*, Judice Toleto annot. 66. in Luc. 1. Interdum & analogia fidei deſideratur; ſtatuit ad Rom. V. 12. non damnari hominem propter peccatum originale, ſed ſola actualia; neque adulterium ante latam Moſis legem fuiſſe illicitum; cœlum & ſtellas animatas ſtatuit: uti ex epiſtola XXI. ad Honorant. notat Claudius Eſpencæus, Pariſienſis olim Epiſcopus, de anim. cœlor. c. 2. f. 951. opp: Et derivat errorem ex Origene, *quem* vel reprehendentium:

in hac cœleſtium animatione, ut alibi ſæpe, ſuum plane faciat Ambroſius. Origenes ſtatuit purgatorium poſt hanc vitam & bonorum & malorum homil. XXV. in Numer. Ambroſius eundem erat errorem, rejectus ideo cum Origene ſuo à Bellarmino lib. II. de purgat. c. 1. Greg. de Valent. de purgator. c. 5. p. 281. vide Meiſner. de purgator. c. IV. p. 130. 131. 274.

Exceptiones. §. 25. Diſtinguit quidem Melchior Canus l. c. inter Ambroſium ſolum, & aliis junctum, nempe, ſtandum eſſe ipſius auctoritate, ſi alios Patrum ſibi ſuffragantes habeat; non eſſe, ſi ſolus ſenſerit, & ab aliis diſſenſerit; quaſi conſenſus nonnullorum Patrum *ſit vox ipſius Catholicæ Eccleſiæ, cujus illi fuere columnæ præcipuæ*: Attamen ne ſic quidem auctoritate Ambroſii ſtandum eſſe cenſuerint illi, qui etiam aliis pluribus, & vetuſtioribus conſentientem repudiare non dubitant. Viſionem Dei beatificam animabus piis, ante diem extremum, denegat Ambroſius, ſed in eadem ſententia fuerunt Clemens Romanus, Tertullianus, Origenes, Juſtinus Martyr, Irenæus, Victorinus Martyr, Lactantius, Chryſoſtomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, Arethas, Bernardus. &c. vide Staplet. in defenſ. auct. Eccleſ. cont. Witaker. lib. I. c. 2. Sixt. Sen. lib. V. Bibl. annot. 64. & 169: lib. VI. annot. 264. & 345. Mariam peperiſſe utero aperto, Ambroſii ſententia fuit, nec ſolius; ſic enim ex Patribus ſenſerunt Origenes, Tertullianus, Gregorius Nyſſenus, Epiphanius, Hieronymus, Theophylactus &c. rationem reddit Maldonatus, *illas contra Marcioniſtas, & alios Hæreticos, qui Chriſtum negarunt, verum corpus habuiſſe, id dixiſſe, ardore abreptos diſputationis, ne Chriſtum incorporeum phantaſma facere viderentur, ſi dixiſſent, matris uterum non aperuiſſe.* comm. ad Luc. c. II. 23. Presbyteros Epiſcopis æquales eſſe, ſenſit idem Ambroſius, ſed cum Hieronymo, Auguſtino, Sedulio, Primaſio, Chryſoſtomo, Theodoreto, Oecumenio, & Theophylacto; ſtatuente, & allegante Michaele Medina lib. I. de ſacr. hom. orig. c. 5. Confer Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. ſanct. annot. 324. Bell. de Cleric. lib. c. 15. Petav. lib. II. de cœleſt. Hier. c. 8. Ex noſtris D. Hülſem. Anti-Hag. diſp. XII. q. 2. p. 478. ſeqq. *Angelos eſſe corporeos* Ambroſius ſtatuit; conſentiens è vetuſtioribus Juſtino Martyri, Clementi Alex. Methodio, Origeni; Ter-

ertulliano, Auguſtino, è recentioribus ſeptimæ ſynodo, & Taſio. vide Dionyſ. Petav. lib. I. de Angel. c.2. qui plures addit. osdem Angelos libidine peccaſſe Ambroſii ſententia fuit, vide polog. David.c.1. qui ipſe error multorum aliorum patrum fuit. orpora cœleſtia ob peccatum eſſe corruptioni obnoxia, Ambroio *omnes ferè Græci patres conſentiunt*; vid. Sixt. Sen. lib. VI. Bibl. nnot. 245. *Pleriq;* etiam *Patrum* cum Ambroſio ſenſerunt, Joſephum Chriſti patrem nutritium ex alia uxore liberos ſuſcepiſſe; itente Azor. t.1. moral. l.2.c.17.

§. 26. Alii, cum ſalvam volunt auctoritatem tanti viri, icubi erraſſe videtur, prætendunt, corruptum ab aliis fuiſſe. Cum Bellarmino de matrim. c. 17. locus ex Ambroſ.comm. in 1. Cor. VII. objiceretur, reſpondebat: *Gratianum & Lombardum contendere, a verba inſerta ab aliquo falſario fuiſſe commentario hujus auctoris.* Felix Cardinalis de Montalto, cum opera Ambroſii ſub prælum revocari curaſſet, præfatus eſt ita: *obſcura explicuimus, manca ſupplevimus, adjecta rejecimus, tranſpoſita repoſuimus, depravata emendavimus, omnia demum, ut germanam Ambroſii phraſin redolerent, ſuppoſititiis quibuscunq; abſciſſis pro viribus ſtuduimus*: pergit, & conqueritur: *Præclara hæc Patrum monumenta cum, Eccleſiæ inimico in medio ritici Zizania ſuperſeminante, adeo corrupta ac temerata depromerentur, ut interdum nullam, interdum ineptam, aliquando falſam, nonnunquam vero à fidei inſtitutis, & ab ipſorum auctorum mente alienam efficerent ſententiam* &c. Labbeus diſſert.de ſcript.tit. Ambroſ.t.I.p.47. *admixta ſunt*, ait, (Ambroſianis operibus) *nonnulla ſpuria & ſuppoſititia*: Confer Eraſm. præfat. in Hilar.f.3. Nic.Fabr. epiſt.ad Fronton.inopuſc.p.215. Dallæ. de uſ. PP. p.84. Et excuſationes.

§. 27. *Amphilochius* (ita enim communi more legitur, non Amphilogius, uti apud Trittenhemium,) Epiſcopus fuit Iconii *primariæ Lycaoniæ urbis, imò moderator totius nationis*, juxta Theodor. lib.IV. hiſt. Eccleſ. c. 10. Diſtinctus ab alio Amphilochio, utpote Pamphiliæ Epiſcopo; ad quem exſtat Synodica Siſinnii Conſtant. & Theodoti Antiocheni Epiſcopi, memorante Phot. cod. 52. Iſtius (1.) *ætas* incidit in tempora Baſilii M. & Gregorii Nazianzeni, æqualium, nempe intra annum Chr. 360. & 390. quo tempore catalogum ſuum concinnabat Hieronymus. (2.) *Scripta* *Amphilochii*. (1.) ætas. (2.) ſcripta

ipſius noviſſimè prodierunt Pariſ. Græce & Lat. ann. 1644. cura Combefiſii. Scripſit librum de Spiritu Sancto, *quod Deus ſit, & quod adorandus, quodq; omnipotens ſit*, referente Hieronymo in Catal. Scripſit & homilias à Theodoreto aliquoties citatas, dial. I. f. 43. III. f. 165. An exiſtant? Bellarminus de ſcript. fatetur, *certo ſe ſcire non poſſe*: Adverſus Enthuſiaſtas commentarium memorat Theodor. lib. IV. hæret. fabb. c. 11. Liber ad Baſilium de libris, quos Hæretici orthodoxis & celebrioribus Patribus ſuppoſuerunt, citatur à concilio VIII. Act. 5. t. 3. f. 552. laudante Dallæ. de uſu PP. c. 3. Jambos ad Seleucium an ſcripſerit? quæritur. Crojus affirmat. Exerc. in N. T. c. 11. Negant Billius, & Labbeus, Gregorio Nazianzeno eos vendicantes. vita certe Baſilii adulterinus fœtus eſt, juxta Cent. Magdeb. IV. c. 10. f. 538. B. fatentibus Bellarmino de ſcript. Eccleſ. tit. Amphilochius; Baronio an. 363. n. 74. Labbeo de ſcript. t. I, p. 62. Spondan. an. cit. n. 13. repudiantibus eam, tanquam *falsã, ſuppoſititiam, commentum dignum riſu, opus impoſtorum, qui falſa ingenerant, & vera mendaciorum admixtione corrumpunt*: Et tamen ſub nomine Amphilochii occurrit in vitis PP. In catalogo Sigeberti c. 7. In editione Colonienſi anno 1520. vulgata, apud Surium t. I. ſanct. 1. Jan. Joannem Mariam Braſichellanum p. 233. indicis Romani. Neque dubitarunt Pontificii, etiam Beliarminus, ex libro iſto allegare teſtimonia adverſus orthodoxos. vide Rivet. critic. l. 3. c. 27. Coc. p. 281. Scultet. medul. tit. Baſilius, p. 1043. D. Dorſch. vindic. interv. c. 30. n. 8. Cl. Dn. J. G. Olear. Abac. tit. Amphilochius. Cyrillus in apologia ſua citat egregium Amphilochii dictum de fructu incarnationis Chriſti; & Synodus Chalcedonenſis aliud, in eandem ferè ſententiam. vide Cent. IV. Magd. cap. 10.

(3.) Iudicia;

§. 28. (3.) *Iudicia.* Honorifica hoc de viro exiſtant: Baſilius, æqualis ipſius, librum ſuum de Spiritu Sancto, ut & Aſcetica, ipſi dedicavit; in proœmio iſtius libri exclamat: ὦ φίλη κεφαλὴ, καὶ πνευματόπνοι μοι πασῶν, ἀδελφὲ Ἀμφιλόχιε: *o charum mihi caput, frater Amphilochi, quem ego præcæteris facio plurimi.* t. 2. opp. f. m. 42. Gregorius Nazianz. in carmine ad Olympiadem, Amphilochium hunc noſtrum laudat, tanquam *veræ atq; orthodoxæ doctrinæ præconem, decus ſuum, & ornamentum* &c. Exiſtunt etiam ipſius

duæ

duæ epiſtolæ, nempe XII. & XIII. ad eundem. Hieronymus in epiſtola ad Magnum Oratorem non facile judicare poteſt inter tres iſtos, Baſilium, Nazianzenum, & Amphilochium, *quid in illis primum admiretur, eruditionem ſeculi, an ſcientiam ſcripturarum?* Theodoretus lib. IV. hæret. fabb. c. 11. ipſum laudat tanquam τὸν πάντων ἄριστον *optimum inter omnes*: Et lib. V. hiſt. c. 16. habet ipſum θαυμάσιον *admirabilem* cordata prudentia. Totum concilium, Trullanum nempe, in allocutoria ad Imperatorem Juſtinianum, honorificam ejus facit mentionem. Ipſe Imperator Theodoſius eundem celebrat, & refert inter Patres, *qui unius majeſtatis atq; virtutis Patrem & Filium & Spiritum Sanctum confitentur ejusdem gloriæ, claritatis unius, nihil diſſonum profana diviſione facientes, ſed Trinitatis ordinem, perſonarum aſſertionem, & divinitatis unitatem.* l. 3. cod. de fid. Cathol. Menologium Græcorum, & Martyrol. Rom. ad d. 23. IXbris ejus memoriam celebrant, *quatenus ſanctorum Baſilii & Gregorii Nazianzeni in eremo ſocius, & in Epiſcopatu collega, poſt multa certamina pro Catholica fide ſuſcepta, ſanctitate & doctrina clarus quievit in pace.* Inter vetuſtiſſimos Amphilochianorum operum interpretes fuit quidam Urſus Eccleſiæ Romanæ Diaconus, qui vixit circa medium ſeculum nonum.

§. 29. *Amphion* (qui apud Centur. Magd. cent. IV. c. 10. col. 554. Appianus dicitur) Ciliciæ Epiſcopus, Athanaſio σύγχρονος, orthodoxus, ſcripſit quædam, quæ innuit, & laudat Athanaſ. orat. 1. adv. Arianos. f. 291. C. Refert autem ipſum inter *Confeſſores & viros Apoſtolicos*, quorum *ſincera & ſimplicia* erant *ingenia*. Interfuit Ancyrano & Neo Cæſar. Conciliis aliquis Amphion Ciliciæ ſecundæ Epiſcopus, an hic fuerit? id in dubio relinquimus. Fuit & aliquis Nicomediæ Epiſcopus Amphion dictus, uti patet ex epiſtola Synodi Alexandrinæ. Item Conſtantinopolitanus, Eubio ſubſtitutus. Amphion.

§. 30. *Anaſtaſia* inter Romanas fœminas nobiliſſima, Publii, viri Clariſſimi, ſed gentilis, uxor, Chriſtiana ipſa, fertur ſcripſiſſe *duas ad Chryſogonum epiſtolas*, quarum mentionem faciunt Nicephorus lib. XIV. ſub fin. & Suidas; Latinè exſtant apud Baron. an. 300. n. 4. 5. 6. 7. qui quidem putat, *germanas eas eſſe, & per multa ſecula in hanc diem integras conſervatas*: Continentur tamen Anaſtaſia.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

in iis, quæ ſuſpectas eas reddunt, ut ſunt, quæ de fuga mariti gentilis narrantur.

Anaſtaſius. §. 31. *Anaſtaſius* I. Epiſcopus Romanus ſedit ab anno 398. uſque ad annum 402; & ſcripſiſſe fertur *epiſtolas* binas *Decretales*, quas ἀποβολιμαίας eſſe oſtendit Blondel. in Pſeud. Iſid. proleg. c. II. p. m. 73.

Antiochus: §. 32. *Antiochus Ptolemaidis* Epiſcopus, floruit ſub finem quarti, & initium quinti ſeculi. *Scripſit* contra confuſionem duarum in Chriſto naturarum; unde ſententiam allegat Theodoretus dial. II. f. m. 106. t. IV. Iſidorus Peluſiota lib. I. epiſt. CCLII. non adeo bene de ipſo ſentit; Nam apoſtatam vocat, ſeu coapoſtatam Theophili Alexandrini.

Antonii (1) ætas. §. 33. *Antonii* Eremitæ (1.) *ætas* refertur ſub Imperium Conſtantini M. & Conſtantii: *Floruit* enim *ſub Conſtantino & filiis ejus regnantibus*, juxta Chronicon Hieronymi, & vixit annos CV; vita defunctus anno XXI. Conſtantii, poſt N. CH. 356. Vitam ejus ſcripſit Athanaſius, in Latinum verterunt Evagrius Antiochenus, & Hieronymus, uti memorat ipſe hic epiſtola CI. ad Pammach. Et laudat tanquam *inſigne volumen* in Catal. & in epiſt. XVI. ad Principiam; & XXVII. ad Euſtochium; Confer & Auguſt. lib. VIII. Confeſ. c. 6. Ex recentioribus Surium, & hujus Epitomatorem Haræum ad d. XVII. Jan.

(2) ſcripta (2.) *Scripſit* olim ſeptem epiſtolas, Ægyptiaco idiomate: *Miſit ad diverſa monaſteria Apoſtolici ſenſus ſermonumq; epiſtolas ſeptem, quæ in Græcam linguam translatæ ſunt, quarum præcipua eſt ad Arſenoitas*: referente Hieronymo: in Catal. An verò, quæ hodie exſtant in Bibliotheca Patrum, Latine factæ à Symphoriano Camperio, ſint genuinæ illæ? Eruditi non immerito dubitant. vide Centur. Magd. IV. c. 10. f. m. 760. G. (qui præcipua doctrinæ capita inde excerpſerunt) & Rivet. Critic. ſacr. lib. III. c. 3. Alias ejusdem epiſtolas XX. ex Arabico edidit Anno 1641. Pariſ. Abraham Ecchelenſis Maronita; Præterea circumferuntur *duo libri Sermonum*, qui *Meliſſa* vocantur, laudati à Trittenhemio; *ſcripſit quoq;* (ſic ille) *celebre opus duorum librorum, quod Meliſſa, i.e. apicula, nominatur*: Quibus in libris quædam emendat Jacobus Billius lib. I. obſerv. ſacr. c. 4. & 5. ſed libri hi adulterini, certè interpolati, ſunt, quandoquidem in ipſis mentio fiat *Baſilii, Gregorii Nyſſeni,*

Ioan-

Digitized by Google

Ioannis Chryſoſtomi, Nili, Photii, & aliorum, qui multis annorum centuriis poſteriores fuerunt S. Antonio Abbate. verba ſunt Bellarmini de ſcrip. tit. Antonius. *Regulam* ejus Abbas Ananienſis in collectaneis regularum Monaſticarum exhibet, edidit P. Menardus. Bibliotheca Patrum eidem adſcribit *Sermonem de vanitate mundi, mortuorumq; reſurrectione*: ex editione Gerardi Voſſii. (3.) *Iudicia.* Trittenhemius refert: *Etſi literas non dedicerat, in divinis tamen ſcripturis adeo fuit eruditus, ut nullus Doctorum ſe ei præferre præſumeret: Habebat memoriam pro libris, intellectum & ſenſum pro literis, gratiam pro ſtudio lectionis*: ſit fides penes auctorem; Certe Auguſtinus, qui hujus traditionis mentionem facit lib. I. de doctr. Chriſt. prol. non adeo multum ipſi tribuit, ſcribens: *Si hæc quisq; falſa arbitretur, non ago pugnaciter.* Ejusdem farinæ videntur eſſe, quæ Athanaſius in vita ipſius ei tribuit magna, ſingularia, & miranda. Cl. Barthii Ἔπαινοι idea ſunt ea magis, quam hiſtoria Monachi perfecti. (3.) Iudicia

§. 34. *Anyſia* Martyr paſſa eſt ſub Diocletiano, anno Chriſti CCCIII, ejus *Acta* occurrunt apud Metaphraſten d. XXX. Kbris, *ex antiquioribus monumentis in lucem reddita* judicio Baronii an. 303. n. 83. Martyrol. Rom. d. 30. Decembris. Anyſia.

§. 35. *Apolinaris.* Græcè Ἀπολινάριος; vide Sirmundum ad Facundum Hermianenſem; Diſtinctus ab Hierapolitano Epiſcopo, qui ſeculo præcedente floruit, Diſtincti quoque inter ſe pater, & filius; iſte profeſſor Alexandrinus & Presbyter, genuit filium ὁμώνυμον, qui tandem Epiſcopus Laodicenus evaſit; & floruit circa tempora Juliani parabatæ. vid. Socrat. lib. II. c. 46. III. 16. Sozom. lib. V. c. 18. *Scripta* utriusque Senioris & junioris recenſet Sixtus Senenſ. lib. IV. Bibl. p. 145. ex Socrat. l. III. c. 16. Sozom. lib. VI. c. 18. (Confer & Voſſ. de Script. Græc. lib. II. c. 18. & in opere de poëtis Græcis.) Carminicè pleraque ſunt facta, ut pueri Chriſtianorum ſcholaſtici in literis humanioribus exercerentur. Apollinares, (1) ætas (2) ſcripta

§. 36. Librorum *contra Porphyrium* meminit Hieronymus præfat. comment. in Daniel. Reliqua volumina vocat *innumerabilia in ſanctas ſcripturas*: Ex quibus ſupereſt *metaphraſis in Pſalmos*, vulga-

vulgata Pariſ. 1580. apud Commelin. anno 1596. & in Bibl. PP. anno 1624. *Harmoniæ* mentionem facit Hieronymus apol. contr. Ruffin. t. 3. f. 104. B. duorum item voluminum, quæ ſcripſerit *contra Dionyſium* Alex. pro Irenæo in materia de Chiliaſmo. præfat. in Jeſ. c. XVIII. tom. 5. f. 113. Τὸν περὶ ἀληθείας *pro veritate* librum refert Sozomen. l. c. fol. m. 624. B. Arripuit calamum etiam *adverſus Eunomium*; Philoſtorgius enim narrat, περὶ τὴν Εὐνομίου ἀπολογίαν Εὐνομίῳ ἀντιγράψαι *adverſus apologiam Eunomii ſcripſiſſe* lib. VIII. hiſt. c. 12. Baronius an. 34. n. 133. eidem tribuit *Tragœdiam*: Chriſtus patiens, hactenus Gregorio Naz. aſſignatam; Epiſtolæ *de incarnatione Domini*, Julio alias tributæ, Apollinarius auctor eſſe dicitur à Baronio & Poſſevino. *Cantica* etiam compoſuit *pro labore, atq; otio, prodiebus feſtis, ac reliquis omnibus*; Soz. lib. VI. c. 25. Theodoretus in dialogo, I. laudat aliquem ipſius librum, quem τὸν κατὰ μέρος βιβλίον *compendiarium librum* vocat, unde & teſtimonia mutuatur dial. II. f. 112. III. 170. Paulo poſt mentionem facit λογιδίου τῆς πίστεως, *libelli de fide*, & alicujus ἐκθέσεως *expoſitionis*; (Atq; hic forſan eſt ille libellus, qui ἡ κατὰ μέρος πίστις *fides ſigillatim expoſita* dicitur, falſo olim tributus Gregorio Neo Cæſareenſi, judice Dallæo de uſu PP. c. 3. p. 13.) & dial. 2. λόγων τῶν περὶ σαρκώσεως *librorum de incarnatione*; repetit dial. III. f. 171. De *hominum ætatibus* libellus prodiit Leodii an. 1575. Liber *adverſus Imperatorem & philoſophos* gentilium οὐκ ἀγεννὴς *haud ignobilis* videtur Socrat. lib. V. hiſt. c. 18. In *Numeros* ſcripſiſſe dicitur à Turr. lib. IV. in epiſt. Pontif. c. 10.

Iudicia in partem meliorem.

§. 37. *Iudicia* de Apolinario variant; Quidam enim ipſum laudant, quidam vituperant; Laudant non orthodoxi ſolum, ſed etiam heterodoxi, & ejus quidem cum eruditionem, tum ſcripta, ſive in ſe, ſive ad aliorum ſcripta relata: *Ego Apolinarem nunquam putavi inimicum eſſe, imo ſunt quædam, quorum gratia virum veneror etiam*: Scribit ad Patrophilum Baſilius, epiſt. LXXXII. cum & ipſe Apolinariſmi reus inſimularetur; Confer epiſt. LIX. & epiſt. LXXIV. f. m. 876. A. Cyrilli Alexandrini judicio fuit *magnus fidei propugnator*, epiſt. XV. Socrates lib. III. hiſt. c. 16. eum refert inter viros φαιδροὺς & φαιδροτέρους *illuſtres & illuſtriores*: Sozomeno

no judice, erat *πρὸς πᾶσαν ἐπιστήμην καὶ λόγων ἰδέαν παρεσκευασ-μένος & omni disciplinarum genere instructus.* lib. V. hist. c. 18. *πολυμα-θὴς præclare doctus: multa* nempe *eruditione & excellenti ingenio* præ-us; ejusque scripta censet *ἰσαρίθμους καὶ ἰσοδυνάμους πραγματείας, ὑπὲρ καὶ θεσμοῖς, καὶ χαρακτῆρι, καὶ οἰκονομίᾳ δημιουργὰ τοῖς παρ' ἕλλησιν ἐν τού-τοις δοκιμάσασιν. Et numero & præstantia æquales iis, qui apud Græ-in eo genere celebres exstitere, seu dictionem, seu formam, seu dispositi-nem operis spectes.* Subjungit: adeo, ut nisi homines antiquitatis n venerari solerent, & ea maximè diligere, quibus assueverunt, *ους, οἶμαι, τοῖς παλαιοῖς τὸν Ἀπολιναρίου σπουδὴν ἐπαίνων, καὶ ἐπι-σκοπῶν ἄμεινον: Apolinaris libros æquè ac veterum illorum laudaturi es-nt, ac discituri: eoq; magis ingenium hominis admiraturi, quod veterum idem singuli in uno tantum genere doctrinæ versati sunt: hic vero omnia mplexus, vim ac præstantiã uniuscuiusq;, ubi usus id postularet, expreßit.* b. VI. c. 25. eundem celebrat *a facultate oratoria*, & *διδασ-καλία ἱερῶν δογμάτων doctrina Sacrorum dogmatum.* Confer Vincen-ium Lirinensem in commonitorio. Philostorgius, etsi Euno-ianus, adeoque orthodoxis iniquior, notante Photio cod. XL. ibl. nihilominus Apolinarium egregiè laudat, lib. VIII. hist. c. dum Basilio Magno, & Gregorio Theologo celebertimis vi-s ipsum comparat, & *εἰς τὴν ἱερὰν μάθησιν, quoad sacram doctrinam* iam *majoris facit.* n. 14. eundem confert etiam Eusebio & Metho-io, ajens, *Apolinarium scribentem adversus Porphyrium ὅτι πολὺ κρεῖτ-τον, superiorem multo esse iis, quæ Eusebius adversus eundem scripsit; sed r iis, quæ Methodius super eodem argumento edidit*: Uberius hæc dedu-untur in indice Philostorgii, p. 9. *quod Apolinarius* &c.

§. 38. Licet autem eximiæ hæ viri laudes sint, inventi & deteriorem. imen sunt, qui quædam in ipsius non solum eruditione, sed et-am orthodoxia desiderant. Carpit in illo multitudinem scri-torum Basilius epist. LXXIV. & LXXXII: & Hieronymus *n sanctas scripturas innumerabilia* ipsum *scripsisse* refert; Hic ipse in psius commentariis desiderat perspicuitatem, dum comment. in Hoseam ad Pammachium ita scribit: *Apollinarius Laodicenus, cum n adolescentia sua breves & in hunc, & in alios, Prophetas, commenta-iolos reliquisset, tangens magis sensus, quam explicans: rogatus est postea, ut in Osea plenius scriberet; qui liber venit in nostras manus: sed & ipse*

 nimia

nimia brevitate ad perfectam intelligentiam lectorem ducere non poteſt. Confer præfat. in Malach. t. VI. f. 129. Invect. 2. in Ruffin. & com. in c. XII. Eccleſ. *animum* quidem ipſius laudat, ſed non *ſcientiam*; dum *de omnium translationibus in unum veſtimentum pannos aſſuere conatus eſt, & conſequentiam ſcripturæ non ex regula veritatis, ſed ex ſuo ingenio texuit.* Alibi deſiderat ipſius ſoliditatem: *Apollinaris*, ſcribens; &c. præfat. in Jeſ. tom. V. f. 2. E.

quoad orthodoxiam maximè:

§. 39. Maximè omnium deſideratur in iplo *Orthodoxia*: utpote quod non ſolum *Ethniciſmi* fuerit ſuſpectus, ſed etiam *hæreſis* inſimulatus: *Ethniciſmi*; Ex familiariore converſatione cum Epiphanio quodam Ethnico ſophiſta; Cum enim hicce hymnũ ſuis idolis aliquando caneret, manſit in loco cum patre ſuo Apolinaris, etiam tum, cum profani exeſſe juberentur. Hoc ubi reſcivit Theodotus, Laodicenus Epiſcopus, utrumque Apolinariorum, patrem, jam Presbyterum; & filium, ſacrarum literarum tum temporis Lectorem, excommunicavit. Sozom. lib. VI. c. 25. Socrates hæc tribuit Georgio Theodoti ſucceſſori. lib. II. c. 46. *Hæreſis*; & quidem in *Theologia*; Nam Greg. Naz. epiſt. I. ad Cledonium ſcribens, refert, ſtatuiſſe ipſum tres inæquales perſonarum divinarum gradus; Spiritus Sancti magnum; filii majorem; & Patris maximum. Repetunt id auctores hiſtoriæ Palamæ apud Leonem Allat. diſſert. II. de reb. Eccleſ. p. 296. vide tamen Sixt. Senenſ. lib. IV. Bibl. tit. Apolin. In *Chriſtologia* trabalem erravit errorem, ſtatuens, Chriſtum anima humana, ſaltem rationali, caruiſſe, ejus autem loco fuiſſe Deitatem. vide Hieron. epiſt. XI. ad Auguſtin. Theodoretum dial. I. II. & III. ubi adverſarios Apolinarii laudat Diodorum & Theodorum, & Ambroſium Mediolanenſem; Theodor. Presbyt. de incarn. t. XI. Bibl. PP. f. m. 320. Leont. de ſect. Art. IV. f. 507. Et integra concilia, Romanum, Epiſcopo Damaſo, anno CCCLXXIII. habitum, in quo multi ejus errores, olim jam ab Athanaſio & Nazianzeno notati, condemnati ſunt; & Conſtantinopolitanum in Trullo habitum, ut videre eſt ex allocutoria ad Juſtinianum Imp. *Chiliaſmi* quoque accuſatur ab Hieron. in catal. tit. Papias; & comm. in c. XVIII. Jeſ. Baſilio Epiſt. 293. Greg. Naz. orat. II. In *ἀνθρωπολογίᾳ* inſimulatur Pelagianiſmi à Poſſino Jeſuita Schol. ad Matth. XIX. 12.

§. 40.

Digitized by Google

§. 40. *Aquilius* (Honorio Acchilius,) *Severus*, vixit circa nnum Chriſti CCCLXX, & obiit Valentiniano imperante, juxta talogum Hieronymi, & apparatum Poſſevini. *Scripſit ὁδοιπορι-ν, itinerarium*, oratione proſa & ligata, quod & περιηγητικὸν, item ἔμπειρος (forte πεῖρος *experientia*) appellatur. Aquilius.

§. 41. *Ara* quidam fuit, tempore Theodori Mopſveſteni, omine an cognomine? qui ſcripſit libros, in quibus aſſerebat, ho-ines peccare natura, non voluntate: refutatos à dicto Theodo-. Finxit & quintum Evangelium, quod olim in Bibliotheca æſareenſi exſtabat. Confer Phot. cod. CLXXVII. Ara.

§. 42. *Ariſtæus* Græciæ Epiſcopus, à *ſcripto* ſuis laudatur, inter *viros Apoſtolicos*, quorum *ſincera* & *ſimplicia* erant *ingenia*, ferturab Athanaſ. orat. I. adv. Arian: f. m. 291. B. Cent. Magd. IV. 10. f. 554. Ariſtæus.

§. 43. *Arius*, Presbyter Alexandrinus, hæreſiarcha, & ita iſtinctus ab aliis hujus nominis; vixit circa tempora Conſtan-ni M. & concilii Nicæni, *ſcripſit* epiſtolas plures, ut ad alios, ita l Euſebium Nicomedienſem; referente Epiphan. hæreſ. LXIX. ientionem idem facit alterius ad Alexandrum perſcriptæ; Con-r Theodor. lib. I. hiſt. c. 4. Scripſit & confeſſionem ſuam Sozom. b. II. c. 30. Thaliæ mentio fit frequens apud Patres, quod *crapulæ* men apud Athanaſ. orat II. adv. Arian. t. I. f. 309. D. III. f. 408. A. ſent. Dionyſ. f. 552. C. Sozom. lib. I. c. 21. ubi & *Sotadica* ipſius ntica & carmina notantur; alluſione facta ad Sotadem jambo-raphum turpiſſimum, de quo Suidas: *Fuit Sotades Cretenſis Maro-ita à dæmonio vexatus, jambographus, ſcripſit phryaſas, ſive Cinædos, ngua Ionica.* Perinde, ut hujus jambographi, ſtylus librorum rianorum erat διαλελυμένος *diſſolutus*; Sozom. lib. I. c. 21. f. 435. D. ccommodavit autem iſta carmina variis vitæ generibus, & caſi-us, ut eo magis placerent, & exercerentur: nempe quæ canere-ur domi, vel foris, inter navigandum, in piſtrinis &c. Arius.

§. 44. *Arſenius*, Hypſelitarum Epiſcopus, Arianus, lite-is dedit ad Athanaſium, quas recitat in apol. ad Conſtant. t. I. f. 36. D. Arſenius.

§. 45. *Aſterius*, Amaſeæ Epiſcopus, diſtinctus ab ὁμωνύμῳ, riano: de quo mox; vixit Juliani apoſtatæ, & ſecutis tempo- Aſterius.

ribus, ut constat ex ejusdem homilia tertia. *Scripsit* homilias quasdam, quarum argumenta compendiosè refert Phot. cod. 181. Ex Græco vero in Latinum easdem convertit Philippus Rubenius, & typis Plantinianis vulgavit, quædam inde, nempe ex oratione de divite & Lazaro ἀνακδότῳ Græcè & Latine citat lib. II. elect. c. 1. Metaphrastes laudat orationem ejus in B. Phocam, & in Martyras: vide notam Miræi ad Asterium Hieronymi; *Beati* elogio Photius ipsum insignit.

Asterius sophista.

§. 46. *Asterius* alter est celebris ille Sophista, cujus frequenter meminit Athanas. orat. III. adv. Arian. f. 408. A. 410. IV. f. 454. D. ubi eum appellat *Sophistam*, & (Arianæ) *hæresis patronum.* Natione fuit *Cappadox*, ut idem memorat lib. de Synod. f. 887. C. & Socrat. lib. I. hist. c. 36. vixit ætate Constantii Imp. & *scripsit*, referente Hieronymo, *regnante Constantio in epistolam ad Romanos, & in Evangelia, & in Psalmos commentarios, & multa alia, quæ à suæ partis hominibus studiosissimè leguntur.* Hæc ille in catal. *Libros etiam scribere aggressus est* (ita Socrates) *qui etiamnum habentur, quibus Arii dogma asserebat.* l. c. Platina in vit. Liberii, tribuit ipsi commentarios in epistolam ad Romanos, in Evangelia, & in Psalmos. Athanasius f. 887. C. refert occasionem hæresis, nempe desperationem, quod lapsus in clerum recipi non amplius potuerit; qua de causa scripserit συντάγμάτιον *opusculum de sententia Eusebii*, Ariani scilicet: ut hujus gratiam mereretur. *Epistolas* eundem scripsisse, patet ex Philostorg. lib. IV. c. 4. Adversus Marcellum Ancyranum; ut ex Hieronymi catalogo claret. Unde patet, cujus religionis fuerit, nempe Arianæ, & ejus quidem *antesignanus*, appellante Athanasio f. 389. B. Hieronymo est *Ariana Philosophus factionis*: in catal. Adversarium præcipuum habuit Marcellum Ancyranum, sed infelicius pugnantem, si vera retulit Socr. l. cit.

Athanasii multi.

§. 47. *Athanasius.* Plures huius nominis Episcopi, hoc, & aliis seculis fuerunt, nempe quidam Arianus, Anazarbi Episcopus; apud Theod. lib. I. c. 4. Ancyranus, qui judicio Basil. ep. 53. fuit ἔρεισμα ὀρθότητος *fulcrum rectitudinis*; Tyanensis alius; An Epistolas in gratiam Ecclesiæ scripserit? quæritur: Possevinus affirmat, ratione reddita, quod *publicam Christi Domini atq; Ecclesiæ egerit causam*; sed non omnes scribunt epistolas, qui Ecclesiæ causam

Digitized by Google

ſam agunt. Alius fuit Nemetum Epiſcopus ejusdem nominis, alius Patriarcha Antiochenus, alius Conſtantinopolitanus, de quibus ſuo loco & tempore, nam de Alexandrino Epiſcopo dicere conſtituimus.

§. 48. Ejus (1.) *ætas* incidit in tempora Conſtantini M. & filiorum, nec non Juliani, Joviani, Valentiniani I. & Valentis. Epiſcopus enim factus eſt anno 326. vita autem defunctus anno 372. ut quidem Baronius computat; ſed erraſſe ipſum Aubertus Miræus notat ad Hieronymum de ſcript. Eccleſ. tit. Athanaſ. & probat ex epiſtola Proterii Patriarchæ Alexandrini ad Leonem I. & poſt ipſum Labbe. de ſcript. tit. Athanaſius, refertque obitum ad annum 373. Alexandrini (1.) ætas

§. 49. (2.) *Scripta* aliquot ipſius exſtant adhuc hodie, etiamſi ad poſteros ea transferri noluerit. epiſt. ad ſolit. f. m. 810. A. Prodierunt diverſis locis & temporibus, annis nempe 1520. 1522. 1527. 1532. 1572. 1581. 1582. 1598. 1600. ex officina Commeliniana, Græcè, & Latinè. interprete Petro Nannio, duobus tomis, unde noviſſima Pariſienſis, anno 1627. deſumpta eſt, i. e. ea, qua nos uſi ſumus, prodierunt quoque opera anno 1608. & 1612. Diſtributa ſunt in tomos ſive duos, ſive quatuor, ſive quinque: Quod autem materiam attinet, in polemica, apologetica, hiſtorica, & didactica: Et quod ad auctoritatem, in genuina, dubia, & adulterina. (2.) ſcripta, editiones,

§. 50. In *genuinis* eminet oratio adverſus gentes: de incarnatione verbi; & expoſitiones duæ de incarnatione verbi, Interprete Turriano, tom. XI. Bibl. PP. Expoſitio fidei; confeſſio ad Liberium; Epiſtola ad Jovianum; Confeſſio de incarnatione λόγου & reliquis Chriſtologiæ capitibus; Orationes quinque contra Arianos præcipuè; Enarratio in dictum; omnia mihi tradita ſunt; Epiſtola ad Adelphium, ad Maximum Philoſophum; De ſententia Dionyſii; Refutatio hypocriſis Meletii, Euſebii & Pauli Samoſateni; Liber de naturali communione eſſentiæ inter Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum; *ex communi conſenſu veterum*, quidquid dixerint recentiores, juxta D. Dorſch. in Tibur. p. 111. Sermo de humana natura, Epiſtola ad Epictetum, & de incarnatione adverſus Apolinarium, oratio contra eundem; ut & grega- genuina,

les Sabellii; Epiſtolæ ad Serapionem prior & poſterior: & adverſus Paulum Samoſatenum: Apologiæ ad Conſtantium, de fuga ad Africanos: Epiſtola contra Euſebium, paræneticа de fuga Arianorum; Ad Antiochenſes contra Arianos; Ad Serapionem de morte Arii: Ad ſolitarios; *quod germanum eſt ac genuinum Athanaſii opus*, judice Dallæo lib. III. de jejun. & quadrag. c. 9. De Synodis, cujus libri mentionem facit Socrat. lib. I. Hiſt. c. 13. Ad omnes ubique orthodoxos: de qua contra Baronium diſputat Henricus Valeſ. obſerv. Eccleſ. lib. I. c. 7. quod ſcripta fuerit adverſus Georgium Pſeudo-Epiſcopum Alexandrinum; non autem contra Gregorium, iſtius anteceſſorem. Ad Dracontium pro capeſſendo Epiſcopatu: Tractatus de Sabbato & circumciſione: De peccato in Spiritum S. Synopſis ſcripturæ: De paſſione Chriſti libellus Athanaſio adſcriptus à Synodo VII. Oecum. Act. 4. Surio IX. IX bris. Aſcetica collegit Abbas Ananienſis in collectaneis regularum Monaſticarum, quas edidit P. Menardus Pariſ.

dubia. §. 51. In *dubiis*, vel controverſis, numeratur oratio de ſemente; *eo quod in ſolo Anglicano codice ea reperiatur*, quæ Sculteti ratio eſt, ſed non adeo convincens, eo quod ex reliquis codicibus excidiſſe potuit. Oratio de aſſumptione Chriſti, eo quod, ejusdem judicio, *floridior* ſit; ſed nec hæc ratio ſufficiens eſt, eo quod ſtylo ſuo auctores interdum varient, quod ex Cypriani & Hieronymi ſcriptis animadvertas: Commentarium in Eccleſiaſten & in Canticum Canticorum Athanaſio tribuit Photius, & tamen diverſus eſt ille à reliquorum operum ſtylo. vide Poſſev. Apparat. tit. Athanaſ. t. I f. 124. Idem Sculteus de *Symbolo* dubitat; ſed Athanaſii eſſe, *mihi perſuaſum* eſt cum Rivet. lib. III. Critic. ſacr. c. 4. Sirmond. ad Theodulfum; & Uſſerio de Symbolo. Epiſtolæ ad orthodoxos apud Dallæum non magna eſt auctoritas, quod careat ſolita Athanaſio *ſtylipuritate, gravitate, atq; ſimplicitate*; lib. III. de jejun & quadrag. c. 9. Epiſtola ad Amaum eidem Sculteto dubia eſt, eo quod epiſtolæ ad Dracontium videatur repugnare: ſed diſtinctione adhibita Rivetus dubium tollit, qui ab eodem Sculteto diſſentit etiam circa *epiſtolam feſtalem*. Ἐπιστολὰς ἑορτασικὰς, *epiſtolas feſtales* Athanaſium ſcripſiſſe, ex Hieronymi catalogo certum eſt. *Antonii vita*, ut quidem hodie exſtat, an Athanaſii auctoris ſit? quæritur.

Affir-

Affirmant plerumque Pontificii, vide Roosvveyd. not. in lib. I. de vit. PP. Bollandum atque Henschenium in proleg. ad vitam Antonii, Labbeum de script. tit. Athanas. p. 119. &c. Dubitant alii. vide Höpfner. de justif. disp. VI. c. 3. aph. I. §. 8. Coc. cens. p. 203. seqq. Confer Vos. de Script. Græc. lib. IV. c. 18. Barth. advers. lib. LVII. c. 1. Et not. ad Herm. Past. p. 856. & quæ præmisimus, tit Antonius. Id certum est, quod Antonii vitam scripserit Athanasius, veteribus id affirmantibus; an vero eadem, quæ hodie exstat, ea ipsa sit, nec ego plane affirmarim. Græce eam edidit primus David Höschelius; vid. Meursius in historia Lausiaca Palladii p. 175. Epistola ad Africanos *non videtur esse Athanasii* Dallæo, *eo quod scateat battologiis & ineptiis, quod magno illi viro insuetum.* In quem censum retulerim homilias VII. à Luca Holstenio ex Regia, Vaticana, & Oxoniensi Bibliothecis editas, & Latine factas, tom. II. opp. Athan. f 643. seq. Nam & hæscatent fabulis, & incertis traditionibus. *Vitam syncleticæ* Athanasio assignant Bollandus & Henschenius ex interpretatione Colvilli, ad diem 5. Jan. & negari non potest, quod, teste Niceph. lib. VIII. hist. c. 4. Athanasius eius vitam conscripserit; sed an hodie ea exstet? forte quis dubitaverit. Miræus in auctario ad catalogum Hieronymi c. 41. memorat, extare librum Græcè Scuriaci in Bibliotheca regia Hispaniensi, quam Cosmas Fontejus, Regius Græcorum interpres, Latinam fecerit. Castigat idem, qui syncleticæ Theclam substituunt, Lindanũ nempe & Cæsarem Baronium. Libellus *de imagine* Christi Berytensi Baronius ad 9. Novembr. & Bellarm. de script. Athanasio abjudicant; contra nititur Combefisius tom. 2. auctor. Bibl. PP. Ambigit Bellarminus expositio fidei an sit Athanasii, nec ne? ut & de epistola Liberii ad Athanasium; Et hujus ad istum; & de disputatione Athanasii cum Ario; Epistola ad Marcum, & hujus ad istum, pro supposititiis censentur Bellarmino; Lindano contra & Fertario genuinæ. Etiam de qq. ad Antiochum litigant Papistæ. Labb. p. 115. 119.

§. 52. *Suppositiorum* tantum est, quantum Zizaniorum in Adulterinas agro fertili, conquerente Nannio; *in hos libros adulterinos cum incidisset Desiderius Erasmus, & nihil melioris venæ exspectaret, semel depositionere fessus, nauseabundusq; exclamavit: ἄλις θεοὺς, nolens amplius deos gustare.* Refert Evag. lib. III. hist. c. 31. multos Apolinaris libros

libros ei à Neſtorianis eſſe ſuppoſitos: Confer Dallæ. de uſu PP. p. 147. Theodoreti dialogi ſunt, qui Athanaſio vulgo tribuuntur; Nec ejus ſunt alii tractatus uſque ad qq. ad Antiochum, judicio Labbe. p.117. Vigilius Capſenſis, cum præ violentia Eutychianorum ſcriptis ſuis nomen ſuum præfigere non auderet, Athanaſii & aliorum præfixit. vide Chiffletium in editione opp. & Journal. des Scav. lib. I. q.1.2. Hinc non immerito conqueritur Salmeron in 2. Theſſ. II. diſp.2.§.tertia, *multos libros affingi vel Clementi, vel Athanaſio, qui eorum non eſſe, ſolidè revincantur*; Eadem eſt Sixti Senenſ. præfat.in lib.5. Bibl. & Galeſinii ded. martyr.p. 28.querela.

Exempla. §. 53. Speciminis loco ſubjiciamus aliquot ejusmodi adulterinorum ſcriptorum exempla. *Sermo de ſanctiſſima virgine*, judicio Bellarmini & Baronii not. ad XV. Auguſt non eſt Athanaſii, quidquid contra dixerit Spinellus, Salmeron, Maraccius: *Dialogus de Trinitate* Maximo vindicatur à Demetrio Cydonio de proceſ. Sp. S. c.5. vide Dionyſ. Petav. t.I. Theol.dogm. lib.I. c.X. 4. Petrus Nannius Athanaſio abjudicat librum *de ſalutari adventu Chriſti* contra Apolinarium; librum contra *omnes hæreſes*; ſermonem in illud: *profecti in pagum* &c. Epiſtolam *de interpretatione Pſalmorum*; librum *de virginitate, de communi eſſentia Patris*; ſermonem *in crucem & paſſionem Domini*; ſermonem in illud: *quicunq; dixerit verbum* (Confer Dallæ.c.3.de uſu PP.p.56. Labbeum t. I. p. 727. qui refert argumenta Edmundi Aubertini, Athanaſio ſcriptum aſſerentis, adverſus Perronium & Cœffetellum, librum de *incarnatione* (Confer notas ad tom. XI. Bibl. PP. f.m.329.) Bellarminus & Labbeus ingenue fatentur, *commentaria in omnes epiſtolas Pauli* eſſe Theophylacti. Libros VII *de unita Deitate Trinitatis* Vigilio Diacono adſcribit Labbeus. Epiſtola *ad Felicem* Papam adulterinus fœtus eſt Baronio an. 357. n.66. Chamier. Panſtrat.lib.XIII.de P.R. c. 8. n. 3. c. 22. n. 27. Cyrillo aſſignat Baronius orationem in die annunciationis Mariæ, vide rationes eius ad d.25.Martii Martyrol. ſed deſino pluribus recenſendis.

Allegata. §. 54. Mirandum eſt, quod Pontificii ipſimet hos & ſimiles fœtus pro ſuppoſititiis, vel ſuſpectis ſaltem, & dubiis, habeant. Et tamen audeant contra adverſarios ſuos exinde allegare teſtimonia veritatis, tanquam ab inſigni ſeculi hujus Doctore mutuo accepta.

Digitized by Google

:epta. Producunt enim exinde testimonia pro libris apocryphis, ·œnitentiæ sacramento, auriculari confessione, horis canonicis, ·peribus meritoriis, delectu ciborum, invocatione Sanctorum, as-umptione B. Virginis, eminentia Papali, & aliis, uti videre est apud Robert. Coc. p.m. 181. seqq.

§. 55. Inter *deperditos* libros pertinet commentarius in Ec- Deperdita.
lesiasten & Cantica Canticorum, laudatus à Phot. cod. 139. Nec st, quod dubitet Possevinus de scripti germanitate, ideo, quod non xstet, neque ab Hieronymo memoretur. Nam multa veterum cripta nec exstant hodie, neque ab Hieronymo recensentur; ipse-ue fatetur Possevinus, Hieronymum in catalogo *ob brevitatem mul-os* Athanasii *libros omisisse*. Thomas Aquinas citat Athanasium in heca, seu volumen in Joannem; sed illud non comparet. Commen-arius etiam in Psalmos periit, excepto fragmento in Ps. LXXIV. uod edidit Combefis è MSC. codice Bibliothecæ Regiæ Tom. II. uctar. Bibl.

§. 56. *Manuscripta* Athanasii exstare dicuntur in Bibliothe- MSC
a Vaticana, ut Διάλεξις ad Apolinarium, Sermones adversus Ari-m, & alios cacodoxos; Sermones XXXII. &c. memorante Posse-ino. Quæ tamen non omnia genuina sunt; *Alii inquiunt, Con-antinopoli haberi orationes Dialecticas Græcè MSC adversus Arium, ibus coram Constantino M. disseruit in prima universali Synodo Nicæna. raterea orationes ipsius panegyricas, sive conciones in XII. festa Domini-lia. Deinde in aliquos sanctos, quorum festa celebrantur initio VII libri; .e. Demetrii, Myroblitæ Martyris; S. Apostoli Philippi; Eusebii Pamphi-, & aliorum.* Postquam hæc recensuisset Possevinus, ἀπόκρισιν iam subjungit: *At hæc*, inquiens, *non modo incerta, sed & contra ve-ratem*; addita ratione: *Eusebius Pamphili fuit Arianus, ipsiq; Athana-o perinfensus, neq; unquam pro Sancto habitus. De Demetrio item dispi-endum est.*

§. 57. *Iudicia* de eo exstant pleraque honorifica, quorum Iudicia
uædam ipsius personam, quædam scripta concernunt: *Personam*, (1.)
tpote cujus laudantur virtutes cum mentis, tum moris, & hinc meliora
ata in Ecclesia orthodoxa auctoritas & celebritas. *Virtutes* viri de
ot tantæque fuerunt, ut Gregorius Nazianzenus dixerit: Ἀθα- persona.
σίου ἐπαινῶ ἀρετὴν ἐπαινέσομαι; *Virtutem laudabo si Athanasium lau-*

davero:

Digitized by Google

davero: Idem enim eſt illum dicere, quod virtutem laudibus efferre: quoniam omnes virtutes collectas tenebat, vel, ut verius loquar, tenet. Harum virtutum aliæ erant *mentis*, ut ingenii acumen, & ſolida eruditio: *Acris* enim *ingenii* fuit, judicio Ruffini lib.I hiſt c.14. Baſilius M. epiſt. XLVIII. Athanaſium interrogat: *Quis ad ea perficienda τῆς σῆς συνέσεως prudentia tua valentior eſt? quis (ὀξύτερος) acutior quid faciendum ſit, expendit? Quis ad ea, quæ utilia ſunt, agenda efficacior?* Cyrillus Alex: in ipſo laudat *ἀγχίνοιαν perſpicaciam mentis*, quæ in concilio Nicæno eluxerit. Uſus eſt ea mentis felicitate potiſſimum in aſſerenda & vindicanda orthodoxa doctrina: Erat *ἄνδρωπος τὰ θεῖα ἐνθεωρήσας ἐμβατεύσας, homo, qui divinarum rerum intimos receſſus eximie penetraverat*: judicio Iſidori Peluſiotæ epiſt. CCCXXIII. *στύλος τῆς ὀρθοδοξίας columen veræ doctrinæ*, juxta Emiſenum homil.t.2. edit. Pariſ. anno 1636. admirabilis propter *ὀρθότητα καὶ ἀκρίβειαν rectitudinem & accurationem*: ſecundum Cyrillum Alex. in literis ad Presbyteros t.I. Act. Epheſ.c.1. Nam & zeloſus, & laborioſus fuit: *πολύαθλος multus in Athletica* Chriſtiana ſalutatur à Sophronio Hieroſolymitano in epiſtola Synodica apud Phot. cod. CCXXXI. & à Theodoreto: *πενταθλος τῆς ἀληθείας ἀθλητὴς in quinquertio veritatis ſtrenuus athleta*; lib.III. hiſt. c. 5. utpote qui, juxta Baſilium, ſuſtinuit *μυρίους ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἄθλους innumera pro pietate certamina*: vel, ut Cyrilli verba repetam, *ταῖς τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν βλασφημίαις ἄμαχόν τινα καὶ ὑποσκελισθῆναι ἀνυπόπτωτον εἰσηνεγκε, qui impiorum Hæreticorum commentis invicta planèq; Apoſtolica ſapientia reſtitit*: Et Imperatoris Juſtiniani, *qui plurimos & magnos labores ſuſcepit pro recta Chriſtianorum fide adverſus omnem hæreſin, & maximè contra impiiſſimos Arianos*; ſic ille in edicto fidei c. 5. Neq; hæc temere, ſed circumſpecte, *in Eccleſiaſticis enim negociis apprime vigilans fuit*: juxta Ruffin. lib.I.c.14. *Vir ferventis ingenii, & in Eccleſiaſticis negociis vigilantiſſimus, non ſolum contra hæreticorum verſutias ſolertiſſimus, ſed & contra imperatorum potentiam fortiſſimus Antagoniſta.* judicio Ottonis Friſing. lib.IV.Chron.c. 6. Adeoque *ἄμεμπτος ἀθλητὴς irreprehenſibilis athleta*, uti vocatur à Conſtantino in epiſt.ad Occidentales. Synod. VI. Act. 18. Quod merito miramur, ſi cogitamus, quod Julius Epiſcopus Romanus de ipſo ſcripſit: *πειρατήν τι γῆς καὶ τῆς θαλάσσης πειρασθείς, tentatum ipſum fuiſſe & quoad terram,*

terram, & quoad mare apud Socr. lib. II. c.23. quippe qua ratione facilis eſt lapſus.

§. 58. Ex dictis apparet, quod fuerit *eximium conſtantiæ & virtutis exemplum, quem hæreticæ perſecutionis procella non contrivit, ſed probavit*, laudante Caſſiano lib. VII. de incarn. c. ult. *Magiſter fideliſſimus*, juxta Vincentium Lerinenſem; c. 42. common. & *confeſſor eminentiſſimus*: Nec vel hoſtis id diffiteri potuit, Conſtantius nempe Imperator, Arianis addictior; Nam *virum apud omnes ſanctimonia morumq; probitate clarum appellat*, uti videre eſt apud Athanaſ. T. I. opp. f. 775. B.

§. 59. His virtutibus factum eſt, *ut vita ipſius morumq; integritas Epiſcoporum norma eſſet, & ipſius dogmata fidei orthodoxæ leges haberentur*, referente Gregorio Nazianzeno. *Pietas* enim ipſius, & orthodoxa fides, ἐγνώσθη παρὰ πᾶσι καὶ δεδοκίμασται *apud omnes perfecta exploratag; eſt*, juxta eundem Nazianzenum & Baſilium: & quidem juxta illum fuit στύλος τῆς ἐκκλησίας *columna Eccleſiæ*; juxta hunc κορυφὴ τῶν ὅλων *caput omnium*; & quæ alia elogia exſtant epp. LVII. XLVIII. ſeqq: juxta illum ἀληθέστατος τῆς οἰκουμένης ὀφθαλμὸς, καὶ ἀρχιερεὺς τῶν ἱερέων, μεγάλη φωνὴ, τὸ τῆς πίστεως ἔρεισμα, ὁ λύχνος χριστοῦ λύχνος, καὶ πρόδρομος: *Sanctiſſimus orbis oculus, & princeps Sacerdotum, magna vox, fidei columen, altera Chriſti lucerna, & præcurſor.* juxta hunc πρωτότατος πατὴρ *pretioſiſſimus pater*: in quo eccleſiæ & ſibi *una malorum* graviſſimorum *conſolatio* videbatur poſita, tanquam *in medio* divinitus conſtituto: Theodoreto eſt ἀληθέστατος τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας φωστὴρ *clariſſimum lumen Eccleſiæ Alexandrinæ*; dial. I. Evagrio monacho *luminare Ægyptum*. Socrat. lib. IV. c. 23. Cyrillo: αἰδέσιμος μνήμης πατὴρ *pater percelebris memoriæ*: Vigilio: *omnium Eccleſiaſticorum virorum judicio beatiſſimus*: Juſtiniano *Doctor Eccleſiæ Catholicæ magnus & ſanctus*; Manueli Comneno, alii Imperatori, ὁ μέγας τῆς οἰκουμένης φωστὴρ, *magnum orbis lumen*; Damaſceno τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας θεμέλιος *fundamentum Eccleſiæ Dei*; ὁ ἐυβλὴψ &c. cit. Athan. T. 2. f. 548. D. Nicecomm. in Pſalm. μέγας καὶ θεῖος *magnus & divinus*. Confer Phot. CCLVIII.

§. 60. *Judicia* de ſcriptis Athanaſianis, ſive ſtylum, ſive eriam ſpectes, non minus honorifica ſunt. Coſmas Monachus De ſcriptis:

dicere solitus fuit: *Cum inveneris aliquid ex opusculis S. Athanasii; nec habueris chartas ad scribendum, in vestimentis tuis scribe illud.* Hieronymus in epistola ad Lætam suadet legendas Paulæ virginî inter

De stylo: alia scripta etiam Athanasii epistolas: t. I. f. 27. C. De stylo judicium Photii est cod. CXL: *In sermonibus ubiq; locutione clarus est, brevis, & simplex; acutus tamen & altus, & argumentationibus omnino vehemens, & in his tanta ubertas, ut admirabilis sit. Logicis autem methodis nihil tenuiter, nihil juveniliter ut pueri & rudes, sed philosophicè, sed magnificè utitur*: ut quidem Petrus Nannius verba Græca reddidit, & repetiit editio Parisiensis; Nam Rhotomagensis aliquanto aliter habet. In specie censet, *gratia & ornatu verè excellere sermones contra Apolinarium, & epistolas*: cod. CXXXIX. simile judicium de epistolis tulerat cod. XXXII. dicens, *eleganter simul & splendide clarèq; compositas; persuadendi insuper vi ac venustate floridas, ut jucundum sit, quam ibi apologiam scribit, audire.* Erasmus ait: *In Athanasio suspicimus seriam ac sedulam docendi perspicuitatem*: in epist. dedic. opp. Augustini.

De materia: §. 61. Quod *materiam* attinet, censet idem, quod *libros suos sacris scripturæ testimoniis ac demonstrationibus validè communiverit*, inprimis librum de incarnatione, & quinque contra Arianos orationes, quas putat esse τρόπαιον κατὰ πάσης μὲν αἱρέσεως, ἐξαιρέτως δὲ τῆς Ἀρειανῆς: *trophæum contra omnem hæresin, præsertim autem Arianam.* Idem refert, quod Theologus Gregorius, & divinus Basilius, *ex libris ipsius tanquam fonte quodam hauserint orationis suæ pulchros ac perlucidos contra errorem fluvios*: Unde mirum non est, si Gregorio Nazianzeno Athanasius habitus est νόμος ὀρθοδοξίας *lex rectæ doctrinæ*; Julius Episcopus Romanus doctrinam ipsius vocavit εὐαγγέλιον *cœlestem*. Cyrillus scripta ejusdem comparat *fragrantissimo unguento, quo totum hunc mundum mirificè recrearit: Et ob dogmatum absolutam integritatem fidei q; rectitudinem magna apud omnes existimatione & auctoritate fuerit*: imo eousque admirationis provehitur, ut censeat, eundem nihil quicquam aliquando dixisse, ὅσα μὴ ἐστι τοῖς ἱεροῖς συμβαίνοντα λόγοις *quod à S. literis alienum esset.* Marcianus quoque Imperator in sacra contra Hæreticos Athanasii fidem exemplar, juxta quod credendum sit, constituit.

(2.) Sequiora. §. 62. *Obtrectatores* tamen suos etiam Athanasius habuit, &

& adhuc habet. Inter Ethnicos Julianus apostata epist. VI. eum appellat τοῖς θεοῖς ἐχθρὸν *Deorum inimicum*: ἐξελλαμένον *scelestum*; θρασυτάτων *audacissimum*. ep. 26. πανοῦργον *veteratorem*, epist. 51. Hæreticorum, præcipuè Arianorum, convicia in ipsum conjecta, & mendacia conficta numerari nequeunt, adeo multa sunt. Qui in compendio ea legere desiderat, adeat Neo-Ariani, Christophori Sandii, librum secundum enucleatæ, quam vocat, historiæ, in quo non erubuit *personam Ariani suscipere, & curioso Lectori proponere ea, quæ vel pro Ario, vel contra Homousianos, imprimis autem Athanasium, facere possent*. Insimulat hic Athanasiũ variorũ scelerum, sacrilegii, perfidiæ, seditionis, homicidii, scortationis, injustitiæ, & cuius non? Quas tamen calumnias vivus ille adhuc efficacissimè eluit, ut hostes ipsius confusi, & convicti de calumniis obmutuerint, ipse vero testimonia innocentiæ ab integris Synodis, Imperatoribus etiam, & singulis eminentioribus Episcopis & Ecclesiis retulerit. Hæc dissimulare non debuisset Sandius, qui priora recalit, si quidem bona fide agere voluisset. Labbeus Jesuita etiam socios A. C. accenset huic hominum generi, tanquam *Sathanam* dixissent pro *Athanasio*: sed nisi calumniator velit audire, nominet qui *protestantium* eo convitio Athanasium notarint. Non didit id manticæ, quod in tergo erat, Jesuita; nempe indices expurgatorios, Madritanum cumprimis, per immane plagium ex operibus Athanasianis expunxisse, quæ Protestantibus favebant; pontificiis autem minus; loca annotavit Joh. Dallæus de usu PP. p. 104. Taceo interpretes, qui non semper mentem Athanasii assecuti sunt, aut bona fide expressérunt. Pererius in Joh. XIV. disp. 35. notat eos patres, tanquam malos interpretes, qui verba Christi Joh. XIV. pater, *major est me*, acceperint de divina Christi natura; In his vero est etiam Athanasius, juxta Maldonat. in Joh. XIV. n. 68. 70. Alius Jesuita, nempe Salmeron, Athanasium iis accenset, qui negant, animas fidelium videre Deum ante surrectionem de facie ad faciem. lib. I. in ep. Pauli, part. 3. proleg. disp. 6. sub fin.

§. 63. *Aurelius* Episcopus Carthaginensis fertur epistolam ipsisse ad Damasum Episcopum Romanum, quam adulterinam e, censet Blondel. in Isid. Vapul. proleg. p. 118. Aurelius:

Basilii Ancyrani.

§. 64. *Basilius Ancyranus* Episcopus, sic cognominatus ab urbe Galatiæ, cui præsedit. (1.) *Ætas* ipsius refertur quidem à Trittenhemio ad annum Christi CCCXXX. sed aliquanto ulterius promovendam esse facit auctoritas Hieronymi, qui *Macedonianæ* partis eum vocat, & sub *Constantio Rege* vixisse refert in catalogo: Uterque enim & Constantius Imp. & Macedonianus Hæreticus recentiores fuerunt. (2.) *Professione*, seu *arte*, quondam medicus fuerat; Ita enim legitur in catalogo Hieronymi Basileensi: *artis medicinæ*; Quanquam sint, qui malint legere arcis Mecheæ, in Arabia scil. juxta Miræum in notis ad Hieronymum, pro: *arcis Michææ*; Id certum, quod Ancyræ, Galatarum Metropolis, Episcopus fuerit, Marcello substitutus. Socr. lib. II. c. 29. (3.) *Scripsit* contra Marcellum de *virginitate librum, & nonnulla alia*, referente Hieronymo in catalogo. (4.) *Macedonianæ partis cum Eustathio Sebasteno princeps fuit*, eodem Hieronymo teste. Ejus vitia acerrime notarunt Acacius & Eudoxius. Socrat. lib. II. c. 42. f. 155. C. D.

(1) ætas/

(2) professio.

(3.) scripta.

Basilii Magni

§. 65. *Basilius* à rebus præclare gestis *magnus*, ab Episcopali urbe *Cæsareensis*, nempe Cæsarea Cappodociæ, quæ & Mazaca, dictus: patria Helenopolita-Ponticus, Gregorii Nysseni, & Petri Sebasteni Episcoporum frater, commilito vero Gregorii Nazianzeni. (1.) *Ætas* ipsius refertur ad Imperium Ioviani, Valentiniani & Valentis, Gratiani & Theodosii Impp. Nam juxta calculum Baronianum factus est Presbyter anno N. Ch. 362. Episcopus anno 369. mortuus anno 378. *moritur imperante Gratiano*, juxta Hieronymum: sed ad annum CCCLXXVII. scribit: *Basilius Cæsareensis Episcopus Cappadociæ clarus habetur*: unde videtur ætas ulterius promovenda esse. vide Hen. Vales. not. ad Socrat. f. 55. A. Habitum corporis ex Vaticano codice describit Spondan. an. CCCLXXVIII. n. 2. (2.) *Scripta* ipsius erant πολλὰ καὶ θαυμαστά *multa & admiranda*. juxta Socrat. lib. IV. c. 26. Distribui possunt in Exegetica, Didactica, polemica, moralia, funebria, Epistolica; In *universam scripturā* scripsit, juxta Cassiod. præfat. instit. sed hodie exstant tantū in *Exegeticis* homiliæ IX. in Hexaëmeron, Latinè redditæ, & Syncleticæ sorori dedicatæ ab Eustathio viro diserto. vid. Cassiod. c. 1 instit. div. Decima & undecima orationum sunt Gregorii

(1) ætas.

(2.) scripta vel genuina.

gorii fratris; Latine autem vertit Dionyſius Exiguus, juxta Sigeb. Gemblac. c. 27. Homiliæ in aliquot Pſalmos, & in initium Proverbiorum (laudante Theodoreto præfat. in libr. Cantic.) & initium Evangelii Johannis. In *didacticis* eſt exhortatio ad S. baptiſma, de fide, de auctore peccati: in S. baptiſma, in Sanctam Chriſti nativitatem, de Spiritu Sancto, de pœnitentia, de baptiſmate libri duo, de libero arbitrio, de paradiſo. In *Elencticis* exſtant libri contra Sabellianos, & contra Eunomium libri tres priores; nam quartus & quintus, juxta Eraſmum, refragante tamen Billio, additi ſunt ab alio. Auguſtin. lib. I. contr. Iulian. meminit alicuius ipſius libri adverſus Manichæos conſcripti. Extitit quoque alius ejus liber adverſus Iulianum ſeu Gentiles philoſophos. In *moralibus* computantur homiliæ plures de virtutibus & vitiis. e.g. de avaritia, ad divites, contra iraſcentes, de invidia, contra ebrios, &c. *Funebria* conſtituunt orationes in Iulittam, Gordium, Iamantem, quadraginta martyras alios. *Epiſtolica* pleraque exſtant cum ſcholiis Balſamonis in editione Antvverpienſi an. 1568. præcè illæ ipſæ prodierunt Haganoæ anno 1528. Græco-Latinè à Richardo Montacutio. Tom. II. opp. Baſil. *Origenis Philocalia* de obſcuris ſcripturæ locis ipſe Baſilius & Gregorius Naz. exſcripſerunt ex operibus Origenis; Græce primum edita eſt Pariſ. an. 1618. opera Ioh. Tarini, qui & Latinam fecit, & notis illuſtravit; recens excuſa eſt Cantabrigiæ anno 1658. Gr. & Lat. cum verſione & notis ejusdem Tarini.

§. 66. In *dubium* vocantur: *liber de Spiritu Sancto* ad Amphilochium, tanquam interpolatus, arguente Eraſmo, & confirmante R. Coco cenſ. vet. p. m. 245. ſed Caſaubonus exerc. XVI. in Anon. n. 33. & Rivet. Crit. ſacr. lib. III. c. 20. poſt Billium, lib. I. Serv. c. 9 benignius, nec immerito, judicant: *Paraphraſis in capp. V. Ieſaiæ*, quod non redoleat phraſin Baſilii, ſed contra Rivetum ait Godofridus Tilmannus, & Fronto Ducæus, not. ad Baſil. f. & Philippus Labbeus. *Aſcetica*. Referunt Soz. lib. III. c. 14. Theoph. lib. IX. c. 16. Nicetas in Naz. orat. XXX. n. 60. ab Euſtathio Baſileno profectum eſſe, quidquid Aſceticorum eſt; Fuerint itaque & illa Baſilii Aſcetica Euſtathio potius, quam Baſilio, adſcribenda: Veretur & Labbeus ad Baſil. p. 179. ut *Conſtitutiones Monaſti-* vel dubia.

ca, Basilio attributæ, *de his intelligi debeant, quæ ad nos usq; pervenerint*. Ipse Bellarminus lib. I. de amiss. grat. c. 13. sect. 2. & de Script. Eccles. tit. Basilius, quæstiones Basilii in compendio explicatas, ipsi abjudicat, & Eustathio Sebasteno addicit; sed ex frivola ratione, nempe, *quod videatur damnare traditiones, & tollere de medio discrimen peccati mortalis & venialis*: egregia ratio! quia sa vet Lutheranis, igitur interpolatus est liber: Alibi autem, ubi videtur permittere conjugatis votum continentiæ & monasticum, & imperare auricularem confessionem, genuinus est; vid. Bellarm. lib. II. de Monach. c. 37. & Gregor. de Valent. de confes. c. 2. Quandoquidem igitur Bellarmino secum ipsi non conveniat, quid mirum, non convenire eidem cum aliis, nempe Baronio & Frontone Ducæo? Orationis *de hominis procreatione* præfatio opp. Nysseni, & Tilmannus Basilio tribuunt, sed Franciscus Zinus Nysseno, vel alii alicui viro docto. *Precatio*, è Syriaco in Latinum translata à Masio, in dubium à nonnullis vocatur, ideo quod apud veteres nulla ejus fiat mentio. Nec *posterior de jejunio* oratio Basilii auctoris esse Erasmo videtur. *Commentarii in omnes Psalmos* Basilii esse nequeunt, quia ex Chrysostomo & Theodoreto potissimam partem compilati sunt. *Liturgia* Antvverpiæ anno 1560. & in Bibl. PP. t. XII. part. 1. edita, & à Claudio de Sanctes commendata, post Jeremiam Patriarcham Constantinopolitanum in Resp. ad Tubing. f. m. 103. saltem non ex toto Basilii est, quandoquidem Leo Allatius dissert. de libb. Eccles. lib. I. p. 16. seqq: asserat, Missam Jacobi à Basilio decurtatam & in compendium redactam esse; (Etsi id absque idoneo antiquitatis testimonio;) & Andreas Masius, vir inter Pontificios eruditissimus, laudante Joanne Dallæo de usu PP. p. 67. ingenue confiteatur, posteros talia scripta pro lubitu mutasse. Utinam ejus candoris essent & alii, qui non verentur ex suspectis, dubiis, & adulterinis, tanquam Basilii, scriptis, testimonia veritatis allegare; vid. Scult. Medul. tit. Basilius. c. 25. f. m. 1197. Quæ Simeon Metaphrastes homiliis XXIV. compilavit, excerpta sunt ex Basilii operibus, Parisiis primum, deinde Francofurti, anno 1598. prodierunt.

Editiones.

§. 67. Opera, & scripta Basilii diversis in locis & temporibus, modo Latine modo Græcè, interdum parcius, interdum plenius

nius prodierunt: Johannes Badius Ascensius Latine publicavit, Anno 1520. Græcè Basilea anno 1532. cura Erasmi; & Venetiæ, opera Sabii, anno 1535. Basilea iterum anno 1549. & 1551. studio Jani Cornarii, recudit anno 1560. (& quidem auctiorem duobus adversus Eunomium libris) & anno 1565, Wolfgango Musculo vertente: Parisii anno 1566. procurante Godefrido Tilmanno Carthusiano; Antvverpia anno 1568. labore Philippi Nutii; Lutetia iterum anno 1571. & tertium anno 1603. & quartum anno 1618. Græco Latinè, tribus tomis, cum notis Frontonis Ducæi, quam editionem (ea autem nos in hoc opere usi sumus) *omnium absolutissimam* censet Labbeus t. I. de script. p. 737. Illustrata tamen est, suppleta, & emendata à Lambecio in comment. Bibl. Vindobon. lib. III. f. 111. 112. &c. Longum foret singula ejus scripta enumerare, quæ lucem aspexerunt hinc inde: bonam eorum partem collegit Cl. Dn. Olear. in Abaco, tit. Basilius. Versiones Latinæ antiquæ exstant vel circumferuntur Ambrosii, Ruffini (vid. Socrat. lib. IV. c. 26. f. 243. D.) Dionysii Exigui, Joannis Argyrophili, Byzantini, Georgii Trapezuntii studio adornatæ. In Germanicam linguam transfusa sunt opera auspiciis Helfensteinii Comitis, Ingolstad. 1591. Orationem in ebriosos Græcè publicavit Argentina anno 1580. *Manuscriptæ* quæ exstent in Bibliotheca Vaticana, & Sfortiana, notavit Possevinus in Bibliotheca: & Scultetus: & Spizelius.

(3.) *Judicia vel honorifica.*

§. 68. Basilium *laudarunt* non recentiores solum, sed etiam veteres, nec orthodoxi solum, sed etiam heterodoxi, imo vel gentiles. Athanasius in literis ad Palladium t. I. opp. f. 952. ipsum appellat ἀγαπητὸν *dilectum*; καύχημα τῆς ἐκκλησίας, *gloriam ecclesiæ*; cujus gratia Deus sit *glorificandus*. Gregorius Naz. orat. XVIII. & XIX. eum vocat στύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας *columnam & firmamentum Ecclesiæ*; πίστεως ἔρεισμα, *fidei fulcrum*; τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα, καὶ χαρακτῆρα τῆς ἐκκλησίας. *Veritatis regulam, & characterem Ecclesiæ*: Epist. XXXVIII. Confer Ep. X. Ep. XXII. Epist. XXVI. Orationem ad sepulchrum Basilii recitatam, carmen funebre, & Epitaphium. In quibus scriptis Nazianzenus totus est in canendis Basilii laudibus. Ephrem Syrus Basilium ita compellat: *Instar Petri prædicasti, instar Pauli docuisti, instar Thomæ filium Dei confessus es; Instar Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis de rebus divinis disseruisti.* Theo-

doreto est ὁ τῆς οἰκουμένης φωστὴρ *orbis fidus*, epist LXXXIII. ad Dioscor. Alex. *Cappadociæ, vel orbis potius universi, lumen*: Epist. CXLVI. Conferlib. IV. hist. Eccles. c. 19. Augustinus *inter sanctos eruditos* Basilium refert, lib. I. cont. Julian. c. 2. inter *sanctos & beatos & in divinorum eloquiorum pertractatione clarissimos Sacerdotes*. lib. 2. *Inter Doctores sanctos, egregios, atq; memorabiles Catholicæ veritatis.* Vincentio Lirinensi est *Cappadociæ lumen*. c. 11. Sophronio Episcopo Hierosolymitano in epistola Synodica est τῆς ἐκκλησίας κόσμος: *Ecclesiæ decus*; Phot. cod. 231. Leo Imp. inter *divinitoquos* viros ipsum computat, constit. 88. eos nimirum, qui post Apostolos in Ecclesia claruerunt, luminariumque instar Ecclesiæ firmamentum rebus gestis atque documentis illustrarunt: quorum etiam memoriam solenniter celebrari jubet, ac proinde sancit, ut sacri eorum consecrationis dies convenientibus honoribus colantur; *Regium Ecclesiæ decus* eundem appellat; Damasceno est orbis universi lumen; lib. IV. de fid. orth. c. 17. Photio est θεῖος ἀνὴρ *divinus vir*. cod. 138. Julianus Imp. apostata licet, tamen honorificas ad ipsum literas scripsit; vide tom. II. opp. Basil. f. m. 994. Libano Sophistæ, & ipsi Ethnico, est θαυμαστὸς *admirabilis*; Epistola est CXLIII. f. 937. A. Sed desino plura adducere; vide Socrat. lib. IV. hist. c. 26. Suidam in voce Basilius; Isid. Pelus. epist. LXI. ad Zosim. Jeremiam Patriarcham Constant. in Resp. ad Tubing. f. 103.

vel deteriora.

§. 69. Fuerunt tamen qui & in fide ipsius, & in moribus quædam desiderarent. In *fide*; Nam insimulabatur *Apollinarismi*, quod *Apollinari scripsisset*, uti accusationem ipse refert epist. LXXXII. sed respondet: *At me homini non ita conjunxi, ut ipsius velim in me recipere crimina; cum & ipse quædam habeam, quæ in illo reprehendo propter nonnullos ipsius codices*: *Arianismi* apud Neocæsareenses suos sympatriotas, *quod nonnullos aliquando Arii discipulos ad communionem assumpsisset*; vel, uti alibi scribitur: *quod noxia quædam scripsisset, aut scribentibus alia subscripsisset*, epist LIV. quo nomine male audiit etiam apud Athanasium Ancyranum, *columnam illam & stabilimentum Ecclesiæ*, sicut ipse eundem celebrat epist. LXVII. sed & contra hoc crimen sese defendit: *Ita illos admisimus, ut morbum suum, quem intime celantes pietatis verba loquerentur, vel certè doctrinæ nostræ nihil obluctarentur*: imo provocat ad judicium & testimonia *totius orbis*

Episco-

Digitized by Google

piscoporum, quod Catholicismo addictus esset. Tritheismi quo-
ue arguebatur, epist. CXLI. sed contra hanc calumniam se defen-
it peculiari oratione, cui titulus: *adversus eos, qui calumniantur,*
uod tres Deos colamus. Calumnia autem inde colorem sumpsit,
uod adversus Sabellianos & Marcellum pro Trinitate personarum
ervidè disputasset. *Origenismum* in ipso notarunt Acacius Cæsare-
nsis, Diodorus Tarsensis, & Theodoretus Cyrensis Episcopi, *quod*
prima & in secunda homilia in Hexaëmeron visus sit cum Origene atq;
iis quibusdam Patribus (etiam Latinis) credidisse, creatos fuisse ante
hunc mundum Angelos, ac mundum ipsum invisibilem. vid. Possev. in
ppar. & Sixt. Senens. lib. V. Bibl. annot. 5. *Pneumatomachiæ* etiam
censebatur: *Traducant nos, quasi insolens ac novum quiddam de Spi-*
ritu Sancto doceamus, sic ipse scribit epist. LXXIII. consentanea iis,
æ scripsit Nazianz. epist. XXVI. Quæ suspicio eo excrevit, ut Da-
asus Episcopus Romanus ab ipsius communione aliquandiu ab-
nuerit, ut est in Basilii epist. LXXVII. nec diffiteri potuit Ba-
nius ann. 372. n. 24. *inter Basilium & Occidentales nonnihil*
fidentiæ, simulationis, & odii intercessisse: quod an *salva charitate* fa-
um sit? ut ipse putat, vehementer dubitamus per verba ipsiusmet
silii, qui epist. X. Occidentalium *supercilium* notat *& fastum*; qui
itatem neq; norint, neq; dicere sustineant; verum falsis opinionibus
pediti, illa nunc faciant, quæ prius in Marcello patrarint: nempe cum
qui veritatem ipsis annunciant, contendentes; hæresin autem per se-
s stabilientes: Eupsychius Martyr, imo & Auditores, in publicis
viviis ipsum traducebant, ut videre est ex epist. XXVI Nazian-
i ad Basilium; Et Athanas. ad Pallad. t. I. f. 952. D. Confer
ot. cod. IV. V. VI. Hanc suspicionem & accusationem ut à se se
overet, exaravit libellum de fide, & concionem habuit solen-
. In *moribus* desiderarunt modestiam; *homini fastum & super-*
bum objicientes, quod quidem utcunque excusat Nazianzenus in
egyr. Basil. sed in carminibus ipse Basilii superbiam sugillat: A-
ngratitudinem eidem exprobrat, quod opera sua ad Ecclesiam
ropolitanam promotus, postea promotoris sui non meminerit;
rcessere ipsi simultates etiam cum fratre Nysseno, tanquam
ctore insidiarum Epist. CCLVI. & Neocæsareensi Presbyterio;
. LXIII. Certè Hæretici multa in ipsum acerbè dixerunt, re-

futati tamen ab eodem fratre ipsius Nysseno lib. I. adverſ. Eunomium, f. m. 300. 397. ſeqq.

& ſcriptis; ſtylo.

§. 70. Hactenus judicia de Basilio in utramque partem; De *ſcriptis* ipsius quæ fuerint, ex præmiſſis nonnihil haberi poteſt, addamus tamen quædam. Concernunt autem vel ſtylum, vel rem ipsam. *Stylum* admirati ſunt, & laudarunt, etiam veteres, nec orthodoxi ſolum, ſed etiam heterodoxi. Gregorius Nazianzenus ſtylum Basilii Bezaleelis artificio comparat; Nyſſenus orat. I. adv. Eunom. f. 289. *accuratam brevitatem* in eo commendat; Gaudentius Brixianus in orat. dedic. ſanct. Martyr. Tom. II. Bibl. PP. veneratur ipsius *eloquentiam ſingularem, & ſermonem Apoſtolico ſale conditum.* Anianus pervetuſtus Chryſoſtomi interpres eidem tribuit *admirabilem curam loquendi*; in epiſt. ad Horont. Photio judice, *dictio* ipsius eſt *pura, & propria, & animi ſenſa exprimens optimè.* Eraſmus *in Basilio præter ſubtilitatem exoſculatur piam ac mitem ſuaviloquentiam.* epiſt. dedic. opp. Auguſt. Libanius, Ethnicus licet, & eloquens ipſe, *fontes* tamen eloquentiæ in Basilio agnoſcit.

& materia;

§. 71. *Res* quoque ſub ſtylo contentæ præclarè audiunt. Nyſſenus omnibus, exceptis Θεοπνεύστοις, ipsius ſcripta præfert: in Hexaëm. t. I. f. 5. Ejusdem enim vox eſt: *rata ſint illius ſcripta, præſentq;, καὶ μόνης τῆς Θεοπνεύστου διαθήκης ἡ ἀκολουθία φερέσθω, nec ullis, niſi teſtamenti, divino ſpiritu dictante exarati, monumentis cedant.* Cenſet idem, *commentarium ejus in Hexaëmeron qui legerint, non minus, quam ea, quæ ab ipſo Moſe perſcripta ſunt, omnes admirari, nec immerito.* Comm. in Hexaëm. f. 2. & 5. Confer Epitaphium Basilio ſcriptum, f. m. 996. Hieronymi indicio libri adverſus Eunomium ſunt *egregii*, digni ſcil. habiti, qui à Theodoro, Sophronio, & Nyſſeno adverſus exceptiones Eunomianas defenderentur; Quanti Hexaëmeri commentarium à Basilio elaboratum æſtimarit & Gregorius Nazianzenus, docet nos oratio funebris Basilii gratia recitata; Epiſtola ejus ad Amphilochium à Græcis Canoniſtis refertur inter *regulas Eccleſiaſticas*; vid. Dallæ. de uſu PP. l. 2. c. 4. p. 292. Trittenhemio referente, tanta auctoritate apud Græcos valuit, ut ejus doctrinæ nemo unquam reclamare auſus fuerit. Neque cum hoc pugnat, quod ex actis Concilii Florentini refert Dallæ.

Digitized by Google

Dallæ. de usu PP. p. 77. Græcos Basilii auctoritate stare noluisse; Hoc enim ideo noluerunt, quod scripta ipsius à Latinis corrupta esse sibi persuaderent.

§. 72. *Pontificii* egregie quidem laudant Basilium, cum Pontificior. ipsis consentit, Tunc enim est *sanctissimus, gravissimus, doctissimus; cujus unum testimonium moderatis ingeniis satis esse debet*; uti putat Lindan. Panopl. lib. IV. c. 13. Masculus Jesuita odam in laudes ipsius habet lib. IX. Lyr. n. 22. Labbeus add. ad t. I. p. 737. Bell. recenset elogia veterum de Basilio, quod fuerit *dictus Christianorum philosophus, & philosophorum Christianissimus, Ecclesiæ columna & firmamentum, fidei columen & regula veritatis, spiritus sancti domicilium, oculus orbis, mediator Dei & hominum* &c. quanta hæc elogia! Nihilominus diffiteri non potuerunt, quædam etiam in ipso desiderata fuisse, & desideranda esse. Petrerius Jesuita Comm. in Ioh. XIV. Basilium annumerat iis Patribus, qui dictum Christi: *pater major est me*, explicuerit de filio Dei secundum divinam naturam accepto; Possevinus, & ipse Jesuita, ait, *quod in prima & in secunda homilia in Hexaëmeron visus sit cum Origene atq; aliis quibusdam Patribus (etiam Latinis) credidisse, creatos fuisse ante hunc mundum Angelos, ac mundum ipsum invisibilem*: eaque de causa refutatum fuisse ab Acacio Cæsareensi, Diodoro Tarsensi, & Theodoreto Cyrensi Episcopis. Confer Sixt. Senens. lib. V. Bibl. annot. 5. Petavius not. in Epiph. f. 341. in epistola ad Amphilochium fatetur *multa mirifica, & si verum quærimus, parum Catholica contineri.* Tale est, quod inter orandum ad orientem respici, & stari usque ad Pentecosten, putet, *in Evangelio necessarium esse ad salutem*: Andreas Schottus, & ipse Jesuita, epistolam aliquam Basilii è reliquis sustulit in editione Antverpiensi anno 1616. vulgata, nempe quia sibi adversam censebat, notante Jac. Cappel. vindic. pro Casaub. lib. I. c. 15. n. 96. In Græco textu, & ejus versione nonnulla desiderat Billius lib. I. observ. sacrar. c. 37. Neque mirum, si Pontificii quædam in Basilii sive litera, sive doctrina desiderant, eo quod ab ipsorum sententia, ille sæpe recedat, id quod ad oculum ostendit Sculteti in medul. tit. Basil. c. 24. seqq. p. 1175. seqq: Contra, si pro ipsis facere videtur, non dubitant ad dubia ipsius, imo supposititia scripta provocare, ut paulò ante ex Sculteto notavimus.

Reformatorum. §. 73. *Reformati* commendant quidem Basilium, quod ipsius scripta germana sint *doctrinâ erudita: eloquentiâ admirandâ, efficacitate penetrantia; Cujus Physica in hexaemero; Ethica in homiliis moralibus; Rhetorica in funebribus: Logica in Eunomianis: Theologia in omnibus manifestè sese exserat:* judice Scultet. Medul. tit. Basil. p. m. 1059. Robertus Cocus cens. vet. tit. Basil. *fatetur, Basilium propter doctrinam, sapientiam, constantiamq; in veritate divina, magnum meritissimè fuisse appellatum, & eius auctoritatem gravem semper visam esse, atq; judicatam.* Joannis Dallæi judicio *inter principes viros orientalis Ecclesiæ plurimum eminet.* lib. 2. de usu PP. c. 9. Desiderant tamen & ipsi quædam in illo, nec immeritò, cum historica tum dogmatica; & hermeneutica, ut Scultetus, quod liberi arbitrii viribus nimium tribuerit; perfectionem operum docuerit; caput 6. Joannis de Eucharistia exposuerit; Zachariam, de quo Matthæus, Joannis Baptistæ patrem statuerit; &c. c. 27. Geographicos ejus errores notavit Joh. Dallæ. lib. II. de usu PP. c. 3. p. m. 241. Dogmaticos c. 4. p. 268. ut est rebaptizatio baptizatorum ab hæreticis; ignis gehennæ purgatorius, qui error fuerat Origenis, cujus Philocaliam, adjutus à Gregorio Nazianzeno, Basilius compilavit.

Cæcilianus. §. 74. *Cæcilianus*, diaconus primum, tandem Episcopus Carthaginensis, floruit temporibus Maxentii & Constantini M. *scripsit* quædam, quæ inter orthodoxa refert Athanasius orat. I. adverss. Arian. f. m. 291. C. Donatistæ ipsi quidem infestissimi fuerunt, sed apud orthodoxos causam ille suam feliciter obtinuit.

Cæsarius. §. 75. *Cæsarius* Gregorii Nazianzeni frater, atque ita ab Arelatensi, aliisque distinctus, vixit tempore Juliani Imp. Nam in aula ipsius medicinam professus esse dicitur, sicut alius huius nominis in aula Theodosiana magistri dignitatem meruit: *Scripsisse* fertur *quæstiones Theologicas*; quas Græcè & Latine edidit Augustæ Vindelic. anno M DC XXVI. Elias Ehingerus. Habentur in operibus Gregorii Naz. tom. III. f. m. 1090. seq. dialogi IV. quos in Latinum transtulit Leunclavius, admistis quibusdam ex Nysseno, Maximo &c. An autem genuinæ illæ sint Cæsarii auctoris? quod affirmat Arnoldus Pontacus cum multis aliis; num

im vero Gregorium fratrem agnoſcant auctorem? quod videtur
cobo Billio lib. I. obſerv. ſacr. c. 3. & poſt ipſum Labbeo; de eo in-
r ſeſe tranſigant Cadmæi fratres. Confer Cl. Olear. abac. tit.
eſarius, *Gregorii Naz. frater* &c.

§. 76. *Calliſtus* quidam Julianum Apoſtatam in expeditio- Calliſtus.
comitari ſolitus, *ſcripſit* heroico carmine res ipſius geſtas, teſti-
is Socrat. lib. III. c. 18. Niceph. lib. X. c. 34. Spondan. an. 363.
13.

§. 77. *Capito* Siciliæ Epiſcopus circa tempora Athanaſii flo- Capito.
it, qui & *ſcriptorum* ipſius tanquam orthodoxorum meminit orat.
idv. Arian. f. 291. C.

§. 78. *Chromatius* quidam hoc ſeculo celebratur, ſed non Chroma-
e controverſia: Inter Pontificios enim nondum perorata lis eſt, tii
jas fuerit, & quo tempore vixerit: *Sixtus Senenſis eum patria Ro-* (1.)
num, ſed Aquilejæ Epiſcopum, Anno Domini 440. *Theodorico Imp.* perſona.
ruiſſe, ſcribit: ita Poſſevinus: in Apparat. tit. Chromatius. Con-
Baronius not. ad Martyrol. d. 22. Junii: Romatianæ, ſeu Roma-
iæ quidem, nempe Aquilejæ, eum adſcribit, ſed Romanum fuiſ-
negat: Titulus tamen homiliarum ipſius de VIII. beatitudini-
s habet (ipſo Baronio fatente) *Chromatius Epiſcopus Romanus.*
larminus de Scriptor. tit. Chromatius, eum refert ad annum
riſti 390. ut contemporaneus fuerit Ambroſio, qui ſcripſit ad
im epiſtolam; Hieronymo, qui præfat. in paralip. eum commen-
; Chryſoſtomo, qui epiſt. 155. ejus meminit. *Scripta* ejus quod (2.)
net, refertur compilaſſe commentarium in Matthæum, qui ho- ſcripta.
non comparet; Comparent autem homiliæ duæ de octo bea-
dinibus; Et tractatus in illud: (Matth. III. 14.) *Ego debeo à Te*
izari: Atque hæc forte genuina fuerint: prodierunt opera
num Baſileæ, an. 1528 poſtea Lovanii Anno 1546. curante Mar.
Lipſio; habentur & tom. II. Bib. PP. Sed ſuppoſititia eſt epiſto-
ɔſius nomine ad Hieronymum ſcripta; ſicut & reſponſio
ronymi: *utraq; falſa, & ſuppoſititia eſt: ut etiam falſam eſſe con-*
r Card. Baronius epiſtolam eorundem Chromatii & Heliodori ad Hie-
nymum circa Martyrologium (2. *Decembris*) *vide præfationem Card.*
nii ad Martyrologium Romanum cap. V. & VII. verba ſunt Bellar-
. Confer Baron. an. 388. n. 101. Poſſev. in appar. l. cit. Molan.
præfat.

(3) Iudicia. præfat. ad Uſuard. Martyrol. Rob. Cocum Cenſ. Vet. p. 310. 311. *Iudicia* de ipſo ſatis honorifica exſtant. Ambroſius in epiſtola ad ipſum perſcripta multus eſt in ipſius laudibus decantandis; Hieronymus ipſum commendat *cum ob ſpectatiſſimam vitæ ſanctitatem, tum ob eximiam eruditionem:* Alibi eum cenſet *Epiſcopum ſui temporis doctiſſimum & ſanctiſſimum*: præfat. in Paral. Chryſoſtomus *clariſſimam ferventis ipſius & ſinceræ charitatis tubam* deprædicat, quæ ad ſe uſque veniſſet, *& ſonum ſuum diffudiſſet*: Poſſevino eſt *vir doctiſſimus & raræ probitatis.* Baronii judicio *nobile monumentum eſt*, quod ſcripſit, 2. Decembr. Martyr. *Et egregium*: ad d. 22. Junii.

Conciliorum acta: §. 79. *Conciliorum* acta. Cum conciliorum in noſtra hiſtoria frequens mentio futura ſit, operæ precium erit, de conſcriptione ipſorum quædam præmitti, & quidem vel in genere, vel in ſpecie.

1. in genere. In *Genere* (1.) quod acta & canones conciliorum ſcripto fuerint comprehenſa, hoc præſertim ſeculo, quod *à Canonum & Symbolorum multitudine Canonicum & Symbolicum dici non immerito poſſe*, cenſet Jac. Capellus vindic. pro Caſaub. lib. III. c. 4. Exſtant literæ Synodicæ Conſtantinopolitanorum Patrum apud Theodoret. lib. V. hiſt. Eccleſ. c. 9. f. 717. A. in quibus allegant *tomum Synodi Antiochenæ & Conſtantinopolitanæ.* Refert Auguſtinus in brevic. collat. d. 3. c. 17. p. m. 717. d. 4. c. 15. Donatiſtarum petitum, petentium à Catholicis acta Synodica exhiberi veſtigio, qui tamen *ad horam veteres chartas in Archivis Eccleſiaſticis diſcutere non poterant.* Acta igitur Synodica in Archivis Eccleſiaſticis reponebantur, quod confirmatur ex hiſtoria Concilii Africani, in quo concertatum eſt cum Pontificibus Romanis de genuinis Concilii Nicæni Canonibus; Nam miſſum eſt in Orientem, ut ex Archivis Eccleſiaſticis conſilium & deciſio peteretur. Sozomenus hiſtoriam etiam hujus ſeculi collegit etiam ἐκ πάσης χρηστὸν συνόδων *ex Synodis* (Actis Synodicis) *eo tempore factis.* l. I. c. 1. f. 401. B. Eorum meminit lib. II. c. 25. ubi agit de Actis Concilii Tyrii, mutilis ab ea parte, quæ Athanaſio favebat. f. 481. A. B. An *dies & conſules* in Actis ſemper fuerint additi, inter Catholicos & Donatiſtas acriter diſputatum eſt in Concilio Carthaginenſi, vid. Auguſt. in Brevic. collat. d. 3. p. 716. ſeqq. d. 4. c. 15. p. 739. ſeqq: Catholici oſtenderunt, producto *Codice* Conſtitutionum Conſtantini M. non ſemper diem & conſulem exprimi. p. 740.

§. 80.

Digitized by Google

§. 80. (2.) Quod Canones iſti in codicem colligi & com- **Collecta;**
pingi ſucceſſu temporis cœperint. Exſtat *codex canonum Eccleſiæ universæ* à Joanne Tilio Græce; deinde Græce & Latine à Chriſtophoro Juſtello editus Pariſ. an. 1610, quem ipſe putat *vetuſtiſſimum eſſe Eccleſiæ Chriſtianæ monumentum*; Et cum ipſo Dallæus lib. II de jejun. & quadrag. c.10. dicens, *Græcus Canonum Eccleſiæ univerſalis codex, antiquißimus*; Et p. 495. *codicis univerſalis auctor vetuſtißimus eſt, & ante Concilii Chalcedonenſis tempora vixit.* Conf. p. 496. Quo vero præciſe tempore, & à quo dictus codex fuerit colligi cœptus? præcipuè quæritur. Ante Concilii Chalcedonenſis tempora aliquam extitiſſe canonum collectionem ex Actis ipſius palam eſt; Nam citantur in Actione IV. atque XI. duo Canones Antiochenæ Synodi, quorum unus in codice Canonum nonageſimus quintus erat, alter nonageſimus ſextus Patres Constantinopolitani Concilii (habiti anno hujus ſeculi octuageſimo primo) remittunt lectores Synodicæ ſuæ ad *tomum* (i.e. ſymbolum & reliqua acta) *Synodi Antiochenæ*; Quid ſi Chalcedonenſes ex hoc codice canones ſuos Antiochenos citarint? Sabinus Macedonianus ſcripſit *συναγωγὴν συνοδικῶν collectionem Synodicorum*; Socrat. lib. I. c. 39. IV. c. 14. vide infra. An illa collectio hæc, quam ex Oriente in Angliam attulit Cl. Ravius? cujus meminit Seldenus comment. in Eutych. 16. Sic putat Sandius l. 2. hiſt. Eccleſ. p. 17. Aliis vide diſſerentes Baron. an. 341. n. 34. Antonium Auguſtinum lib. I. de emendat. Gratian. c. 11. Jacobum Leſchaſſerium in conſultat. de controv. inter Paulum V. P. R. & Remp. Venetam; Juſtellum in præfat. ad cod. canonum; Jacobum Cappellum vindic. pro Caſaub. lib. III. c. 4. Joannem Launoj. diſſert. ad VI. Can. Concil. Nicæn. p. 78. Epiſt. Tom. 8. p. 255. Tranſeo lubens alias eorum canonum collectiones, Joannes Antiocheni, Harmenopuli, Ferrandi, Hadriani &c. de quibus citati auctores ex profeſſo.

Ex noſtris Cl. Elias Ehingerus edidit canones Apoſtolorum Sanctorum Conciliorum è Canonicorū divi Hilarii Pictavienſis, & Auguſtana Bibliotheca, Græce & Latine, cum notis B. Luci Oſiandri, Witeberg. an. 1614.

§. 81. (3.) Græci Canones in linguam Latinam translati **Verſa.**
ſunt. Vetuſtiſſimus Canonum Nicænorum interpres eſt Ruffi-

Digitized by Google

nus, Aquilejensis Presbyter, versionem probarunt Patres Carthaginensis Concilii VI. uti probat Cl. Launoj. præfat. ad Can. 6. Concil. Nicæni; Secuti sunt: Dionysius Exiguus, Abbas Romanus, qui anno 500. floruit; cujus versio, ut *Græco textui convenientior*, Binii judicio; ita reliquis præstantior, & ab Ecclesia Romana recepta est, juxta Hincmarum Rhemens. opusc. LV. c. 43. Codex ejus ex MSC. prodiit Parisiis cum privilegio Regis; Quem tamen si quis evolverit cum cura, *plurima depravata fuisse animadvertet*, uti loquitur Dallæus, & probat subjectis *aliquot exemplis*, de usu PP. p.m. 72. Isidorus Mercator, *haud tanta fidei auctor*, juxta Baron. an. 325. n. 62. Cui subscribunt Gentianus Hervetus Aurelianensis, Canonicus Remensis, *vir Græcè Latinèq; doctissimus*; *ut fidem faciunt ea, quæ de Græco in Latinum transtulit*; elogio Miræi script. sec. XVI. Wendrok in not. ad epist. Montalt. p. 148. E nostris D. Hulseman. de ministr. ordinat. n. 32. Ex Reformatis David Blondel. in Pseudo-Isid. proleg. c. 2. seqq. Joh. Dallæ de jejun. & quadrag. l. 3. c. 10. p. 498. Inter Vetustiores Canonistas eminent Zonaras, & Balsamo, cujus commentarios ad Nomocanonem Photii Græcè & Latinè edidit *Vir Clarissimus & Eruditissimus* (Launoij judicio) Christophorus Justellus, Lutet. Paris. an. 1615. Prostat quoque illustris Conciliorum editio Parisiensis, regiis sumptibus, anno 1646. adornata, cum notis & commentariis, sed virorum scenæ suæ, Pontificiæ puto, immodicè studentium, ut adeo cum grano salis editione illa utendum sit; Atque hæc est, quam paulo post frequentius citamus.

In specie ut Adrumetinum;

§. 82. *In specie* descendendum est ad singula concilia, ordine enumeranda, & alphabetico quidem, ut expeditè invenias: In his est

Adrumetinum: sic dictum ab Adrumeto, Africæ civitate, ubi locorum habitum est concilium anno Christi CCC XCIV, ejusque fit mentio in Concilio Africano, quod celebratum est Arcadio tertium, & Honorio secundum Coss. *In hoc* enim *concilio legati directi sunt Episcopi ProConsulares ad Concilium Adrumetinum*: Acta si quæras, respondet nota ad concilium hoc: *Quæ in hac Synodo constituta fuerint, non apparet*: t. 3. edit. Paris. f. 458.

Africanum;

Africani, nescio cujus, concilii Epistola ad Damasum circumfertur

ertur apud Mercatorem; quam ſuppoſititiam eſſe, probat Blondel. in Pſeudo-Iſidor. p. 519.

Agrippinenſe. Sic appellatum ab Agrippinorum Colonia, bi anno CCCXLVI. concilium hoc habitum eſt adverſus Euhratam Epiſcopum Colonienſem, Ariana, vel potius Photiniaa, labe infectum. *Acta* exſtant ex Hartgero apud Joh. Chapeaul. t. I. Pontif. Tungr. & Concil. Tom. II. f. m. 695. Quibuscum nferri poſſunt quæ de Euphrata iſto habent Athanaſ. epiſt. ad olit. & Theodoret. lib. II. hiſt. c. 9. In Actis illis *quædam ſubreitia aut ſaltem mendoſa eſſe*, Scholiaſtes ad Concil. dictum f. 703. obare nititur: ſicut & illud, quod duo in cauſſa Euphratæ Conlia fuerint habita, nempe prius anno CCCXLVI; poſterius no CCCLXXV, cui quid tribuendum ſit, diſputavimus alibi olixius, nempe Antiq. Argent. artic. II. § 49. ſeqq: Agrippinenſe.

Alexandrina Concilia aliquot habita ſunt hoc ſeculo. I. anno CCCXV. adverſus Arium ab Alexandro Epiſcopo Alexanino: Confer Lactant. lib. IV. inſtit. c. ult. Oroſium lib. VII. c. 28. ocratem lib. I. hiſt. Eccleſ. c. 6. Baronium an. CCCXV. n. 19. & CCXVIII. n. 42. Scholiaſten Pariſienſem ad dict. concilium. I. Alexandrina.

II. Anno CCCXIX. in eadem cauſſa, ab Hoſio, & multis aliis Eſcopis, ita *ut generale* vocetur concilium ab Athanaſio Apol. II. *uid autem illo concilio actum ſit, penuria actorum, quæ intericrunt, non ſtat*: conquerente Scholiaſte, & remittente Lectorem ad Athaſ. l. c. Socrat. lib. III. hiſt. c. 5. Baron. an. CCCXIX. n. 22. ſeqq: II.

III. Anno CCCXXXIX. coiit in favorem Athanaſii, ab exilio lucis, adverſus Arianorum novas calumnias; Synodica, Roam miſſa, exſtat apud Athanaſ. t. I. opp. f. m. 722. & Concil. om. II. f. 622. An ſit illud concilium, cujus Socrates meminit lib. . c. 7. præſente Euſebio Vercellenſi? Eruditis judicandum requimus. III.

IV. Congregatum eſt ab Athanaſio, exilio abſoluanno CCCLXII. Actum eſt in eo de recipiendis lapſis olim Ecopis, hæreſiarchis vero abdicandis, adverſus πνευματομάχους, uſu terminorum οὐσία & ὑπόστασις, deque appendice Symboli dicenſis. Epiſtola Synodica exſtat apud Athanaſ. ad Antienos, Acta tom. III. concil. f. 206. Confer Baron. an. CCC III. 193. IV.

V. Anno CCCLXIII. celebratum eſt, audita morte V.

Juliani Apostatæ, & electione Joviani Imperatoris; eo fine, ut literæ ad imperatorem recens electum prius darentur, quam ab Arianis præoccuparetur. vide Theodoret. lib. IV. hist. c. 4. Cætera Acta
VI. desiderantur. VI. habitum est auspiciis Theophili Episcopi adversus Origenistas, quorum præcipui, vel patroni erant Didymus Alexand. Ruffinus, Melania; Adversarii vero Oceanus, Pammachius, Marcella, Hieronymus, imprimis vero Theophilus ille Alexandrinus. Acta sparsim exstant apud Hieron. in apol. I. adverf. Ruffin. Item Epp. LXVI. LXXIII. LXXVIII, Socratem, Sozomenum, Palladium, alios; Conttaxit ea Baronius anno 399. quo Synodus habita est.

Ancyrana: *Ancyrana* concilia nomen acceperunt ab Ancyra Galatiæ Metropoli, ubi celebrata sunt. Et *prius* quidem (Nam duo hoc seculo ibi locorum habita sunt) anno Christi CCCXIV, juxta alios CCC VIII, alios CCCXVI. convenerunt Episcoporum XVIII, ut lapsos reciperent. Canonum viginti quinque exstant, Græcè primum, ex editione Tilii in volumine Græcorum Canonum; deindè Latinè, ex interpretatione Herveti tom. II. Concil. f. 43. olim vero Dionysii Exigui, iique solum XXIV sunt; vide Baron. an. CCCXIV. n. 81. seqq. Auctor canonum videtur fuisse Vitalis Antiochenus, qui primum in subscriptione locum obtinet; Leguntur præterea capitula duo ex quodam libello XVI libb. partialium desumpta. Auctoritatem Concilii Binius in notis probare satagit ex Sess. IV. Concilii Florentini, eumque secutus Coriolanus sum. Concil. t. 185. sed quam infirma probatione, docet D. Hülsem. de minist. ordin. §. 58. & 59. *Posterius* celebratum est anno CCCLVIII. à Semiarianis adversus crassos Arianos; vide Basil. epist. LXXIV. f. m. 875. Sozom. lib. IV. hist c. 13. Baron. an. CCCLVII. CCCLVIII.

Angaritanum: *Angaritanum* habitum est Angaris Africæ anno CCC XCI. à Novatianis; Ejus meminit Socrat. lib. V. hist. c. 20, laudans inde canonem de ἀδιαφορία seu indifferentia paschatis celebrandi.

Antiochena: *Antiochena* aliquot concilia habita sunt, in quibus celeberrimum est *primum*, habitum an. CCCXLI. in causa Athanasii & Julii Episcopi Romani. Julius Athanasium ab Orientalibus Episcopatu motum in communionem receperat, & datis ad Orientales literas,

ras, ut Romam venirent, cauſſam dicerent, & Athanaſium in communionem etiam ipſi reciperent, mandaverat, cum Orientales hanc Julii πολυπραγμοσύνην caſtigaturi Antiochiæ convenirent. vide Socrat. lib. II. hiſt. c. 15. Sozom. lib. III. c. 8. poſt Athanaſ. de Syn. t. I. f. m. 891. C. D. Conſtabat ex Epiſcopis non ſolum Arianis, ſed etiam Homouſianis, quod inde patet, quia Julius in literis ſuis eos appellat *fratres dilectiſſimos*; & Ætius in concilio Chalcedonenſi art. IV. *Sanctos Patres*; & ipſa ſubſcriptio docet; Nam qui Antiocheno ſubſcripſerunt, etiam potiſſimam partem Nicæno maximè orthodoxo concilio ſubſcripſerant. Tranſeo alia argumenta. *Quot* vero Arianorum Epiſcoporum interfuerint? quæritur. Baronius & Blondellus putant XXXVI, idque probare ſatagunt ex epiſtola Julii; ſed vitioſa verſione ipſos deceptos fuiſſe, & numerum manſionum, inter Antiochiam & Alexandriam interjectarum cum numero Epiſcoporum confudiſſe, oſtendit Henricus Valeſius obſerv. Eccleſ. ad Socrat. & Sozom. lib. I. c. 8. Acta legas apud Athanaſ. de Synod. t. I. f. 891. C. D. & Socrat. lib. I. hiſt. Eccleſ. c. 8. *Canones* condiderunt XXV, qui Græcè leguntur apud Tilium volum. can. f. 16. Latine in Tom. II. concil. verſione Dionyſii Exigui, Mercatoris, & Herveti f. m. 640. ſeqq. Cujus illi ſint, vel fuerint *auctoritatis*? Vehementer diſputatur; quandoquidé ex recentioribus Papæ Rom. paraſitis ſint, & in his Baronius annal. CCCXLI, qui canones illos tanquã mere Arianos, deoque nullius in Eccleſia orthodoxa valoris, traducant; contra Catalii, etiam Romanæ Eccleſiæ cætera addicti, in quibus eſt noviſſimè Henricus Valeſius Gallus, l. c. qui canones hoſce in eccleſia Romana & Catholica receptos & approbatos fuiſſe ſtatuunt, nec immerito; Nam evidentiſſimis teſtimoniis poteſt probari, non ſolum ſingulorum ſcriptorum, ſed integrorum quoque conciliorum, neque particularium ſolum, ſed etiam œcumenicorum, nec recentiorum, ſed etiam antiquiorum. Tale fuit Concilium Chalcedonenſe, in quo cum juſſum eſſet canones legi, legus eſt canon concilii huius quintus, cum elogio Ætii; *Regula hæc cum aliis poſita à SS. Patribus*. & reliquorum Patrum, exclamantium: *Hæc juſta regula Patrum.* Nec diffiteri potuit Hilarus Papa Epiſt. II. quod Concilium Chalcedonenſe hos Canones

laudarit, teſte Hincmaro Rhemenſi Epiſt. VI. c. 9. apud Buſæum f. 884. Imo ante concilium Chalcedonenſe jam receptos fuiſſe in Eccleſia, aſſerit Antonius Auguſtinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis lib. I. de emend. cit. D. Reinb. part. 1. Sonnenſt. p. 929. Gratian. dial. II. dicens: Canones concilii Antiocheni receptos eſſe conſtat, & in corpore canonum poſitos ante concilium Chalcedonenſe, ut in ejus concilii actione XII Græcis, Latinis XI apparet. Ex libro etiam Latino, quem eodem nomine corpus canonum dicimus. Poſt concilium Chalcedonenſe habitum eſt concilium Conſtantinopolitanum Oecumenicum Sextum, in Trullo; ſed & hoc canones Antiochenos probavit, ut teſtis eſt Dionyſius Exiguus apud Baron. an. 527. n. 24. & ex recentioribus Carranza, dicens: *probatum eſt concilium Antiochenum in Gen. VI. Conſtant. in Trullo celebrata.* Imo recepti ſunt canones in codicem canonũ Eccleſię univerſalis, ut videre eſt ex editione Tiliana recentiore; qui vero vetuſtiores deſiderat, cõſulat canones à Dionyſio Exiguo compilatos; compilavit enim *canones Eccleſiaſticos ex Græcis exemplaribus*, & eos quidem, *quos hodie uſu celeberrimos Eccleſia Romana complectitur*: teſte Caſſiodoro de divin. Lect. c. 23. in his vero etiam Antiochenos. Tranſimus Criſconium, Fulgentium Ferrandum, Martinum Bracarenſem, Adrianum Papam, Photium, Matthæum Blaſtaren, Harmenopulum, Alexium Ariſtenum, Joannem Zonaram, Theodorum Balſamonem, Burchardum, Ivonem &c. qui canones Eccleſiaſticos aut compilarunt, aut notis & commentariis illuſtrarunt, ſemperque in iis Antiochenorum quoque, ut Eccleſiaſticorum, meminerunt. Conferatur ſaltem *jus Canonicum*, Moguntiæ editum anno M D XXV. & recuſum Pariſiis anno 1526. & 1609. ut appareat, compilationem iſtam adhuc tum temporis Canones Antiochenos pro legitimis & Eccleſiaſticis agnoviſſe. vid M. Anton. de Dom. lib IV. de rep. c. 8. n. 10. 11 D. Reinboth. continuat. Sonnenſt. t. I. p. 926. ſeqq. utut autem hæc ita ſeſe habeant, diffiteri tamen nolumus, Arianos illis canonibus adverſus Athanaſium, & eius bonam in doctrina cauſſam abuſos fuiſſe, de quo forte alibi pluribus agemus.

II. *Alterum concilium* Antiochenum habitum eſt triennio poſt, nempe Anno Chriſti CCCXLIV. ab Orientalibus Epiſcopis; f. 97. A. Sic enim Socrates lib. II. c. 19. refert: *Tranſacto poſthac triennii* ſpatio,

Digitized by Google

ſpatio, rurſus Orientales Epiſcopi *collecta ſynodo, aliam fidei* formulam conſcripſerunt, eamque per Eudoxium *Germanicia*, *Macedonium* Mopſueſtiæ in Cilicia Epiſcopum, *& Martyrium*, ad Epiſcopos Italiæ miſerunt; mox ipſam illam formulam totidem verbis recitat. Non eſt autem hæc fidei formula ab Occidentalibus recepta, ut acta concilii Mediolanenſis teſtantur. *Tertium* Concilium ibidem lo- III.
corum habitum eſt ab Acacianis, referente Sozomeno lib. IV. hiſt. c. 29. f. 588. D. *Acaciani*, inquiens, *adhuc quieſcere non poterant: ſed Antiochiæ unà cum paucis iterum congregati, ea quæ ipſi prius decreverant, reprehenderunt. Namq; illud ſimile, ex formula fidei, Arimini & Conſtantinopoli recitata, expungere ſtatuerunt: & Filium Patri per omnia, tam in ſubſtantia quàm in voluntate, diſſimilem, & ex nihilo factum eſſe, cenſuerunt, quemadmodum Arius ab initio docuerat.* Hæcille. Vulgo dicitur habitum fuiſſe anno CCCLX. *Quartum* habi- IV.
tum eſt Joviano Imperatore, urgentibus Acacianis: *Etenim apud Antiochiam Syriæ congregati, colloquium habuerunt cum Melitio, qui paulò antea conſubſtantialis fidem amplexus, ſeſe ab illis ſegregaverat. Id autem propterea fecerunt, quod illum ab imperatore, qui tum in ea urbe morabatur, ſummo in pretio haberi cernerent. Communi ergò conſilio conſubſtantialis doctrinam amplexi, Nicænam fidem confirmarunt, & libellum à ſe compoſitum obtulerunt Imperatori.* Ita refert Socrates lib. III. c 25. f. m. 203. C. D. Subjicit veſtigio confeſſionem ipſam. Retulit autem libellum ex Sabini libro τῇ συναγωγῇ τῶν συνοδικῶν *collectio conciliorum* dicto. Confer Sozom. lib. VI. c. 4. Quid in hoc concilio ſit definitum, diſputat Baronius an. CCCLXIII. 144. ſed inconcinnè, judicio Frontonis Ducæi in ſcheda ad ipſum miſſa. vide append. t. IV. an. 363. Sand. lib. II. nucl. p. 142. 143. *Quinti* concilii V.
meminit Nyſſenus in epiſtola ad Olympium Monachum; Meminit etiam Photius cod. LII. f. 38. ſynodi Antiochenæ, Flaviano Epiſcopo habitæ: *Ipſe Flavianus ſynodum indixit adverſus eosdem illos hæreticos, accedentibus tribus Epiſcopis, Biza Seleucia, & Maruthagentis Supharenorum, & Sami, ad quos ſe cum Presbyteri, tum Diaconi ad triginta conjunxerunt. Noluit hæc ſynodus Adelphium pœnitentiam profitentem, hæreſimq; abjurantem, admittere: quod neq; ea hæreſeos abjuratio, neq; pœnitentia, vera atq; ex animo facta probaretur.* Synodicæ ad Oſroinenſes idem meminit, *ea quæ geſta eſſent edocentis, in qua etiam*

hæreti-

hæreticos punitos & ex communicatos refert, resposumq; est, acceptis ab Episcopis literis, & Flaviano pro his gratia actæ, atque assensum. f. 39. Etiam ad Litojum Armeniæ Episcopum decretum Synodicum missum est: item ad Armenium quendam Messalianorum Episcopum. Sozomenus lib. VII. c. 2. refert quandam Antiochiæ (sed Cariæ urbe) habitam Synodum, imperante Gratiano: An ea sit, cujus Nyssenus paulo ante mentionem fecerat?

Aquilejense *Aquilejense* habitum est Aquilejæ Italorum, anno Christi CCCLXXXI. adversus Palladium & Secundianum Episcopos, & Attalum Presbyterum, Arianos. Eius duæ exstant epistolæ Synodicæ, altera ad Galliæ Episcopos, altera ad Gratianum, Valentinianum, & Theodosium Imppp. Acta contraxit Baronius an 381. n. 81. seq. Et compilator conciliorum tom. III. f. m. 386. seqq. ubi & notas f. 410. habes.

Arelatensia I. *Arelatensia* duo hoc seculo habita sunt Arelate Gallorum; *prius* anno CCCXIV. in caussa Cæciliani & Donatistarum, cujus exstant epistolæ, canones, & Episcoporum nomina, collecta tom. II. concil. f. 22. cum Rescripto Constantini M. & notis Sirmondi & Binii: Confer Augustin. lib. I. adv. Parmen. c. 5. Brevic. collat. d. 3. p. m. 721. Baron. an. 313. n. 34. Coriol. sum. concil. f. 181. An hoc concilium sit illud, quod Augustinus ait *plenarium* fuisse, in quo Donatistarum hæresis sit condemnata? Quæstio est inter Joannem Launojum Theologum Parisiensem, & Ioannem Nicolaum ordinis Prædicatorum ventilata; Launojus affirmat; Nicolaus negat, putans, Nicænum intelligi, eo quod hoc Hæreticorum, exceptis Samosatenianis, baptismum receperit, quod contra Donatistas erat probandum. vid. Journal des Sçav. t. IV. p. 45. Quidquid ejus sit, certum est, Acta Arelatensia à Donatistis fuisse corrupta, juxta Baron. an. CCCXIV. 52. Imo & in Optati Milevitani scriptis corruperunt ea, quæ ad hoc concilium spectabant.

II. *Posterius* habitum est anno CCCLIII. in caussa Paulini Treverorum Episcopi; Nam factione Arianorum depositus est de sede sua, quod nollet in condemnationem Athanasii consentire. vide Tom. III. concil. f. 163. seq. Errorem circa subscriptionem Episcoporum commissum in editione Colonienſi notat Baron. an. 314 n. 50.

Ariminense

Digitized by Google

Ariminenſe nomen accepit ab Arimino, Æmiliæ in Italia urbe, ubi concilium habitum eſt anno CCCLIX. Appellatur autem *œcumenicum & univerſale approbatum* à Scholiaſte tom. III. concil. f. 188. Oecumenicum, quod *Sacerdotes convocati ſint ex omni orbe Romano*, uti loquitur Valentinianus Imp. leg. IV. cod. de fid. Cath. Approbatum, nempe ex parte orthodoxorum, qui interfuerant, non autem ex toto; Nam & Ariani aderant; unde diſtinguendum eſt cum Ambroſ. lib. I. de fid. c. 9. inter concilium Ariminenſe orthodoxum, & heterodoxum; orthodoxi *acta, præter epiſtolam Synodicam, interierunt*, juxta Scholiaſt. f. 188. Heterodoxum poſt orthodoxorum diſceſſum celebratum eſt ab Arianis, eo cum ſucceſſu, utpote ſatagente Imperatore Ariano, ut *totus orbis Arianum ſe* eſſe brevi poſt *miraretur*, uti loquitur Hieron. dial. adverſ. Lucifer. *Acta* exſtant apud Hilar. in fragm. Athanaſium de Synodis f. 869. Socrat. lib. II. c. 39. Sulpit. Sever. lib. II. Sozom. lib. III. c. 19. IV. 17. Confer notas Gothofredi ad l. 4. cod. de fid. Cath. ubi Valentiniani Imp. ab Juſtina matre in Arianiſmum ducti judicia de hoc concilio honorificentiora notantur. Ariminenſe.

Bagajenſe ſic dictum eſt à Bagai Numidiæ civitate, in qua anno Chriſti CCCXCIV. convenerunt Epiſcopi CX. à Primiano, Carthaginenſi Epiſcopo, ſed Donatiſta, evocati, ut examinarent cauſſam ipſius, ut & Maximiani, alterius Carthaginenſium Epiſcopi, & Donatiſtæ; qui & cauſſa cecidit. vid. Auguſtin. lib III. cont. Creſcon. c. 3. Confer Baron. an. CCCXCIV. 43. ſeqq. Bagajenſe.

Biterrenſe denominatum eſt à Biterris, civitate Galliarum, in qua Ariani Anno CCCLVI. adverſus Hilarium Pictavienſem confeſſorem auſpiciis Saturnini Arelatenſis Ariani conciliabulum adornarunt. Acta potiſſimam partem habet ipſe Hilarius in libro adverſus Conſtantium, & de Synodis. Biterrenſe.

Burdigalenſe celebratum eſt Burdigalæ, anno CCCLXXXV. adverſus Priſcillianiſtas, in Synodo Cæſarauguſtana pridem damnatos, Ithacio & Maximo ἱερεσιώναις. Hiſtoriam legas apud Sulpit. Sever. lib II. hiſt. Eccleſ. Burdigalenſe.

Cæſareenſis concilii mentionem facit Socrat. lib. II. hiſt. c. 43. habiti in cauſſa Euſtathii Sebaſteni, quippe contra quem ſententia in Synodo iſta pronunciata eſt. Cæſareenſe.

Digitized by Google

Cæſarauguſtanum: *Cæſarauguſtanum* Cæſarauguſtæ in Hiſpania habitum eſt anno CCCLXXX, vel LXXXI, juxta alios, in cauſſa Priſcillianiſtarum. Canones ejus exſtant VIII, qui ex Garſia exhibentur Tom. III. concil. f. 414. cum notis, f. 416. *Acta* recitat Sulpit. Sev. lib. II. Nomina Epiſcoporum ſubjecta ſunt, ſed *ex collatione alterius editionis, quæ eſt apud Garſiam, enormiter depravata eſſe, dignoſcuntur.* vid. Spond. an. 381. n. 15.

Capuanum: *Capuanum*, à Capua denominatum, habitum eſt anno CCCLXXXIX, in cauſſa Flaviani, Evagrii, & Bonoſi; iſtorum Antiochenorum; hujus Macedoniæ, Epiſcoporum. vid. Tom. III. concil. f. 454.

Carianum, *Carianum*, à Caria regione Aſiæ appellatum, habitum eſt imperante Valente, anno Chriſti CCCLXVI. ab Arianis Epiſcopis. Acta leguntur apud Sozom. lib. VI. c. 12. Baron. an. 366. n. 25. Tom. III. concil. f. 234.

Carthaginenſia I. *Carthaginenſia* aliquot habita ſunt, & quidem I. anno CCCVI. à Donatiſtis adverſus Cæcilianum Epiſcopum Carthaginenſem pro Majorino Pſeudo-Epiſcopo ſuo: vid. Optat. Milev. lib. I. adv. Parmen. Auguſtin. Brevic. collat. III. p. m. 712. ſeqq. Tom. I. concil. f. 671. ſeq. In qua cauſſa proſtabant etiam *geſta proconſularia*, quæ tempore concilii Carthaginenſis *magna antiquitas roboraverat*: uti loquitur cognitor apud Auguſt. p. 725. mentio fit etiam *libellorum conſularium.* p. 766. c. 32.

II. II. habitum eſt biennio poſt, nempe CCCVIII. ab iisdem Donatiſtis in cauſſa Traditorum, quos in communionem tandem receperunt Donatiſtæ, quare poſteros ipſorum ejus puduit, adeo, ut acta prorſus abolere niterentur. vid. Auguſt. Epiſt. XLVIII.

III. III. inter orthodoxa vero *primum* dictum, ab orthodoxis Africæ Epiſcopis adverſus Donatiſtas celebratum eſt, ſed quo tempore? & quo Romano Epiſcopo? Baronius collocat in annum 348. ſub Epiſcopatu Julii; adeoque poſt concilium Sardicenſe, ſub hoc Epiſcopo habitum; Cui ſuffragantur Nicolinus in editione conciliorum Veneta f. 672. & Editor Pariſinus t. III. f. 101. inſcriptionem ejus hanc facientes: *Concil. Carthag. I. tempore Iulii I. Papæ:* contra faciunt alii conciliorum compilatores inter ipſosmet Pontificios, Mörlinus, Crabbe, Surius, Carran-

22,

Digitized by Google

za, quorum hic hanc habet inſcriptionem; *Concil. Carthag. I. tempore Sylveſtri I. Papæ celebratum*: adeoque ante concilium Sardicenſe; Et merito quidem, quandoquidem Patres in Synodo gratias Deo agunt, quod Deus *ſchiſmatibus finem dederit*, ut Grati verba ſonant, nempe per Conſtantinum M. qui in concilio eo allaboravit, ut oriens, occidens, & meridies inter ſeſe reconciliarentur, teſte Optato f. 53. lib. 2. Minime vero in concilio Sardicenſi, ſub Julio habito, utpote quo ſchiſmata finem non habuerunt, ſed potius augmentum. Quod vero Concilii Sardicenſis Gratus in verbis ſuis meminerit, hinc N. C. illud Sardicenſe intelligi, quod Julio Epiſcopo Romæ ſedente habitum eſt. *Reliqua* hujus ſeculi concilia Carthaginenſia, nempe quartum, & quintum, etiam controverſa ſunt, & *quartum* quidem apud Chriſtoph. Juſtel præfat. ad codicem canonum Eccleſiæ Africanæ Græcolatinum Pariſiis editum anno M DC XVII. Certe in codice canonum vetuſtiſſimo canones non exſtant, & videntur ab Iſidoro Mercatore conficti eſſe; *Quintum* vero quod concernit, dicitur illud eodem anno habitum eſſe, quo prius, nempe anno 398. juxta Tom. III. concil. f. 532. & Baron. ad an. 398. n. 33. ſed quis credat, duas Synodos, tam confertas, eodem anno, paucis menſibus diſtantibus, in eodem loco convenisse? Præterea nec in numero convenit Baronio cum aliis; Eo quod tertium faciat ex quinto, & ex ſecundo ſextum, atque ex tertio ſecundum. vide Mareſ. Exorciſt. c. IV. p. m. 45. Idem Baronius an. 397. §. 47. Gratianum arguit, tanquam tertii concilii Carthaginenſis decretis aliquid adjeciſſet, nempe bonus Gratianus vapulare debuit, ut Magdeburgenſium noſtrorum *ſchola imperitorum ignorans* redderetur.

Cavernenſe habitum eſt Cavernis, haud procul Carthagine, anno CCCXCIV. à Donatiſtis, *in quo Maximinianiſtæ Primianiſtas cum ſuo auctore Primiano condemnarunt*. Tom. III. concil. f. 459. Confer Hieron. adverſ. Lucifer. in fine; Auguſt. comm. in Pſalm. XXXVI. It. lib. III. & IV. adverſ. Creſcon. Baron. an. 394. n. 33. ſeqq. Cavernenſe:

Cirtenſe, quod & Zertenſe dicitur apud Auguſt. Brevic. coll. d. 3. p. 713. Celebratum eſt Cirtæ in Numidia anno CCCIII. in cauſſa Traditorum, qui in communionem recepti ſunt, & Paulus Cirtenſe:

creatus Episcopus Cirrensis. Ejus mentionem faciunt Optatus Milev. lib. I. adverſ. Parm. provocans p.m. 19. *ad vetuſtatem membranarum, quas dubitantibus proferre poſſit.* Auguſtin. lib. III. cont. Creſcon. c. 26. 27. in Brevic. collat. di. III. c. 17. p. 718. qui *geſtorum Epiſcopalium Zertenſium* mentionem facit. d. IV. c. 14. p. 738. Baron. an. CCCIII. n. 30. ſeqq: Coriol. ſum. concil. p. 159. Tom. I. concil. f. 603. ſeqq:

Colonienſe: vide Agrippinenſe.

Conſtantinopol. I. *Conſtantinopolitana* aliquot habita ſunt; Et quidem I. Celebratum eſt Anno CCCXXXVI. ab Arianis adverſus Athanaſium & Marcellum Ancyranum; Acta collegit Baron. anno 336. n. 27. ex Athanaſio, Ruffino, Epiphanio. II. Celebratum eſt anno CCCLIX. (Gothofredus not. ad l. 4. cod. de fid. Cath. ponit annum 60.) etiam ab Arianis, qui in eo novam fidei formulam condiderunt, & Ariminenſibus ad ſubſcriptionem propoſuerunt. Acta ex Socrate, lib. II. c. 41. Theodoreto, Sozomeno, collegit itidem Baron. an. 359. n. 79. Concil. Tom. III. f. 202. III. Coactum eſt anno CCCLXXXI, adverſus Macedonium & aſſeclas Hæreticos præcipuè. Fuit autem œcumenicum, & quidem ſecundum: *Acta* interciderunt: juxta Valeſ. not. ad Socr. lib. V. f. 60. D. *Canones* Græcos exhibet Tilius volum. concil. p. 24. Pontificii in canonibus, tertio, quarto & quinto præcipue, aliquid deſiderant: vide Baron. ad an. CCCLXXIX. & CCCLXXX. Spondan. an. CCCLXXXI. 5. Scholiaſtas ad can. V. contra ſtat Cham. Panſtrat. Cath. lib. XIV. c. 1. n. 10. ex profeſſo diſputans, incorruptum eſſe canonem iſtum tertium. Confer D. Hülſem. de miniſt. ordin. §. 40. Majori jure tres poſtremi canones in interpretatione & collectione Dionyſii Exigui deſiderantur, quandoquidem & in codice Græco, & apud Balſamonem, & Zonaram in editione Græco-Latina conciliorum Generalium Romæ excuſorum inveniantur: Ut adeo appareat, *ſcripta Eccleſiaſtica truncandi, vel infarctis additamentis corrumpendi audaciam non nunc primum in uſu eſſe cœpiſſe*: quæ querela eſt Joh. Dallæi de uſu PP. p. 72.

Eliberitanum, vel Illiberritanum, ab Eliberi, vel Illiberri (utrumque enim legitur,) hodie Granata, urbe Bæticæ, Hiſpaniarum regionis, ſic dictum, celebratum eſt anno CCCIII. (adeo-

Digitized by Google

(adeoque non ſub Sylveſtro P. R. quod vult Turrianus Jeſuita, notatus ea propter à Blondello proleg. in Pſeudo-Iſid. p. 8.) ab Epiſcopis aliquot, imminente perſecutione, de lapſis tractandis. *Canones* condidit LXXXI, qui exſtant Tom. I. concil. f. 639. ſeq. una cum fragmentis, juxta Editionem Garſiæ Loaiſæ f. 657. cum ſcholiis f. 659. Cujus vero ſint auctoritatis? id vehementer controverſum eſt inter ipſosmet Pontificios: ſunt enim, & in his Melchior Canus lib. V. Loc. c. 4. & Bellarm. lib. II. de imag. c. 9. qui in canonibus iſtis notant errores Novati de lapſis non recipiendis, can. 1. 2. 6. 8. 12. 17. 18. Vigilantii, can. 34. Iconomachorum, can. 36. contra vero Baronius an. 305. n. 42. (quanquam alibi, an. 56. 11. 119. ſeqq. acrius in eodem canones invectus) refert, *ſtatuta* iſta ab Innocentio P. R. *excuſata* fuiſſe; Hinc Coriolanus ſum. concil. f. 166. infert: *Exiſtimavit igitur, hanc Synodum legitimam fuiſſe.* Ferdinandus de Mendoza, Hiſpanus, concilii huius defenſionem ex profeſſo in ſeſe ſuſcepit, ſcripto ſuper illius canones commentario, quem dedicavit Clement VIII Romano Papæ, auſpiciis Philippi II, impreſſum anno M D XCIV, recuſum cum obſervationibus Albaſpinæi: Tranſigant inter ſeſe Cadmæi fratres. Jodocus Coccius, & alii Rapſodi, canonem LXXVII. trajecerunt in canones Nicænos Arabicos, indignante Luca Holſtenio diſſert. I. de miniſt. confirm. p. 27.

Gallicanum concilium laudat Hilarius in libello de Synodis, à conſtantia in fide orthodoxa; Habitum putatur anno CCCLVIII. num. vide concil. tom. III. f. 187. Gallica-

Gangrenſe Gangris Paphlagonum celebratum eſt anno vel CCCXXI. vel CCCXXIV. adverſus Euſtathium Sebaſtenum Epiſcopum, Monachatus & operū electitiorum nimium admiratorem. vid. Socrat. lib. II. c. 43. Sozom. lib. III. c. 14. Chemnit. Exam. Conc. Trid. part IV. p. m. 227. Canones XXI. condidit, qui Græcè & Latine exſtant apud Tilium. p. 13. vol. can. Concil. Tom. II. f. 496. Seorſim edidit Joannes Quintinus Hæduus, Græcè, & Latinè, cum commentario; Pariſ. 1560. Claudii Eſpenſæi Epiſcopi Pariſienſis judicio *particularis quidem, ſed antiquitate reverenda, Synodus* fuit. lib. I. de contin. c. 9. Gangrenſe.

Hieroſolymitana duo habita ſunt; prius anno CCCXXXV. ab Euſebianis, ſeu Arianis in favorem Arii reſtituendi, etſi ſub præ- Hieroſol. I.

textu Martyrii dedicandi. Euſeb. lib. IV. de Vit. Conſt. c. 43. Athanaſ. Apol. II. & de Synod. f. 890. Socr. lib. I. c. 9. Sozom. lib. II. c.

II. 26. *poſterius* habitum eſt anno CCCL. in gratiam Athanaſii, ab exilio reducis; vid. Apol. II. & quidem Epiſtolam Synodicam leges t. I. f. 801. & 890. Confer Baron. an. CCCL. 1. concil. Tom. III. f. 117.

Hippon: *Hipponenſe* nomen accepit ab Hippone Africanorum, ubi locorum celebratum eſt anno CCCXCIII. in gratiam diſciplinæ collapſæ hactenus, ſed reſtaurandæ: referentibus id Patribus Carthaginenſibus ab initio Breviarii ſui: Abbreviationes autem factę ſunt in Concilio Carthaginenſi tertio. vide Spondan. an. CCC XCIII. 15.

Illyricum: *Illyricum* celebratum eſt anno CCCLXV. ab Epiſcopis Occidentalibus antequam ad Orientales literas exararent, quæ ipſæ exſtant apud Theodor. lib. IV. hiſt. c. 8. Baron. an. CCCLXV 18. ſeq. Tom. III. concil. f. 226. ſeqq.

Iſaur. In *Iſauria* concilia eſſe habita, Conſtantio imperante, & literas Synodicas ſcripſiſſe, auctor eſt Socrat. lib. IV. c. 12.

Lampſac. *Lampſacenum*. Lampſacus urbs eſt in faucibus Helleſponti, in qua nonnulli Epiſcopi Arianiſmi vel Macedonianiſmi ſaltem ſuſpecti, confeſſionem fidei ediderunt. vide Socrat. lib. IV. c. 4. concil. tom. III. f. 224.

Laodicenum. *Laodicenum* nomen accepit à Laodicea, Phrygiæ Pacatianæ urbe, diſtincta à Laodicea Syriæ, (ubi quidem Anſelmus apud Gratianum diſt. II. & Carranza habitum illud volunt.) Et Mediæ. *Quando* celebratum ſit concilium? quæritur. Pontificii nonnulli contendunt, habitum eſſe ante Concilium Nicænum, atque hoc ideo, quod putent, librum Judith à Nicæno in canonem eſſe receptum; à Laodiceno vero inter apocryphos referri; atque ita concilium particulare univerſali in re tanti momenti derogaſſe; myſterium prodidit Coriolan. in ſumm. concil. f. 192. Alii contra, & in his Baron. an. 325. n. 118. Spondan. h. l. ex Reformatis Dallæ. de jejun. & quadrageſ. lib. II. c. 8. p. m. 272. III. c. 10. p. 493. ſeqq. ſtatuunt, poſt ipſum eſſe habitum; Ratio in promptu eſt, quod canone VII. mentio fiat *Photinianorum*, quorum nomen diu poſt Concilium Nicænum innotuit; Coriolanus quidem

dem excipit, verbum hoc esse aliunde infarctum, & propterea expungendum; sed ipse fatetur, in duobus codicibus verbum illud haberi, qua fronte igitur illud expungamus? Accedit auctoritas Gratiani, qui Laodicenum sexto post Nicænum loco collocat; ubi Coriolanus quidem denuo contendit, *erroneum* hoc esse, sed errorem illum esse, non probat; sed & antiquissimus canonum codex suffragatur, qui canones Laodicenos diu post Nicænos collocat. Nec est quod excipias, canonibus Nicænis honoris ergo, non temporis, primas in illo codice esse datas; Laodiceni enim canones ponuntur non solum post canones Nicænos, sed etiam post Antiochenos, quibus præ Laodicenis nulla, nisi temporis, prærogativa competit; Si igitur concilium Laodicenum posterius est Antiocheno, etiam posterius erit Nicæno, utpote quo Antiochenum posterius est. Rationes Coriolani non militant: Non. I. quasi absurdum foret, Laodicenum post Ancyranum & Neo-Cæsareense esse habitum. Neque enim hoc absurdum est statuentibus, Laodicenum anno 358. vel 364. esse habitum. Nec II. Laodicenum i. e. particulare, Nicæno i. e. universali, concilio derogasse; Nam nec hoc secus sentientibus est absurdum. Neque III. Laodicenos, si post decrevissent, Nicænum decretum allegaturos fuisse; Neque enim causa erat urgens, cur allegarent: imò hinc infertur, Nicænos de libro Judith nihil statuisse. Et cur Nicæni non allegarint Laodicænos, si hi ante istos fuerunt? Sunt autem canonum LX, disciplinam potissimum Ecclesiasticam concernentium. Dico, *potissimum*; Nam & de dogmaticis concilii agit, imprimis de principio dogmatum scriptura, cujus libros canonicos recensuit, etsi Dionysius Exiguus, interpres, fide non adeo bona in translatione usus sit. In gratiam enim Romanæ Ecclesiæ omisit referre, quos libros pro canonicis, quosq; pro apocryphis habuerit Synodus: notante Dallæo de usu PP. p. m. 72.

Lycia, quæ Asiæ provincia est, mentionem facit Socrates lib. IV. histor. c. 12. quod sub Imperio Constantis concilium, vel concilia, in ipsa fuerint habita. Et refert ἐπιστολὰς, *epistolas*, quas Synodici etiam ἀπὸ λυκίας *ex Lycia* scripserint: sed exprimere eas διὰ τὸ μῆκος *brevitatis studio* ipse noluit. Lyciæ:

Mediola-

Mediolan. I. *Mediolanenſia* quatuor celebrata leguntur; Primum juxta Baronium quidem anno Chriſti 344. juxta Petavium vero (de duplici Synodo Sirmienſi diſſert.) anno 347. ſed utriusque ſententiam corrigit Jacobus Sirmondus in ſecunda diatriba, quam adverſus Petavium ſcripſit, referens ad annum 346. quem ſequitur Henricus Valeſius in notis ad Socrat. lib. II. c. 20. prolatis pro ſeſe argumentis aliquot: ubi ſimul hiſtoriam Synodi accuratius explicat, *eo quod admodum obſcura eſt ejus memoria in Annalibus Eccleſiaſticis.* Egerunt autem in hac Synodo Occidentales cum Orientalibus quibusdam Deputatis de condemnatione Hæreticorum, quam Occidentales prius ab Orientalibus requirebant. Secundum anno CCCL. ab orthodoxis adverſus Arianos celebratum eſt, & hypocritas quidem, Urſacium & Valentem, exhibito pœnitentiæ libello. vide Athanaſ. apol. II. concil. Tom. III f. 113. Tertium anno CCCLV. in cauſſa Athanaſii, quem ut reliqui poſt Liberium Epiſcopi condemnarent, Imperator, & cæteri Ariani ſatagebant (vide Socrat. lib. II. c. 36. Sozom. lib. IV. c. 9.) idque etiam obtinuerunt à plerisque, paucis exceptis; *Cæteri quidem omnes partim metu, partim fraude, & ignoratione rerum inducti, conſenſum præbuerunt*, uti Socrates loquitur. Congregaverat autem Liberius Epiſcopus Romanus concilium, & interfuerunt ex Orientalibus quidem pauci, ex Occidentalibus vero *plus quam trecenti*; quo nomine *univerſale* dictum eſt concilium; Et tamen ab orthodoxis *reprobatum.* vide Hilarium (in hoc ipſo concilio condemnatum) ad Conſtantium; & Sulpitium Severum lib. II. hiſt. Concil. Tom. III. f. 165. Quartum habitum eſt anno CCCXC. in cauſſa Joviniani & Helvidii, quos Siricius in Synodo Romana paulo ante damnaverat. vid. Baron. an. 382. n. 29. Spondan. an. 390. n. 7. Concil. Tom. III. f. 455.

II.

III.

IV.

Nemauſenſe *Nemauſenſis* concilii mentio fit in dialogis Sulpitii Severi dial. II. ſed ita, ut, ſicut & alia iſtorum dialogorum, exiguam fidem mereatur.

NeoCæſar. *Neo-Cæſareenſe.* Sic dictum à Neo-Cæſarea urbe Cappadociæ, ubi anno CCCXIV. habitum eſt concilium, eo fine, ut œconomia Eccleſiaſtica, in Ancyrano reformari cæpta, ad perfectionem deduceretur. *Canones* exſtant XV Græcè & Latinè apud Tilium, & alios conciliorum compilatores. *Nicæ-*

Digitized by Google

Nicænum. Nicææ Bithyniæ habitum eſt anno CCCXXV, diſtinctum ab altero illo, Arianorum auſpiciis Nicææ habito. *Acta* ipſius fuiſſe literis conſignata, ut ex aliis, ita ex Hieronymi invectiva in Luciferianos, probatur. Cum enim Luciferianus opponeret: *ſi quispiam eos negaſſet fuiſſe ſuſceptos, quomodo revincetur? Rſp. legamus Acta & nomina Epiſcoporum Synodi Nicænæ;* Accedit, quod in Archivis Eccleſiaſticis ſedium Patriarchialium fuerint repoſita, unde Carthaginenſis Synodus integro ferè ſeculo poſt, eadem requiſivit & invenit; Quæſivit ex Orientalibus Synodi Nicænæ ἀκριβέστατα ἐξεμπλα *verißima exemplaria*, uti loquuntur Africani in literis ad Bonifacium Epiſcopum Romanum. Et talia receperunt ab iis, quorum opem & conſiliũ implorarant, ut patet ex reſcripto Cyrilli Alexandrini Epiſcopi, utpote in quo τὰ ἀυθεντικὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου &c. *authentica Nicænæ Synodi è Græco translata per Innocentium Presbyterum miſit*: & Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui eosdem miſit canones, καθὼς οἱ ἐν Νικαίᾳ ὑπὸ τῶν πατέρων ὡρίσθησαν: *Sicut à Patribus Nicænis definiti ſunt.* Hæc reſcripta acceperant Africani, cum ad Cœleſtinum Epiſcopum Romanum literas darent, & in ipſis laudarent τὰς ἀκριβεστέρας ἀντιγραφὰς τῆς ἐν Νικαίᾳ &c. μεμαθήκασιν ἐκ τῶν ἀυθεντικῶν, *veriores deſcriptiones Synodi Nicænæ, miſſas ex Authenticis.* Eadem Acta conſignavit etiam Gelaſius Cyzicenus; libro edito hactenus ſub diverſis formis, locis, & temporibus diſtinctis. Quid huic tribuendum ſit? quæritur. Pontificii minoris iſtam hiſtoriam faciunt, ut videre eſt ex præfatione à Cenſoribus Romanis Romanæ Conciliorum editioni præmiſſa; & Joh. Launoij lib. VIII. epp. &c. Neque diſſimulant Romani cauſſam præcipuam, nempe quod Gelaſius referat, per Concilium Nicænum liberum fuiſſe Clero habere uxores, vel non; Poſſent aliæ addi, quas diſſimulant; Contra ſtat auctoritas veterum ſcriptorum, qui Gelaſii mentionem faciunt, fatentibus ipſis Romanis cenſoribus, & conſenſus Socratis, & Sozomeni in iis, quæ in Gelaſio notantur; *Neq; argumenta contra Gelaſium magni momenti ſunt*, cenſente, & refutante ea D. Dorſcheo Exercit. ad Concil. Nicæn. §. 22. quem omnino hic conferri ſuadeo, utpote qui auctoritates veterum & recentiorum, etiam Pontificiorum, magno numero adducit; Interea non diſ-

Nicænum.

Digitized by Google

ſimulat idem, *aliqua non ſatis concordantia cum reliquis vetuſtioribus hiſtoricis à Gelaſio referri.* n. 23. Inter recentiores Concilii Nicæni ſcriptores eſt Alfonſus Piſanus, Toleto-Hiſpanus, Jeſuita, qui anno 1553. & ſequentibus floruit, *& ſcripſit*, referente Miræo ſcript. ſec. XVI. *acta & canones ſacroſancti primi œcumenici Concilii Nicæni, appoſitis SS. Patrum teſtimoniis, ad eorundem canonum commendationem, & interpretationem pertinentibus: addita etiam reſponſione ad capita Humonii Chies.* Hæc ille. Huic hiſtoriæ quid tribuendum ſit, audire juvat Launojum l. c. p. 33. *Nicænum* (ita ſcribit) *concilium, quod Alfonſus Piſanus edidit, niſi minoris ſit, certè majoris non eſt fidei, quam Gelaſii Cyziceni hiſtoria. Quapropter de Alfonſi Piſani concilio quærenda non ſunt veterum teſtimonia, niſi quis velit oleum & operam perdere.* Hactenus Launojus, qui „ inſuper addit: Quo tempore celebrata eſt ſynodus Carthaginenſis „ ſexta, ſeculo poſt Nicænam minus uno, accidit, ut per eccleſias „ Chriſtiani orbis præcipuas, acta Nicænæ ſynodi, canones & exem- „ plaria diſquirere oportuerit: ſedulò diſquiſita ſunt, & tum de- „ mum aliud inventum eſt nihil præter ea, quæ apud Ruffinum „ extant. Reliqua magno Chriſtianæ religionis detrimento jam „ perierant, ſeu quia plura ſtatim actorum concilii confecta non „ fuerant exemplaria, ſeu quia quæ confecta fuerant, Arianorum „ malignitas & perfidia ſuſtulerat. Ad annum Chriſti CCCC „ XIX. quo celebrata eſt Carthaginenſis ſynodus, cum ita ſe res ha- „ beret, manifeſtè apparet, in rerum natura extitiſſe nondum, qui „ acta Nicæni concilii à Piſano editi conſarciret, ſed fuit tandem, „ qui poſt optima eccleſiæ ſecula partim de alieno, partim de ſuo „ conſarcinaret. Hactenus Launojus.

Conſonum huic eſt judicium etiam Baronii an. 325. n. 62. *Quæ poſt hæc in Synodo* &c.

Baronii igitur & Launoji judicio Acta Synodi Nicænæ, ut quidem à vetuſtioribus conſignata ſunt, genuina, vel incorrupta non exſtant, certi quid igitur, niſi aliunde ſuccurratur, de illuſtri iſto concilio haberi non poterit.

Certum eſt, in concilio Nicæno conſcriptos eſſe ὅρους ſeu κανόνας ſeu νόμους καὶ διατυπώσεις, *canones & definitiones*; quorum illi concernebant ritus & mores; hæ vero præcipue doctrinam; Ambroſius

broſius ad Eccleſ. Vercellenſ. *tractatuum* meminit Nicænorum: quorum etiam in concilio III. Carthag. mentio fit. Id quod notandum contra eos, qui pro pluralitate canonum Nicænorum pugnant. De *canonibus* diſputatur, quot illorum in concilio Nicæno fuerint ſancti? *multiplex eſt opinio*, ut phraſi utar Coriolani ſumm. concil. f. 209. a. *Græci omnes* &c. ſic ille. Ipſe putat, *plures*, quam 20. eſſe ſcriptos; ſed *nonnullos naufragium paſſos*: quot vero fuerint, *aliis diſcutiendum relinquit*: Contra Spondanus (ut alios nunc mittam) an. 325. n. 42. contendit, XX. ſolum fuiſſe conditos canones, & reſpondet ad argumenta plures ſtatuentium. Suffragatur Spondanus & ipſius ὁμώνυμοι Theodoreto lib. I. hiſt. c. 8. Gelaſio Cyziceno; concilio Carthaginenſi VI. & omnibus conciliorum collectoribus tam Latinis, quam Græcis. Confer Johannem Reinold. de lib. Apocryph. Cham. lib. XIII. de P. R. c. 8. & 20. n. 9. D. Dorſch. diatypoſ. ad concil. Nicæn. p. 80. D. Reinboth. Sonnenſtadt. contin. p. 838. Error autem (juxta Jacob. Cappell. vindic. pro Caſaub. lib. III. c. 34.) inde natus eſt, quod ab Humberto, canones ſcribente, Apoſtolici ſive 50, ſive 60, Nicænis 20. fuerint connumerati, quod recentiores nonnulli ita acceperunt, quaſi 80. ſint canones Nicæni. *Canones* quoque Concilio Nicæno adulterini pro genuinis ſuppoſiti ſunt, qualis erat ille de appellationibus ad ſedem Romanam; vide Cham. Panſtrat. lib. XIV. de P. R. c. 3. & 4. Canon 77. Illiberitani concilii, quem *Coccius ſimilesq; rapſodi immerito ad Arabes relegarunt*, conquerente Luca Holſtenio diſſert. 1. de miniſtr. confirm. p. 27. *Symbolum*, adverſus Arium conditum, legitur apud Athanaſium in epiſt. ad Jovian. t. 1. opp. 247. & alios, alibi citandos.

Sed quid de *ſubſcriptionibus* Concilii Nicæni habendum? Audiamus iterum Launoj. epiſt. ad Raimundum Formentinum, Tom. VIII. p. 35. n. X. Nunc Nicæni concilii ſubſcriptiones examinandæ ſunt, atque inprimis ſciendum eſt, Nicænum concilium Græcè Latinèque editum eſſe, ſed Græco ſermone exaratas ſubſcriptiones deſiderari. Nullum eſt repertum adhuc exemplar Græcum, in quo ſubſcriptiones, quæ videntur modo, videantur. ita Pariſienſis Theologus Launojus. Diſcimus inde, & ex præmiſſis, circumſpectè verſandum eſſe in hiſtoria Concilii Nicæni, nec

admittendum, niſi quod in genuina antiquitate fundamentum habet. Ex noſtris, & vetuſtioribus quidem, conferri poſſunt quæ concinnavit Joachimus Camerarius; recentioribus vero Cl. Dn. M. Jacobus Müllerus Ulmenſis, (tunc ſtudioſus, nunc Senior Miniſterii Evangelici Auguſtani, Fautor & Amicus noſter ſingulari amore proſequendus) in erudita diſſertatione de concilio Nicæno, cum Tridentino collato, ventilata ſub præſidio Max. Rev. Dn. D. J. Conr. Dannhavveri, *νῦν ἐν ἁγίοις*.

De *ſenſu* genuino inter ſeſe militant Lucas Holſtenius cum Arcudio circa canonem VIII; Henricus Valeſius cum Joanne Launojo de canone VI; & *germanitate*, ut Launojus cum Turriano de can. 39. Arabico; & *verſione*, ut idem Launojus cum adverſariis, quanti verſio Ruffini æſtimanda ſit? p. ſ. de 6. Can. Nicæn. & p. 32. n. 2.

Pamphiliũ. Sed manum de hac tabula. *Pamphilium* concilium, vel concilia memorat Socrat. lib. IV. c. 12. f. 220. B. celebratum Imperante Conſtantio, & ſedente Romæ Liberio Epiſcopo, ſcripſit literas Synodicas, ſed à Socrate prætermiſſas.

Pariſienſe. *Pariſienſe.* Habitum eſt Pariſiis Gallorum anno CCCLXII. adverſus Arianos, & in ſpecie quidem adverſus Saturninum Arelatenſem. Epiſtola Synodica exſtat Tom. III. concil. f. 215. cum notis.

Romana. I. *Romana* numerantur vulgo XIII. Quorum I. habitum eſt anno 313, Melchiade Epiſcopo, in cauſſa Cæciliani Epiſcopi Carthaginenſis & Donatiſtarum invicem contendentium; Acta concilii producta & lecta ſunt in collatione Carthaginenſi inſtituta inter Catholicos & Donatiſtas, referente Auguſtino Brevic. collat. d. 3. c. 12. p. m. 716. Confer Optat. Milev. lib. I. adverſ. Parmen. p. 29. ſeqq: Baron. an. 313. n. 27. II. dicitur habitum anno 315. eſſe inter Sylveſtrum & Judæos; ſed deſideratur genuina hiſtoria, qualis non eſt, quæ in Actis Sylveſtri continetur, fatente ipſomet Scholiaſte t. 2. concil. f. 84. poſt Marian. Scot. an. 327. conf. Chamier. Panſtrat. Cath. lib. XIII. c. 18. n. 11. f. 271. III. celebratum fertur anno 324. adverſus Arium & aſſeclas, conditi etiam canones XX. de quibusdam ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinentibus, *qui tamen multis in locis ob exemplarium depravationem, aut vix, aut omnino*

H.

III.

non

non poſſunt intelligi, ut habent verba Scholiaſtis t. 2. concil. f. 148. Rectius forte dixiſſet: qui tamen multis in locis turpiter ſunt depravati, vel omnino adulterini, in gratiam ordinis Hierarchici & Papalis. IV. habitum eſt anno 325. intra thermas Domitianas in gratiam concilii Nicæni, quod Epiſcopus Romanus receperat, & introducere ſatagebat; Acta tamen & hæc erroribus non carent, fatente eodem Scholiaſte f. 492. t. 2. concil. & res ipſa clamat; Fit enim mentio Conſtantini M. ut lepra ille fuerit percuſſus, ſed baptizatus à Sylveſtro & liberatus: quæ pura puta fabula eſt; Inſuper in epiſtola Sylveſtri ad Synodum memoratur conſulatus Conſtantii 4. & Conſtantini, 8, quod quia perperam ſcriptum eſt, epiſtola ipſa *mendoſiſſima & ferè commentitia reputatur* ab ipſo Coriolano ſumm. concil. f. 221. Confer Spondan. an. 325. n. 51. D. Dorſch. Exercit. ad concil. Nicæn. p. 52. 53. Jac. Cappell. lib. III. vindic. Caſaub. c. 31. p. 366. A. Rivet. Cath. orth. q. 24. p. m. 483. V. coactum eſt anno 337, ſedente Julio, qui fidei confeſſionem edere, & ab Arianis ſeſe ſeparare contendebat; ſed *acta commentitia* eſſe, docet Blondel. Pſeud-Iſid. p. 451. Iſidorus quidem Mercator alicujus talis concilii meminit, ſed, judicio Edmundi Aubertini, *concilium illud Romanum purum putum figmentum eſt impoſtoris Iſidori Mercatoris. Farrago enim tantum eſt ex Caſſiodori Tripartita hiſtoria, & aliis auctoribus ab hoc plagiario in concilii formam redacta, quod mirum eſt Rubeo, Baronio, & Binio non ſuboleviſſe.* Sic ipſius verba refert Labbeus t. 1. diſſert. hiſtor. de ſcript. til. Julius Firmicus Maternus: neque audet concilium vindicare, contentus indicaſſe, unde Aubertinus hæc exſcripſerit, id quod ad rem non facit. VI. habitum eſt anno 341. in cauſſa Athanaſii, cui Julius favebat. VII. anno ſequente coiit in eadem cauſſa. VIII. celebratum eſt anno 352, Liberio ſedente, pro eodem Athanaſio; vide Acta t. 3. concil. f. 162. IX. Damaſio ſedente, anno 368. adverſus Arianos congregatum eſt, nominatim, adverſus Urſacium & Valentem. Sozom. lib. VI. c. 23. t. 3. concil. f. 298. X. ſub eodem Epiſcopo, anno 369. adverſus Auxentium Mediolanenſem, qui una cum Urſicino Schiſmatico condemnatus eſt. Exſtat *tomus Synodicus Damaſi Romani & Concilii Romæ coacti ex Epiſcopis Italiæ & Galliæ*; quem *falſum & fictitium* cenſet Sandius Enucleat. hiſt. l. 2. p. 151. ideo, quod in eo una

IV. V. VI. VII. VIII. IX. X.

ſtatuatur οὐσία & ὑπόστασις *eſſentia & perſona*, ſeu ſubſtantia eſſe Pater, F. & Sp. S. cum tamen Damaſus, teſte Flaviano, docuerit, tres eſſe perſonas Patrem, Filium & Spiritum Sanctum: ſed facile hæc conciliabit, qui noverit, vocem ὑπόστασις apud veteres diverſimodè fuiſſe acceptam, modo pro perſona, modo pro

XI. ſubſtantia, vel eſſentia. XI. adverſus Vitalem Apolinariſtam & aſſeclas anno 373, Acta recitantur Tom. 3. concil. f. 302. ſeqq:

XII. XII. convenit anno 382. in cauſſa Paulini, Antiochenorum Epiſcopi, orthodoxi, ſed Macedonianis inviſi; *Acta perierunt*, ex ſententia Scholiaſtis t. 3. f. 419. *incerta* ſunt Spondano an. 382. n. 5.

XIII. XIII. ſub Siricio habitum eſt anno 386.

Sardicenſe. *Sardicenſe* concilium, ſic dictum à Sardica, vel Serdica, nobili Illyrii civitate, ubi concilium in cauſſa Athanaſii & Pauli, anno 347, habitum eſt. *Diſtinguendum* autem eſt diligenter inter concilium Sardicenſe, preſſe ſic dictum, & Philippopolitanum, quod & ipſum Sardicenſis concilii nomen præ ſeſe fert. Orthodoxi Sardicæ perſtiterunt; heterodoxi vero Philippopolim, Thraciæ urbem, conceſſerunt. Iſtud orthodoxum fuit concilium, quod tanquam *magnum* & ſibi addictum deprædicat Athanaſ. apol. ad Conſtant. t. 1. f. 720. & epiſt. ad Solitar. f. 818. A. ſeqq: hoc vero *Arianum*, appellante Auguſtin. lib. III. cont. Creſcon. c. 34. Unde inter *mixta* concilia à Bellarm. lib I. de concil. c. 7. hactenus recte refertur. Confer Socrat. lib. II. c. 20 qui multus eſt in hoc concilio deſcribendo. Sozom. lib. III. c. 11. 12. Theodor. lib. II. hiſt. c. 7. & 8. & ante hos Hilarium in fragmentis f. 401. ſeq. opp. Athanaſ. t. 1. opp. f. 260. ſeq. Conſequitur inde, quod *particulare* fuerit concilium, quatenus Orientales Epiſcopi ab Occidentalibus ſeſe ſeparârunt, uti ex Sozom. lib. III. c. 10. docet Cham. Panſtrat. lib. XIII. de P. R. c. 7. n. 7. & Croc. in Anti-Becan. ſect. IX. t. 2. p. 534. n. 4. Bellarminus quidem contendit, univerſale fuiſſe, ut obtineat, jus appellandi à concilio Sardicenſi Epiſcopo Romano conceſſum, ab univerſali concilio eſſe conceſſum; ſed Reſp. diſtinguendum eſt inter intentionem & executionem; Intendit quidem Conſtantius univerſale convocare; ſed ſucceſſus non reſpondit, diſcedentibus Epiſcopis orientis. Actum eſt in eo cauſſa præcipue Athanaſii, Pauli, Marcelli. *Canones* ipſius quod attinet,

Digitized by Google

tinet, habes eos Græce apud Tilium volum. can. p. 35. Græce & Latinè tom. *III.* concil. f. 1. ſeqq: Inter eos vulgo aliquis producitur, qui de *appellationibus* ad Epiſcopum Romanum conceptus eſt; & ſub nomine Nicæni allegatur ab Harding. cont. Ivel. art. IV. § 6. Cano Loc. Theol. lib. VI. c. 4. & 6. Forer. antiq. Papat. tom. 2. c. 2. &c. Et à vetuſtioribus nonnullis Pontificibus adverſus Africanos, quo de in concilio Carthaginenſi VI. actum eſſe, jam in præmiſſis dictum eſt. Sed Nicænum non eſſe illum canonem inde probatur, quod (1.) Nicæni canones ſolum 20 exſtent (uti ſupra oſtenſum) inter quos ille de appellatione non comparet: imo (2) cum can. 5. & 6. Nicænis pugnat, illo, qui jubet appellari ad concilium; hoc, qui paria jura & privilegia facit Patriarcharum. Quæ adverſarii excipiunt, diluit idem Chamier. l. cit. c. 8. §. 2. ſeqq: Confer D. Dorſch. exercit. ad concil. Nicæn. p. 81. ſeqq. D. Hülſem. de miniſt. ordin. §. 35. D. Reinboth. contin. Sonnenſt. p. 908. §. 4. Croc. in Anti-Bec. l. c. &, ſi placet noſtras Antiqq. German. I. artic. III. §. 12. p. 1,3. ubi diſtinguimus in concilii Sardicenſis canones de externa Hierarchia, & de doctrina; & docemus, quod iſti nunquam habuerint Catholicam auctoritatem. Pontificii confundunt invicem concilia Nicænum & Sardicenſe, tanquam hoc iſtius appendix fuiſſet, & pro uno apud veteres utrumque habitum foret; ſed diſtinctiſſima fuiſſe, ex diſtinctis locis, temporibus, materia, perſonis, Actis &c. apparet. Exſtat præterea *appendix* literarum Synodicarum apud Theodor. l. 2. c. 6. (8) & *confeſſio* apud Hilar. libel. de Synod. ad Epiſcopos Galliarũ & Germaniarum, quæ incipit: *Sancta Synodus* &c. An genuina hæc ſcripta ſint, nec ne? quorum iſtud negat Baron. an. 347. n. 39. 40. & alii; diſputavimus alibi, nempe in Antiqq. German. l. artic. III. n. 9. ſeqq.

Seleucienſe habitum eſt Seleuciæ, urbe Iſauriæ, anno CCCLIX. ab Acacianis adverſus orthodoxos Ariminenſes, quamvis Acaciani & Semiariani inter ſe ipſi fuerint diviſi. vide Socrat. lib. II. c. 37. Sozom. lib. III. c. 19. Seleucienſe.

Siculum celebratum eſt anno CCCLXV. in cauſſa certaminis Ariani, Euſtathio Sebaſteno fidem orthodoxam aſſerente. vide Socrat. lib. IV. c. 12. f. m. 224. B. Siculum.

Sideranum

Sidetanum. *Sidetanum* concilium nomen habet à Sida Phæniciæ maritima civitate, ubi anno 383. habitum est, præside Amphilochio Iconiensi Episcopo, ut obscurius innuunt Theodoret. lib. IV. c. 10. & Niceph. lib. XI. c. 14. clarius Phot cod. LII. ubi meminit *Actorum* lectorum sibi, & in his Synodicarum epistolarum: Confer Baron. an. 383. n. 39. Scholiasten, t. III. concil. f. 422.

Singedim. *Singediminianum* in Mysia habitum est anno CCCLXVI. inter Arianos & Semiarianos: Quo de Hilarius in fragmentis & compilat. concil. t. III. f. 234. seqq.

Sinuessanũ. *Sinuessanum* (sic dictum à Sinuessa Campaniæ urbe) concilium habitum esse dicitur sub initium hujus seculi, nempe anno 303, in causa Marcellini, Episcopi Romani, lapsi pridem, deinde Ecclesiæ reconciliati; *Acta* circumferuntur, sed qualia? sub judice lis est, genuina, an adulterina; integra, an corrupta; ab orthodoxis, an heterodoxis, nempe Donatistis, sint conscripta? *Adulterina* esse ex nostris contendunt Centuriatores Magdeburgenses Cent. IV. ex Reformatis Cham. Panstrat. Cathol. lib. XIII. de P.R. c. 18. n. 9. seq. ex Pontificiis *plurimi*, & *doctissimi viri*, fatente Fr. Longo à Coriol. sum. concil. f. 160. ad an. 303. & Scholiast. ad Tom. I. concil. f.m. 615. seqq: *Genuina* eadem esse, & *non modo non commentitia, Donatistis adscribenda, sed potius in magna veneratione habenda*; statuit dictus Coriolanus; Baronius, inter utrosque medius quasi, *admodum depravata* esse fatetur an. 303. n. 88. adeoque innuit, genuina quidem ea esse, sed non ex toto; *triplicisq;* eorum meminit *editionis*, ex quarum novissima quædam allegat, cujus tamen ipsius *lectio in omnibus non arridet*. Et fatetur, etiam in novissima editione multa haberi, quæ actis istis *jure posse objici videantur* (n. 100.) *ut in re valde dubia, quid de his sentiendum esset, noluerit in prima editione suo arbitrio definire, sed cuncta subjicere eruditorum judicio*. In prima scilicet editione annalium *proclivior erat in eam sententiam, ut recitata nuper acta Synodi fuerint commentitia*: In postrema autem, *aliqua addenda putavit, quæ æquus judex pro adversæ partis defensione edenda jure potuisset exigere*, nempe sententiam suam, quæ hæc est: *procul absumus, ut ea* (Sinuessana Acta) *penitus rejicienda putemus; atq; longe longius abhorremus, ut eadem Donatistis adscribenda velimus*. Ratio præcipua, quæ Pontificios in favorem hujus concilii rapit, est hæc, quod in eo

statu-

ſtatutum dicitur: *Nemo unquam judicavit Pontificem, nec præſul ſacerdotem ſuum, quoniam prima ſedes à nullo judicatur.* Nec diſſimulare gaudium hoc potuit Coriolanus Cappucinus, quin ſtatim in fronte annotationum ſuarum exordiretur: *In hoc concilio hoc præcipue eſt annotatione dignum, quod patres omnes dixerunt*: Nemo &c. Hoc ſcilicet Baronii *lancem graviorem* reddebat, ut in partes eorum inclinaret, qui Concilii Actis patrocinantur. Rationes eorum, qui *adulterina* ea eſſe contendunt, ſunt hæ: (1.) quod improbabile ſit, in tanta Diocletiani, adverſus Eccleſiam furentis, perſecutione, potuiſſe conventum trecentorum Epiſcoporum tuto coire, (2.) quod Diocletianus tum Romæ non fuerit, cum Marcellinum ad thurificandum impelleret, quod tamen Acta narrant; ſed Nicomediæ: (3.) quod Diocletianus fingatur audiviſſe Marcellini lapſum in expeditione adverſus Perſas, quod Binius pronunciat falſum eſſe; niſi corrigatur & reſtituatur: cum *reverſus* eſſet è bello Perſarum: Leguntur hæc argumenta poſt Centuriatores apud Chamier. Panſtr. Cathol. l. c. Accedit (4.) auctoritas Auguſtini, qui de baptiſ. cont. Petilian. c. 16. ſcribit: *Lapſum Marcellini Donatiſtæ quidam Catholicis objecerunt, ſed crimen commiſſum eſſe, hactenus non probarunt.* Baronius & Coriolanus ad has rationes reſpondere conantur, & ad (1.) quidem, etiam Deciana perſecutione flagrante concilium Romanum, Clero indicente, habitum eſſe, teſtibus literis Cypriani: Ad (2.) nihil reſpondent. Ad (3.) etiam nihil, ſed ultro dant, corrupta eſſe acta, utpote quod lectionem corrigant. Ad (4.) Auguſtinum, & reliquos Africanos, multa occidentalium, & aliorum neſciviſſe. Poſſet forſan regeri ad hæc, & (1.) quidem, Decianam perſecutionem tantam non fuiſſe, quantam Diocletianam; nec tantum Epiſcoporum in concilio Romano fuiſſe congregatum, quantum in Sinueſſano; (2) & (3) dari, quod in controverſia, nempe acta eſſe ab ea ſaltem parte adulterina, adeoque in reliquis etiam minimum ſuſpecta. Ad (4) Auguſtinum & Africanos quædam quidem occidentalium neſciviſſe, ea nimirum, quæ vel longius, vel controverſa ſibi non erant; At neſciviſſe Marcellini lapſum, & Acta, ſi quidem ea extitiſſent, ne tum quidem, cum controverſia Donatiſtica, & per integrum fere ſeculum duraſſet, quis crediderit? Cum lis orta eſſet de canonibus Nicænis, Africani maturè miſerunt

ſerunt in Orientem, & inquiſiverunt, qui genuini eſſent canones; cur igitur Romam non miſerint, cum de Actis Marcellini controverteretur, & archiva de illis conſuluerint? Confer D. Reinboth. in contin. Sonnenſt. p. 1131.

Sirmienſe. *Sirmienſe* concilium, ſic dictum à Sirmio, Pannoniæ inferioris urbe; ubi habitum eſt, anno, ut Baronius putat, 357. quamvis ex lubrico fundamento (notante Dorſcheo collat. ad Sirm. concil. c. 2.) illud probet. Ejus mentio frequens eſt apud Patres & Scriptores hujus ſeculi Athanaſium, Hilarium, Phœbadium, Gregorium Bæticum, Marium Victorinum, Baſilium, Gregorium Nazianzenum, Epiphanium, Philoſtorgium, Ambroſium, Sulpitium Severum, Ruffinum; quorum verba & teſtimonia, ut & aliorum, collegit laudatus modo Dn. D. Dorſche. p. 11. ſeqq: *Acta* ejus complectuntur inter alia *confeſſiones* Sirmienſes tres, quarum & variæ lectiones ſunt apud veteres, & diverſa tempora, & diverſi auctores, & auctoritates, ſeu judicia. Ubi diſtinguendum eſt inter confeſſionis veritatem, & ſufficientiam; Veriſſimos fuiſſe Canones Confeſſionis, primæ ſcilicet, ſtatuit, & probat noſter D Dorſcheus, etſi ſufficientes non fuerint, eo quod vocabulum ὁμούσιος deſideretur. c. 4. concil. Sirmienſ. Summa confeſſionis eo tendit, quod Filius Dei in V. T. extiterit & apparuerit, adeoque extiterit ante nativitatem ex Maria virgine, quod Photinus, Sirmienſis Epiſcopus, tum temporis, & ante ipſum Paulus Samoſatenus, negabant. Legatur integra D Dorſchei exercitatio, quam Concilio huic enarrando utiliſſimè, & diligentiſſimè impendit. Dionyſius Petavius diſſertationem edidit de duplici Synodo Sirmienſi, cujus meminit Hen. Valeſius not. ad lib. II. Socr. c. 20.

Smyrnenſe. *Smyrnenſis* Synodi aliquam mentionem feciſſe videtur Socrates lib. IV. hiſt. c. 12. f. m. 220. B. referens, quod Macedoniani Epiſcopi Liberio Romano obtulerint *epiſtolas ſcriptas* ἀπὸ σμύρνης *ab urbe Smyrna in Aſia, à Pamphilia, Iſauria, ac Lycia,* συνόδους ποιησάμενοι *ubi Synodos celebraverint.* Celebraverint igitur illi Synodos etiam *Smyrnæ.*

Taurinenſe. *Taurinenſe.* Taurini Pedemontii habitum eſt anno CCC XCVII. in cauſſa Felicis Ithaciani, Arelatenſis, & Viennenſis Epiſcoporum,

porum, & Maſſiliæ primariæ ſedis Galliæ Narbonenſis; Tom. III. concil. f. 463.

Trevirenſe. Celebratum eſt Treviris anno CCCLXXXVI. in cauſſa Priſcilliani. Nam Ithacius Priſcilliani accuſator abſolutus; Felix autem Epiſcopus ordinatus eſt. Acta exſtant tom. III. concil. f 449. Spondan. an. CCCLXXXVI. 6. Trevirenſe

Tyanenſe. Tyana Civitas eſt Cappadociæ, in qua anno CCC LXV. habitum eſt concilium in cauſſa Euſtathii Sebaſteni, Nicænam fidem præ ſeſe ferentis, & ideo in ſinum Eccleſiæ recepti. vide Baſil. epiſt LXXIV. f. 875. D. Tom. III. concil. f. 365. ſeqq. Tyanenſe.

Tyrium Tyri habitum eſt anno CCCXXXV. in cauſſa Athanaſii, quem damnavit, & ideo inter reprobata concilia ab orthodoxis habitum eſt. vide Athanaſ. Apol. II. Socr. lib. I. c. 20. Theodor. lib. I. c. 28. Tom. II. concil. f. 520. ſeqq. Tyrium.

Valentinum. Valentia civitas Allobrogum, in qua congregatum eſt concilium anno CCCLXXIV. diſciplinæ reſtaurandæ gratia, ut patet ex IV. canonibus, qui exſtant tom. III. concil. f. 310. cum notis. Valentinū.

Vaſenſe. Habitum eſt Vaſione, ſeu Vaſatis in Gallia Narbonenſi, Julio Epiſcopo Romano. Ejus III. capita exſtant Tom. III. concil. f. 118. ſeqq. *Sirmondus* autem *primum hoc Vaſenſe concilium non agnoſcit*, uti habet Scholiaſtes. Vaſenſe.

§. 83. *Conſtantinus* Magnus. Conſtantini nomen ὁμώνυμον eſt; Nam & alii hujus nominis fuerunt. Fuit aliquis ipſius filius ſic quoque appellatus; & quidam Conſtantino M. ab epiſtolis, Conſtantinus & ipſe dictus, cujus mentionem facit Georgius Codinus in ſelectis, tanquam qui ſcripſerit de rebus quibusdam ſub Conſtantino M. geſtis. Natus eſt autem *Magnus* ille Conſtantinus Helenopoli, ſeu Drepani, prope Nicomediam, uti docet Lipſius lib. IV. admirand. c. 11. adverſus Baronium, Spondanum, & alios, qui in Britannia natum eſſe tradunt. De rebus ipſius multi ſcripſere, qui hodie non omnes ſuperſunt; *Bamarchus* Cæſareenſis, Cappadox, Sophiſta, Suida teſte, ſcripſit libros X. de rebus geſtis Conſtantini M. Fuit etiam quidam *Ioannes*, Lector Magnæ Eccleſiæ, qui hiſtoriam Conſtantini M. ἰωαποσόλιν, ut eum Conſtantini M. (1.) nomen.

vocat, *æqualem Apostolis*, Romæ conscripsit, confer Excerpta edita ab Henrico Valesio ad calcem Ammiani Marcellini, quorum ipse meminit annot. ad Socrat. lib. IV. f. 49. sub fin. *Praxagoras* quoque Athenienſis, & religione gentilis, qui Conſtantini M. & filiorum ætate floruit, ſcripſit inter alia libros duos de geſtis Conſtantini M. Excerpta legas apud Phot. cod. LXII. conf. cod. CCLVI. Celebrior eſt Euſebius, Cæſareenſis Epiſcopus, qui de vita Conſtantini M. libros IV. ſcripſit, de quibus infra, tit. Euſebius Cæſareenſis.

(2) Scripta.

§. 84. *Scripſit*, vel ſcribenda curavit, quædam, quæ non ſpernenda ſunt. Dividi poſſunt in Epiſtolas, reſcripta, & orationes. *Epiſtolarum μυρίαs innumeras* ſcripſit, uti refert Euſeb. lib. III. de vit. Conſtant. M. c. 24. promittens, *τὰs οἰκείαs ἀποδόσεις συναγαγεῖν*, ſe *ſeparato volumine* eas *collecturum* eſſe. Sed nullum tale volumen hodie comparet. Plures indigitat etiam Socrat. lib. I. c. 9. f. 38. B. dicens: *Epiſtolas de hiſce rebus contra Arium ſectatoresque ejus, in modum orationum ſcriptas per ſingulas urbes propoſuit, perſtringens hominem, & facete jocando ſugillans. Scripſit præterea ad Nicomedienſes adverſus Euſebium & Theognim. Quibus in literis improbitatem Euſebii carpit, non ſolùm eo, quod Ario ſemper faviſſet, verùm etiam quod Tyranni partibus antehac addictus, rebus ſuis inſidiatus eſſet. Proinde illos hortatur, ut ejus loco alium Epiſcopum eligant. Verum epiſtolas de hiſce rebus ab eo conſcriptas hic apponere, ob earum prolixitatem ſupervacuum duxi. Si qui verò illarum deſiderio tenentur, eas & perquirere facile poterunt, & legere.* In ſpecie epiſtolas ſcripſit ad Melchiadem Epiſcopum Romanum in cauſſa Cæciliani; Euſeb. lib. X. hiſt. Eccleſ. quæ tamen epiſtola ſuſpectam habet inſcriptionem, dum Melchiadi Marcum neſcio quem adjungit. Ad Eumelium Vicarium Africæ in cauſſa Cæciliani, Auguſtin. in Brev. d. 3. p. m. 721. Euſebium Cæſareenſem de ædificandis Eccleſiis, quæ exſtat lib. II. de vit. Conſtantin. M. c. 46. de Eccleſia in querceto Mambre ſtruenda. lib. III. c. 52. de paſchate. lib. IV. c. 35. de Sacris codicibus conquirendis. c. 36. de recuſato Epiſcopatu Antiocheno. lib. III. c. 61. Ad Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum & Arium inter ſeſe diſcordes; lib. II. c. 46. Socrat. lib. I. hiſt. c. 7. Ad Eccleſias de Synodo Nicæna. Euſeb. lib. III. c. 17. 18. 19 de vit. Conſt. Ad Ægyptios de concor-

Digitized by Google

concordia colenda. c. 23. & ad alios Episcopos, Ecclesiasque in eadem materia. c. 24. Ad Macarium Episcopum Hierosolymitanum de construenda Ecclesia, seu Martyrio Servatoris: c. 29. & c. 30. Ad Antiochenos tumultuantes. c. 59. quas literas Eusebius judicat *non vulgari doctrina & utilitate refertas*, ὑ τῆς ψυχὸσης παιδευσεώς τε καὶ ὠφελείας πλήρεις; apographum exhibet c. 60: Ad Synodum Antiochenam pro Eusebio. c. 62. Tyriam lib. IV. c. 42. alias ad eandem apud Socrat. lib. I. hist. c. 34. Ad regem Persarum Euseb. lib. IV. de vit. Constant. c. 13. Ad Alexandrinos pro Athanasio. Sozom. lib. III. c. 2. Gelasius Cyzicenus lib. III. hist. concil. Nicæn. tres Constantini M. epistolas recitat, primam ad Arium & Arianos; secundam ad Nicomedienses, tertiam ad Theodotum. *Primam*, vetustissimis Dalmatii membranis conservatam, Græcè & Latinè edidit Morellus, cum interpretatione Morini; Baronius an. 319 n. 6. seqq: è Vaticano codice depromptam notis hinc inde illustravit: Literas ad Arium habet Socrat. lib. I. c. 25. *Secundam* habet & Theodor. lib I. c. 19. sed mutilam. Baronius quidem an. 329. n. 12 putat, integram se eam reperisse cum alia Constantini ad Alexandrinos; utramque Latinitate donatam Justinianus ad Vigilium Episcopum R. misit: Baronius ex Nicolao Fabro accepit: sed Petavius lib. I. Theol. dogm. c. 5. n. 10. non adeo eam probat: neque negandum est, quod & Baronius dat, mancam alicubi esse.

§. 85. *Rescripta* sunt leges & Constitutiones, à Constantino M. factæ. Earum plures sanxit, memorante eodem Euseb. lib. IV. de vit. Const. M. c. 27. f. m. 539. A. B. Sic enim ille: *penè innumeras leges subditis suis promulgavit: quas quidem peculiari volumine tradere, ad perspiciendam hac etiam in parte Imperatoris prudentiam, majoris otii fuerit.* Collegit quasdã, & exhibuit Codex Theodosianus, potissimum lib. XVI. Constitutionis adversus Hæreticos mentionem facit Euseb. lib. III. de vit. Const. c. 64. & 65. Rescriptum *περὶ τῆς εἰς θεὸν εὐσεβείας καὶ τῆ χριστιανισμῶ de pietate in Deum, & Christianismo* laudat lib. II. c. 23. id ipsum, quod ἐξ ἀυθεντικῆ τῆ παρ' ἡμῶν φυλαττομένη βασιλικῆ νόμω ex authentico exemplari legis imperialis, quod apud nos servatur, cuiq; principis manu apposita subscriptio: Hactenus Eusebius. De *Episcopali judicio lex Constantini Magni circumferri,* Rescripta.

» *fertur, & in codice Theodoſiano, cum commentariis Iacobi Gothofredi editis* » *Lugduni 1665. habetur, tanquam extravagans, fol. 303. An genuina ſit?* » *quæritur, Affirmant poſt multos alios Baronius anno 314. n. 1. Seldenus* » *de uxore Hebræa lib. 3. c. 28. & de ſynedriis lib. 1. c. 10. Dubitant alii, &* » *inter hos ipſe Gothofredus, ratione reddita, quod ejus mentio nulla fiat in ve-* » *ris codicibus Theodoſianis & Iuſtinianeis: imò eſt ea planè ſuppoſititia fictaque, eiusdem judicio, eſt, inquam, hæc quoq; lex de earum conſtitutionum numero, quas falſarii miſcelliones nonnulli, ſequiore ævo è variis centonibus conſutas effinxere; cujusmodi ſunt omnes illæ, quas habet appendix codicis Theodoſiani à Sirmundo pro genuinis editas, de quo iam in Prolegomenis huius codicis.* Hæc Gothof. Data hinc inde occaſione allegabuntur in ſequentibus.

Orationes. §. 86. *Orationes* quoque compoſuit & recitavit: *per otium ſcribendis orationibus vacans, crebras habebat conciones: quippe qui officii ſui eſſe exiſtimaret, populos ſibi ſubiectos præceptis rationis regere, & principatum ſuum rationis imperium efficere.* Relatio eſt Euſeb. lib. IV. de vit. Conſtant. c. 29. f. 539. D. & has ad extremum uſq; ſpiritum: *Imperator vel tantâ ſermonum ſcientia animum inſtruxerat, ut ad ultimum uſq; diem vitæ orationes conſcriberet more ſolito, & conciones haberet, & divina documenta auditoribus inſinuaret: leges item ferret aſſiduè, nunc de civilibus negotiis, nunc de re militari: cuncta deniq; ad commodum atq; utilitatem humani generis excogitaret. Illud vero haudquaquam ſilentio prætereundum eſt, quod cum extremus vitæ dies ipſi jam impenderet, funebrem quandam orationem in conſueto auditorio recitarit. Cumq; ſermonem longius produxiſſet, in ea diſſeruit de animarum immortalitate, deq; his qui vitam piè traduxiſſent; & de bonis quæ amicis Dei apud ipſum Deum recondita eſſent. Contra vero quem finem eſſent habituri illi, qui contrariam vivendi rationem inſtituiſſent, multis rationibus evidentem aſtruxit; interitum & cladem impiorum deſcribens.* Sic idem c. 55. f 554. A. Latine conceptas Græce vertendas ab interpretibus curavit, qualis fuit, quam ad *Sanctorum cœtum* habuit ſatis prolixam, c. 32. Recitat Sozomenus lib. III. c. 2. epiſtolam Conſtantini M. ad Alexandrinos, *ex Latino ſermone in Græcum translatam.*

Iudicia. §. 87. *Iudicia* de Conſtantino M. in utramque partem exſtant: ſunt qui ipſum laudant, ut Euſeb. lib. X. Hiſt. Eccleſ. c. 8.

Digitized by Google

c.8. f.398. B. Nam ipsum φωστῆρα μέγαν ἀδρόως, καὶ σωτῆρα, *lumen valde magnum & Salvatorem* appellat; qui *omnibus religionis virtutibus exornatus* fuerit; c.9. f.399. B. *clarissimum quoddam jubar, & veluti quidam veræ religionis præco*: c.IV. lib.I. de vit. Const. Θεοφιλὴς βασιλεὺς *Deo dilectus Rex* ipsi est, c.41. Confer Theodor. lib. I. c. 17. hist. Eccles. Sunt tamen etiam aliqui, qui ipsum corripiunt, & atro carbone notant; Ex vetustioribus quidem Julianus Imperator, in Satyra sua Menippea de antecessoribus suis scripta; Nam in hac etiam Constant. M. à variis vitiis vituperat; Satyram istam edidit, &, quod Constantinum attinet, calculo suo fere probavit judicium Petrus Cunæus: Novissimè Christophorus quoque Sandius quidam Neo-Arianus in historia Ecclesiastica edita Imperatorem istum censuris sequioribus sugillavit. Nos ipsum ab omni peccato absolvere nolumus; Fatemur, quæ circa Crispum & Athanasium contigerunt, excusari non omnino posse; Neque in scriptis quoq; suis omnia dextre ipsum tractasse. Epistola ad Alexandrum & Arium manifeste sapit Syncretismum, quod olim ostendimus peculiari ad Irenicam Constantini M. epistolam illam dissertatione.

§. 88. De *donatione Constantini M.* aliquid dicendum restat. Vulgo circumfertur instrumentum, tanquam à Constantino M. confectum, idque insertum est corpori Canonico dist. 96. decr. Grat. in eo fingitur Imperator *quarta die sui baptismi privilegium Romanæ Ecclesiæ Pontifici contulisse*, non solum, *ut in toto orbe Romano sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut judices Regem*; *sed etiam tam palatium suum, quam Romanam urbem, & omnes Italiæ, seu Occidentalium regionum provincias, loca, & civitates, prafato Sylvestro contradiderit atq; reliquis* &c. duobus verbis, supremam in rebus Ecclesiasticis & politicis potestatem concessisse. Genuinum, an adulterinum hoc instrumentum sit? quæritur. *Adulterinum* illud appellant ex vetustioribus Laurentius Valla, Raphael Volaterranus, Nicolaus de Cusa Cardinalis, Æneas Sylvius (postea Pius II. Pontifex.) Andreas Alciatus insignis JCtus, Ulricus Huttenus eques Francus; Ex recentioribus Melchior Canus Episcopus Canariensis, Joannes Morinus congregationis Oratorii Presbyter &c. Et Protestantes ore cõmuni. vide Cent. IV. Magd. c.7. f.m.315. seq. **Donatio.**

Rationes

Rationes ipſorum ſunt ſilentium idoneæ antiquitatis : Qui res geſtas Conſtantini M. ſcripſerunt, Græci & Latini Vetuſtiores, illi hujus donationis ne verbulo quidem meminerunt, imo neque Pontifices pro ſua eminentia adverſus Imperatores Romanos acerrimè pugnantes; neque imperatores in ſedem Romanam munifici, ullam ejus Donationis mentionem fecerunt, notante Spond. an. 324. n. 26. quod feciſſent, ſi quod tale illuſtre donum & inſtrumentum fuiſſet. Quare Veneti Pontifici Rom. probationẽ juris Venetorum in mare Hadriaticũ requirenti, falſe reſponderunt: *Se mirari, quod iſta privilegia peterentur demonſtrari, quæ Pontifices ipſi penes ſe jam dudum, & quidem archetypa, tanquam rem ſacram diligentiſſimè in ſuis Archivis cuſtodirent: Eaq; facile reperiri poſſe, ſi Donationis Conſtantini membranæ pars exterior, in qua ea majuſculis literis conſcripta eſſent, accuratius inſpiceretur.* Accedit diviſio Imperii inter tres Conſtantini M. filios facta, in qua Italia cum annexis ditionibus Conſtantini M. filio ceſſit, non Pontifici Rom. Quidquid juris in Italiam Pontifex Romanus habet, accepit demum ex Pipini & Carolo M. liberalitate, nempe ſublatis Exarchis, & Longobardis. Alia argumenta, ex inſtrumento ipſo deſumpta, & à Laurentio Valla potiſſimum expenſa, brevitatis ſtudio præterimus. Unum præterire nolumus, quod ipſe Baronius, auctoritatis Papalis ſtrenuus cætera defenſor, ipſe falſus ſit, contineri in donationis iſtius inſtrumento, eaque à Græculis conficta, quæ cum veritate hiſtorica & hypotheſibus Pontificiis conciliari non poſſint, an. 324. §. 119. ſeqq. Imprimis illud, quod hac ratione auctoritas Papalis cum Eccleſiaſtica, tum politica, penderet ex auctoritate Cæſarea. vid. Baronius l. c. & Spond. an. 324. n. 24.

Obj. §. 89. *Genuinum* eſſe contendunt plerique ex Pontificiis. Idque probare ſatagunt ex auctoritatibus, & rationibus; *Auctoritatibus*, nempe ex Actis Sylveſtri, ex deperditis Euſebii, quorum mentionem facit præfatio ad Actus Sylveſtri, allegata in notis ad diſtinct. 96. decret. Grat. Ex decreto Gelaſii diſt. XV. Grat. Ex *vetuſtiſſimis Pontificalibus & codicibus, in quibus ſanctorum vitæ ſunt deſcriptæ*, Ex Leonis IX. epiſt. 1. ad Michaelem Conſtantinop. Balſamone in Photii Nomocanonem tit. IX. c. 1. Præter Anſelmum, Deus dedit, Ivonem &c. *Rationibus*, quas urget inter alios Baronius:

ronius: an. 324. §. 117. deſumptis à pietate Conſtantini M. & Romanæ Eccleſiæ eminentia, ut concludat, non eſſe negandum, quod ipſi tale privilegium conceſſerit; à munificentia Francorum principum, qui jus illud & privilegium Eccleſiæ Romanæ poſtliminio reſtituerint.

§. 90. Sed Reſp. & quidem (1.) ad *Auctoritates*: Eas omnes ex monumentis corruptis, vel ſuſpectis, vel recentioribus, & domeſticis eſſe depromptas. Sylveſtri acta, ipſo fatente Baronio an. 311. *non in omnibus ſibi conſtant*; Et quædam *plane falſa* continent; quorſum omnino retulerim narrationem de baptiſmo Conſtantini M. Romæ facto. i. e. ipſo fundamento (ſi quod habet) Donationis Conſtantini M. Nam communi veterum conſenſu, Euſebii, Ambroſii, Hieronymi, Socratis, Sozomeni, Theodoreti, Evagrii, Nicephori &c. conſtat, Conſtantinum M. Nicomediæ ſub finem vitæ ſuæ ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo Ariano eſſe baptizatum. Gelaſii decretum de facto loquitur, quod Actus Sylveſtri legantur vulgo: Sic enim ſonant verba: *Actus Beati Sylveſtri, Apoſtolicæ ſedis Præſulis, licet eius, qui conſcripſit, nomen ignoremus, à multis tamen in urbe Roma catholicis legi cognovimus, & pro antiquo uſu multæ hoc imitantur eccleſiæ.* Sed non dicit, genuinos eſſe Actus illos, multo minus, quod Donatio Conſtantini M. in illis contineatur ut authentica. Euſebium Acta Sylveſtri ſcripſiſſe, & in his Donationis Conſtantini M. mentionem feciſſe (hoc enim probandum inde eſt;) is crediderit, qui neſciverit, ſcripſiſſe Euſebium, Conſtantinum M. Nicomediæ ab Euſebio fuiſſe baptizatum; *vetuſtiſſima Pontificalia & codices ſanctorum* appellandi fuiſſent, ſi certi quid inde credendum foret, nam multi tales codices, & Pontificalia falſa & corrupta circumferuntur. Onuphrius Panvinius, Pontificius ipſe, & diligens ſcriptor, in vita Sylveſtri Donationis nullam facit mentionem. Leo IX. teſtis eſt de domo; Balſamon è Græcis fuit, quorum ſubleſtam in hac quæſtione fidem ſugillat ipſe Baronius l. c. & Spondan. l. c. (2.) Ad *rationes*, & quidem 1. N. C. Conſtantinus M. fuit pius & munificus E. donatione illa; potuit enim eſſe in aliis; Eſt igitur argumentum à gen. ad ſpec. affirm. 2. petitur principiũ dicendo Francos, privilegia reſtituiſſe; prius n. probandum eſt, Eccleſ. R. illud privile- R.

gium unquam habuisse, quam dicatur à Francis esse restitutum.

§. 91. *Medii* erunt illi, qui veritate convicti agnoscebant quidem, suppositicium esse illum fœtum; attamen non audebant palam illud profiteri, metuentes sibi ab inquisitoribus Hæreticæ pravitatis. Bartolus, Bononiensis Doctor, in præfat. ff. n. 14. *videte,* (ait, differens de donatione Constantini M.) *nos sumus in terris Ecclesiæ, & ideo dico, quod illa donatio valuit, cum tamen constet, eam aliter sensisse.* Didacus Covarruvias, Hispanus JCtus, lib. IV. var. resolut. c. 16. relatis diversis sententiis, donationem istam vel affirmantium vel negantium, tandem concludit: *potuit donatio ista fieri, neq; ideò neganda est, quod scriptores antiqui eius non meminerint, præsertim cum sit communi opinione horum receptum, hanc donationem à Constantino factam fuisse: Summos Ecclesiæ Præsules præter hanc Constantini M. donationem, multa jura habere, quibus jure optimo defendi possit jurisdictio urbis Romæ.* Confer verba Ferdinandi Vasquii Hispani JCti in illustr. qq. lib. 1. c. 5. n. 26. Johannem Jovianum Pontanum lib. 1. de reb. gest. Ferdin. I.

Cyriacus. §. 92. *Cyriacus*, Mysiæ Episcopus, Athanasio notus; Laudat enim ipsum, & ipsius scripta, tanquam orthodoxa, orat. 1. adv. Arian. f. m. 291. B.

Cyrilli Hieros. 1. ætas, §. 93. *Cyrillus* Hierosolymitanus Episcopus, distinctus ab aliis hujus nominis, quorum meminit Hieron. in Chron. an. XI. Constantii Imp. Floruit medio fere seculo quarto, ex Catecheseon Magistro factus Episcopus anno 351. obiit anno 386. octavo Theodosii anno, ut patet ex fastis Onuphrianis. Confer Baron. ad ann. cit. & Vos. dissert. 1. de Symb. §. 51.

2. scripta. *Scripsit* quædam, quæ *Cyrillia* veteres appellabant; In quibus sunt κατηχήσεις, *Catecheses*, quas, referente Hieronymo, *in adolescentia composuit*, & religiose voluit describi: Monet enim, *earum exemplar si exscripseris, id quasi Deo dictante facias velim.* Præfat. Catech. f. 19. C. Sunt tamen, quibus Catecheses, saltem quinque Mystagogicæ, suspectæ sunt; Rainoldus nempe de libb. Apocryph. t. 1. p. 328. Mornæ. lib. III. de miss. c. 16. p. 1208. & in Resp. ad Ebroic. de Colloq. Fontisbel. p. 137. M. Anton. de Dom. lib. V. de rep. f. 161. n. 69. Coc. censur. vet. p. 239. Nobis tamen argumenta, quæ adducunt, tanti non

non videntur, ut Cyrillo opus istud abjudicemus, acquiescentes in judicio Doctissimi Vossii l. c. Mirum autè non est, si Reformati Catechesibus istis minus propitii sunt; Nam ipsorum erroribus parum favent. Rectius repudiatur *epistola de vita Hieronymi ad Augustinum*, fatente ipso Possevino Apparat. tit. Hieronymus: quam tamen allegare solent Pontificii adversus orthodoxos. *Desideratur* ipsius commentarius in Marcum, & epistola ad Olympium; item ad Constantinum M. de crucis apparitione; oratio de occursu Domini extat tom. IV. Bibl. PP. *Catecheses & conciones illius longè plures esse literis mandatas, quam quæ ad nos pervenere*, editor operum Cyrilli extra dubium ponit. Catecheses Græcè & Latinè prodierunt Paris. an. 1608. studio Joannis Grodeccii, qui exemplar Græcum ab Hosio nactus Latine vertit, contulitq; cum versione Polona Archiepiscopi Gnesnensis, Uschanski; Joannes Prævotius Burdegalensis notas addidit. Exemplari isto nos in hoc opere usi sumus.

§. 94. *Iudicia* de ipso varia exstant. Ruffino referente, *aliquando in fide, sæpius in communione, variabat.* l. 3. hist. c. 23. Hieronymo auctore, *Cyrillus Hierosolymorum Episcopus sæpe Ecclesia pulsus & receptus est.* Imo inter Arianos ipsum computare videtur Chron. an. 349. referens: *post* (Maximum) *Ecclesiam* (Hierosolymitanam) *Arriani invadunt. i. e. Cyrillus, Eutychius; rursum Cyrillus, Irenæus; tertio Cyrillus, Hilarius, quarto Cyrillus.* &c. Suspicio inde nata est, quod cum Semiarianis, Basilio Galata, & Amano Antiocheno, & Georgio Laodiceno familiarius conversaretur, narrante Epiphan. hæres. LXXI. Socrates refert, in concilio Seleuciensi ab officio depositum ipsum fuisse, lib. 2. c. 40. Soz. l. VII. c. 7. refert Macedonianis aliquando ipsum consensisse. Certe ex scriptis ipsius Arianismum ego non deprehenderim! Nec parum ab Arianis passus est persecutionum, quod non opus habuisset, si voluisset ἀρειανίζειν. Synodus Constantinopolitana in Synodica eum salutat veluti *reverendissimum ac sanctissimum, qui plurima prælia adversus Arianos variis in locis confecerit.* Theodor. lib. V. hist. c. 9. Qui Theodoretus dial. II. dicto ἀσύγχυτῳ, Catecheses ipsius tanquam orthodoxas citat. *Alacrem Apostolicæ doctrinæ propugnatorem, ingenti virtute virum, & ad populum docendum egregium* eum fuisse, ex Hieronymo, Ruffino, 3. judicia.

Socrate, Theodoreto, Sozomeno, & Nicephoro refert Margarinus de la Bigne. Eccleſia Orientalis Menologio eum inſeruit; nec Occidentalis ejus oblita eſt, ad XVIII. Martii. *Aureum opus* Catecheſes ſunt. *Cernimus in his quam plenus erat divinis eloquiis, quam copioſus in præferendis ſcripturis, quàm animoſus in confutandis hæreticis, quam fortis rectorum eccleſiæ catholicæ dogmatum propugnator.* ita de Cyrillo editio Pariſienſis; & de Catecheſibus: *Non enim Philoſophicis hic utitur argumentationibus, non ſapientum hujus ſeculi grandiloquas præfert opiniones, non ſui capitis, quemadmodum novi catechiſtæ noſtri temporis ſolent; ſomnia & phantaſmata inculcat auditoribus, ſed purum putum Dei verbum annuntiat, merasq; crepat ſcripturas: non in privatum aliquem pravumq; ſenſum detortas, ſed juxta ſenſum & conſenſum illius, quæ tum florebat, orthodoxæ catholicæq; eccleſiæ, unde manifeſtè apparet, privatæ opinionis aliquos catechiſmos illum inſtituiſſe, neq; ſuam aliquam novã doctrinã populo tradidiſſe: ſed eam, quam à Iacobo Apoſtolo anteceſſore ſuo, & ab aliis Apoſtolis per manus traditam acceperat, quàm ab eccleſia catholica didicerat, quam recenti martyrum ſanguine confirmatam intellexerat.*

Damaſi (1) ætas

§. 95. *Damaſus*, patria Luſitanus; Vimarienſis enim fuit; Epiſcopus Romanus; *Floruit* ferè Octuagenarius uſque ad annum Chriſti 385, ut deducitur ex Chronico Hieronymiano. Scripſit quædam, ſed *vera ejus ſcripta non exſtant, exceptis paucis epiſtolis, quarum aliquæ ſunt inter epiſtolas Hieronymi, aliquæ in hiſtoria Theodoreti lib. II. c. 22. & lib. V. c. 10. & 11. Tribuitur S. Damaſo liber de vitis Pontificum, qui extat in tomo primo conciliorum; ſed liber ille eſt Anaſtaſii Bibliothecarii; non Damaſi, ut notum eſt:* ita quidem Bellarminus de ſcript. tit. Damaſus: ſed contra ſemetipſum; Nam librum hunc ſub nomine Damaſi, tanquam auctoris, aliquoties citaverat in libris controverſiarum, notante D. Dorſch. de tunic. Chriſti inconſutil. §. 50. Aubertus Miræus in Bibliotheca Eccleſ. c. 103. argumentis aliquot in medium productis Bellarmini judicium confirmat. Confer Rainold. de libb. Apocryph. t. 2. p. 817. Blondel. prolegom. Iſidor. Vapul. c. 16. p. 84. Voet. deſper. cauſ. Papat. lib. III. ſect. 1. p. 463. Ludov. Jacob. Carol. in Biblioth. Pontif. p. 60. poſt Eraſmum not. ad Tom. II. Hieron. f. 195. 196. Jacob. Cappel. vindic. pro Caſaub. lib. III. c. 30. Labbeus diſtinguit quidem inter

(2) ſcripta

Sect. 1. Of the Constitutions in general.

1. Constitutions are the laws which determine the rights of the sovereign power, and the manner in which it is to be exercised.

2. Constitutions are either written or unwritten.

3. The unwritten constitution of England consists of those maxims of law, which have been established by immemorial usage, and have been recognized by the decisions of the courts of justice.

4. The written constitution of England consists of the statutes which have been enacted by parliament, and which relate to the rights of the sovereign power, and the manner in which it is to be exercised.

5. The principal statutes which form the written constitution of England are the following:

6. Magna Charta, 9 Henry III. c. 29. (A. D. 1225.)

7. The statute de tallagio non concedendo, 34 Edward I. (A. D. 1306.)

8. The statute 25 Edward III. st. 5. c. 4. (A. D. 1350.)

9. The statute 1 Edward III. st. 2. c. 1. (A. D. 1327.)

10. The statute 4 Henry IV. c. 14. (A. D. 1402.)

11. The statute 1 Henry V. c. 1. (A. D. 1413.)

12. The statute 2 Henry V. st. 1. c. 8. (A. D. 1414.)

13. The statute 31 Henry VIII. c. 8. (A. D. 1539.)

14. The statute 1 Edward VI. c. 12. (A. D. 1547.)

15. The statute 1 Elizabeth, c. 1. (A. D. 1558.)

16. The statute 13 Elizabeth, c. 1. (A. D. 1570.)

17. The statute 1 James I. c. 1. (A. D. 1603.)

18. The statute 3 James I. c. 4. (A. D. 1605.)

19. The statute 7 James I. c. 6. (A. D. 1609.)

20. The statute 21 James I. c. 3. (A. D. 1623.)

21. The statute 16 Charles I. c. 10. (A. D. 1640.)

22. The statute 16 Charles I. c. 11. (A. D. 1640.)

23. The statute 16 Charles I. c. 20. (A. D. 1640.)

24. The statute 16 Charles I. c. 21. (A. D. 1640.)

25. The statute 16 Charles I. c. 22. (A. D. 1640.)

26. The statute 16 Charles I. c. 23. (A. D. 1640.)

27. The statute 16 Charles I. c. 24. (A. D. 1640.)

28. The statute 16 Charles I. c. 26. (A. D. 1640.)

29. The statute 16 Charles I. c. 27. (A. D. 1640.)

30. The statute 16 Charles I. c. 28. (A. D. 1640.)

impoſtor eſt: judicio Auberti Miræi de Script. Eccleſ. c. 132. Dallæo videtur, *fœtum hunc non alio fine ab Hiſpanis editum eſſe, quam ut aniles de ſuo Iacobo fabellas antiqui nominis auctoritate commendarent*, de uſu PP. p. m. 30. Confer, ſi placet, noſtras Antiq. Eccleſ. Argent. art. III. p. 124.

Diadoch. (1) ætas.

§. 97. *Diadochus.* Photices in Epiro veteri, ſeu Illyrico, Epiſcopus. 1. *ætas* ipſius vulgo ad annum Chriſti CCCXC. refertur. Sed viderur eſſe recentior, quandoquidem Sophronius Hieroſolymitanus Epiſcopus in epiſtola Synodica ad Honorium Romanum miſſa eum laudat, tanquam adverſarium Monophyſitarum & Monotheletarum, qui recentiores Hæretici fuerunt. (2) *Scripſiſſe* fertur *de perfectione Spirituali* libellum, centum capitibus conſtantem; Titulus libelli alicubi inventus eſt hic: *Sermones judicii & diſcretionis Spiritualis Diadochi Epiſcopi Epiri, de cogitatione & ſcientia, quomodo ad perfectionem vitæ, duce Deo, pervenire oporteat, ut quisq; noſtrum ſecundum figuram Evangelicæ parabolæ fructum ferat.* Ejus mentionem facit etiam Photius cod. 200. Fr. Turrianus in Latinum convertit, & ſcholiis illuſtravit: Exſtat Bibl. Patr. t. 1. edit. Pariſ. Præterea etiam *X. Definitionum* ejus meminit Photius; ſed argumenta loco quidem citato non recenſet, viderit igitur Poſſevinus in Apparatu, ubi locorum Photius ea expreſſerit; Nam expreſſiſſe ipſum refert. (3) *Iudicio* Bellarmini & Miræi *inſignis* eſt libellus: certe qui auctor fuiſſe fertur, celebris fuit, cujus honorificam mentionem facit etiam Maximus Confeſſor in Reſponſis de obſcurioribus locis ſcripturæ ſanctæ ad Thalaſſium.

(2) ſcripta.

(3) Iudicia.

Didymus Alex. (1.) ætas

§. 98. *Didymus Alexandrinus.* Cœcus ille à pueritia fuit, ſed oculis ſolum corporis, non mentis, quippe qua perſpicaciſſimus fuit. Theodoret. lib. IV. hiſt. c. 26. *Floruit* medio fere ſeculo hoc, *vivit usq; hodie, & octogeſimum tertium ætatis annum exceſſit*: Scribit de ipſo diſcipulus ipſius Hieronymus in catalogo. Ejus *ſcripta* erant & *plura* & *nobilia*, eodem judice; Recenſet ille *commentarios* ipſius *in Pſalmos omnes, commentarios in Evangelium Matthæi, & Ioannis; & de dogmatibus, & contra Arianos libros duos, & de Spiritu S. librum unum* (in tres tamen diviſum inter opp. Hieron. tom. IX.) *quem ego in Latinum verti* (quod idem memorat ad Damaſum

(2.) ſcripta

ideas, which are not the objects of the senses, or of reflection, nor can be made so. Let us suppose any one to have the idea of a triangle, and to consider its three angles; he will thereupon presently be satisfied that they are equal to two right ones. But how does he come by this knowledge? Not by the immediate inspection of any connexion there is between those three angles and right ones; for there is no such connexion: but because there is a connexion between the three angles, and the parts of the base, which he sees and knows, and between those parts of the base and the two right ones. But this relation between the parts of the base and the three angles, he knows not by any immediate knowledge he has of it, but only by the intervention of the idea of a line, by which he comes to know, that the three angles of a triangle are equal to those parts of the base, which he knows to be equal to two right ones. Without the intervention of some such idea, which is not immediately in view, or contained in those first ideas we have, we can never know the truth of any proposition, let it be what it will.

Sect. 3. Knowledge is either actual or habitual.—What has been said in the foregoing chapter, concerning the difference between the ideas treasured up in the memory, and those that are present in the mind, which we call knowing, may perhaps require some explication. No one can be supposed always to have actually in his mind all the truths he knows; they would require an infinite capacity to do so. Only that part of our knowledge is present to us, which we are actually employed about; all the rest lies dormant in the memory, till we have occasion to make use of it, and bring it into view. And even those who pride themselves most on their copiousness, have but a very few ideas and propositions present to their minds at once, all the rest they are masters of, lie by them in their treasure, ready at hand, if they have occasion for them, but are not actually known, till they are brought into the mind by the proper call of such a thought or occasion, that needs them. Now, the ideas we have in our memories, and which we say we know, are only dispositions or capacities of having those ideas in our minds, which sometimes we have, and sometimes we have not; and when we have them, it is but a very few at once, that can be taken notice of, and make their appearance in the mind at once. When we say, then, that such a proposition is known, it means only, that the idea of its terms, or of the things they stand for, are lodged in the memory, so that the mind is capable, when it will, to bring them into such a view, as to perceive the agreement or disagreement of those ideas, which is called knowing the truth of any proposition. So that when a proposition is said to be known, it is only meant, that by some former application of the mind to it, the truth of it can be discovered, and not that the idea of it is actually in the mind. This is the reason why we often say we know what we do not think of; because we have formerly had the idea, which we may have again, and that so often as we have occasion to make use of the truth for our present purpose.

Sect. 4. Habitual knowledge is either of the first principles, or what is derived from them.—Our knowledge, being nothing but the perception of the agreement or disagreement of our ideas, is actual only when the mind does actually perceive that agreement or disagreement, which is only when the ideas are actually before the mind; and this is what I call actual knowledge. But habitual knowledge is, when the mind is past the perception of the agreement or disagreement of those ideas, which it had before it, and laid up in the memory, without any present thought or reflection upon them. Thus, a man who has got the demonstration of the equality of the three angles of a triangle to two right ones, knows that they are equal, as soon as he has but the idea of a triangle in his mind, though he thinks not at that time of the demonstration, nor of the equality of those angles to two right ones. He knows it also habitually, if he remembers he was once certain, that the three angles of a triangle were equal to two right ones. And this habitual knowledge is nothing but the truth of any proposition, which I remember I was once certain of, whether the idea of the terms of that proposition be actually in my mind or no. And thus I may be said habitually to know the truth of any proposition, whose terms I have once had in my mind, and was certain of the agreement or disagreement of those ideas, which I perceived in them, whilst they were there. Thus, a man who has once had the idea of a triangle in his mind, and was certain that the three angles of a triangle are equal to two right ones, is certain that they are equal, though he has not that idea in his mind, nor the thought of that demonstration any more, by which he was at first certain of it. He knows also habitually, that the three angles of a triangle are equal to two right ones, as soon as he knows that he has had the idea of a triangle in his mind, and was certain that the three angles of a triangle are equal to two right ones. And this habitual knowledge is nothing but the truth of any proposition, which I remember I was once certain of, whether the idea of the terms of that proposition be actually in my mind or no. And thus I may be said habitually to know the truth of any proposition, whose terms I have once had in my mind, and was certain of the agreement or disagreement of those ideas, which I perceived in them, whilst they were there. Thus, a man who has once had the idea of a triangle in his mind, and was certain that the three angles of a triangle are equal to two right ones, is certain that they are equal, though he has not that idea in his mind, nor the thought of that demonstration any more, by which he was at first certain of it. He knows also habitually, that the three angles of a triangle are equal to two right ones, as soon as he knows that he has had the idea of a triangle in his mind, and was certain that the three angles of a triangle are equal to two right ones.

hujus præceptore Origene damnatus est in Synodo V. generali; & à Martino, P.R. in concilio Lateranensi, sect. V. c. 18. Contra, Antoninus, anachoreta celebris, miratus est mentis ipsius perspicaciam: Socrat. lib. IV. hist. c. 25. confer notas Valesianas. Ruffinus testatur, ipsius scripta *in magna admiratione* fuisse; Et *longe majorem gratiam, & divinum nescio quid, ac supra humanam vocem sonans, in illius sermonibus, oretenus prolatis, agnitum fuisse*; lib. 2. hist. c. 7. Theodoretus ipsum refert inter τὺς κατ' ἀντιπάλων τῆς ἀληθείας δογμάτων συγγεγράφοντας, *eos, qui contra veritatis hostes libros ediderunt*: & laudat eximiè ejusdem eruditionem cum sacram, tum secularem. Socrati l.c. est ἀνὴρ πιστὸς *vir fidelis*, quem *Deus in medium produxit, eo consilio, ut fides testimonio, & assertione, eius roboraretur*. Evagrio c. 23. Socr. lib. cit. est *magnus Doctor, & spiritali scientia instructus*. Utinam etiam magnus Hebræa; at hanc nesciviſſe, ex interpretatione vocis Israel lib. II. de Spir. Sanct. f 200. B. apparet.

Diodori 1. ætas.

§. 99. *Diodorus* (non Theodorus, quod vult Heinsius, notatus à Crojo in N.T. c. 60. p 49.) *Tarsensis*, sic dictus ab urbe Tarso (hoc seculo admodum nobili, ut videre est apud Gothofred. not. ad Exegesi. vet. orb. p. 27. n. 20.) Ex Monacho, juxta Socrat. lib. VI. hist. c. 3. Theodor. lib. I. c. 4. II. c. 19. hist. & Presbytero Antiocheno, Hieron. in catal. tit. Diodorus: evasit Episcopus, ordinante Meletio, anno, juxta Baronium, 378. juxta Possevinum, 360. Floruit, juxta Suidam, temporibus Juliani, & Valentis, sed ætas ulterius promovenda videtur, quoniam Joannem Chrysostomum habuit discipulum, & tempora Nestorii propius attigit, juxta Phot. cod. CII. *Scripta* ipsius *multa* fuisse dicuntur ab Hieron. in catal. *Multos libros scripsisse*, auctor est Theodoretus. Et Niceph. lib. XIV. hist. In *specie* exprimit Hieronymus commentarios in Apostolum. Suidas plures enumerat. Eminet inter ejus scripta χρονικὸν διορθοῦμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου τοῦ παμφίλου περὶ τῶν χρόνων: *Chronicon corrigens errorem Eusebii Pamphili circa tempora* commissum. Diodorus hic, *qui Cilicum rexit Metropolin*, inter Manichæorum adversarios computatur ab Heracliano Episcopo Chalcedonensi in libris adversus Manichæos, memorante Phot. cod. 85. & Theodor. lib. 1. fabb. Hæret. c. 26. Contra Paulum Samosatenum, Sabellium, Marcellum Ancyranum, & Photinum

2. scripta

scripsisse,

Digitized by Google

ſcripſiſſe, idem Theod. lib. II. c. 11. refert. *De Spiritu Sancto: varia* ejus *argumenta* refert Phot. cod. CXI. octo ejus libros de fato, ac XLIII. capita, recenſet cod. CCXXIII. *Iudicia* de ipſo quoque, & ipſius ſcriptis, variant. Theodoſius Imp. in conſtituendo Epiſcopo Nectario ipſius judicio ſtetit. Sozom. lib. VII. c. 8. Inter Catholicos Doctores eundé refert l. 4. cod. d. Epiſc. Arianis adeo reſtitit, ut meruerit προφανῶς τῶν Ἀποστολικῶν ὑπερμαχῶν δογμάτων, *illuſtris propugnator Apoſtolicorum dogmatum* dici, à Theodor. lib. 2. c. 19. Gentiliſmo recrudeſcente, & hæreticis ſævientibus, inter eos fuit, qui καθάπερ πέτραι προβόλοι τὰ προσβάλλοντα διέλυον κύματα: *tanquam rupes quædam irruentes fluctus frangebant*: Paulo poſt eundem vocat σοφώτατόν τε καὶ ἀνδρειότατον, οἷά τε ποταμὸν διεξιόντα, καὶ μίγαν *ſapientiſſimum & fortiſſimum inſtar fluvii, & ingentem.* Dial. 1. f. 32. T. IV. opp. Eidem Theodoreto eſt νικηφόρος τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστὴς *victorioſiſſimus veritatis propugnator*: Exſtat epiſtola Baſilii n. 267. ad eundem adhuc Presbyterum, in qua judicium fert de libris ipſius, ſibi ad cenſuram oblatis, quos commendat à brevitate, ſententiarum denſitate, dictionis ſimplicitate, & aliis virtutibus: Quamvis quædam etiam deſideret in ipſis. Simile judicium fuit etiam Leontii de ſect. Act. IV. f. 507. E. Tom. XI. Bibl. PP. *Extiterunt*, ait, *iis temporibus magni quidã duo Viri, Diodorus Epiſcopus Tarſi, & Theodorus Mopſveſtiæ; qui & adverſus Arianos, & Macedonium, & Apollinarem pugnabant; univerſasq; literas ſacras commentariis illuſtrabant, & in pretio habiti mortem oppetierunt, nec, ipſis vivis, quiquam dictum aliquod eorum reprehendebat; imò complures ſcriptis encomiis eos celebrarunt. Nam & Baſilius, & Iohannes Chryſoſtomus eos prædicant*; ſed addit: *verum poſtea, moto dogmate Neſtoriano, coactus eſt Cyrillus, qui & ipſe pridem eos laudaſſet, adverſus eorum opera ſcribere; quia dogma ſuum Neſtorius ex eis confirmaret. Nam editis illi ſacras in literas commentariis, intra fines non conſtiterunt; ſed cum diſtribuere vellent ſacrarum literarum voces, alias ad divinitatem, alias ad naturam humanam relatas; deprehenſum eſt, eos duas Chriſti hypoſtaſes, & diviſionem quandam introducere, quam ob cauſam Cyrillus adverſus ipſos ſcribere coactus fuit, confirmante dogma ſuum ex eis Neſtorio.* Interfuit Concilio Conſtantinopolitano ex orthodoxis collecto; Soc. lib. V. c. 10. Hieronymus eruditionem ſecularem in ipſo deſiderat,

Extant, ajens, eius in apoſtolũ commentarij & multa alia, ad Euſebii magis Emiſſeni characterem pertinentia, cujus cum ſenſum ſecutus ſit, eloquentiam imitari non potuit, propter ignorantiam ſecularium literarum. in catal. f. 136. B. Alii ipſum carpunt, quod literæ fuerit addictior in interpretandis ſcripturis; idque docuerit ſuum quoque diſcipulum Chryſoſtomum; Socrat lib. VI. hiſt. c. 3. Sozom. lib. VII. c. 2. Niceph. lib. XIII. c. 2. ſed forte immerito; certè minus culpandus illis, qui Origenis more allegorias ſtudioſius ſectabantur. Judicio Sixti Sen. lib. IV. Bibl. p. 278. vir fuit, *non minus ſanctitate, quam ſacrarum literarum notitia clarus.*

Dionyſii Areop. (1.) ætas:

§. 100. *Dionyſius Areopagita.* Vulgo quidem auctor hic refertur ad ſeculum primum, utpote quod diſcipulus Apoſtoli Pauli Act. XVII. 22. 34. credatur fuiſſe: In qua ſententia adſtruenda verſantur ex vetuſtioribus, & *Græcis* quidem, Leontius Byzantinus, Anaſtaſius Sinaita, & Maximus Monachus; Secuti Acephalos Hæreticos, qui Cyrillo Alexandrino libros aliquot ſuppoſuerunt, in quibus librorum Areopagiticorum prima fiebat mentio; *Latini* ſerius eosdem receperunt, dum prima ipſorum mentio fit apud Gregorium Magnum Epiſcopum Romanum, qui ſeculo demum ſeptimo floruit; Contra, altum eſt horum librorum apud vetuſtiores Græcos ſilentium, uſque ad medium ſeculum ſextum, quo ipſo contradici ipſis cœptum eſt. Cum enim Acephali hæretici ad auctoritatem etiam Dionyſii Areopagitæ, allegato Cyrilli libro ſuppoſititio, provocarent, reſponderunt Catholici, & nominatim Hypatius, referente Liberato ad annum 553. adulterinum eſſe iſtum fœtum; Quæ ſententia placuit & recentioribus quibusdam, etiam Pontificiis (ſaltem in eo, quod libri Areopagitici, vulgo tales habiti, non ſint iſtius Areopagitæ, quem Paulus convertit;) qui ſunt: Laurentius Valla, Theodorus Gaza, Antonius Faventinus, Guilielmus Grocinus, Eraſmus, Beatus Rhenanus, Roſtenſis, Cajetanus Cardinalis, Cœlius Rhodiginus, Georgius Caſſander, Cardinalis ipſe Bellarminus, Gabriel Albaſpineus, Jacobus Sirmondus, Dionyſius Petavius, Joannes Launoy, Antonius Mornacus, Nicolaus Faber, Antonius Godellus, Sammarthani fratres; quorum nonnulli editis integris tractatibus ſuam ſententiam ſtabiliverunt, & contrariam deſtruxerunt;

Digitized by Google

ſtruxerunt; Quibus jungi poſſunt ex *noſtris*, Lutherus T. I. Jen. Germ. f. 547. Chemn. Loc. I. de Deo: Gerhard. in Patrol. tit. Dionyſius Areopag. Cent. Magd. I. lib. 2. c. 10. D. Dorſche. indic. iniquit. p. 50. ſyllog. p. 48. ſerm. Roſtoch. p. 33. D. Dannhavv. Chriſteid. p. 901. Cl. Olear. abac. p. 137. Ex *Reformatis*, Rainold. t. 2. de libb. Apocryph. p. m. 460. Scultet. medul. PP. lib. XII. c. 8. Voſ. lib. VII. hiſt. Pelag. part. 1. th. IV. Vedel. not. ad Ignat. p. 125. 259. Voet. t. 1. diſp. Select. p. 884. ſeqq. imprimis Joannes Dallæus, quippe qui de ſcriptis Dionyſii Areopagitæ peculiarem tractatum ſcripſit, editum Genev. an. 1666. *Opponendi* ſunt iſti patronis Dionyſianis, qui ſunt: Baronius ad an. 109. Poſſevinus in appar. tit. Dionyſius Areop. Martinus Delrio in diſquiſit. lib. VI. c. 2. & in vindiciis Areopagiticis Scaligero oppoſitis; quales & Matthias Galenus ſcripſit, in tractatu, cui titulus: Areopagitica; Schottus in notis ad Phot. cod. 1. Biblioth. tit. Theod. Presbyter; Nihuſius in hypodidagm. p. 110. imprimis Jeſuita Petrus Halloixius, quem ex profeſſo refutavit Dallæus, & D. Joannes de Chaumont, qui & ipſe defenſionem Areopagitæ ſuſcepit, quæ habetur tom. 2. opp. Areopagit. Pariſ. edit.

In re maximè controverſa, ſi quid definire, vel potius conjicere, licet, putaverim, ſcriptum iſtud non quidem Apoſtolicam ætatem ſapere, & ita non immerito *novum & fictitium* dici ab Artic. Smalcald. p. 352. neque tamen adeo etiam recens eſſe; *vetuſtiſſimum eſſe auctorem* ſenſerim cum Dn. D. Dannhavv. Myſterioſ. ſect. 2. art. III. p. m. 371. & retulerim cum Centuriatoribus noſtris Magdeburgenſibus ad ſeculum quartum; quippe quod & dictio libri, & materia ſapit; Certe non multum à ſeſe abludunt Cyrilli Hieroſolymitani, & hujus Dionyſii ſcripta; Quare hoc demum ſeculo librum excerpere, & excerpta in areolas noſtrarum antiquitatum diſſeminare voluimus.

(2.) Scripta.

Opera ſæpius prodierunt, ſed omnium ſplendidiſſime Lutetiæ Pariſiorum, tomis duobus, fol. anno 1644. Græce & Latine, cum paraphraſi Georgii Pachymeræ, & Baltaſaris Corderii (qui & edidit) adnotationibus in tomum priorem; In poſteriorem autem cum ſcholiis Maximi, (quem *eruditiſſimum Arcopagitæ ſcholiaſten* vocat Jac. Bill. lib. Lobſerv. ſacr. c. 22.) Pachymeræ paraphraſi, &

auctoribus variis in vitam Dionysii scribentibus, cura ejusdem Corderii, & Petri Lansselii Jesuitarum; Atque hac editione nos utimur. *Continent* autem libros de Hierarchia Cælesti, & Ecclesiastica, de divinis nominibus, de mystica Theologia, Epistolas; Suidas plures ipsius libros recenset f. 337. part. II. opp. Dionys. Areop. *Perierunt* libri de Symbolica Theologia, de anima, de divinis hymnis; Theologicæ informationes (quarum meminit de div. nomin. observante Corderio in annot. f. 387. A.) de justo & divino judicio, de iis, quæ intelligentia & quæ sensu percipiantur; ut quidem eos enumerat P. Halloixius in vit. Dionys. c. 30. f. m. 519.

Donatus: §. 101. *Donatus.* Duo potissimum Donati celebrantur, alter à Casis Nigris, qui schismati Donatiano initium dedit; alter Majorini in Episcopatu Carthaginensi successor, qui schisma sustinuit & fovit. vide Augustin. lib. 1. Retract. c. 21. Brevic. collat. d. IV. c. 13. Hujus *extant scripta*, memorante eodem c. LXIX. de hæres. sed in quibus ne quidem doctrinâ de Trinitate iste recte asseruit, eodem conquerente Augustino; qui insuper & *epistolæ* alicujus Donati, à sese refutatæ, meminit; lib. 1. retract. c. 21. Hieronymus quoque in catalogo ipsius mentionem facit, scribens; *Donatus: Extant eius multa ad suam hæresin pertinentia, & de Spiritu S. liber Ariano dogmati congruens.* Non exprimit quidem quem Donatum intelligat, videtur tamen intelligere Episcopum, utpote quod dicat sub *Constante, Constantinoq;*, juniore puta, vixisse; senior enim ille sub Melchiade, i. e. sub Constantino M. grassabatur. vid. August. in Brevic. collat. die 3. c. 28. & 29.

Eleusius: §. 102. *Eleusius* Diaconus & philosophus floruit sub Constantio M. & scripsit quædam de rebus ipsius gestis, meminit ipsius Georgius Codinus in Originibus Constantinopolitanis.

Ephremi: §. 102. *Ephrem*, Græce Ἔφρεμ, Ἐφρὲμ, Ἔφρεμ, Nisibenus, Jacobi, urbis Episcopi, discipulus, distinctus ab Ephrem Antiocheno Episcopo, qui seculo quinto floruit; Ex Monacho ipse Diaconus Edessenus factus est; æqualis Didymi, juxta Theodoret. lib. V. hist. c. 26. adeoque floruit ad annum 378. quo obiit, Valente imperante; *Scripsit multa*, ut ait Hieronymus, & varia; Erant enim vel *commentarii*, ut ille in Pentateuchum, quem citat Moses Barcepha, in libro de paradiso: vel *Doctrinalia*, ut liber de Spiritu S. quem

1. ætas.

2. scripta.

quem Hieronymus laudat in catal: Quæſtiones & Reſponſiones de iis, quæ fient in die extremo, de reſurrectione mortuorum, de judicio extremo, de paſſione Domini; vel *Elenctica*; Nam hæreſin Bardeſanis γενναίως διήλεγξεν *ſtrenue confutavit*, referente Theodor. lib. 1. hæret. fabb. c. 22. vel Προτρεπτικὰ, nempe adhortationes ad varias virtutes; Refert Photius cod. 196. argumenta orationum XLIX, addit, Syros affirmare, *quod orationes ſupra mille ſcripſerit, quibus etiam teſtimonium reddat Euſebius Pamphili cognomento.* Quorſum pertinent *Aſcetica*; & *cantica*, de quibus Theodor. lib. IV. hiſt c. 26. refert: *Tunc etiam temporis Ephrem Edeſſæ, & Didymus Alexandriæ claruerunt: quorum uterq; adverſus hoſtes veritatis dogmatum libros edidit, & ille quidem Syriaca utens lingua, ſpiritualis gratiæ radios diffundebat. Nam etſi Gentilium diſciplinas non deguſtárit, multiplices tamen illorum errores & hæreſium omnium fraudulentam imbecillitatem patefecit. Idemq;, quoniam Harmonius, Bardeſanis filius, odas quasdam olim compoſuerat, & modorum ſuavitati admixta impietate audientes demulcebat, rapiebatq; ad exitium, modorum concentu inde aſſumto, pietatem indidit, jucundiſſimumq; ſimul & utiliſſimum audientibus medicamentum exhibuit, quæ carmina nunc etiam triumphantium martyrum feſta lætiora reddunt.* Romæ quoddam ipſius *de Maria & Magis* canticum prodiit, è lingua Syriaca ab Abrahamo Echelenſi Maronita in Latinam translatum, & ſtudio Johannis Baptiſtæ Mari vulgatum. Circumfertur etiam ipſius *Teſtamentum*, quod laudant Baron. an. 378. n. 13. Spondan. an. cit. n. 3. habetur apud Suri. Febr. d. 1. Interpolatum eſſe à diſcipulis, Gerardus Voſſius Tungrenſis fatetur; R. Cocus cenſet corruptum eſſe. Lingua Syriaca primum concepta ſunt opera, deinde Græcè facta; an ab ipſo Ephremo, linguam Græcam miraculosè docto? ſic ajunt, ut eſt apud Baron. ad Martyrol. Febr. 1. ſed ipſemet retractavit ad Tom. IV. annal. referente Poſſevino, in apparat. tit. Ephrem. Latine reddita ſunt à Gerardo Voſſio Tungrenſi Decano, juſſu Gregorii XIII. P. R. cujus auſpiciis collegit ille ex omni Italia Ephremi ſcripta, & Latinè verſa tribus tomis edidit Romæ anno 1593. & 1598. Prodierant jam ante Argentorati anno 1509 ſermones XIX. ab Ambroſio Camalduenſi Latine facti. Opera Coloniæ anno

1547. Recusa sunt ibidem anno 1603, 1604. Antverpiæ 1619. MSC. dicuntur extare in Bibliotheca vaticana.

(3) judicia: §. 104. *Iudicia* de ipso honorifica exstant: Hieronymus laudat in ipso *acumen sublimis ingenii*; Gregorius Nyssenus panegyricum in ipsum scripsit, t. III. opp. f. 595. quem cum scholiis edidit Colonia; Alius, Anonymus nempe, Græcè ipsum laudavit, vertente eodem Vossio; Laudavit eundem Chrysostomus in homilia de falsis Prophetis: Amphilochius Iconiensis comparationem instituit inter ipsum & Basilium; vita ipsius legitur etiam apud Metaphrasten: Angelicam in terris vitam duxit, judicio Possevini; Scriptis suis *ad tantam pervenit celebritatem, ut post lectionem scripturarum publicè in quibusdam Ecclesiis eius scripta recitarentur*: uti refert Hieron. in catal. Photius censet: *Omnia Ephrem sunt plena gratiæ & energiæ*, cod 196. Evolve integrum locum; Nam totus est in laudibus Ephremi decantandis. Judicio Theodor. lib. II. hist. c. 26. fuit θαυμάσιος *admirabilis*, συγγραφεὺς ὢν ἄριστος παρὰ Σύροις, *& scriptor inter Syros optimus*; Lib. IV. c. 26. refert eundem inter adversarios *hostiam veritatis*, qui *in lingua Syriaca spiritualis gratiæ radios diffuderit*; Epist. 145. ἔφησε, ait, ὁ τῦ πνεύματος λύρας, ὁ τῶν Σύρων ἔθνος ἅρδων ὀσημέραι τοῖς τῆς χάριτος νάμασι *Ephrem, illa Spiritus tuba, Syrorum gentem gratia fluentis irrigans quotidie*. Lib. I. hæret. fab. c. 22. ipsi est πανύμνιος *undiquaq; celeberrimus*. Confer de hoc *orbis Magistro* (ita enim dictus est) Bollandum & Henschenium ad Kal. Febr. Spondan. an. 378. n. 3. Hisce magnificis judiciis non respondent hodierna Ephremi scripta, utpote *magis pia, quam docta*, judice Bellarmino de script. tit. Ephrem; ut non immerito suspiceris, hodierna illa scripta esse suppositicia: vid. Dn. D. Dorsch. Relig. Scrup. p. 206. Labbeus hic totus in fermento est adversus Novatores, quos pro sua modestia vocat *ventri crapulæq; addictos nebulones, monstra, momos, comos, Veneris ac Bacchi potius, quam Christi, eiusq; discipulorum, sanctorumq; Patrum, sectatores*: cur autem tales? nimirum, quia dicunt, hodierna Ephremi non respondere magnificis veterum Encomiis; Atqui tale quid etiam Bellarminus iudicaverat; an igitur & ille *ventri, crapulæq; addictus nebulo?* &c. per nos liceat; videat autem maledicum os, quî id

de

de noſtris, vel Reformatis probet, aut reſorbeat calumnias effuſas! Lorinus, etſi Jeſuita & ipſe, non tamen dubitavit repudiare aliquam Ephremi explicationem comm ad Act. XII. 1. etſi conformem explicationi Hippolyti Martyris, Iſidori, & gloſſæ interlinearis.

§. 105. *Epictetus* Corinthiorum Epiſcopus, Apolinariſta, Athanaſio æqualis; Exſtat enim Athanaſii ad ipſum epiſtola; Scripſit *hypomnemata*, quorum mentionem facit dictus Athanaſius in literis ad ipſum perſcriptis t. 1. opp. f 582. D. ſed parum honorificam. Epictetus.

§. 106. *Epiphanius.* Salaminæ ſeu Conſtantiæ in Cypro Epiſcopus ex Monacho & Eremita factus, diſtinctus ab aliis hujus nominis, Scholaſtico, qui Tripartitam compilavit, Olybriano Iconoclaſtarum adverſario; Presbytero, cujus de vita Deiparæ tractatus aſſervatur in Bibliotheca Vallicellenſi; Cypriis, quorum unius nomine Theodorus Trimethuntinus in Synodo VI. ſubſcripſit; Alterius epiſtola exſtat ad Ignatium CP. Patriarcham, à Radero Jeſuita edita cum Actis Synodi. (1.) *Ætas* ipſius elicitur ex ipſius Ancorato f. m. 564. Nempe floruit Valente, Gratiano, Theodoſio, & Arcadio Imperatoribus; Hieronymo σύγχρονος; *Supereſt* enim *adhuc hodie, & in extrema ſenectute varia cudit opera*, ſcribit Hieronymus in Catalogo; Ajunt, ætatem ipſum extraxiſſe uſque ad annum vitæ 115. Chriſti nati CCCCIV. (2.) *Scripta* ipſius genuina ſunt: *Panarium*: q. d. *capſula medica, & adverſus beſtiarum morſus arcula quædam*, ſicut ipſe explicat in epiſtola ad Acacium & Paulum Presbyteros: ſcriptus eſt liber anno Chriſti CCCLXXV. juxta Baronium & Spondanum an. cit. n. 5. Complectitur LXXX hæreſes; dividitur in libros tres, & ſinguli libri in ſuos tomos: nempe primus tres, ſecundus duos, etiam tertius duos; unde Photius cod. CXXII. numerat ſeptem Panarii libros: *Ancoratus*, quod anchora quædam fidei ſit, Photius Synopſin τῶν παναρίων *compendium Panarii* appellat, cod. CXXIII. Ipſe Epiphanius hæreſ. LXIX. f. m. 363. appellat, *rurſus magnum de fide ſermonem*, ſeu *librum*, *in quo juxta noſtram mediocritatem ac debilitatem*, *coacti à fratrum exhortatione*, *ſcripſimus de fide*, *cui libro impoſuimus Ancorati nomen. Etenim quemadmodum exigua* (2) Scripta

mens

Polemica: Epiſtolica: *Epiſtolæ* variorum argumentorum VIII. quarum mentionem facit Phot. cod. 86. Aliarum epiſtolarum meminit Poſſevinus ex Bibliothecis Petionij, Bononienſi, & Antiverpienſi Jeſuitica. *Panegyrica*, nempe de laudibus Pauli, Iuventini ac Maximi, Metetij & Pelagiæ; *Dogmatica*; ut eſt homilia de Spiritu ſancto. Phot. Cod. 277. de omnipotentia Spiritus ſancti. ibid. de incarnatione Chriſti & præſidio Angelorum ibid. De legislatore V. T. unico; de Sacerdotum V. T. veſtimentis; de pœnitentia; in Luc. l. 78. Eph. IV. 9. 2. Cor. XII. 9. v. 17. & ibidem: In mortem & aſcenſionem Chriſti: in Pentecoſten; cod. 25. *Homiletica* alia miſcellanea; ut ſunt Orationes IV. vulgatæ Ingolſtat. an. 1595. Frontone Ducæo, publicante; De Sacerdotio. Marp. 1537. & prius Colon. 1530. In diem Chriſti natalem; quam orationem græcè edidit D. Höſchelius Auguſt. Vindel. an. 1594. Homiliæ aliæ, vulgatæ à Combefis Pariſ. 1651. Homiliæ quædam in Matthæum gallicè verſæ; an. 1665. *Verſio* utriuſque Teſtamenti in linguam Armeniam auctorem recognoſcit Chryſoſtomum, referente Georgio Alexandro.

Panegyrica: Homiletica. Verſio.

Dubia: §. 209. *Dubiorum* Chryſoſtomi ſcriptorum prolixum catalogum recenſet Sixtus Senenſ. lib. IV. Bibl. p. 325. ſeqq. & argumentis probat, Chryſoſtomi vel non eſſe, vel certo non eſſe: *Dubia* eſt homilia in Gen. II. & aliæ nonnullæ tom. I. fatente Bell. de Script. tit. Chryſoſt. Item homiliæ VI. in Joh. Et in acta interpoſitæ; non enim

enim omnino certum eſt, an ſint Chryſoſtomi, excepta tertia, ait Bell. l. c. Homiliam 32. in Chriſti natalem Gretſerus in notis ad Codinum abjudicat Chryſoſtomo; Combefis contra adjudicat, t. 2. auct. f 310. Orationem Encomiaſticam in Petrum & Paulum vel Savilius pro dubia habet.

§. 210. *Adulterini* ipſius *fœtus* multi ſunt; Commentaria in Marcum *ſine dubio Chryſoſtomi non ſunt*, ſed alicuius ſimplicis Monachi, juxta Bellarminum; Homilia de Adam & Eva *tota eſſe compilata ex operibus Auguſtini* videtur Azorio inſtit. Moral. part. 1. lib. IV. c. 25. Sicut & alii ſermones, Chryſoſtomo ſupponuntur, qui ſunt vel Euſebij Emiſſeni, vel Hieronymi, vel Chryſologi, vel Origenis, imò nec horum ſemper auctorum, ſed incertorum; ut ſunt *Sermones LXXIII. de diverſis utriuſq; teſtamenti locis*, Frontone Ducæo, & Labbeo, Jeſuitis cenſentibus: cuius farinæ *opus imperfectum* nonnullis eſſe videtur, quippe à neſcio quo tenebrione poſt tépora Theodoſij elaboratum: *ſæpius indignor, in Chryſoſtomi nomen tam multa eſſe collata, ipſo indigna, & quæ nihil habent, niſi futilem quandam loquacitatem: Ea res effecit, quo minus abſolverem, quod inſtitueram, in commentarios Actorum*; ſcribit alicubi Eraſmus in literis, quæ continentur MSC. in tomo MSC. Academicæ Bibliothecæ Argentoratenſis. Deniq; ſecum ipſe confulus eſt Chryſoſtomus, dum, quæ huius erant operis, in aliud translata ſunt. E.g. quæ hom. XV. in Matth. leguntur, transportata ſunt huc ex homilia 5. de beatitudinibus; In homiliis ad diverſa loca Evangeliſtarum detruncata ſunt multa ex aliis homiliis ejusdem: In homiliis ad populum Antiochenum, quarum vulgo LXXX. nnmerantur, viginti & una ſolum in MSC. antiquis exſtant, cæteræ ex commentariis in Matthæum, Johannem, Acta, & Epiſtolas Apoſtolicas compilatæ ſunt, juxta Bellarminum de Script. Quomodo vel ipſa verba typis excuſa turbata fuerint, docet Poſſevinus in Apparatu f. m 855. Adulterina

§. 211. Multa quoque *controverſa* adhuc ſunt, vel fuerunt olim inter Pontificios. E.g. Homilia *de adoratione* venerabilium catenarum, juxta Surium, eſt Chryſoſtomi, juxta Baronium an. 439. n. 5. & not. ad Martyrol. 1. Auguſt. non eſt: *Liturgia*, noviſſime in Auctario Bibliothecæ PP. anno 1624. ſtudio Frontonis Ducæi publicata, ita in controverſiam hinc inde rapitur, ut Henricus Savilius, Controverſa

integram de ipſa diſceptationem Theologis relinquendam maluerit Tom. VI. Chryſ. à ſe editi col. 8. 28. quam quicquam definire; Decurtata eſt ex Baſilii M. & Jacobi Hieroſolymitani Miſſis, juxta Leonem Allatium, de libb. Eccleſ. Græc. diſſert. 1. Interpolata à recentioribus: *Quis enim negat, exemplaria eſſe diverſa, & à recentioribus Græcis plurima addita?* interrogat Labbe. t. 1. ſcript. p. m. 535. Et hoc ipſo dat, cætera quoque dubia ſaltem eſſe, cum perinde interpolari potuerit etiam in aliis liturgia. Eraſmo *non fuit verisimile* Chryſoſtomi eſſe: in Paraph. 1. Cor. 1. Interpolatam à Leone Thuſco (qui vixit circa annum MC LXX. fatetur Claudius Eſpencæus de miſ. priv. p 220. Iſtius ipſius Leonis verſio quoque multum diſcrepat ab ea, quæ vulgo adſcribitur Eraſmo, etſi falſo, juxta Rainol. de idol. lib. 1. c. 7. n. 9. Confer Pleſ. de miſ. lib. 1. c. 6. Coc. Cenſ. p. 331. Rivet. lib. IV. Critic c. 3. *Opus imperfectum* in Matthæum abjudicatur Chryſoſtomo ab Eraſmo, Bellarmino, Poſſevino, Savilio, Waſtelio &c. omnibus Pontificiis; Nec diffiteri potuit Chriſtophorus Sandius Neo-Arianus, in notis ad Matth. XI. 7. aſſuta eſſe quædam aliunde; *Sunt qui ipſum negent eſſe Chryſoſtomi* &c. verba ſunt Sixti Sen. lib. IV. Bibl. p. 327. Addit: *Sunt ex oppoſito qui hoc ipſum opus contendunt eſſe Chryſoſtomi* &c. Inter quos, & vetuſtiores quidem, eſt Hincmarus c. 25. de prædeſt. Quos quidem conciliare inter ſeſe allaborat Sixtus, *neq; his quicquam obeſt recens edictum Pauli Papæ IV. quippe quod non ſimpliciter & omnino rejecit univerſum hoc opus, tot jam ſeculis communi Eccleſiæ aſſenſu comprobatum; ſed ea duntaxat huius operis exemplaria interdicit, quæ præter auctoris mentem ab hæreticis vitiata inveniuntur*: Sed conciliationem repudiat Baronius, quando Annal. 407. n. 11. *ne pilum quidem Chryſoſtomi vel in dictione, vel in ſententiis, vel in dogmatibus habere* ſcribit, & poſt ipſum Poſſevinus in Appar. tit. Chryſoſtomus, f. 855. *Si* enim *ne pilum quidem Chryſoſtomi, vel in dictione, vel in ſententiis, vel in dogmatibus habet, & in omnibus ſe prodit auctor longe longius ab Eccleſia Catholica alienum*, ut vult Baronius, qui *non ſimpliciter rejecerit* Paulus IV. totum opus, & ita cum toto opere partes etiam eas, quas *Apoſtolica* ſcilicet *Eccleſia publicè inter divinas laudes legit? quas gloſſa ordinaria, Catenæ Evangelicarum explanationum, decreta ſummorum Pontificum, ſcripta ſummorum Theologorum*

Digitized by Google

rum receperunt? ſed cauſſa ſubeſt, cūr nonnulli operi iſti ſuccenſeant, nempe, quod in eo contineantur quædam ſibi adverſa, e.g. fore aliquando eam Eccleſiæ calamitatem, *ut volentibus agnoſcere, quæ ſit vera Eccleſia, non ſit alius modus, niſi tantummodo per ſcripturas.* notante Salmerone in epiſt. Pauli tom. XIII. lib. 1. ad Rom. part. III. diſp. 3. p. 193. & 194. Quare quidam Mahuſius, Franciſcanus ordine, ex opere iſto, ſub prætextu tollendi Arianiſmos, ſuſtulit quæ orthodoxis de ſcriptura, de notis Eccleſiæ &c. favebant; conquerente Joanne Dallæo de uſu PP. p. 82. & ante ipſum Mornæo adv. Ebroic. Reſp. de colloq. Fontisbellaq. p.m. 366. ſeqq: Homilias duas in Pſalm. I. 1. rejicit Fronto Ducæus, Maximus contra Margunius recipit, Savilius ἐπίχει: Homiliæ in Pſalmos inter *indubitata* Chryſoſtomi opera, judicio Bellarmini, pertinent: Contra vero Sixtus Senenſis quædam interpolationis factæ indicia animadvertit. Mirandum igitur eſt, Pontificios, ita inter ſeſe controverſos, vel dubios, audere tamen ex illis ipſis libris, quos ipſimet pro ſuſpectis, dubiis, controverſis, vel etiam adulterinis habent, allegare teſtimonia contra orthodoxos pro erroribus ſuis ſtabiliendis, enumerante loca Rob. Coco p. 320. ſeqq:

§. 212. *Iudicia* de ipſo exſtant *honorifica* cum apud veteres, tum apud recentiores. Hieronymus epiſt. XI. ad Auguſtin. provocat ad aliquam ipſius ſcripturæ explanationem; Theodoreti orthodoxo in dial. 1. f. 31. eſt ὁ μέγας τῆς οἰκουμένης λαμπτήρ *magnum orbis lumen*: qui φιλοτίμως *magna cum laude* Eccleſiam Antiochenam irrigarit: & σοφῶς *ſapienter* agrum Dei in urbe Conſtantinopolitana coluerit; Quem & Eraniſtes judicat πάνυ ἀξιάγαστον *admiratione digniſſimum*: Orthodoxus vero πάντα ἄριστον *per omnia optimum*. Idem Theodoretus totos quinque libros in ipſius laudes ſcripſit, quorum argumenta exhibet Photius cod. 273. μέγαν τῆς οἰκουμένης φωστῆρα *magnum orbis lumen* ipſum nuncupat lib. V. hiſt. c. 27. referens, ut gratioſus apud Imperatorem fuerit: καλλίνικον ἀθλητήν *egregium Athletam*, c. 34. cujus vita defunctum corpus erat ἀγωνισάμενον, *pugna egregie defunctum*, confer dial. II. f. 102. III. f. 168. Auguſtinus eum refert *inter ſanctos ac beatos*; *& in divinorum eloquiorum pertractatione clariſſimos ſacerdotes*; lib. II. contr. Julian. p.m. 333. Iſidoro Peluſiotæ epiſt. CLII. eſt θεσπέσιος *divinus vir*; Epiſt. CLVI.

Iudicia benign: vetuſtiorum.

oculus Eccleſiæ Byzantinæ, imò totius : In Catalogo : *Sanctiſſimus*. Sophronio Epiſc. Hieroſolymitano *aureum ore & lingua*: Socrati: *doctrina & eloquentia floruit*. lib. VI. hiſt. c. 7. Photius ſtylum laudat, quanquam diverſimode, quandoquidem diverſus fuerit. vide Codd. 172. 173. 174. & Sixt. Senenſ. lib. IV. Bibl. p. 319.

& recentiorum.

§. 213. Inter recentiores Eraſmo eſt *melliſluus concionator, Chriſtiq; præco indefatigabilis, cui jure optimo ob ſapientiſſimam eloquentiam & eloquentiſſimam ſapientiam oris aurei cognomen tributum ſit* : præf. in opp. Chryſ. In dedicatione opp. Auguſtini idem *ſponte profluentem orationis copiam amplectitur.* Sebaſtiano Nivellio in dedic. opp. Chryſoſt. eſt *ſanctiſſimus pater, & doctor præſtantiſſimus.* Wolfgangus Maſculus cenſet in *reliquis ſcripturæ commentariis* Chryſoſtomum fuiſſe *magnum*, in explanando autem Paulo *maximum, ſeq; etiam ipſo majorem.* Certè elaboratiora ſunt, quæ Antiochiæ ſcripſit, quam quæ Conſtantinopoli, utpote ubi occupatior extitit. Judicio Dallæi *florentiſſimus & absq; controverſia doctiſſimus ac facundiſſimus ſcriptor* fuit &c. lib. II. de uſu PP. c. 4. p. 273. Maſculus poëta laudibus Chryſoſtomi oden XIX. lib. IX. totam dedicavit.

Sequiora: veterum:

§. 214. Attamen etiam in hoc patre quædam deſiderarunt cum veteres, tum recentiores. *Veteres*; Nam & heterodoxiæ & variorum vitiorũ eum inſimularunt nec pauci, nec infimi ſubſellii viri: Heterodoxiæ, nempe Origenianiſmi ipſum accuſarunt: Epiphanius: *Quis* enim *ignoret, quanta inter Chryſoſtomum & Epiphanium de Origene diſſenſio extiterit?* interrogat Andradius in defenſ. Concil. Trident. lib. V. & Theophilus Alexandrinus, & Iſaacus alius Epiſcopus; vid. Socrat. lib. VI. hiſt. c. 9 & 10. Variorum criminum ipſum accuſavit Joannes, ipſius Diaconus; imò coiit integrum ad Quercum concilium, ex Epiſcopis XLV. in quo viginti novem accuſationis capita ventilata ſunt, recenſente Photio cod. LIX. factumque decretum, quo ab officio ille motus eſt. Imprimis Eudoxiam Imperatricem infeſtam habuit, ab Arianiſmo non adeo alienam, judice Eraſmo, certe Elenchi actioris impatientem, quo factum, ut in exſilium mitteretur ille partheſiaſtes: vide Theodor. lib. V. hiſt. c. 34. Socr. lib. VI. c. 3. ubi *improvidum eum* cenſet, *& præpoſtere ſimplicem, & immodicè liberum, ac denig;*

niq; in familiaribus colloquiis nimis inſolentem ac faſtidioſum. & c.19. qui *plus iracundiæ quam pudori* dederit: Hæc ille, & ſimilia alia de iſto judicavit, forte, quod Novatianis ſuis parum faverit; Auguſtinus, objecta Chryſoſtomi auctoritate, Pelagianis reſpondit: *Vobis nondum litigantibus ſecurius loquebatur*: Lib.1. contr. Julian.p.286. Sigeberti Gemblacenſis judicio *ſanctitate quidem & ſcientia clarus fuit, ſed in facundia ſua ſeverior & liberior juſto*: an.399.

§. 215. Recentiores nonnulli vetuſtioribus ſubſcribunt, dum erroribus eum obnoxium fuiſſe fatentur, & unum vel alterum locum dant, in quo à recta veritatis linea ex variis cauſſis aberrarit: Audias: *Dicendum eſt, quod in illis verbis Chryſoſtomus exceſſit*: ajente Thoma Aquinate part.III.q.27. art. 4. in fin. *Chryſoſtomus ſeu pietatis ſeu veritatis terminos exceſſit*: dicit Pererius Jeſuita comm. in Gen. diſp. VI. n.33. *Reſpondendum eſt, Chryſoſtomum, & qui eum ſecuti ſunt, modum exceſſiſſe, & eſt eorum ſententia erronea*: judicio Suarezii in prob. 3. Th. q. 27. art. 3. diſp. IV. §. 4. *Multa ſunt à ſanctiſſimis patribus præſertimq; à Chryſoſtomo in homiliis, aſperſa, quæ ſi ad exacta veritatis normam accommodare volueris, boni ſenſus inania videbuntur.* ita Petav. in Epiph. f. 244. Cum Bellarmino dictum ex Chryſoſtomo objiceretur, reſpondit, *Chryſoſtomum per exceſſum ita eſſe locutum* lib. 2. de miſ. c. 10. Confer D. Dorſch. Synopſ. Theol. Zachar. c 9. §. 380. Nempe *concionatorum verba non ſunt ſemper eò rigore accipienda, quo primùm ad aures auditorum perveniunt, multa enim declamatores per hyperbolem crebrò annuntiant, & inculcant, vel occaſione locorum, temporum, ac perſonarum adducti, vel affectuum impetu & orationis curſu rapti, hoc interdum Chryſoſtomo contigit &c.* juxta Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. Sanct. annot. 152.

& recentiorū:

§. 216. *Specialius* loquendo, ipſimet Pontificii in Chryſoſtomo notarunt *errores* cum hermeneuticos, tum dogmaticos, quos errarit non ſolus ille, ſed ipſe cum aliis multis: *Hermeneuticos* e.g. Matth. XXVI. 29. de ſanguine Chriſti ſermonem eſſe, ſentiunt veteres, Origenes, Cyprianus, Epiphanius, Hieronymus, Auguſtinus, Beda, Euthymius, Theophylactus, & præter hos etiam *Chryſoſtomus*, quorum loca & ſententiã allegat Maldonatus Jeſuita comm. ad l.c. ſed ei certum eſt, *de ſanguine Chriſti* (verba de genimine vitis) *dicta non eſſe*. Etiam Chryſoſtomus inter eos eſt,

qui

qui verba Chriſti Joh. XIV. *pater major eſt me* explicant de divina ejusdem natura: improbante Perer. diſp. 15. n. 106. in Joh. c. XIV. Idem Jeſuita *nova* Cajetani interpretationi ſuum addit calculum, dimiſſa Chryſoſtomi & Hieronymi interpretatione: Com. in cap. XVII. Gen. diſp. 17. n. 64. *& contradictionis* arguit eundem, diſp. VII. n. 64. & 66. *Dogmaticos*. e. g. Mariam virginem fuiſſe peccato obnoxiam; *Durum* enim *& indignum illud B. Chryſoſtomo, B. Virginem ambitioſam, & cupidam gloriæ vanæ ac laudis extitiſſe*, judicio Salmeronis Jeſuitæ proleg. in epp. Pauli diſp. 6. ſub fin. Pelagio nondum graſſante exciderunt eidem quædam ſaltem incommode dicta: *Caveat lector, ſi Chryſoſtomum in hunc locum legat, ne in Pelagianorum hæreſin incidat*, monet Maldonatus, alius Jeſuita ad Joh. VI. Confer Toletum comm. in Joh. VI. annot. 20. ubi ſententiam aliquam Chryſoſtomi de viribus arbitrii naturalibus, quæ & Cyrilli, & *aliorum doctorum maximè Græcorum*, erat, notat, tanquam eorum, *qui libero arbitrio humano multum* (imo nimium) *tribuebant, nondum Pelagiana tunc hæreſi graſſante*: Adverſus quos Auguſtinus *multis in locis multo aliter ſenſerit, & docuerit*. Michael Medina lib. 1. de ſacr. hom. orig. c. 5. affirmat, *S. Hieronymum idem cum Ærianis ſenſiſſe, neq; ſolum Hieronymum in ea hæreſi fuiſſe, ſed etiam Ambroſium, Auguſtinum, Sedulium, Primaſium*, CHRYSOSTOMUM, *Theodoretum, Oecumenium, Theophylactum*: citante Bellarm. lib. de Cler. c. 15. Per hominis peccatum decreviſſe corpora cœleſtia, ſententia fuit Chryſoſtomi, notante Sixto Sen. lib. VI. n. 245. cui tamen *ſententiæ omnis recentium Theologorum ſchola adverſatur*. Animas fidelium etiam ante diem extremum Deum videre, negarunt non ſolum Clemens Romanus, Tertullianus, Irenæus, Origenes, Juſtinus Martyr illis antiquior, ſed etiam recentior Chryſoſtomus, & hoc juniores Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus. Ex Latinis Lactantius, Ambroſius, Bernhardus &c. juxta Sixtum Senenſ. lib. V. annot. 64 & 169. VI. anno 264. & 345. Staplet. in def. auct. cont. Wittaker. lib. 1. Fuit etiam in ea ſententia, certè non multum abfuit ab ea, quæ ſtatuit, honeſtiores Ethnicos fuiſſe ſalvatos, nec ſatisfaciunt, quæ pro excuſando eo attulit Sixtus Senenſ. lib. VI. annot. 51. Forte ex præceptoribus ſuis nonnihil erroris ſuxit, Diodoro nempe Tarſenſi,

Digitized by Google

& Euſebio Emiſſeno. Certè Labbeus Jeſuita moderatior debuiſſet fuiſſe erga eos, qui Chryſoſtomi non omnia probant. p. 526. de ſcript. quandoquidem ipſimet Pontificii, ut oſtendimus, non omnia ejus Patris adorent.

§. 217. Opera Chryſoſtomi lucem viderunt diverſis tem- Editiones.
poribus & locis. Prodierunt *Venetiis* Anno M D I I I, literis argenteis, quam editionem memini in Biblioth. Jenenſi me olim vidiſſe; Et anno M D LXXIV. qua Bellarminus uſus eſt: teſte Labb. de Script. t. 1. p. 527. *Baſileæ* anno M D IV. ex verſione Lucæ Bernardi Brixienſis: & annis M D XXXIII. M D XXXIX. M D XLVII. M D LVIII. *Pariſiis*, anno M D XXIV. & M D LXX. curante Philippo Montano; Et annis MD LXXXI. & LXXXVIII. cura Sebaſtiani Nivellii, ubi etiam Billij, Herveti, Flaminii Nobilii, Franciſci Zini, & Joannis Champaigne curæ in Chryſoſtomum laudantur: *Anglicana*, editio ſtudio Hen. Savilii lucem vidit Etonæ, in collegio Regali Savilii dico, *qui pari ſumptu & labore, utriſq; immenſis, Chryſoſtomum græcè loquentem edidit*: ait Rob. Cocus & ipſe Anglus in Cenſ. p. 323. Hiſtoria Gothana lib. II. c. 3. ſect. 4. p. 364. refert, 25000 Roſarum Nobilium editioni iſti ipſum impendiſſe. Miſſa autem Romam, & in Biblioth. Vaticana repoſita eſt, referente Montac. *Bivar.* an. Chr. XXXIII. n. 27. *Quæ tamen non adeò perfecta eſt, ut quidem aſſerunt, quin ex Pariſienſibus & Commelinianis ſuppleri ac emendari multis in locis poſſit ac debeat*, Judicio Labbei diſ. hiſt. de ſcript. t. 1. p. 526. Commeliniana autem prodiit annis M. DC. II. & III. In eadem Anglia Anno M. D C V. octo tomis opera Chryſoſtomi publicata ſunt, ſtudio Nortoni; Lutetiæ autem ſex tomi Græcè & Latine, à Frontone Ducæo, quam omnibus aliis *editionibus præfert* Labbeus: *Ex Latinis*, inquiens, *quæ variis in locis hoc & ſuperiori ſeculo emerſerunt, ea mihi maximè probatur, utpote omnium abſolutiſſima, quæ anno 1613 Pariſiis prodiit, caſtigata ſtudio Rev. Patris Frontonis Ducæi Soc. I. Th.* p. 526. Et p. 550. laudans *Frontonem Ducæum, tanquam cuius ſtudio indefeſſo, ac plane gigantæo labore ſanctiſſimus ille terſiſſimuſq; orator nitori ſuo reſtitutus, omnium oculos menteſq; paſcat ac recreet.* De Græco-Latina dixerat p. 527: *Quod ad Græco-Latinam ſpectat, ea conflanda eſt, tum ex VI. illis Tomis, qui à R. P. Frontone Ducæo magna diligentia vulgati ſunt, tum ex 4. Commelinianis, quos in VI Tomos diſtribuit, qui recudere*

anno 1633. aggreſſus eſt, non inutili opera, Carolus Morellus, ut tota collectio decem vel duodecim Tomos, G. L. complectatur, monendus porrò lector eſt, antequam pergam ulterius, à Sebaſtiano Gramoſio, & eodem Morello, recuſos quoq; fuiſſe VI Tomos Frontonianos, quos tamen non tanti ac priores facere ſolent accuratiores Bibliothecarii. Operæ pretium foret, editionem Frontonis conferre cum antiquioribus, & videre, qua fide *recenſuerit, emendarit, vel immutarit*, nempe augendo, vel diminuendo; Nam ſub hoc prætextu ſolent veterum monumenta interdum corrumpere indicularii purgatores. Præfatio Baſil. anno M D LVIII. ab Eraſmo præmiſſa, meminit operum Chryſoſtomi, quæ exſtent in Bibliotheca Conſtantinopolitana, ex autographo auctoris deſcriptorum, & ſincere genuinorum. Tranſeo lubens alias editiones ſingularum homiliarum, unius, vel plurium, & opuſculorum; Nam tædioſum eſſet, omnia iſthæc legere, nedum colligere, & huc transferre.

Verſiones. §. 218. *Verſiones* operum plures quidem exſtant, ſed *inter veteres interpretes multi ſunt, qui neq; Græcè, neq; Latinè ſatis calluerunt*: judice Eraſmo in dedic. opp. Chryſoſt. in quibus numerat (illum Sigiſm. Gelenii judicio *interpretem alias non malum, niſi quod alicubi Paraphraſtæ propior*) Anianum, & Franciſcum Aretinum; Specialius cenſet, minus feliciter verſos eſſe libros ſex de ſacerdotio; cui verſioni ipſe ſubſtituit *interpretationem elaboratam Germani Brixii*: Laudat etiam Simonis Grynæi, tanquam viri utriusq; linguæ peritiſſimi, verſionem, inſtitutam ad priorem ad Corinthios: Ipſe Eraſmus ſecutus eſt fontes in vertendis ſcripturæ dictis, non vulgatam Latinam, ut ipſemet teſtatur ſub finem vitæ Chryſoſtomi: commendatus à Gelenio, tanquam vir doctiſſimus. Non autem prætermittendum, quod noſter Dn. D. Hülſemannus putat, *non Eraſmum ipſum, ſed Eraſmi amanuenſem, periculum feciſſe in vertendis Chryſoſtomi* (in Acta) *homiliis, quod ex tota verſione pateat, & viri docti dudum obſervarint*: diſſert. de miniſtr. ordin. §. IV. p. 9. Wolfgangus Muſculus vertit, quæ Gibertus Veronenſis tribus voluminibus Græce vulgaverat, & Clementi VII. dedicarat, nempe homilias in epiſtolas Paulinas, ad Romanos, Epheſios, Coloſſenſes, Philippenſes, ac duas ad Theſſalonicenſes. Billius lib. II. obſerv. fact. c. 2. quædam in verſione Per-

tionii

Gentes per Legem Naturæ sine Revelatione Mosaica, & Christiana, quæ
Lex

Hieronymus ad Theophilum Alex. ſcripſerit literas in favorem Joannis; Certè Auguſtinus lit. ad Petil. l. 2. c. 51. gloriatur, *Catholica unitate* cum eo ſe *connecti*. Eundem inter *Catholicos fratres* numerat Retract. lib. II. c 7. Confer & lib. I. adv. Julian. c. 5. Venerat quidem Joannes apud Auguſtinum in ſuſpicionem Pelagianiſmi, quo de actum eſt in Synodo Dioſpolitana; adeo, ut Auguſtinus ea de re etiam literas ad Joannem dederit, n. CCLII. ſed poſtea patuit, imprudentia potius, quam ſententia, Joannem peccaſſe. Exſtant quoque Anaſtaſii, Epiſcopi Romani, literæ ad eundem Joannem, in quibus laudat *ſplendorem* ejus *ſanctitatis, & eas, quas in Domino habebat, virtutes*.

Ioannes Sinaita. §. 220. *Ioannes* Sinaita ad tempora Theodoſii refertur à Voſ. de Script. Græc. lib. II. c. 19. Barthius tamen lib. XLI. adverſ. c. 11. putat, juniorem fuiſſe; *Scripſiſſe* putatur hiſtoriam Barlaami, quæ vulgo ſolet Damaſceno tribui.

Iovinianus. §. 221. *Iovinianus*, Monachus Mediolanenſis, vixit & innotuit anno 382. & ſeqq: *Scripſit* commentarios, ſeu *commentariolos*, uti vocat Hieron. adv. Jovin. lib. quorum ille & ſtylum, & materiam caſtigat, iſtum ut obſcurum, & barbarum; hanc, utpote B. Mariæ virginitatem in dubium revocantem, vide Baron. & Spond. ad an. 390. n. 55. 7. Meminit ejus ſcriptorum etiam Siricius Epiſcopus Romanus in epiſtola ad Eccleſiam Mediolanenſem.

Iulianus. §. 222. *Iulianus* Cæſar, apoſtata dictus; Floruit paulo poſt tempora Conſtantini M. Præceptoribus uſus eſt puer adhuc Macedonio Eunucho, adoleſcens Nicocle Grammatico, Ecebolio Rhetore, cui acceſſit Libanius inter Rhetoras celeberrimus, à quo Ethniciſmum imbibit; Et Maximus Epheſius Philoſophus, quo ipſemet familiariter uſus eſt. Ex Lectore evaſit dux bellicus feliciſſimus, tandem Cæſar, & Imperator; *Scripſit* quædam, quæ in unum faſciculum collecta prodierunt Græce & Latine Pariſ. 1630. cum verſione, & notis Dionyſii Petavii, qua editione nos h. l. uſi ſumus. Sunt autem orationes VIII Ad Themiſtium philoſophum; Ad S. P. Q. Athenienſem; Fragmenta orationis epiſtolæve cujusdam; Cæſares (quos & P. Cunæus edidit, *nimius* Apoſtatæ iſtius admirator,) Miſopogon, Epiſtolæ. Totus ille eſt in gentiliſmo propugnando, idoneus tamen, qui inter

Scripto-

Scriptores Eccleſiaſticos legatur, utpote quod non pauca habeat ad Chriſtianiſmum ſui temporis referenda. Qualis alias fuerit moribus, Petrus Cunæus referre voluit, ſed, quod dictum, nimius ejus admirator, merito caſtigatus eſt in præfatione operum Juliani Pariſiis vulgatorum. Exſtant in Julianum orationes Gregorii Nazianzeni, & Cyrilli Alexandrini; Judicia item Socratis lib. III. hiſt. c. 1. 17. 23. Et ante ipſum Chryſoſtomi homil. 3. adverſ. Juda. Et orat. in Juventinum, & Maximum, & Babylam Martyres; Hieronymi in cap. III. Habak. Auguſtini lib. V. de C. D. c. 25. &c.

§. 223. *Iulius* I. Epiſcopus Romanus factus anno Chr. 337. uſque ad annum 352. ſedit; hoc enim vita defunctus eſt. *Scripſit* epiſtolam ad *Alexandrinos* in gratiam Athanaſii reſtituti, quam & ipſe hic exhibet integram in apolog. ad Conſtant. t. 1. f. 770. & Socrat. lib. II. c. 23. f. 109. Aliam ad *Antiochenos*, Græce, an Latine? Græce putat H. Valeſius obſervat. Eccleſ. in Socrat. lib. I. c. 8. & ad lib. II. c. 17. & refutat Baronium, & Blondellum, epiſtolam iſtam male citantes. Gennadius de Script. c. 2. eidem tribuit epiſtolam ad Dionyſium de *incarnatione Domini*, quæ Neſtorianis videbatur oppoſita, ſed deprehenſa eſt, Eutychianis, qui Julio ipſam tribuebant, favere; Unde ſuppoſititiam eſſe, ſuſpicatus eſt Facundus Hermianenſis lib. I. & Eulogius Alexandrinus orat. III. apud Phot. Leontius cap. 8. de ſect. cenſet, Apolinaris hæretici auctoris eſſe; In qua ſententia fuit etiam Hypatius Epiſcopus Epheſinus in collatione cum Acephalis; ut & Anaſtaſius in Ecloge χρίσεων; Ejusdem farinæ cenſetur *Epiſtola ad Prosdocimum*, (quâ tamen ipſa Synodus Epheſina uſa eſt) Nam Leontius Timotheo Apolinariſtæ eam aſſignat; contra Ephræimus Patriarcha Antiochenus Julio eam vindicat. vide Sirmond. in not. ad Facundum Herm. & Miræum in notis ad Gennadii catalogum: & Dallæum de uſu PP. p. m. 48. Spondan. an. 352. n. 2. Leontius alias VII. epiſtolas addit, & ipſas Julio, ſed falſo, inſcriptas; *Epiſtolæ decretales* ſuppoſititiis accenſentur à Blondel. in Pſeudo-Iſid. proleg. p. 71. & cenſ. p. 451. & Cappel. lib. III. vindic. Caſaub. c. 32. & merito, ſi barbariem ſtyli, & ineptas ſcripturarum allegationes, & contradictiones, aliaque momenta, attendas. Genui-

Iulii I. (1.) ætas et (2.) ſcripta:

nus Julius doctrina fuit orthodoxus, & orthodoxorum, Athanasii præcipue, fautor; scripta quoque ipsius orthodoxis hic accenset orat. 1. adv. Arian. f.m. 291. B.

Iuvencus. §. 224. *Iuvencus*, seu C. Aquilinus Vestius Juvencus, patria Hispanus, genete nobilis, officio Presbyter, vixit tempore Constantini M. Sic enim Hieronymus in Chronico ad annum XXIII. Constantini M. scribit: *Iuvencus Presbyter, natione Hispanus, Evangelia Heroicis versibus explicat*; protraxit vitam usque ad tempora Constantii; Sic enim idem in Catalogo refert: *Floruit sub Constantio principe.* Scripti ipsius mentionem idem Hieronymus facit in epistola ad Oratorem Magnum, *Iuvencus*, inquiens, *Presbyter sub Constantino historiam Domini Salvatoris versibus explicavit*; *nec pertimuit Evangelii majestatem sub metri leges mittere.* Exstant carmina tom. VIII. Bibl. PP. Laudatur opus cum à vetustioribus, tum à recentioribus. Hieronymo versiculi præ reliquis placuere, quando de Magis ex Oriente poëta cecinit:

Aurum, thus, myrrham, regiq;, hominiq;, Deoq;
dona ferunt.

Gelasius decr. Grat. dist. XV. retulit inter libros ab Ecclesia approbatos. Caspar Barth. lib. VI. adverss. c. 13. *amat* hunc poëtam, tanquam *simplicem, cordatum, & pium auctorem*, cujus etiam versus aliquot integritati suæ restituit. Labbeus, tit. Juvencus, memorat, quod *nonnulla eodem metro ad Sacramentorum ordinem pertinentia scripserit.*

Leontius. §. 225. *Leontius* Cappadociæ Episcopus, orthodoxus, *scripsit* quædam (etsi non expressa) Athanasio laudata orat. 1. adv. Arian. f. 291. B.

Libanius: §. 226. *Libanius* Sophista. Floruit sub Impp. Constantio, Juliano, Valentinianis, & Theodosio; Antiochenus fuit patria, adeoque Syrus. Sozom. lib. VI. c. 1. *Scripsit* progymnasmata, Declamationes, Dissertationes morales, de vita sua, orationes, & enarrationes; Græce & Latine duobus tomis edita sunt opera Parisiis ann. 1606. & 1627. cum versione & notis Fed. Morelli. Præfixa est vita ipsius, Eunapio auctore conscripta: Nec non epistolæ inter Libanium & Basilium: Ἐκφράσεις plures è Bibliotheca Vaticana promittit Morellus in notis; interea exhibuit titulos.

c. III.

Digitized by Google

c. III. Hiſtorias ejus fabuloſas, cum ἐκφράσεσι, publicavit Leo Allatius in excerptis ſophiſtarum. Ethniciſmi fervidus propugnator eſt, & Chriſtianiſmi hoſtis; dabiturq; occaſio non una ſcripta ejus allegandi, quare ejus meminiſſe voluimus. Si qui veterum Chriſtianorum ipſum laudant, ab eloquentia laudant, ut videre eſt ex epiſtolis Baſilii, non vero à doctrina vel religione. Orationem ipſius in laudem Juliani refutavit Socrat. lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 23. Henricus Valeſius in notis ad h. l. memorat, Orationem hanc *penes ſe extare deſcriptam ex duobus codicibus, altero Ioannis Alni, altero Cardinalis Franciſci Barberini*; promittitque, ſe *eam cum aliis viginti & amplius eiusdem Sophiſtæ orationibus in Latinum ſermonem converſam, brevi editurum eſſe.*

§. 227. *Liberius* Epiſcopus Romanus, floruit medio ſeculo quarto; *Scripſit* confeſſionem, cujus fragmenta leguntur apud Athanaſium. Inſuper epiſtolas quasdam, quarum quædam adhuc hodie exſtant; Baronius an. 353. n. 19. ex aliquo codice Vaticano citat epiſtolam Liberii ad Hoſium; §. 20. ad Euſebium Vercellenſem ex Archivo Eccleſiæ Vercellenſis depromptam; aliam ad eundem, petitam ex actis vitæ Euſebii; an. 354. n. 6. Exiisdem aliam §. 8. Ad Conſtantium Auguſtum, n. 2. quæ exſtat in appendice ad opera Luciferi Calar. Ad Epiſcopos propter Athanaſium in exſilium miſſos; Ad Macedonianos; quam recitat Socrat. lib. IV. hiſt. c. 12. f. 222. ſeqq. Ad orientales, & ad Urſacium, Valentem, & Germinium Arianos; ex quibus duabus conſtat, Arianorum in caſtra ipſum tranſiviſſe. Sic enim ſcribit ad Orientales: *ubi cognovi, quando Deo placuit, juſte vos illum* (Athanaſium) *condemnaſſe, mox conſenſum meum commodavi ſententiis veſtris.* Et paulo poſt: *dico, me, cum omnibus vobis, & cum univerſis Epiſcopis Orientalibus* (qui Ariani erant) *ſeu per univerſas provincias, pacem & unitatem habere.* Et ne quis diceret, Liberium ex metu iſthæc feciſſe, addit: *Fidem, quæ Sirmii à pluribus fratribus & Epiſcopis noſtris tractatæ, & expoſitæ eſt, & ſuſcepta; hanc ego libenti animo ſuſcepi; in nullo contradicens:* Ergo & in eo non, quod *Similis* patri filius dictus eſt; Et ad Urſacium & Valentem: *non aliqua neceſſitate compulſus, teſte Deo dico, ſed pro bono pacis & concordiæ, quæ martyrio præponitur, his literis convenio vos, Domini mei chariſſimi.* Hæc ille. *Quæ*, & ſimilia, permoverunt

Liberii (1) ætas (2) ſcripta.

(3) Iudicia.

verunt Romanos orthodoxos, ut maluerint martyria iustinere, quam Liberium recipere: referente Baronio an. 357. n. 57. & 58. » Et fatente: n. 42. Ille, qui instar Samsonis validè adversus impios » Philistæos ac strenuè decertaverat, & usque adeò ipsos impetus » fregisset Imperatoris, atque Arianorum phalanges tolerantiæ » exilii superasset, exciso, nescio quo, pacto ab eius vertice fortitu- » dinis crine, hebetatoque prorsus robore pristino sacerdotalis con- » stantiæ, exurgit imbellis, & dat turpiter manus ipsum quærenti- » bus adversariis. Quod si conjectura interdum ex effabilibus in- » tima cordis scrutari licet, non alia Dalila illi detrimento fuit, » quam invidia, humanæ laudis gloria corrupta: quippe qui ægro » ferebat animo, intrusum ab Arianis (ut dictum est) Felicem age- » re Romæ Pontificem, se vero exulem atque à sua sede procul ex- » torrem; quàm ut reciperet, & ex ea Felicem ejiceret: oblatas illas » sordidas conditiones accepit tandé. Forte moverunt & Hilarium Pictavienſem, ut in fragmentis Pithœanis Liberio anathema diceret; & non minorem Constantii *impietatem* censeret, dum Liberium (Arianum sc. factum) Romã remisit, quam cum eundem relegasset. Sozom. lib. IV. c. 15. eundem Liberii casum annotavit, sed Christophorsonus, ne testimonium veritatis pateret, male verba vertit, notatus eapropter à Dallæ. de usu PP. lib. I. c. 5. p. m. 126. Hieronymi verba supersunt integra in Chronico, quod Liberius *in hæreticam prævitatem subscripserit*; quæ verba repetit Auxilius lib. I. de ordin. c. 25. & lib. II. c. 1. Et Eusebii confessoris, quæ recitantur in ejus festo, XIX. Calend. Sept. celebrare solito, nempe hæc, *Liberium Arianæ perfidiæ consensisse*. Miranda est audacia quorundam parasitorum papalium, qui verba ista è *Martyrologio Romano sustulerunt*, notati ea propter à Joan. Launoy. in literis ad Raymundum Formentinum t. I. epp. p. 23. & 25. Confer ejusdem epistolam ad Faurum n. 12. p. 11. seq. Nam ex professo locis citatis hac de materia eruditè & candide disserit. Adde Christ. Sandium Enucl. hist. p. 105. plures pro hæresi auctores citanté: Sed redimus è diverticulo ad scripta Liberii: *Epistolas* ipsi adscribi solitas, *decretales* puto, obelo confixit David Blondel. in Pseudo-Isid. proleg. c. 11. p. 72. p. 477. 485. 489. unde cautè legenda sunt decreta ipsius apud Isidorum, Cresconium, Gratianum, Ivonem, hinc inde

Digitized by Google

de allegatorum; vid. Ludovicum Jacobum à S. Carolo in Bibliothec. Pontif. tit. Liberius. p. 152. Suppoſititia eſt etiam Ægyptiorum ad Liberium epiſtola. Blond. l.c. *Acta* Liberii Baronius an. 324. n. 42. laudat *à veneranda antiquitate*, nempe quia dicunt, Conſtantinum M. à Sylveſtro P.R. eſſe baptizatum: diffiteri tamen non potuit, *multis obſita mendis* eſſe; rectius dixiſſet, fictitia eſſe, vid. Jacob. Cappel. vindic. Caſaub. l. 3. c. 29.

§. 228. *Longianus* Orientis, Ponti an Armeniæ? Epiſcopus, laudatur ab Athanaſio Orat. I. adverſ. Arian. f. 291. C. tanquam orthodoxus ſcriptor. Longianus.

§. 229. *Lucifer Calaritanus*, diſtinctus à Lucifero Smyrneorum Epiſcopo, vixit Imperantibus Conſtantino M. Conſtantio, & Juliano, ſub quo, notante in Catalogo Hieronymo, obiit anno Chriſti 370. Epiſcopus fuit in Sardinia Calaritanus. *Scripſit* ad Conſtantium Imperatorem librum, quem ipſe iſti adhuc viventi curavit offerri; nec diſſimulavit, ſuum eſſe librum, cum à Florentio Magiſtro Officiorum interrogaretur, referente eodem Hieron. l.c. vid. Spond. an. 356. n. 5. De regibus Apoſtaticis; De non conveniendo cum Hæreticis; De non parcendo delinquentibus in Deum; quod moriendum ſit pro Filio Dei; Epiſtolam ad Florentium; Prodierunt libri hi, junctis nonnullis aliorum, Pariſ. anno 1568. opera Joh. Tilii, Epiſcopi Meldenſis. Vitam ejus ſcripſit & edidit Barcinone anno 1600 Dimas Serpius. Confeſſione fidei orthodoxæ inſignis olim fuit, & nihil minus, quam hæreſin, aut Syncretiſmum, ferre potuit: adeo, ut hinc in ſchiſma inciderit, reſpuens eos orthodoxos, qui Arimini etiam reſipiſcentes hæreticos admiſiſſent in communionem. Ambroſius in oratione de obitu Satyri, ejus ſchiſmatis, etſi timidius, mentionem facit; Hieronymo contra Luciferianos eſt *aſperrimus* ille *locus*; Auguſtinus in lib. d. hæreſ. & de agon. Chriſt. c. 30. liberius in Luciferianos invehitur; Socrates originem ſchiſmatis hanc refert, quod Euſebius Vercellenſis non probarit Luciferi ordinationem, Antiochiæ factam; lib. III. hiſt. c. 9. Eadem habet Sozom. lib. V. c. 13. Confer Rufin. lib. I. hiſt. Eccleſ. c. 27. ſq. Sulpit. Sever. lib. 2. hiſt. & notas Druſii p. 273. 277. Niceph. lib. IX. c. 33. & 40. Secus viſum eſt Ant. Poſſevino in app. tit. Lucifer Calaritanus: qui Luciferi Calar. (1) ætas (2) ſcripta. (3) judicia.

Putat, Luciferianos esse dictos & ortos à Lucifero non Calaritano, sed Smyrnæo Episcopo; & provocat ad Hieronymum contra Luciferianos; item aliquot loca Gratiani; Antiochus Bronchus Calaritanus in Apo: c. 2. scripsit, ipsum, abdicato schismate, resipuisse; Quo de inferius, Deo volente, in Luciferianismo. Id certum est, quod vir fuerit insigniter, ut de Ecclesia meritus, ita apud orthodoxos æstimatus. Athanasio in literis ad ipsum datis est *glorioſiſſimus, ac merito deſideratiſſimus coepiſcopus*: In aliis eundem appellat *dilectiſſimum fratrem*: Lege totas illas posteriores; Nam præclarè ipsum, & prolixè, laudat. Socrates refert, quod Eusebius Vercellensis ex *reverentia* viri non ausus fuerit ipsius ordinationem palam improbare; Et licet deinde in schisma inciderit, non tamen à fide orthodoxa recessit, τὴ τῆς Ἐκκλησίας φρονῶν; uti l.c. loquitur Socrates: A Sardis & Vercellensibus tanquam Sanctus colitur, Broncho referente. Vapulat tamen à Baronio an. 336. n. 14. dum accusat Constantinum M. quasi Athanasium fuisset persecutus, & eundem in exilium propter Arianos expulisset: *in eum* (Constantinum M.) *inconsulte nimis declamare non deſtitit*: Et paulo post: *Hæc & alia ipſe multa id genus; ſed plane falſa, quæ omni probationis genere refellantur.*

Lupus. §. 230. *Lupus* Ciliciæ Episcopus, orthodoxus, scripsit quædam, quæ laudat Athanasius Orat. I. adverſ. Arian. f. 291. sed non exprimit, quæ scripserit.

Macarii. §. 231. *Macarius* Hierosolymorum Episcopus, orthodoxus, ab eodem Athanasio l.c. à scriptis & orthodoxia laudatur. Sunt, qui ipsi tribuunt libros de vita Constantini M. alias Eusebio tribui solitos, ex c. 50. & 51. lib. IV. Fuit alius hujus nominis *Epiſcopus*, nempe *Petræ* in Palæstina; Et Presbyter, ex certaminibus Athanasianis notus; Duo item Monachi Senior, & junior; de quibus vide Pallad. Lausiac. c. 19. & 20. Niceph. lib. IX. c. 14. Baron. ad Martyrol. Rom. 2. Jan. *Senior* scripsit homilias L. Græcè, exstantes in Bibliotheca PP. Sunt *verſæ* à Joanne Pico, editæ Paris. an. 1559. & 1622. Francofurt. 1594. ex interpretatione Palthenii, *Iunior* scripsit *regulam ad Iuniores*; quam legas apud Abbatem Anianensem in collectaneis regularum Monasticarum, edente P. Menardo: Talem regulam etiam Serapion, Macarius alius, & Paphnutius scripsisse feruntur, eaque habetur in calce operum

Cassia-

igitized by Googl

Caſſiani; *Analyſin* ſcriptorum Macarianorum inſtituit Abr. Scultetus Medul. p. 1008. Miraculis Senior claruiſſe fertur; Ejus *memoria* celebratur XIV. Kal. Febr.

§. 232. *Macrobius* huc videtur referendus eſſe, ſi cogitamus, collocari ipſum à Gennadio inter Vitellium Afrum, qui claruit ſub Conſtante; & Pachomium, aliosque, qui etiam hoc ſeculo vixerunt: Quæ ſcripſerit, recenſet Gennadius cap. 5. tit. *Macrobius* &c. Macrobius.

§. 233. *Marcellus*, Marcellini in Epiſcopatu Romano ſucceſſor, claruit ſub initium hujus ſeculi; *Scripſiſſe* fertur epiſtolas duas, priorem ad Antiochenos, poſteriorem ad Maxentium, quæ cum notis Binianis exſtant tom. I. Concil. ſed utramq; falſi convincit Blondel. in Iſidor. Vapul. proleg. p. 70 & cenſ. p. 393. ſeqq: & Cappel. vindic. Caſaub. lib. III. c. 27. p. 343. Gerh. Confeſſ. Cath. lib. 1. part. 2. c. 9. p. 472. Cujus farinæ & *Acta* ejusdem ſunt, *corrigenda* ſaltem, judicio Baronii an. 304. n. 5. *Elogia* ipſius carmine ececiniſſe fertur Damaſus apud Baron. an. 309. n. 7. & Ludovicum Jacobum à S. Carolo lib. 1. Bibl. Pontif. 157. ubi & aliorum ipſius encomiaſtarum meminit. Marcellus.

§. 234. *Marcellus* Ancyranus in Galatia Epiſcopus medio fere hoc ſeculo celebris fuit: *Scripſit* adverſus Aſterium Arianum librum: *ſcribendi huius libri occaſionem Marcello præbuit Aſterius quidam Sophiſta è Cappadocia: qui cum libros de fide ſcripſiſſet cum Arii opinione conſentientes, civitates circumiens, eos recitabat, & unà cum Epiſcopis ſingulis ferè conciliis intererat; Nã dum ei contradicere vult Marcellus, ſive ſua ſponte, ſive imprudens, neq; ita ſentiens, in opinionem Pauli Samoſatenſis prolapſus eſt.* ita Soz. lib. II. c. 33. f. 495. A. Confer Platin. in vita Julii. p. 49. Ad alterum extremum hoc, nempe ad partes Pauli Samoſateni & Photini, videbatur, ſaltem Arianis inculſantibus, propendiſſe; Euſebius Pamphili certè tribus ipſum libris refutare conatus eſt; Concilium Conſtantinopolitanum ab officio eum removit; ſcripſitque ad Eccleſias regionis Galatiæ, *ἀναζητῆσαι τὰν Μαρκέλλου βίβλον, ut Marcelli librum perquirerent, & exemplaria eius abolerent.* Sozom. l. 2. c. 33. Contra à Concilio Sardicenſi in communionem receptus eſt: De *Marcello autem Epiſcopo Galatiæ ſupervacuum fuerit fortaſſe mentionem facere, cum nulli non con-* Marcellus Ancyr.

*ſtet, Euſebianos ab eo de hæreſi reprehenſos, hæreſeos recrimination*em *pro talione illi viciſſim impegiſſe, ſenemq; hominem in exilium ejeciſſe. Ille autem Romam profectus ſeſe innocentem docuit, & ut juſſus ab illis fuerat, ſcripto ſuam fidem, quam Synodus Sardicenſis amplexa eſt, edidit.* Sic Athanaſ. epiſt. ad Solitar. f. 813 A. t. 1. Confer Baſil. ep. 52. f. 825. C. Socrat. lib. II. hiſtor. c. 20. & 36.

Marcus.

§. 235. *Marcus* Epiſcopus Romanus creatus eſt, juxta Baronium, anno Chriſti CCCXXXVI, eo autem ipſo anno vita defunctus eſt. *Scripſiſſe* fertur epiſtolam ab Athanaſium: *At Mercatoris merces non nihil ſuſpectæ redduntur, utpoteque germano rectæ rationis temporis ſigno minimè inveniantur eſſe ſignatæ. Quonam pacto, quæſo, ſub dictis Conſulibus potuit Athanaſius Alexandria ad Marcum ſcripſiſſe, qui jam exul hoc anno agebat in Galliis? & quænam ſub Conſtantino graſſatio Arrianorum contigit in Ægypto, cum non Marci tempore, ſed multò poſt, quum Conſtantius Georgiũ in locum Athanaſii ſubrogavit, paſſa ſit Eccleſia Alexandrina violentam Arrianorum vaſtationem; ſed & quonam pacto Marcus potuit X. Cal. Novembru ſcripſiſſe ad Athanaſium, cum hoc ipſo anno Nonis Octobris reperiatur eſſe defunctus? eum quidem non niſi octo menſes ſediſſe S. Hieronymus teſtatur in Chronico. Videat hæc qui eas citat, Marianus Scotus, & pariter contendit, non niſi octo menſibus ſediſſe Marcum, quonam modo fieri potuit, eam datam eſſe ab ipſo Marco epiſtolam, ſi jam ipſe ex humana vita deſierat?* cenſente ipſo Baronio n. 59. Confer Spondan. an. cit. n. 15. Bellarm. de Script. Eccleſ. tit. Athanaſius & Gratianus: Poſſev. in Appar. tit. Marcus: Carolum lib. I. Bibl. Pontif. p. 156. Blondel. Pſeudo-Iſid. p. 438. Qua fronte igitur Coſterus judicat, *præclariſſimam eſſe epiſtolam?* & tanquam genuinam citant Canus, Bellarminus lib. III. de V. D. c. 5. lib. II. de P. R. c. 14. &c. pro probandis variis erroribus?

Mareotica acta.

§. 236. *Mareotica* Acta; Sic dicta à Mareote, vel Mareotide Alexandriæ agro, vid. Athanaſ. apolog. ad Conſtant. f. 781. B. in quo Tyrii Conciliabuli Emiſſarii inquiſitionem adverſus Athanaſium inſtituerunt; Euſebiani, i. e. Ariani, acta conſignarunt, & ad Julium Epiſcopum Romanum miſerunt; eorum meminit Athanaſius apol. ad Conſtant. t. 1. f. 757. C. *tanquam à ſceleratis & perditiſſimis quibusdam novitiis confectorum.*

Digitized by Google

Rom. 8. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Et Apoc. 21. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idolis servientibus, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Et Apoc. 22. Foris canes, & venefici, & fornicatores, & homicidæ, & idolis servientes, & omnis qui amat, & facit mendacium. Et Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus. Et Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est. Et Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Et Luc. 10. Hoc fac, & vives. Et Luc. 12. Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Et Luc. 16. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno. Et Luc. 18. Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus. Si autem mortalia peccata non essent, nec Christus, nec Apostoli, nec Ecclesia Catholica ea damnarent. Quæ omnia sunt tam manifesta, ut ea negare, impudentissimum sit. Quare Lutherus, Calvinus, & cæteri hujus farinæ homines, qui ea negant, non modo Christi, Apostolorum, & Ecclesiæ Catholicæ, sed & totius Scripturæ, & omnium Patrum, & Conciliorum, & ipsius naturæ, & rationis, & communis omnium hominum sensus, & consensus, & ipsius Dei, & omnium Angelorum, & Sanctorum, & omnium creaturarum, & ipsius Christi, & omnium Apostolorum, & Ecclesiæ Catholicæ,

irrepsisse; dum non puduit hæreticos, falsa pro veris supponere. Conqueritur idem Baronius: *Huc usque Acta sanctorum Martyrum à Catholicis allegata, ad probandum, Christianos tempore persecutionis ad collectam atq; Dominicum celebrandum convenire consuevisse, est planè illorum integra & sincera fides: non tamen sunt illa ipsa in ea collatione tunc edita; quæ pura absq; aliqua auctoris interlocutione fuisse ipsa Proconsularia acta putamus; licet ex iisdem actis (ut auctor, qui exscripsit, profitetur) accepta essent; At quis nam ille fuerit? non alium quidem, quam ex Donatistis aliquem existimamus: qui tamen fideliter huc usq; eadem reddidit; quippe qui ex iisdem ipsis, quæ pro manibus habebat, Proconsularia acta descripsit; sed nescimus, qua occasione multorum ibi nominatorum martyrum acerbissimæ coram eodem Proconsule instar aliorum habitæ quæstiones desiderentur; quæ autem posthæc sequuntur, usq; ad finem, manifestas continent tum in Mensurium Carthaginensem Episcopum, tum etiam in ejusdem Ecclesiæ Diaconum Cæcilianum, calumnias; dum illum Traditorem fuisse librorum testantur, & Cæcilianum ipsorum, quorũ huc usq; narrata sunt gesta, martyrũ necatorem, nimirum quod illis cibos inferre vetuerit, ob eamq; causam iidem fame consumti fuerint.* an. 303. n. 58. Et Galesin. dedic. Martyr. p. 27. *Si quæ tabulæ de Martyribus, vel Notariorum, vel aliorum, qui divinè factis eorum egregiisq; dimicationibus interfuerunt, industria rectè confectæ usquam extiterunt; fieri potest tamen, ut arte adhibita, & veteratoria planè quadam, hæreticaq; sanè, depravandi ratione, illas ipsas vel corruperint, vel falsis narrationibus referserint, qui à veritate Catholica aberrantes, illud obnixè faciunt, ut commenticiis tabulis & libris nomine aliquo insigni confictis atq; apocryphis fallant, ac decipiant imperitam multitudinem.* Illustr. exemplis, dicens: *Erant enim eô* (Gelas. Papæ) *tempore ab hæreticis, vel ab aliis fidei Christianæ adversariis parũ conscriptæ graviter, aut aliqua ex parte vitiosè contextæ, aut profecto mendosæ planè factæ, fictæve aut potius res Martyrũ gestæ: cujusmodi res Georgii, Quirici, & Iulittæ illo ipso Pontificio canone censentur. Sanctarum præterea Margarethæ, Barbaræ, ac sanctorum etiam aliorum res verè fictis quoq; & adumbratis rebus contaminatæ putantur, gravi, constantiq; patrum judicio.* & p. 28. „ Venio ad reliqua incommoda, quæ afferre poterant anci- „ pitem difficilemque curam Martyrologii conscribendi; cum mul-

irrepſiſſe; dum non puduit hæreticos, falſa pro veris ſupponere. Conqueritur idem Baronius: *Huc uſque Acta ſanctorum Martyrum à Catholicis allegata, ad probandum, Chriſtianos tempore perſecutionis ad collectam atq; Dominicum celebrandum convenire conſueviſſe, eſt planè illorum integra & ſincera fides: non tamen ſunt illa ipſa in ea collatione tunc edita; quæ pura abſq; aliqua auctoris interlocutione fuiſſe ipſa Proconſularia acta putamus; licet ex iisdem actis (ut auctor, qui exſcripſit, profitetur) accepta eſſent; At quis nam ille fuerit? non alium quidem, quam ex Donatiſtis aliquem exiſtimamus: qui tamen fideliter huc uſq; eadem reddidit; quippe qui ex iisdem ipſis, quæ pro manibus habebat, Proconſularia acta deſcripſit; ſed neſcimus, qua occaſione multorum ibi nominatorum martyrum acerbiſſimæ coram eodem Proconſule inſtar aliorum habitæ quæſtiones deſiderentur; quæ autem poſthæc ſequuntur, uſq; ad finem, manifeſtas continent tum in Menſurium Carthaginenſem Epiſcopum, tum etiam in ejusdem Eccleſiæ Diaconum Cæcilianum, calumnias; dum illum Traditorem fuiſſe librorum teſtantur, & Cæcilianum ipſorum, quorũ huc uſq; narrata ſunt geſta, martyrũ necatorem, nimirum quod illis cibos inferre vetuerit, ob eamq; cauſam iidem fame conſumti fuerint.* an. 303. n. 58. Et Galeſin. dedic. Martyr. p. 27. *Si quæ tabulæ de Martyribus, vel Notariorum, vel aliorum, qui divinè factis eorum egregiisq; dimicationibus interfuerunt, induſtria rectè confectæ uſquam extiterunt; fieri poteſt tamen, ut arte adhibita, & veteratoria planè quadam, hæreticaq; ſanè, depravandi ratione, illas ipſas vel corruperint, vel falſis narrationibus referſerint, qui à veritate Catholica aberrantes, illud obnixè faciunt, ut commenticiis tabulis & libris nomine aliquo inſigni confictis atq; apocryphis fallant, ac decipiant imperitam multitudinem.* Illuſtr. exemplis, dicens: *Erant enim eó* (Gelaſ. Papæ) *tempore ab hæreticis, vel ab aliis fidei Chriſtianæ adverſariis parũ conſcriptæ graviter, aut aliqua ex parte vitioſe contextæ, aut profecto mendoſæ planè factæ, fictæve aut potius res Martyrũ geſtæ: cujusmodi res Georgii, Quirici, & Iulittæ illo ipſo Pontificio canone cenſentur. Sanctarum præterea Margarethæ, Barbaræ, ac ſanctorum etiam aliorum res verè fictis quoq; & adumbratis rebus contaminatæ putantur, gravi, conſtantiq; patrum judicio.* & p. 28. „ Venio ad reliqua incommoda, quæ afferre poterant anci- „ pitem difficilemque curam Martyrologii conſcribendi; cum mul-

» Optatus, & S. Auguſtinus, quoties agit de ſchiſmate Donatiſta-
» rum, occaſione traditionis ſacrorum librorum conflato: noſque
de eodem pluribus inferius in Notationibus agimus. Et paulo
» poſt: Tunc temporis in tanto Chriſtianarum ſcripturarum nau-
» fragio factam eſſe lacrymabilem illam actorum Martyrum jactu-
» ram, nulla eſt penes nos dubitatio; tuncque ſublata illa nobi-
» liſſima rerum geſtarum monumenta, tanto labore collata, tot co-
» gnitionibus comprobata, ac tanto denique ſtudio cuſtodita: vix-
» que ex tam immenſo naufragio perpaucas tabulas remanſiſſe pu-
» tamus; tabulas, inquam, quam haud integra atque perfecta & o-
» mnibus numeris abſoluta illa eſſe putamus, quæ titulo Notario-
» rum Romanæ Eccleſiæ acta martyrum à quibusdam edita haben-
» tur; cum ſi vel ad exactam cenſuram rerum ac temporum eas
» adducas, vix perpauca reperias, quæ aliqua ſaltem ex parte non
» arguantur erroris; ut perinde ſit, aliqua ex his reperiri, quæ emen-
» datione non indigeant, ut poſt vindemiam eſſe ſolet racemus unus
» vel alter, & ſicut (quod eſt ap. Iſaiam, c. 7.) excuſſio oleæ duarum
» vel trium olivarum in ſummitate rami, ſive quatuor vel quinque
» in cacuminibus ejus. Periiſſe ea funditus nunquam dixerimus
ſed diminuta. Et Galeſinius in dedic. Martyrol p. 26. Eorum
» (*Martyrologiorum*) clariſſimæ lucubrationes, toto illo de genere ad
» poſteritatem monimentis proditæ, variis afflictæ rei Chriſtianæ
» publicæ temporibus, magna ex parte interierunt; cum Bibliothe-
» cæ dedita opera incenſæ ob eam cauſam ſint, & martyrũ tabulæ ab
» Impiis aliquando abreptæ, atque inflammatæ. *Addit*: vetitum quo-
» que eſt interdum edictis Principum, quos à fidei cultu alienos per-
» ſecutus equidem ſum, literis mandari res, quas noſtri pro religione
» fideque geſſerint; proinde illud etiam ſæpè evenit, ut de iis non
nunquam ſcriptio extet planè nulla. Sic igitur quæ evaſerunt hæreticorum, & aliorum impoſtorum manus, in incendio Diocletianeo perierunt: ut Prudentius non immerito conqueratur:

» O vetuſtatis ſilentis
» obſoleta oblivio!
» Invidentur iſta nobis,
» fama & ipſa extinguitur;
» Chartulas blaſphemus olim

» nam

nam ſatelles abſtulit; »
ne tenacibus libellis »
erudita ſecula, »
ordinem, tempus, modumque »
paſſionis, proditum »
dulcibus linguis »
per aures poſterorum ſpargeren »

In hymn. de Hemet. & Chelid. vid. Caſp. Sanct. ad 2. Reg. XXII. f. 1615. §. 5. E. Atque hæc cauſſa eſt, quare hodierna Martyrologia nullam, vel exiguam, fidem mereantur, amiſſis iis, quæ authentica extiterant: Viderint igitur Metaphraſtæ, Lipomanni, Surii, Molani, Galeſinii, Baronii &c. unde ſuis Martyrologiis hoc quoque de ſeculo fidem concilient. Multa etiam martyrum geſta annotata non ſunt præ copia: *Quæ quidem nos nec enumerare ſufficimus, quippe cum præclara illorum facinora omnem dicendi copiam ſuperent. In his ergò certaminum diſcriminibus, per univerſum orbem maximam gloriam adepti, nobiliſſimi Martyres, & cunctos ſpectatores admiratione fortitudinis ſuæ meritò perculerunt: & divinæ prorſus atq; inexplicabilis ſervatoris noſtri Chriſti evidentiſſima in ſemetipſis exhibuerunt indicia, ac ſingulos quidem nominatim commemorare longum ac difficile fuerit, ne dicam prorſus inexplicabile.* ita Euſeb. lib. VIII. hiſt. Eccleſ. c. 12. f. 307. B. & c. 13. f. 308. C. Neque, ubi annotata ſunt, ſemper accuratè diſtinctum eſt inter orthodoxos, & heterodoxos; Nam & heterodoxi ſuos confeſſores & martyres habuerunt, qui cum orthodoxis interdum confuſi ſunt, Ethnicis utroſque perſequentibus.

§. 238. *Matronianus* alias & Latronianus dictus, natione Hiſpanus, *ſcripſit* quædam metricè, quæ Hieronymus laudat, *in metrico opere veteribus comparandus*, ajens; & paulo ante: *vir valde eruditus*, cujus *ingenii opera diverſis metris edita extant*. Fuit autem Priſcilliani Hæretici aſſecla, gladio cæſus Treveris, anno Chriſti CCCLXXXV; juxta Baron. annal. §. 27. Matronian.

§. 239. *Maximini* Epiſcopi Gallicani orthodoxiam, & ſcripta laudat Athanaſ. orat. 1. adverſ. Arian. f. m. 291. Maximinus.

§. 240. *Maximi* hoc ſeculo plures fuerunt, Chriſtiani, & Pagani; Fuit quidam Maximus *Epirotes*, Byzantinus Philo- Maximi.

ſophus, qui de inſolubilibus quæſtionibus, & de numeris, item in Ariſtotelem commentarium ſcripſit, & Juliano Imp. dedicavit; Alius fuit ejusdem nominis, ſed *Epheſius* patria, & ipſe Juliani præceptor & conſiliarius, qui tandem juſſu Valentiniani Imp. occiſus eſt; Socrat. lib. II. c. 1. Ejus elogium exſtat apud Liban. lib. V. epiſt. 41. vide Hen. Valeſ. not. Socrat. lib. III. c. 1. f. 39. Trittenhemius ab initio virorum in Germania illuſtrium meminit alicujus Maximi, qui temporibus Conſtantini M. & Filiorum vixerit, & *Epiſcopus* fuerit *Moguntinus*, feraturque *multas ad diverſos ſcripſiſſe Epiſtolas, pluresq; literis commendaſſe homilias*; vid. Serarius Mogunc. lib. II. c. 10. Nobis jam ſermo eſt de Epiſcopo Conſtantinopolitano, qui ex Philoſopho Cynico, & Ethnico, Chriſtianus evaſerat, & Epiſcopus ſedit anno 379. *Inſignem de fide adverſus Arianos ſcripſit librum, quem Mediolani Principi Gratiano dedit*: referente Hieronymo. Baronius an. 379. n. 24. putat, prius ipſum ſcripſiſſe librum, quam Epiſcopus crearetur, utpote qui Epiſcopatum hoc medio ambierit; ſed verba Hieronymi volunt, poſtea ſcripſiſſe: *Conſtantinopoli enim* (ſcribit) *Epiſcopus ordinatus eſt, & pulſus inſignem de fide adverſus Arianos ſcripſit librum.* Niceph. lib. XII. c. 11. refert, Apolinariſmo ipſum fuiſſe addictum, & propterea ab Epiſcopatu remotum. Alicujus Maximi (an hujus?) & Antonii tomi tres Græcè & Latine prodierunt Tiguri opera Conradi Geſneri anno 1546. Librum certè elaboravit, pulſus jam, *ſententiarum*, ſeu *capitum Theologicorum*. Trittenhemii judicio fuit *Philoſophus & Theologus inſignis.*

Melchiades. §. 241. *Melchiades*, vel *Miltiades* Epiſcopus Rom. ſedere cœpit an. 311. uſq; ad an. 314: *Scripſiſſe* fertur epiſtolas aliquot, quarum ſuppudet ipſos Pontificios; nempe Baron. an. 312. n. 80. Et meritò; vide Blondel. Pſeudo-Iſid. p. 422. ſeqq. Gerh. Conf. Cath. lib. I. part. II. c. 9. p. 475. *Acta* quædam ejus in cauſa Traditorum produxerunt Donatiſtæ in concilio Carthaginenſi, apud Auguſt. Brevic. collat. d. III. p. 719. & die IV. p. 737. c. 13.

Meletius. §. 242. *Meletius* Antiochiæ Epiſcopus, cognomento *magnus*, à ſcriptis & orthodoxia laudatur ab Athanaſio in orat. I. adv. Arian. f. 291.

Nectarius. §. 243. *Nectarius* Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Nazianzeni

ſtabilitate, ſecus ſi ex cauſa. Quod ſi ab aliquo ordine ad alium tranſeatur, ſecus dicendum eſt. Deinde dicitur, quod ſi quis ex cauſa tranſeat, ſi poſtea redeat, non poteſt ad ſuum ordinem reſtituere, niſi cum cauſa cognita. Quod ſi ſine cauſa tranſeat, poteſt ad ſuum ordinem reſtituere, ſi ſine cauſa recedat. Quod ſi ſine cauſa recedat, non poteſt ad ſuum ordinem reſtituere, niſi cum cauſa cognita. Quod ſi ſine cauſa tranſeat, & poſtea redeat, poteſt ad ſuum ordinem reſtituere. Quod ſi ſine cauſa tranſeat, & poſtea redeat, non poteſt ad ſuum ordinem reſtituere, niſi cum cauſa cognita. Quod ſi ſine cauſa tranſeat, & poſtea rede

ſtimonio Ignatii de *virginibus*; Etiamſi enim Ignatius mentionem faciat ἀειπαρθένων in epiſtola ad Smyrnenſes (hunc enim locum puto indigitari, utpote quem laudat an.57.n.55.)non tamen hinc ſequitur: in aſceterio, vel monaſterio eas vixiſſe; Nam & apud parentes, & domi manentes, poterant eſſe ἀειπαρθένοι. vid.Nicol. Vedel. Exercit. IV. in Ignat.c.6.

Optatus. §. 246. *Optatus Milevitanus* in Numidia Epiſcopus, ſeu *Milevitanæ Eccleſiæ Catholicus Epiſcopus*, vocante Auguſtino Brevic. collat. die IV.c.31.p.764. diſtinctus ab aliis hujus hominis,qui eo ipſo tempore,& poſt, etiam inter Donatiſtas, vixerunt; Floruit, juxta Hieronymum, *Valentiniano & Valente principibus*; Franciſcus Balduinus, qui opera ipſius edidit, ætatem ipſius promovet uſque ad Theodoſium, eo quod Siricii Papæ meminerit; ſed locum hunc eſſe corruptum,cenſent Baron.an.368. n.16. & Colonienſes. *Scripſit* anno (juxta Baronii computum) Chriſti 368. adverſus Parmenianum, celebrem Donatiſtam, libros aliquot, nempe ſex, juxta communiorem ſententiam, Hieronymi nempe & aliorum; ſeptem quidem hodie numerantur, ſed ſeptimus Optato abjudicatur, ab ipſomet Optato, qui ſex tantum,non ſeptem,promiſerat libros; vide Balduinum in præfatione. Editi ſunt libri diverſis locis & temporibus; in Germania, nempe Moguntiæ, an. 1549.quam mendoſiſſimam judicat editionem fuiſſe Balduinus; Heidelbergæ an.1599. Poſſevinus (qui Witebergæ legit) graviter huic editioni ſuccenſet,tanquã *ſpe quæſtus* ſive *aucupio gloriolæ* factæ; nullum vero argumentum hujus accuſationis ſuæ adducit,quaſi ſufficiat,Poſſevinum dixiſſe. Alia ex bibliopolio Commeliniano anno 1599. lucem vidit,cum dedicatione Franciſci Balduini, qua editione nos utimur; Paulo poſt, nempe anno 1603. iterum prodiit; Londini quoque, cura Emerici Caſauboni; & Pariſiis anno 1631. cum obſervationibus & notis Caroli Paulini Jeſuitæ. Extant quoque opera Tom.IV.Bibliothecæ Patrum. *Epiſtolas* & *alia* etiam *complura* ſcripſiſſe perhibetur à Trittenhemio; quorum nihil hodie comparet. *Laudantur* & auctor, & ſcriptum, ab orthodoxis: Nam *à parte Catholica* ſcripſit, juxta Hieronymum; cui elogio jungi poteſt quod habet Auguſt. lib.I.adverſ. Parm.c.3. & lib. II. de doctr. Chriſt. c.40. Fulgentius ad Monim. l.2. inter *ſanctos* ipſum

ipſum refert; quorſum ipſum refert etiam Martyrol. Rom. d. 4. Junii. Ipſi Donatiſtæ eum magni fecerunt, adeo, ut vel ipſius judicio ſtare voluerint, referente Auguſtino in breviculo collationis. Baronius an. 312. §. 82. ipſum vocat *plane certum, antiquum, dignumq; auctorem*, & an. 368. n. 13. eum appellat virum *cum eruditione clarum, tum ſpectatæ vitæ, morumq; integritate ſanctiſſimum*; Miræi judicio *luculentum* ipſius *opus* eſt: not. ad Optat. Hieron. Franciſcus Balduinus eum refert inter *lumina Eccleſiæ & fulmina ſanctiſſimi belli*; In eodemque admiratur *vehemens, acre, denſum, & nervoſum dicendi & diſputandi genus.* Scultetus in medulla Patrum (ubi analyſin librorum inſtituit) celebrat *multiplicem* ipſius *eruditionem, pietatem conſtantem, doctrinam ſinceram*; quod phraſin vero attinet, judicat ipſam eſſe *argutam, latinitatem puram, ſententias verborum acutas* &c. Subjungit, *digniſſimos* eſſe *libros, qui omnium eruditorum manibus terantur, cum noſtræ ætatis certamina vivis ibi coloribus ſint depicta*: Dolendum vero, quod ſcripta ipſius ab Hæreticis fœde fuerint corrupta; *Nam non tantum Arelatenſe concilium à Donatiſtis corruptũ fuiſſe, atq; truncatum, apparet, ſed ipſum quoq; commentarium Optati Milevitani mutilatum; ex quo, quæcunq; de concilio Arelatenſi ſcripta erant, penitus ſublata noſcuntur, ea nunc quæ ſequebantur judicium Felicis Aptungitani, uſq; ad illa verba: jam dudum opinionis incertæ &c. quæ in primo libro ſcripta habentur. Sublata ſunt indè pariter, quæ poſtea pro eodem Cæciliano tertio definita ſunt Mediolani à Conſtantio, appellantibus iterum Donatiſtis: atq; etiam dempta mentio de ſententia Conſtantini, qua eosdem Donatiſtas (ut ſuo loco dicemus) damnavit exilio. Tot tantaque conſcio toto orbe, à tam celebri Epiſcoporum conventu facta, & ab Imperatore edictis publicis definita in Donatiſtas, nequaquam Optatum præteriiſſe potuerunt. Senſit hoc etiam Balduinus in ſuis annotationibus ad Optatum*; querela eſt Baron. ann. 314. n. 52. Etiam Fr. Balduinus *ſexcentorum errorum* meminit, quos è vulgatis codicibus ſuſtulerit; *nec multo pauciores ſupereſſe locos, qui magna mendi ſuſpicione laborent, ſed ſanari ſine auxilio veterum librorum vix ac ne vix quidem poſſint*: ibidem ingenue fatetur; Laudat autem aliquem Tilii codicem, notæ melioris. Grammaticos ipſius nævos notavit Joh. Dallæ. lib. 2. de uſ. PP. p. 242. Theologicos Balduinus, nempe anabaptiſmum, qualis Cypriani fuit; præ-

terea *non dicam, Optatum locos ſacræ ſcripturæ aut valdè appoſitè ſemper allegare, aut nunquã inflectere vel detorquere. Fatebor potius, iis perſæpe abuti imperitè. Vetus eſt illud: benè dicit, ſed non benè probat.* Sic idem p.7. in Optatum. Laudatur autem Balduinus hic à Baronio, an. 314. n.51. tanquam *qui Optati opera inſigniter illuſtrarit, & Donatiſtarum res geſtas temporum ordine accuratè digeſſerit, adeo ut perpauca ſint, in quibus ab eo diſſentiamus.* ſic ille.

Oreſieſis. §. 247. *Oreſieſis*, qui & Orieſius dicitur, diſtinctus ab Orientio, ſeu Orentio, quem laudat Sigebert. Catal. c.34. Monachus fuit, æqualis Pachomio, & Theodoro, circa tempora Concilii Nicæni, & aliquanto poſt vixit: *Compoſuit librum divino conditum ſale totiuq; monaſticæ diſciplinæ inſtrumentis conſtructum, &, ut ſimpliciter dicam, in quo totum pene vetus & novum Teſtamentum compendioſis diſſertationibus, juxta Monachorum duntaxat neceſſitatem, invenitur expoſitum: quem tamen vice teſtamenti, prope diem obitus ſui, fratribus obtulit.* ita Gennad. c. 9. catal. Addit Miræus: *Oreſieſis, ſeu Orieſii liber*, de inſtitutione Monachorum, *extat tom. IV. Bibliothecæ Patrum. Ne quis porro erret, moneo, ab iſto longe alium eſſe Orientium, ſeu Orentium, à Sigeberto* c.34. *laudatum. Hic ſcripſit verſu elegiaco commonitorium, quod Mart. Antonius Delrius primus Antvverpiæ* 1600. *cum notis publicavit, ſecundo poſtea editum tom. 5. Bibl. PP. editionis poſtremæ Colonienſis.* Gennadius cenſet *virum in ſanctis ſcripturis ad perfectum inſtructum.* Editus eſt liber tom. IV. Bibl. PP. *Libellus* Oriental. literæ. *de cogitationibus Sanctorum* eidem adſcribitur apud Henricum Caniſium antiqq. Lect. Tom. V.

§. 248. *Orientalium* ad Julium Epiſcopum Rom. Epiſtola memoratur ab ipſo Julio, ut videre eſt ex Athanaſii Apol. II. ſed peſſum illa; vit, Binio fatente. Contra circumfertur aliqua alia, ſed ſuppoſititia, quod non ſolum Blondellus in Pſeudo-Iſid. proleg. p.72. cap. XI. & cenſ. p.456. demonſtrat, ſed etiam Binius Pachomii (1) ætas & Baronius, ab ipſo allegati, fatentur.

§. 249. *Pachomius*, quem & Bachomium appellant Honotius Auguſtodunenſis & Trittenhemius, Monachus & Abbas Tabennenſis in Ægypto, de quo Sozom. lib. III. hiſt. c.14. Floruit (2) ſcripta medio fere ſeculo hoc; *ſcripſit regulam utriq; generi Monachorum aptam, quam Angelo dictante perceperat. Scripſit & ad collegas præpoſituræ ſuæ epiſtolas, in quibus alphabethum myſticis tectum ſacramentis, vel-*

ut

Jodocus Crocius

pronianum Sectarium; Paræneſin quoque elaboravit ad pœnitentiam; Et libellum de baptiſmo, quæ extant tom. III. Bibl. PP. & ſeorſim excuſa Romæ anno 1564. *Elogio* Hieronymi fuit *caſtitate & eloquentia* (vel *caſtigata eloquentia*, ut alii legunt) *& tam vitæ, quam ſermone clarus.* Nomen ejus celebratur in Martyrologio Romano, ad d. 9. Martii. Laudatur à D. Calixto ſub finem Vincentii Lirinenſis à ſeſe editi, p. 271. ſeqq: Suis tamen & ipſe laboravit nævis, e.g. pœnitentiam gentilibus non eſſe neceſſariam, epiſt. III. ad Sympr. f. 105. A.

Palladii (1.) perſona.

§. 251. *Palladius*, natione Galata, profeſſione Monachus primum, deinde Epiſcopus in Cappadocia Helenopolitanus, tandem & Aſponitanus; diſtinctus ab aliis huius nominis, nempe *Ariano*, cujus mentio fit in Concilio Aquilejenſi, *Britanno*, Diacono, Cœleſtini Epiſcopi Romani Emiſſario; & Joannis Hieroſolymitani neceſſario, hæreſi Pelagiano; *Cyrilliano*, quem ſic dicimus à Cyrillo Alex. qui iſti ſuam de adoratione & cultu in Sp. S. commentarium inſcripſit; *Methonæo*; qui præter orationes & diſputationes varias etiam hiſtoriam, & Philologicum opus de feſtis Romanorum contexuit, referente Voſ. de ſcript. Græc. lib. IV. p. 486. Et *Suedorum* præfecto in Pamphilia, cujus exſtat ad Epiphanium epiſtola.

(2) ætas.

Floruit circa annum Chriſti 390, & obiit juxta quosdam anno 410; alios, an. 418.

(3) ſcripta:

Scripſit, & Græce quidem, hiſtoriam Lauſiacam, ſic dictam à Lauſo Præfecto, cui opus dedicavit: Juxta Baronium & Spondanum an. 388. n. 103. (13.) idem liber dicitur etiam *paradiſus Heraclidis*; ſed falſo, judice Voſſio lib. II. de hiſt. Græc. c. 19. p. 156. Continet autem vitas Patrum, & relata eſt in editione Antverpienſi anno 1628. inter libros X. vitarum; numero octavo; cum notis Heriberti Roſvveydi. Latine redditus eſt liber jam olim; Novam verſionem adornavit Gentianus Hervetus: Græco-Latine edidit Fronto Ducæus ex MSC Regio, Pariſiis anno 1624. Bibliotheca quoque Patrum tom. XIII. edit. Pariſ. de anno 1654. eandem exhibet: Laurentius Barræus notis illuſtravit. *Narratio de gentibus* Indiæ & Bragmanibus Græce & Latine ab Edoardo Biſſæo Anglo edita eſt Londini an. 1668. Circumfertur etiam aliquis ipſius *Dialogus* cum Theodoro de Chryſoſtomo, Latine redditus ab Ambroſio Camalduenſi anno 1553.

ſed

Digitized by Google

sed supposititius ille est, judicio Bellarmini, Baronii, Vossij lib. cit. *Iudicia* de ipso varia exstant, alia in meliorem, alia in deteriorem; In *meliorem*, quod scripta ejus publicè in Ecclesia legi solita, ex Triodio doceat Meursius in glossario; In *deteriorem* eorum, qui ipsum Origenianismi, ex conversatione cum Evagrio Pontico Origenista, accusarunt; ut Epiphanius in literis ad Joannem Hierosolymitanum, citante Hieron. t. 3. opp. f. 73. C. Et Hieronymus de optimo genere interpret. f. 166. ad Ctesiphontem &c. Confer tamen etiam ipsum Palladium c. 22. de vit. PP. Baron. an. 388. n. 103. Possevin. in appar. f. 207. Bissæ. in editione historiæ Indorum. *Arianum* dici ab Ambros. lib. I. de fid. c. 4. putat Sandius lib. III. Ennel. hist. sed non probat, Galatam intelligi. Iudicia.

§. 252. *Pantoleon*, dicitur fuisse *magnæ Ecclesiæ Dei* (nempe Constantinopolitanæ) *Diaconus*, & vixisse sub initium hujus seculi, nempe anno 307. & *scripsisse* brevem concionem, Græce & Latine editam, hoc titulo: *Pantoleontis, magnæ Ecclesiæ Dei Diaconi, de luminibus Sanctis, i. e. de Domino Christo, & Sancto Ioanne præcursore:* uti referunt Cent. Magd. IV. c. 10. f. m. 649. quorum judicio, *concio illa paraphrastica tantum expositio est capitis 3. Matthæi: Exstat* (pergunt) *in Simeone Metaphraste, Encomium Michaelis militiæ principis; item oratio de miraculis eius; Et de Gabriele & Raphaele, sub nomine Pantoleontis Diaconi.* Sed vel titulus aliud, quam quartum, seculum olet. Pantoleon.

§. 253. *Parmenianus* Pseudo-Episcopus Carthaginensis, Donatista, pro suis suoque errore contra Catholicos librum scripsit, cujus meminit Antagonista ipsius Optatus Milevitanus lib. 1. adverf. Parmen. Parmenian.

§. 254. *Patherius* quidam Romæ docuit, juxta Chronicon Hieronymi, cui, ut & *Eunomiæ* Nazarii Rhetoris filiæ, *lucubrationes*, sed hodie deperditas, tribuit Baron. an. 337. n. 48. Patherius.

§. 255. *Paulinus Mediolanensis* Presbyter; distinctus ab Antiocheno Episcopo, quem eximie laudat Hieronymus in Epitaphio Paulæ, t. 1. opp. f. m. 81. Presbytero alio, Nolano (de quibus post) & Tyrio; confer Sirmondi notas ad Avit. p. 10. n. 34. & Miræ. in Catal. f. 81. tit. Paulinus; Floruit ille tempore Ambrosii, à Paulinus Med.

quo ordinatus est; *Scripsit* quædam, quæ recenset Isidorus: *Paulinus*, inquiens, *Presbyter explicuit in benedictionibus Patriarcharum triplici intelligentiæ genere libellum, satis succincta brevitate compositum. Idem etiam, petente Augustino, conscripsit Ambrosii vitam, signis florentem atq; doctrinis, & meritis Apostolorum non imparem.* Judicio Erasmi *Idem est artifex, qui tam multa contaminavit in scriptis Hieronymi & Augustini, natus ad hunc ludum: habebat historiam Ambrosianæ vitæ, ei attexuit præfationem lepidam, intertexuit interlocutiones, addidit coronidem, & aliquot prodigia affinxit. Conferat, qui volet, Paulini Nolani stylum cum hujus assutis pannis &c.* quod judicium displicet Labbeo; Possevinus censet, *summa fide* ipsum scripsisse Ambrosii vitam; etsi brevius quam par erat: Præfixa est editioni operum Ambrosianorum, Romæ publicatæ.

Paulini Nolani (1) ætas (2) Scripta.

§. 256. *Paulinus Nolanus* sic dictus à Nola Campaniæ urbe, cuius Episcopus exstitit: Totum ipsius nomen est: Meropius Pontius Ancilius Paulinus: suppar ætate fuit Hieronymo, & Augustino; Patria fuit Gallus, nempe ex Aquitania, & eius urbe Ebromago oriundus; Senator pridem, deinde Monachus, uti ex Epistola Hieronymi ad ipsum colligit Erasmus in argumento opp. Hieron. t. 1. f. 45. Et Presbyter Barcinonensis, tandem Episcopus, distinctus à Paulino Antiocheno, quem loci Episcopum Lucifer constituerat. Ruffin. lib. 1. hist. c. 27. *Composuit versu brevia, sed multa, & ad Celsum quendam, Epitaphij vice, consolatorium libellum super mortem Christiani & baptizati infantis, spe Christiana munitum, & ad Severum plures epistolas, & ad Theodosium Imperatorem, ante Episcopatum, prosa Panegyricum super victoria Tyrannorum; eò maxime qui fide & oratione plus quàm armis viderit. Fecit & sacramentarium & Hymnarium; Ad sororem 79. epistolas multas de contemptu mundi dedit. Præcipuus tamen omnium opusculorum eius est liber de pœnitentia, & de laude generali omnium Martyrum.* ita Gennad. c. 48. Catal. Dangalus quidam Claudij Taurinensis adversarius (qui tempore Ludovici Pij & Lotharij filij vixit) quædam eius *carminum* servavit, quæ anno 1608. Lutetiæ seorsim, deinde in Bibliotheca Patrum an. 1610. prodierunt; *carmen eucharisticum, quod Ephemerides Paulini inscribitur, non huius quidem, ut præ se fert falsa inscriptio, sed Paulini consularis, cuius extant alia monumenta in collectione Christianorum Poetarum, esse constat.* Ita Baron. Martyrol. not.

not. ad v. 22. Junii. Sed Roſvveydus omiſit, & ſcite quidem, judicio Labbei, eo quod auctorem habeat Paulinum illum Auſonii neceſſarium; Eidem in Bibliotheca Patrum falſo tribuitur *epiſtola ad Fauſtum Rhegienſem*; judicio eiusdem Labbei. Hieronymus meminit cuiusdam ipſius libri ad Theodoſium: t. 1. f. 47. c. Epiſtola ad Macharium *fabuloſiſſimum* eſt ſcriptum; vide quæ inde citat Franc. Coll. de animab. Pagan. lib. II. c. 3. p. 101. Vita Ambroſij non eſt huius, ſed alterius Paulini, fatente Bell. de ſcript. p. 138. Cui tamen à quibusdam tribuitur: notante Coco in cenſ. p. 398. Genuina eius opera prodierunt Antvverpiæ anno 1622; cum notis Frontonis Ducæi, & Heriberti Roſvveydi; Auſonius epiſt. XIX. celebrat ipſius *poëma* de tribus Suetonii libris; *Vitam* etiam *Martini* ſcripſiſſe traditur Tom. 8. Bibl. PP. ſed fatetur Bell. de Script. *non poſſe eſſe S. Paulini Nolani*; *Natalem Felicis* celebravit libris ſeptem; vid. Sigeb. Gembl. c. 14. de vir. illuſtr. *Martyrum* quoq; *geneſin* conſignaſſe fertur apud Sur. XXV. Auguſti. Magni eum fecerunt Ambroſius, vide ep. 30. Et Auguſtinus, vide ep. 32. 34. 65. 266. Hieronymus, qui ſcribit: *magnum habes ingenium, & infinitam ſermonis ſupellectilem* ep. 13. *Apud Nolam Campaniæ urbem natalis B. Paulini Epiſcopi & Confeſſoris, qui ex nobiliſſimo & opulentiſſimo factus eſt pro Chriſto pauper & humilis, &, quod ſupererat, ſe ipſum pro redimendo viduæ filio, quem Wandali Campania devaſtata captivum in Africam abduxerant, in ſervitutẽ dedit.* ita Martyrol. Rom. 22. Junii; confer. Bill. obſerv. Sacr. lib. 1. c. 6. (3.) judicia.

Hic divinus Poeta præcipuè talibus iniquinatior eſt; ut in editione „ omnium Paulinorum, quarum 3 aut 4 ad nos veniſſe exiſtimo, de- „ monſtrabimus. Quàm ſanè dudum etiam aggreſſi fuiſſemus, ſi, quæ „ ἀνέκδοτα habent Viri doctiſſimi, nos poſſideremus, inter quæ ſci- „ mus eſſe epithalamium Juliani filii Epiſcopi Memoris, & clariſſimæ „ fœminæ Jûs; elegis conſcriptum; Sic Barth. lib. II. adv. c. 1. Eraſ- „ mo eſt *Chriſtianus Cicero* argument. epiſt. Hieronymi ad Celant f. 18 t. 1.

§. 257. *Paulonius*, alias & Paulinus dictus, diſcipulus Ephremi Diaconi, *multa ſcripſit*, ſed fidei contraria, referente Poſſevino in Apparatu. Quæ præſentiens Ephrem moriturus adſtantem monuit, ne cogitationibus ſuis nimium indulgeret; nec dubitavit *Bardeſanem novellum* ipſum appellare; Id quod dolendum: Fuit e- Paulonius.

nim homo *acris valde ingenii, & in divinis doctus scripturis.* vide Gennad. in Catal. n. 3.

Paulus Const. §. 285. *Pauli* Episcopi Constantinopolitani *Acta* laudat Phot. cod. 259.

Pererotes. § 260. *Pererotii*, Heracleæ Episcopi, eiusq; scriptorum honorificam mentionem facit Athan. orat. 1. adv. Arian. f. 291. t. 1.

Petri Alex. (1.) ætas (2.) Scripta §. 261. *Petrus Alexandrinus* Episcopus, distinctus à Petro Tarsensi, qui Acta Andreæ & Sociorum Martyrum conscripsit, citante Spond. an. 301. n. 1. Distinctus etiam ab altero illo Petro, Alexandrinorum & ipso Episcopo, cui acres inimicitiæ intercesserant cum Lucio Ariano, sibi substituto, referente Theodoret. lib. IV. hist. Eccles. c. 19: ubi integram ipsius Epistolam recenset. *Vixit* sub initium seculi quarti, & martyrio coronatus est anno 310. *Scripsit* Canones de pœnitentia, quos Balsamon notis illustravit; Habentur in orthodoxographia Patrum. t. 406. seqq. & in Bibliothec. PP. tom. III. edit. Colon. Sed *textus depravatus*, & translatio *parum accurata, & obscura* est, judicio Baron. an 305. n. 20. & 21. Neq; Possevinus in appar. tit. Petrus Alex. vehementer eos probat; utut à concilio VI. can. 2. recepti sint; Liber de divinitate citatus in Synodo Ephesina, & reperitur etiam in concilii Chalcedonensis Act. 1. Epistolam eiusdem de persecutione Arianorum Alexandrinæ suæ historiæ intexuit Theodor. lib. IV. c. 19. Justinianus Imp. in epistola ad Menam Episcopum Constantinopolitanum, inserta Actis Concilii Constantinop. II. adversus Origenistas celebrati, citat testimonia Petri ex ipsius sermone I. adversus præexistentiam animarum: t. XII. Concil. f. m. 315. Ex Mystagogia ad Ecclesiam. f. 316. *Acta* ejus corrupta sunt, judicio Possevini; Anastasius Latinitate donavit vid. Baron. an. 306. n. 53. an. 310. n. 14. Et Martyrol. d. 26. Novemb. Cætera orthodoxus fuit, & orthodoxiæ zelotes.

(3) judicia.

Philastrii (1) ætas (2) scripta. §. 262. *Philastrius*: Brixiensis Episcopus, vixit circa annum Christi 380. & obiit anno 387. σύγχρονος Ambrosii, teste Augustino in principio libri de hæresibus: *Scripsit* librum de hæresibus, qui seorsim, & in Bibliotheca Patrum, editus est. Multos autem retulit inter hæreticos, qui non sunt; e. g. qui non statuunt, Spiritum, à Deo inspiratum Adamo, fuisse ipsum S. Spiritum, qui hæresi Manichæorum vicinus error est; vide Aug. l. II. de

Gen.

Digitized by Google

Geo. ad lit. Confer lib. XIII. de C. D. c. 24. Idem pro abſurdo habet, *juſtos tot tantosq; in iniquitate conceptos dici, cùm in ventre ſanctificati ſint, ut Patriarchæ, Prophetæ, Iudices, Ieremias & Iohannes Baptiſta Beatiſſimus.* c. 69. citante Dallæo de uſu PP. p. 327. Philaſtrius, „ Brixienſis Epiſc. quæ ipſe non probabat, ea in hæreſeωn cenſum „ veluti à publica Chriſtianorum omnium fide aliena, retulit, adeò „ fallaci & futili interdum judicio, ut quæ ille jugulat, Eccleſiam „ quoque damnaſſe ab omni veri ſpecie abhorreat. Nam ſi ei cre- „ dimus, hæretici fuerunt, qui epiſtolam ad Hebræos, non Pauli, „ ſed aut Barnabæ Apoſtoli, aut Clementis de urbe Româ Epiſco- „ pi, eſſe dicunt; hæretici ſunt, & errorem, ſi iſtum audimus, pa- „ tiuntur non modicum, qui non putant omnes Pſalmos ab uno „ Davide ſcriptos fuiſſe: hæreſis eſt, ut hic quidem cenſet, ſtellas in „ cœlũ infixas putare; non de theſauris, locisque abſconditis, at- „ que à Deo diſpoſitis, in veſpernm juſſu divino repente procedere, „ ſtatutisque horis ſuo lumine curſum, miniſterium que ſuum in- „ dictum agnoſcere, quod (*inquit*) contrarium alienumque fidei Catholicæ invenitur. idem ait l. 2. p. 206. Nec diffiteri potuit Labbeus; etſi ſanctus Philaſtrius ſanctitate & doctrina præclarus extiterit, hoc tamen ejus opus de hæreſibus caute & cum „ judicio quibusdam in locis legendum, quia nonnulla contineat „ cum placitis rectæ Theologiæ non ſatis cohærentia. Certè S. „ Auguſtinus in citata ſupra præfatione libri de hæreſibus monet „ doctius de hæreſibus præſcripſiſſe S. Epiphanium, quam S. Phi- „ laſtrium. t. 2. de ſcript. p. 213. *zeli majoris quam judicii fuit*, judicio „ Voſ. harm. l. 12. 17.

§. 263. *Philo Carpathius*, ſic dictus à Carpatho Aſiatici tractus inſula, cujus Epiſcopus fuit, ab Epiphanio ordinatus, Arcadio & Honorio Impp. quod patet ex verbis Polybii, qui vitam ipſius deſcripſit. *Scripſit* in Canticum Canticorum Græcè, referente Suida; in quo tamen commentario plura occurrunt, quæ Gregorius Papa in Canticum habet, ita ut Delrio ſuſpicetur, à Græculo quodam eſſe infarcta Philonianis; Stephanus Salviatus in Latinum ex Græco tranſtulit; confer Poſſevin. in Appar. p. 281. Sixt. Senenſ. lib. IV. Bibl. Exſtat tom. I. Bibl. PP. *vir Sanctus* à Polybio appellatur. Philo.

Philogon. §. 264. *Philogonius* Epiſcopus Antiochenus, anteceſſor Euſtathii, *ſcriptis* ſeſe commendavit Athanaſio orat. I. adv. Arian. f. 291. B.

Phœbadius §. 265. *Phœbadius*, qui & Phegadius, Phebadius, Fegadius, Sebadius, & Feudarius ſcribitur, fuit Agenni Nitobrigum in Aquitania Epiſcopus, unde à Sulpitio Severo, & ipſo Aquitano, *noſter Phœbadius* appellatur, obſervante Druſio in not. ad lib. 2. Sulpit. Sev. Floruit circa tempora Concilii Sirmienſis, ad Hieronymi uſque ætatem, memorante ipſo Hieronymo in Catalogo : *Edidit contra Arianos librum*, referente eodem, in quo Sirmienſem formulam anno 358. ad Gallos miſſam accuratè examinat, ut Abraham Scultetus (qui libellum reſolvit in ſuas partes, in Medul. PP.) non immerito eum comparet cum examine concilii Tridentini, à B. Chemnitio noſtro inſtituto. Inventus eſt libellus primum in Bibliotheca Germani Colladonii, unde depromptum Petrus Pithœus dedit Bezæ edendum cum aliis nonnullis Patrum monumentis. Recuſus eſt emendatior cura ejusdem Pithœi anno 1586. inſertus etiam Bibliothecæ PP. Noviſſimè editus eſt ſeorſim Francofurti anno 1623. cum notis Caſp. Barthii, in quibus ab initio ſtatim auctorem & librum mirificè commendat, ut & ad Claud. Mammert. p. 310. Nec immerito; Fuit enim vir orthodoxiæ ſtudioſiſſimus, ut non, niſi ægerrimè, ad alia flecteretur. Scripſit & *alia opuſcula*, referente Hieronymo. Confer Thuan. hiſt. lib. XXXII. & Galliam Chriſtianam in Epiſcopis Agennenſibus.

Photinus. §. 266. *Photinus*, natione Gallo-Græcus, officio Epiſcopus Sirmienſis in Pannonia, Marcelli Ancyrani diſcipulus, vixit circa medium hoc ſeculum, & ultra : *Plura ſcripſit volumina*, juxta Hieronymum, in Catal. *in quibus ſunt præcipui contra Gentes, & ad Valentinianum liber*; vide Socrat. lib. II. hiſt. c. 30. Ruffinus præf. in Symb. refert, *Fotinum Hæreticum eatenus ſcripſiſſe, non ut rationem dictorum audientibus explanaret, ſed ut ſimpliciter, fideliterq; dicta ad argumentum ſui dogmatis traheret* : quibus verbis innuit, in Symbolum quoque ipſum ſcripſiſſe.

Piſtus. §. 267. *Piſtus* Græciæ Epiſcopus, ſcripſit quædam, quæ commendat Athanaſius orat. 1. adv. Arian. f. 291. B.

§. 268.

Digitized by Google

§. 268. *Pontificum* Romanorum decretales epiſtolas hinc inde tanquam ſpurias notavimus. Et merito. Si enim Euſebius lib. III. hiſt. c. 38. recte negavit, Clementem ad *Corinthios* poſterioré epiſtolã ſcripſiſſe, *ἃ μηδὲ τὸς ἀρχαίους ἀυτῶς κεχρημένους ἴσμεν* *quod veteres illa uſos non ſciamus*: ſuffragante Bar. an. 96. n. 6. non immerito nos quoque cum noſtris negamus, genuinas eſſe tales epiſtolas, eo quod ne quidem Hieronymus, diligentiſſimus in ſcriniis papalibus, earum meminerit. Neq; etiam in codice canonum Eccleſiæ veteſtiſſimo (de quo ſup.) ulla ipſarũ mentio fiat, id quod Epiſcopi Gallicani, in literis ad Nicolaum I. n. XL. probe notarunt; vide Baron. an. 865. n. 7. Petrus Crabbe fatetur, *depravationem* earum *ante Liberium* contigiſſe. Suppoſitas autem eſſe aliunde, colligitur ex ſtylo, tempore, materia, aliisque pluribus. PP. epp.

§. 269. *Proba*, Romana fœmina, trium conſulum mater, eademque conſulum filia, & uxor, claruit ſub finem ſeculi, & *ſcripſit* centonem Virgilianum de Teſtamento Novo, & Veteri, vide Spond. an. 395. n. 2. Proba.

§. 270. *Protogenes* Daciæ Epiſcopus, ſcripſit quædam orthodoxa, quorum meminit Athanaſ. orat. I. adv. Arian. f. m. 291. B. Protogenes

§. 271. *Prudentius* Aurelius Clemens; dictus & *Amœnus*, ab amœnitate carminum, vide Caſp. Barth. lib. V. c 21. lib. VIII. adverſ. c. 11. 12. Weiz. not. in Prudent. p. 319. ſeq. Ex Hiſpaniæ Cæſarauguſta oriundus, quod Aldus Romanus ex hymno in laudem duodeviginti Martyrum Cæſarauguſtanorum colligit. Gennadio miles eſt Palatinus; c. 13. Georgio Fabritio Urbis etiam Præfectus, comment. in poet. Chriſt. p. 17. *Claruit* Imp. Gratiano ab anno 380. ſeqq: ut quidem Trittenhemius computat. Scripſit quædam, quæ ipſe retulit: Prudentii nomina. ætas. ſcripta.

Omnis continet dies,
nec nox ulla vacet, quin Dominum canat;
pugnet contra hæreſes, catholicum diſcutiat fidem.
Conculcet ſacra gentium;
Labem, Roma, tuis inferat idolis;
Carmen Martyribus devoveat, laudet Apoſtolos.

hym.

hym. 1. p. 72. *Composuit & libellos, quos Græca appellatione prætitulavit, Apotheosis, Psychomachia, Hamartigeneia, i. e. de divinitate, de compugnantia animi, de origine peccatorum; Fecit & in laudem Martyrum, sub aliorum nominibus, invitatorium ad martyrium, librum unum, & hymnorum alterum: speciali tamen intentione adversus Symmachum, idololatriam defendentem; ex quorum lectione agnoscitur Palatinus miles fuisse.* ita Gennad. catal. tit. Prudentius; *De rebus Christiano vel credendis, vel sperandis, vel operandis*, ut materiam refert Picus Mirand. lib. 1. de stud. Philos. c. 6. Post multas editiones e. g. Venetam, anno 1501. & Antvverpiensem, anno 1564. locupletissima prodiit Hanoviæ anno 1613. cum notis & commentariis variorum eruditorum virorum, cura M. Johannis Weitzii; qua editione nos usi sumus. Gennadii judicio fuit *vir secularis literaturæ eruditus*; Sidonius Apolinar. lib. 2. ep. 9. in ipso laudat *scientiam*; Sigebertus Gemblac. an. 407. laudat ipsius apologeticum adversus Symmachum; Bergomensi est *secularium literarum scientissimus*; lib. IX. Chron. ad an. 400. qui *suo tempore floruerit & in pretio fuerit*, qui & *nonnulla in divinis laude dignissima composuerit*: Trittenhemio, *vir in secularibus literis eruditissimus, & in divinis scripturis satis peritus; metro excellens & prosa*: Confer elogia aliorum illustrium virorum in editione Weitziana: item Caspar. Barthium (qui multa loca poetæ hujus vel emendavit, vel explicavit) lib. VIII. adv. c. 11. XXI. 4. XXIII. 14. *Nævis* tamen nec ipse caruit; unde Bellarminus, cum auctoritas Prudentii sibi objiceretur, respondit: *nihil aliud dico, nisi more poetico lusisse Prudentium.*

Reticius. §. 272. *Reticius* Augustoduni in Heduis Episcopus, floruit imperante Constantino M. *Scripsit* commentarios in Canticum Canticorum, &, referente Hieronymo in Catal. aliud grande volumen adversus Novatianum. Istius idem meminit in epist. ad Florent. t. 1. opp. f. m. 23. D. *Et tu, ut petas plurimum quæso: ut tibi B. Rheticii Augustudumensis Episcopi commentarios ad scribendum largiatur: in quibus Canticum Canticorum sublimi ore disseruit.* Hæc ille. *Celeberrima fama est habitus* in Galliis, eodem narrante, qui ad Marcellam t. IV. f. 33. D. scribens, *Eloquentiam* ejusdem *Gallicano cothurno elatam* celebrat, *sermo*, inquiens, *compositus, & Gallicano cothurno fluens*: Confer Possev. appar. f. 311. tit. Reticius; Baron.

Digitized by Google

Baron. an. 313. n. 28. Auguſtinus lib. I. cont. Julian. p. 273. *Reticium* hunc, ait, *ab Auguſtoduno Epiſcopum magnæ fuiſſe authoritatis in Eccleſia tempore Epiſcopatus ſui, geſta illa Eccleſiaſtica indicant.* &c. & lib. II. p. 333. eundem refert *inter ſanctos ac beatos, & in divinorum eloquiorum pertractatione clariſſimos ſacerdotes*, qui *Catholicam veritatem* aſſeruerunt. Repetit ejusdem memoriam p. 347. & 348. ubi eum numerat inter *ſanctos Doctores egregios atq; memorabiles Catholicæ veritatis.*

§. 273. *Romanæ Eccleſiæ Regiſtrum* laudat Onuphrius Panvinius in not. ad Platinæ vitas Pontificum, tit. Felix II. p. m. 52. ſcribens: Marcellus Papa II. Vir ſempiternâ memoriâ dignus, antiquum Rom. Eccleſiæ Regiſtrum ab horum temporum clericis ſcriptum mihi aliquid deſcribendi copiam fecit, quod ille Eugubii in monaſterio ſanctæ crucis de avellana literis vetuſtiſſimis, & majuſculis in membranis ſcriptum invenerat. in eo accurata huius ſchiſmatis, inter Liberium & Felicem, deſcriptio extat, ab eo, qui tunc vixit, procul dubio facta. His dictis exinde texit narrationem de rebus geſtis Liberii & Felicis. Rom. Eccleſiæ regiſtrū.

§. 274. *Ruffinus Thoranus, Aquilejenſis* Presbyter, Hieronymi æqualis; alio nomine dicebatur *Grunnius*, ſumpta appellatione à M. Grunnio Corocotta Porcello, qui ridiculum quondam teſtamentum condiderat; *Scorpius* quoque ab eodem Hieronymo dictus eſt. Obiit anno 410. Chriſtoph. Sandius de Script. Eccleſ. p. 72. duos facit Ruffinos; Orientalem, & Occidentalem, probatque ex epiſtola ad Ruffinum, utpote in qua mentio fiat *Presbyteri Ruffini*, ab occidentali, ad quem ſcribebat, diſtincti; Et ex Apol. adv. Ruffin. ubi eiusdem *Presbyteri*, ut diſtincti, meminit: Quidquid eius ſit, nobis ſermo nunc eſt de Occidentali, qui & Aquilejenſis vocatur. *Scripta* ipſius diſtribui poſſunt in opera, & verſiones. Nam in *transferendo de Græco in latinum elegans ingenium habuit. denig; maxima parte Græcorum Bibliothecam Latinis exhibuit; Baſilij ſcilicet Cæſarenſis Cappadociæ Epiſcopi, Gregorii Naz. eloquentiſſimi hominis: Clementu Romani Recognitionum libros; Euſebij Cæſarienſis Paleſtinæ Eccleſiaſticam hiſtoriam; Chriſti ſententias; Evangelii ſententias; Interpretatus eſt etiam ſententias Pamphili Martyris adverſus Mathematicos. Horum omnium quacunq; præmiſſu prologis à Latinis leguntur, à Ruffino* Ruffinus.

interpretata ſunt; quæ autem ſunt ſine prologo, ab alio translata ſunt, qui prologum facere noluit. Origenis autem non omnia (quia & Hieronymus aliquanta) tranſtulit, quæ ſuo prologo diſcernuntur. Ita Gennadius; Proprio autem labore, imò gratia Dei & dono, expoſuit idem
" Ruffinus ſymbolum; ut in eius comparatione alij nec expoſuiſſe
" credantur; diſſeruit & benedictionem Jacob ſuper Patriarchas, tri-
" plici i. e. hiſtorico, morali & myſtico ſenſu; ſcripſit & epiſtolas ad
" timorem Dei hortatorias multas; inter quas præeminent illæ, quas
" ad Probam dedit. hiſtoriæ etiam eccleſiaſticæ, quam ab Euſebio
" ſcriptam, & ab ipſo interpretatam diximus, addidit decimum & un-
" decimum librum. Sed & obtrectatori opuſculorum ſuorum re-
" ſpondit duobus voluminibus; arguens & convincens, ſe Dei intui-
" tu & eccleſiæ utilitate, auxiliante Domino, ingenium agitaſſe, illum
" vero æmulationis ſtimulo incitatum, ad obloquium ſtilum vertiſſe.
Sic idem. *Vitas Patrum* ſcripſit, vel vertit, quas legere eſt lib. II. & III. in editione Plantiniana; vide Herib. Roſvveydum proleg. IV. §. 10. Opera ipſius in faſciculum collecta prodierunt Pariſ. an. 1580. qua editione nos uſi ſumus. Laurent. Renatus de la Barre in ep. ded: ſpecialius recenſet cum verſiones, tum Comentarios in aliquot Pſalmos, qui Lugduni anno 1570 lucem viderunt; ſed, judicantibus Riveto lib. IV. Crit. c. 9. & Coco Cenſ. p. 315. ſuppoſititij ſunt. *Iudicia* de ipſo & ſcriptis varia apud veteres & recentiores exſtant. Ante certamen cum Hieronymo ſuſceptum optime audiebat etiam apud Hieronymum; Sic enim hic ad Florentium ſcripſit: *Quia frater Ruffinus, qui cum S. Melania ab Ægypto Hieroſolymam veniſſe narratur; individua mihi germanitatis claritate connexus eſt: quæſo ut epiſtolam meam huic epiſtolæ tuæ copulatam ei reddere non graveris: noli nos eius æſtimare virtutibus, in illo conſpicies expreſſa ſanctitatis veſtigia: & ego cinis & viliſſima pars luti: etiam favilla: dum vertor, ſatis habeo, ſi ſplendorem morum illius imbecillitas oculorum meorum ferre ſuſtineat.* t. 1. f. 23. B. Siricius etiam Epiſcopus Romanus ſuis ipſum literis dignabatur; quod non diffitetur Hieronymus apol. 2. adverſ. Ruff. Poſtquam vero in certamen cum Hieronymo deſcendit, in ſuſpicionem & crimen variorum vocatus eſt: Didymo Alexandrino præceptore uſus fuerat, ideoque & ipſe Origeniſta audiebat; quod tamen vitium ipſe alius, nempe Theophilo Alex. & Hieronymo objiciebat; reus ſcilicet

licet ipſe, cuius alios inſimulabat: Nam Euſebij, vel Pamphili pro Origene apologiam in Latinum converterat, & publicaverat; ut & Origenis περὶ ἀρχῶν libros: Etiam de adulteratione librorum Origenis tractatum ſcripſit: quæ & ſimilia odium ipſi apud alios conflarunt, ut non modo Hieronymus ſtylum in ipſum acueret, ſed Anaſtaſius quoque (is erat Epiſcopus Romanus) ipſi adverſaretur; Et Gelaſius, alius Romanorum Epiſcopus, ipſum atro carbone notaret, ut patet ex C. ſanct. Rom. diſt. 15. De la Barre tamen non dubitavit ad Sanctandræanum Pariſienſis Eccleſiæ Canonicum ſcribere: *Si nemo in hodiernum uſq; diem inventus eſt, qui libros eiusmodi (περὶ ἀρχῶν) Origenis propterea tollendos dixerit, nemo etiam, ut opinor, reperietur, qui ob id reijciendum judicet Ruffinum, quod cenſuerit, eosdem retinendos*: Atqui inventus eſt Epiſcopus Romanus, & cum eo integrum concilium, qui Ruffinum eo nomine rejecerunt. Alius Gelaſius, nempe Cyzicenus, ordinem hiſtoricum in eo deſiderat; invenit etiam Socrates, quod in ipſius hiſtoria notaret; lib. II. c. 1. Sixti Pythagoræi ſententias pro fœtu Sixti Epiſcopi Romani vendidit; quod ipſi exprobrat Hieronymus in Epiſtola ad Cteſiphontem; quo & Auguſtino impoſuit, uti patet ex Retract. lib. 2. c. 46. qui tantum Ruffino tribuit, *ut ex eo in ſuos ille Pſalmorum commentarios quamplurima derivarit*: referente de la Barre: Vapulant & *Verſiones* ipſius; *Multum* enim *ſibi indulſit, dum ſuo arbitratu reddidit ſenſum, omiſſu etiam aut additu, quæ videbantur, idq; præſertim in libris Origenis, atq; Euſebij Cæſareenſis*; quæ Eraſmi verba ſunt in epiſt. dedic. opp. Hilarij. Subſcribit Voſſius lib. II. de hiſt. Latin. c. 11. p. 208. dicens: *multa* (Ruffinus) *adeò addit, multa autem demit, multa mutat*; *dimidium octavi libri omiſit*; *decimum vix attingit. Atq; hoc pacto ex libris decem Euſebij fecit novem; quibus duos de ſuo adjecit, ſed quibus non ſemper habenda ſit fides, ſi Socrati credimus. Sanè futiliſſimum auctorem vocat etiam Ioſephus Scaliger*; *appendice operis de emendatione Temp.* Caſaubonus Exerc. adv. Baron. ſect. ult. *multis*, ait, *locis* (verſio Joſephi à Ruffino adornata) *eſt ad inſaniam uſq; inepta*; Cauſa fuit, quod *corruptiſſimos nactus eſſet codices, partim quod judicio Critico deſtitutus, quidquid inveniret, exprimeret.* Nec diffitetur Ruffinus, in Origene vertendo quædam ſele *aut deſecuiſſe, aut ad ſaniorem ſententiam declinaſſe.* Confer præfationem & perorationem in libb. Origen. ad Rom. ſi quidem

Ruffini ea eſt; quod volunt Gennadius, & Eraſmus; Confer Hieron. invect in Ruffin. I. Ex recentioribus Tarini notas ad Philocaliam Origenis. Joannes Dallæus de uſu PP. lib. 1. c. 5. p. 122. ejusdem malam verſionem notat, unde Pontificii pro diſcrimine ejborum argumentum ſumant. Idem eundem p. 139. confert Victorino, cui *non quidem eruditionis voluntas, eruditio tamen*, judice Hieronymo, *defuerit*. Henrico de Noris Auguſtiniano, hiſt. Pelag. lib. I. c. 2. eſt *Origenianæ doctrinæ maximus propugnator, ac promotor; Pelagianorum idem Magiſter & amicus*. Bellarminus lib. 2. de P. R. c. 13. ſugillat *expoſitionem* ejus *falſam*, factam in can. 6. Concilii Nicæni; ſed Joannes Launojus ad Can. 6. Nicænum, eundem defendit: Plurimum eidem tribuit etiam de la Barre in dedic. opp.

vel meliora.

§. 275. Neque ipſe ſibi defuit, utpote qui apologiam pro ſeſe ad Anaſtaſium ſcripſit; memorante Hieron. apol. 2. adv. Ruffin. f. m. 119. B. Neque alii ipſum deſeruerunt; Gennadius eum non minimam partem Eccleſiæ doctorum cenſuit; vid. Druſ. lib. IV. obſerv. c. 23. Caſſiano fuit *Chriſtianæ philoſophiæ vir, haud contemnenda Eccleſiaſticorum Doctorum portio*. lib. VII. de incarn. c. 27. Pontius Paulinus eundem Sulpitio Severo tanquam inſignem hiſtoricum eximie commendavit, quique *Scholaſticis & ſalutaribus literis, Græcè juxta ac Latine, dives* fuerit, epiſt. IX. Palladius vitam ipſius ſcripſit hiſtor. Lauſiac. c. 118. tom. 13. Bibl. Patr. f. 1038. Henricus Valeſius in notis ad Euſeb. lib. 1. hiſt. Eccleſ. c. 1. f. 3. C. meminit aliquot hiſtoriæ ipſius Eccleſiaſticæ Manuſcriptorum, & alterius quidem ante D CC annos ſcripti.

MSC.

Sabinus.

§. 276. *Sabinus*, fuit, referente Socr. lib. 1. hiſt. c. 8. *Macedonianorum apud Heracleam Thraciæ urbem Epiſcopus*, adeoq; diſtinctus à Sabino præſide, qui pro Chriſtianis ſcripſit; Et ab aliquo huius nominis alio Epiſcopo, qui ſub Sapore Perſarum Rege Martyrium ſubjit. *Scripſit* diverſarum Synodorum Acta, & in juſtum corpus redegit, quod Socrates vocat συναγωγὴν c. 39. τῶν συνοδικῶν lib. IV. c. 12. f. 224. D. Labbeus putat eſſe Sabini vulgo Monachi dicti librum, quem Epitomen omnium Synodorum univerſalium & provincialium vocavit, ita ut pro *Macedoniano* legendum ſit *Monacho*, in delin. app. p. 50. confer Voſ. lib. IV. hiſt. Græc. p. 522. Partium ſtudioſior fuit: Nam Nicænos hinc inde pupugit, ſuorum vero errores

&

Digitized by Google

& vitia alto ſilentio diſſimulavit, qua mala fide Socrati & Sozomeno ſæpe dedit occaſionem errandi, utpote ſequentibus eum auctorem, judicio Baronii an. 326. n. 2. an. 344. n. 3. Quanquam & Socrates eum notarit, lib. II. c. 15. & 17. IV. 22. Nec omnino ſuorum nævos tacuerit Sabinus. lib. IV. c. 12. f. m. 224. D.

§. 277. *Serapion* Thmueos regionis Scethy, ut quidem Baronius not. ad Martyrol. 21. Martii putat, Auguſtonicæ verò, juxta Valeſ. not. ad lib. IV. Socrat. c. 23. f. 54. Epiſcopus: Floruit circa tempora Athanaſij, qui Epiſcopum iſtum ordinavit, uti ex epiſtola ipſius ad Dracontium conſtat: Ob elegantiam ingenii *Scholaſtici* cognomen meruit; *Edidit adverſus Manichæum egregium librum, & de Pſalmorum titulis alium, & ad diverſos utiles epiſtolas, & ſub Conſtantio principe etiam confeſſione inclytus fuit.* Ita Hieron. in catal. tit. Serapion. Liber adverſus Manichæos latine verſus eſt à Fr. Turriano tom. V. Lect. Antiq. & *egregius* judicatur à Platina in vita Liberij. Magni æſtimatus eſt ab Athanaſio, quippe qui ſuos ipſius cenſuræ libros ſubjicere ſolebat. *Thmuitarum Eccleſiæ Angelus* appellatur ab Evagrio apud Socrat. lib. IV. hiſt. c. 23. Memoria eius exſtat die XXI. Martii. Serapionis (1) ætas. (2.) ſcripta: (3.) judicia.

§. 278. *Siricius* Epiſcopus Romanus ſedit anno 385. uſque ad annum 398.; *Scripſit* epiſtolam ad Eccleſiam Mediolanenſem, quæ eſt inter Ambroſianas LXXX. Ad Afros, cuius meminit Ferrandus Diaconus, Brev. can. art. 6. 130. 138. 174. Ea autem, quæ exſtat, ſuſpecta eſt Blondello in Pſeudo-Iſidor p. 551. contra Baronium ann. 397. §. 48. Operæ pretium eſt, huc referre, quæ noſter Chemnitius part. III. Exam. Conc. Trid. p. m. 101. judicavit; Scripſit & „ adverſus conjugium Clericorum: Ægrè ſanè adducor, ut credam „ Syricium, cui veræ hiſtoriæ meliora tribuunt teſtimonia, tam con- „ tumeliosè contra ſcripturam, & contra ſinceræ antiquitatis ma- „ nifeſta judicia, repetitis ipſiſſimis veterum hæreticorum argu- „ mentis, de legitimo conjugio ita ſcripſiſſe, ſicut epiſtolæ decreta- „ les, quæ ipſi tribuuntur, loquuntur; Scio enim vetuſtioribus et- „ iam Romanæ Eccleſiæ Epiſcopis, multas Epiſtolas ſuppoſititias „ tribui. Poſſem etiam oſtendere, canones, multò recentiores, pro- „ hibentes ſacerdotibus conſuetudinem conjugalem, falsò tribui „ vetuſtioribus, ut diſt. 32 Vrbano 1. diſt. 81 Lucio 1. diſt. 27 Ca- „ Siricius.

» lixto I. ut falſo prætextu antiquitatis imperitioribus imponant. » ita forſan Syricio, cujus aliqua fuit auctoritas, ea, quæ multo poſt » fabricata ſunt, tribuere voluerunt, ut ſpeciem aliquam doctrinæ » Dæmoniorum circumdarent, ſed non pugnabo. Exſtat epiſtola ad Illyrios, ſub Ambroſii olim nomine, ſed Siricio eam vindicat Launoj. t. 1. epiſt. ad Sambœv. p. 1. qui & eam *ſpuriis* recenſet p. 16. ſeqq. Leo IV. Epiſc. Rom. citante Gratiano diſt. 20. c. 1. Siricii ſcripta inter ea refert, *per quæ judicant Epiſcopi, & per quæ Epiſcopi ſimul judicantur, & Clerici.* Judicio Ambroſii epiſt. 8. eſt *bonus paſtor.*

Sopater. §. 279. *Sopater* Philoſophus Platonicus floruit temporibus Conſtantini M. Nam imperator hic familiariter eo uſus eſt: *Scripſit*, juxta Suidam, librum de Providentia, & iis, qui præter meritum felices ſunt. Idem fertur plurimorum librorum epitomas feciſſe: Hiſtoriarum quoque Excerpta eidem attribuuntur: quæ Photius vocat Eclogas variæ doctrinæ, cod. 161. vid. Voſ. de ſcript. Græc. c. 17. l. 2.

Sophronius §. 280. *Sophronius* (non Sempronius, ut nonnulli appellant) Presbyter fuit Hieronymo *σύγχρονος*, uti patet ex hujus Catalogo: adeoque diſtinctus à Sophronio Hieroſolymitano, qui ſeculo ſeptimo floruit, imperante Heraclio: *Laudes Bethlehem adhuc puer, & nuper de ſubverſione Seraph inſignem librum compoſuit, de virginitate quoq; ad Euſtochium, & vitam Hilarionis Monachi, opuſcula mea, in Græcum eleganti ſermone transtulit, Pſalterium quoq; & Prophetas, quos nos de Hebræo in Latinum vertimus.* ita Hieronymus in Catalogo. Interpunctionem Miræus, vel Editores ejus, male fecerunt, ſic verba diſtinguentes: *De virginitate quoq; ad Euſtochium & vitam Hilarionis Monachi. Opuſcula mea in Græcum eleganti* &c. Nam poſt: *Monachi*, non debet poni punctum, ſed comma, uti videre eſt ex interpunctione Eraſmi, & notavit, ab Eraſmo edoctus, Labbeus Jeſuita de hiſt. p. 368. *Controverſa* ſunt verſiones aliquot, nempe Catalogi Hieronymiani ex Latino in Græcum; quippe quam vulgo Sophronio tribuunt, Eraſmus præcipue, qui ad fidem antiqui MSC codicis provocat; quemque plures alii, etiam Gerardus Johannes Voſſius, l. 2. de hiſt. Græc. c. 9. ſequuntur; Contra ſentit filius, Iſaacus Voſſius, in notis ad Ignatii epiſtolas, ſtatuens,

Jahre Lichtmeß zum erstenmal vor sich. Ingleichen ist
Sonntags Nachmittags um 2 Uhr Catechisation, und
Sonntags um 4 Uhr Christenlehre, so wie auch Mittwochs
und Freytags Nachmittag um 2 Uhr Betstunde. Die
Schule ist in 4 Classen eingetheilet, und hat 4 Lehrer.
Diese haben gegenwärtig 170 Schüler. Ausser diesen
Schulen ist noch eine Armenschule, und eine Schule
für die Kinder der Juden vorhanden. Diese Juden-Schule
ist in 2 Classen eingetheilet, und hat 2 Lehrer.
Gegenwärtig sind 60 Kinder darinnen. Die Armenschule
ist in 2 Classen eingetheilet, und hat 2 Lehrer.
Gegenwärtig sind 100 Kinder darinnen. Die Lehrer
haben ihre Wohnungen und Besoldungen

propterea opus ſit delectu in illis recenſendis, quia *Acta iſta non in omnibus ſibi conſtant, ſed aliqua eis ſuper addita, quibus cætera, licet vera ſint, fide vacillent.* Forſan ideo ſuccenſet Actis, quod in illis quædam derogent principiis Papalibus, vid. an. 324. n. 19. Sonid. 315. n. 8. Confer Jac. Cappel. vindic. lib. III. c. 28 Balæ. de Pontif. lib. 1. p. 39. addenda iis, quæ de iisdem præmiſſa ſunt ſupra §. 127.

Symmach. §. 283. *Symmachus* Q. Aurelius; L. Aurelij Avianij Symmachi (qui anno 364. Præfectus urbi fuit; & Epiſtolam ad filium, quæ unica hodie ſupereſt, ſcripſit, ut & quædam epigrammata;) filius, Orator, Proconſul Africæ anno 370. Præfectus urbi, anno 384. Conſul denique ordinarius anno 391. Ethnicus: *Scripſit* epiſtolarum libros novem, ac decimum relationum, in quibus continetur etiam celebris illa relatio de ara Victoriæ, contra quam Ambroſius & Prudentius ſtylum ſtrinxerunt. vide Socrat. lib. V. hiſtor. c. 14. Et Miræ. ad Honorium Auguſtodun. c. 32.

Sympron. §. 284. *Sympronianum* Novatianus, *literas* ſcripſit ad Pacianum, quarum hîc meminit epiſt. 2. ad Sympron. Prætulit autem eas *tractatui* alicui ſuo, in quo de controverſia inter Catholicos & Novatianos egiſſe videtur, & quidem latius; Sic enim epiſtolam claudit: *quia de pœnitentia non agenda, vel ante baptiſmum agenda, latius diſputaſti; multiq; capitulis exemplorum tractatus ipſius paginam referciſti, reſpondebo ad ſingula ex abundanti; quæ fides verior habeat, non tacebo,* f. 101. c. Epiſtol.

Thalaſſius. §. 285. *Thalaſſius.* Comes, Imperatore Conſtantio vixit, diſtinctus adeoque à Thalaſſio Monacho, (quo de vide. Voſſ. lib. IV. de hiſt. Græc. c. 20.) Scripſit quædam ſua ætate geſta, ut auctor eſt Suidas in Theophilo.

Themiſtius §. 286. *Themiſtius* Philoſophus, & politicus (ſub Juliano enim Præfectus urbi fuit) floruit à temporibus Juliani uſque ad tempora Theodoſii M. qui ſuos ipſi filios commendavit; *Scripſit* orationes aliquot, quæ adhuc hodie exſtant, quarum aliqua ad Jovianum habita *magna ex parte mutilata* ad manus Baronii pervenit. an. 364. n. 1. alia ad Valentem Imp. Hodie exſtat Latinè reddita à Duditio; ejus mentionem facit Socrat. lib. IV. hiſt. c. 32. vide notas Valeſianas ad h. l. & Baron. an. 364. n. 14. qui alterius

verſionis

verſionis meminit, utpote factæ *à Sextilio Epiſcopo Alexano, habita collatione cum quatuor Vaticanæ Bibliothecæ Exemplaribus, licet admodum depravatis: Eſt ipſa apud me nondum edita*: Sic ille. Inter præſtantiores Ethnicos fuit, quod dicta ipſius hinc inde à Chriſtianis allegari ſolita, & familiaritas cum Gregorio Nazianzeno, ſatis abunde teſtantur.

§. 287. *Theodorus Heracleenſis*, in Thracia Epiſcopus, dictus & Perinthius à Theodor. lib. II. hiſt. c. 3. claruit, juxta Trittenhemii computum, tempore Conſtantini junioris, anno Chriſti 340. *Edidit ſub Conſtantio Principe commentarios in Matthæum & in Iohannem, & in Apoſtolum, & in Pſalterium.* juxta Hieron. in Catal. Alia nonnulla ſcripſiſſe, auctor eſt idem Trittenhemius; ſed quæ illa ſint, non expreſſit. Commentarij alicuius ipſius in Galatas mentionem facit Hierooymus epiſt. XI. ad Auguſt. Judicio Hieronymi fuit *elegantiæ apertiq; ſermonis, & magis hiſtoricæ intelligentiæ*: Theodoreti lib. II. c. 3. *eruditione clarus*; Platinæ, *elegantis copioſæq; elocutionis*: in vita Julii. 1. Theodor. Heracle.

§. 288. *Theodorus* Mopſveſtenus Epiſcopus, Antiochenus; Ruffini Præceptor, æqualis Joannis Chryſoſtomi, utpote condiſcipulus, præceptore Diodoro Tarſenſi; Floruit ſub finem quarti, & initium quinti ſeculi. *Scripſit* varia, nempe: ἐξηγήσεις τῆς κτίσεως *explicationem Geneſis*, ſeu hiſtoriæ creationis: *Libris ſeptem Tomus primus abſolvitur, ſtylus illi neq; illuſtris, neq; valdè perſpicuus, fugiens vero, quantum in ipſo eſt, allegorias, & hiſtoriarum duntaxat expoſitionem tractans, putidè nimis eadem identidem reperit, & ingratum atq; faſtidioſum legenti accidit. Quin & Neſtorij ſententiam, quamvis illo prior fuerit, tacite vomit. Hic eſt Theodorus ille Mopſveſtia, à quo ſæpè numero conſtat Ioannem Philoponum, (ut ipſemet fatetur) rationem huiusmodi interpretationis bonâ fide, ac ſeriò exegiſſe, in ſuo de univerſi creatione opere.* Ita Phot. cod. 38. f. 23. n. 40. Libros quinque contra eos, qui aſſerebant, *peccare homines natura, non voluntate*; cod. 177. Libros XXV pro Baſilio, Cod. 4: De Perſica Magia libellos tres; Cod. 81. Adverſus Eunomium & Apolinarem Hæreticos; quos libros Neſtoriani (utpote ſibi faventes) in varias linguas, Syriacam, Armeniam, & Perſicam transferendos curarunt. Gennadius de Script. c. 12. meminit cujusdam Theodori Presbyteri Antiochenæ Eccleſiæ, quod ſcri- Theodori Mopſveſt. (1) ætas (2) Scripta.

pserit *adversum Apollinaristas & Eunomianos de incarnatione Domini libros XV. ad quindecim millia versuum continentes.* An hic Presbyter sit ille ipse Mopsvestenus Episcopus? quæritur. Videtur quod non; potius Rhaytensis ille, qui medio seculo quinto floruit: *Judicia* de Mopsvesteno variant; Erant enim,& quidem plerique, qui pro Heterodoxo ipsum habebant. Armeni Episcopi, collecto concilio ipsius scripta condemnarunt; quod & Proclus Episcopus Constantin: Cyrillus Alexand: & Monachi fecerunt, referente Liberato c. 10. Brev. & Dionysio Exiguo in præfat. epistolæ Procli à sese versæ, & publicatæ: Photius cod. 38. 81. 177 insimulat ipsum Nestorianismi, & aliorum errorum: Contra steterunt alij, nempe Joannes Antiochenus, & ipse Imp. Theodosius; observante Miræo in notis ad Isidori Hispal. Catal. c. 18. Contra Baron. an. 434. n. 11. seqq. Ibas item Edessenus Episcopus; quem Berytensis & Chalcedonensis Synodi ab accusationibus absolverunt; Vigilius item Episcopus Romanus, qui tandem maluit in exilium ire, quam, imperante Justiniano Imp. Theodorum damnare; multum scilicet mutatus ab illo, qui fuerat in *Judicato*, in quo cum Justininano Imp. & Theodoro Cæsareensi adversus Mopsvestenum fecerat. In catalogo Isidori, Ildefonsi catalago subjici solito, hæc de Theodoro Mopsvesteno encomia leguntur: *Ita clarè copioseq; scientiæ doctrina refulsisse refertur, ut prædicaretur (si referre fas est) mille voluminum summam in Græco conscripsisse, adversusq; omnium hæreticorum errores. Hunc Acephalorum Episcopi in præiudicio Chalcedonensis concilii, Iustiniano Principe compellente, damnare post mortem, cum Iba & Theodoreto Episcopis censuerunt, dum constet, eum Laudabilium Virorum testimoniis clarissimum Ecclesiæ Doctorem fuisse.* Theodoretus videtur eundem intelligere, quando *fortissimum veritatis propugnatorem* laudat, dial. 1. f. 32. C. confer. lib. V. hist. Eccles. c. 27. sub fin. Leontium de sect. Act. IV.

(3.) Judicia.

§. 289. *Theodorus* Presbyter, Pachomii in Abbatia successor, *scripsit regulam utriq; generi Monachorum aptam, quam angelo dictante perceperat. Scripsit & ad collegas præpositura suæ epistolas, in quibus alphabethum mysticis tectum sacramentis, velut humanæ consuetudinis excedens intelligentiam, clausit, solis credo eorum gratiæ vel meritis manifestatum, unam ad Abbatem Syrum, unam ad Abbatem Cornelium; ad omnium monasteriorum Præpositos, ut in unum antiquum monasterium, quod linguæ Ægyptia-*

Theodorus Presbyter.

Digitized by Google

Ægyptiacá Baum *vocatur, congregati paſcha diem velut aeternalege celebrent, epiſtolam unam: ſimiliter & ad diem remiſſionis, quæ menſe Auguſto agitur, ut in unum Præpoſiti congregarentur, epiſtolam unam: & ad fratres, qui foris monaſterium miſſi fuerant operari, epiſtolam unam.* referente Gennad. c. 7. Memoria ipſius celebratur d. XXVIII. Decemb. Confer vitam Pachomii lib. I. vit. PP. & notas Miræi ad Gennad. l. c.

§. 290. *Theodotus Antiochenus*, Epiſtolam contra Meſſalianos ſcripſit ad Amphilochium. apud Phot. cod. LII. Diſtinctus à *Laodiceno*, qui contemporaneus fuit Euſebio Cæſareenſi; Nam ſuos hic de præparatione Evangelica libros iſti inſcripſit, ſententia Vigeri Editoris in præfatione ad Lectorem; diſtinctus & ab *Ancyrano*, cujus mentionem facit Sophronius in Synodica apud Photium cod. 231. vid. Sixt. Senenſ. lib. IV. Bibl. p. 383. Theodot. Antiochen.

§. 291. *Theognoſtus*, Alexandrinus, & *ſacrorum librorum interpres*, memoratur ab Athanaſio de Synod. Nic. p. 274. A. Diſcite igitur nunc, Chriſto rebelles, Ariani, Theognoſtum Virum diſſertum non abhorruiſſe ab his vocibus: ex ſubſtantia; Scribens enim de Filio in 2. hypotypoſeων, ita locutus eſt: Non forinſecus aut ex rebus extraneis Filii ſubſtantia conſtat, neque ex non entibus producitur, ſed ex Patris ſubſtantia ita progenitus eſt, ut à luce jubar; ut ex aqua vapor: Neque enim vapor id ipſum eſt, quod aqua; neque jubar id ipſum, quod ſol, ſed non alienum tamen, verum ut profluentem eum eſſe dicas Patris ſubſtantiæ, idque ita, ut interim ſubſtantia illa Patris diviſionem non patiatur. Quemadmodum enim ſol non diminuitur ſuis ex ſe profluentibus radiis, ita nec ſubſtantia Patris diminutionem ſuſtinet, imaginem ſui Filium progignens. Theognoſtus ergo, poſt diſputationem ſuperiorem, iſtam tandem ſententiam ſub his verbis ſubjecit. Et ad Serap. de peccat. in Sp. S. ubi verba hæc ſunt: *Priſci igitur homines, inter quos & Origenes, Vir omnium diſciplinarum & multum induſtrius, & Theognoſtus ille admirandus, & perquam ſtudioſus, (horum enim opera legebam, cum tuam epiſtolam acciperem) tradunt nobis &c.* citante Baronio an. 109. n. 59. confer not. ad Martyrol. 9. VIIIbris. *Scripſit* igitur libros hypotypoſeων, & quidem, numerante Photio, cod. CV, libros VII, quorum argumenta l. c. refert. Theognoſti (1.) perſona. (2.) ſcripta.

Eorum mentionem nullam facit Euſebius Cæſareenſis in hiſtoria, adeoque nec Hieronymus in Catalogo; Baronius putat, cauſſam eam fuiſſe, quod Arianis parum ille faverit; Cæterum, ſi Origeniſta ille fuit; ut fuiſſe docet Photius l.c. ab Ario non adeo alienus fuerit, utpote quod, Origenem Ario præluſiſſe, communis opinio ſit. Nimirum Euſebius ſilentio præteriit perſonatum Dionyſium Areopagitam, quare vapulare debuit in Theognoſto.

(3) ætas. Qua vero ætate Theognoſtus hic vixerit, non habeo dicere, quandoquidem in Photio ultima verba deſiderentur: ἤκμασε δ' * *Floruit vero* ***: ſed quando? Forte ſub finem tertii, & initium quarti ſeculi.

Theophili I. ætas 2. ſcripta.

§. 292. *Theophilus* Epiſcopus Alexandrinus, Hieronymi & Chryſoſtomi æqualis, Timotheo ſucceſſit anno 385, & obiit anno 412. *Scripſit* varia, quæ recenſet Gennad. c 33. Contra Origenem grande volumen, cujus meminit Hieron: in epiſt. ad Pammach. & Marcel. t. III. f. 144. B. Contra Anthropomorphitas diſputationem longiſſimam: Paſchæ recurſum: Epiſtolas tres paſchales; exſtant in Bibliotheca Patrum cum ſcholiis Balſamonis; & citantur ab Hermanno Contracto an. CCC LXXX. & Sigebert. Gemblac. an. 382. verſæ autem ſunt ab Hieronymo; Tres de fide libros; Etſi dubitet Gennadius, ſintne Theophili? De ſacris myſteriis vel ſupellectilibus Eccleſiæ librū, ab eodem Hieronymo Latinitate donatum, & commendatum in epiſtola (ſi quidem genuina eſt) ad Timotheum: Reſponſa duo Agathoni & Mennæ data: Librum de hæreſibus: Epiſtolas ad diverſos. *Iudicia* de ipſo variant; laudatur enim ab Leone I. epiſt. 52. & 64. tanquam *probatiſſimus Præſul, & ſanctæ memoriæ Epiſcopus.* A Vincentio Lirinenſi, ut *vir fide, vita, ſcientia, ſatis clarus.* Contra ſunt, qui cenſent, in religione ipſum fuiſſe ambiguum, in converſatione fraudulentum & contentioſum, certe Chryſoſtomi infeſtum inimicum; Legantur Socrat. lib. VI. hiſt. Georgius ſcriptor vitæ Chryſoſt. apud Phot. cod. 96. Iſidorus Peluſiota epiſt. CLII ad Symmachum.

3. judicia.

Theophronius.

§. 293. *Theophronius.* Natione Cappadox, officio Epiſcopus, religione Eunomianus, floruiſſe ſeculo IV deſinente, ex Socrat. lib. V. c. 24. colligitur. *Scripſit* libros quosdam περὶ τῆς γυμνασίας

μελέτης de *exercitatione*, ſectamque de nomine ſuo dictam condidit.

§. 294. *Theotimus.* Scythiæ Tomorum Epiſcopus. Vixit tempore Hieronymi, qui in Catalogo de ipſo ſcribit: *In morem dialogorum & veteris eloquentiæ breves commaticosq; tractatus edidit*: Addit: *Audio eum & alia ſcribere*: Interfuit Concilio Conſtantinopolitano, in quo actum eſt de abolendis Origenis libris, quod non videbatur Theotimo, ſtanti pro Joanne Chryſoſtomo. vid. Hieronym. epiſt. LXXIV. Socrat. lib. VI. c. 12. Sozom. lib. VII. 26. VIII. 14. Socrates ipſum vocat *virum ob pietatem vitæq; ſanctimoniam celeberrimum*, poſtquam inſigne reſponſum Epiphanio pro Origene datum retuliſſet. Sozomenus eum refert inter *celeberrimos ſui ſeculi viros*; Monaſticæ diſciplinæ innutritus fuit ad miraculum uſque, ita ut vel Hunni Barbari eum mirarentur, & *Romanorum Deum* appellarent. Theotimus

§. 295. *Titus Boſtrenus.* Boſtra fuit Arabiæ urbs, cui Titus præfuit Epiſcopus, hinc Boſtrenus, vel Boſtrenſis dictus. Duo autem hujus nominis fuerunt, prior & poſterior; uti obſervat Dn. D. Dorſch. part. 1. Theol. Zacchar. p. 301. & ex ipſo Cl. Olear. Abac. tit. Titus Boſtr. Prior ſub Juliano floruit, qui ejus meminit epiſt. LII. uſque ad tempora Valentis, ſub quo obiit: vid. Hieron. de ſcript. qui de ipſo ita refert: *Titus Boſtrinus* Epiſcopus, ſub Juliano & Joviano principibus, fortes adverſum Manichæum ſcripſit libros, & nonnulla alia. Moritur autem ſub Valente." Tres exſtant, cum argumento quarti, Latinitate donati à Fr. Turriano apud Caniſ. Lect. antiq. tom. V. *Epiſtolarum* ejus mentionem facit Gobarus Tritheita apud Phot. cod. 232. f. 892. n. 15. & f. 895. n. 19. quibus Origenem Philocalum laudarit. *Recentioris* ſunt comentaria in Matthæum & Lucam, utpote in quibus citantur auctores priore recentiores, nempe Chryſoſtomi, Cyrilli Alex. & Iſidori Peluſiotæ: Latinos reddidit Theodorus Peltanus Jeſuita anno 1580. Citantur hinc inde ſub nomine Senioris, vide Coccii theſaurum; & Catenam Græcam Corderii, an. 1628. typis Plantinianis vulgatam, ſed male. Senior inter orthodoxos Patres cenſetur, qui & conciliis contra Arianos interfuerit. vide Baron. Titi Boſtr. (1.) diſtinctio. (2.) ſcripta.

an. 363. n. 142. viderit igitur Sandius, l. 2. hiſt. Enucleat. p. 152. unde probet, *Acacianum*. i.e. Arianum ipſum fuiſſe.

Triphyllius §. 296. *Triphyllius* ex inſigni Philologo & JCto evaſit Ledrenſis, ſeu λευκῶν Θ-, in Cypro Epiſcopus, juxta Hieron. in Catal. Trittenhemius ipſum vocat Cyprilitenſem, & Leucotheon; *Sub rege Conſtantio celeberrimus* fuit, referente Hieronymo; *Scripſit* in Cantica commentarium, quem Hieronymus ait ſe legiſſe, ſed & *multa alia compoſuit*, quæ tamen ne in Hieronymi quidem manus venerunt: verſibus jambicis quædam ſui Magiſtri Spiridonis cecinit, uti ex Suida refert Spond. an. 338. n. 3. judicio Trittenhemii fuit *vir tam in divinis, quam in ſecularibus ſcripturis eruditiſſimus*, ac ſua ætate præſulum facile eloquentiſſimus. *copioſè & accuratè commentarios compoſuit*, juxta Platinam in vit. Liberii.

Troilus. §. 297. *Troilus*, qui & τρώϊλο Θ- apud Socrat. lib. VII. c. 27. fortè vitioſè; Orator & Sophiſta, qui in Magiſtratu magno cum honore verſatus fuit, *vixit* tempore Conſtantini M. & *ſcripſit* quædam de rebus ſub iſto Cæſare geſtis, quorum meminit Codinus in Selectis; Suida teſte Conſtantinopoli docuit, ac Orationes civiles, & ſeptem libros epiſtolarum edidit.

Tyridates. §. 298. *Tyridates* Armeniæ princeps, ex Ethnico & perſecutore evaſit Chriſtianus & Patronus Eccleſiæ, vixit circa annum Chriſti 311. quo, juxta Baron. n. 25. *literas* dedit ad Leontium Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopum, pro ordinando Gregorio Armenis Epiſcopo: Literas ex Surio recenſet Baronius l. c.

Victorinus. §. 299. *Victorinus* Fabius Marius, Afer, Rhetor, & tandem Chriſtianus, vixit imperante Conſtantio; & *ſcripſit adverſus Arium libros more dialectico valde obſcuros, qui, niſi ab eruditis, non intelligantur; Et commentarios in Apoſtolum.* Hieron. in Catal. Scripſit & hymnos quosdam oratione proſa & ligata, qui exſtant Tom. IV. Bibl. PP. f. 360. item ad Juſtinum Manichæum librum contra duo principia Manichæorum: Et de vera Chriſti carne, quem Sirmondus anno 1629. Pariſijs edidit. Auguſtinus lib. VII. confeſ. c. 2 egregiè Victorinum hunc commendat, ut & lib. II. de doctr. Chriſt. c. 40. Index expurgatorius huic quoque auctori manus violentas intulit. In formulis loquendi non adeo circumſpectus fuit, vide Poſſevinum in Apparatu, tit. Victorinus.

§. 300.

§. 1. Ego Augustus, cum in Gallias Narbonensem & Hispanias provinciam proficiscerer, ornamenta triumphalia decernenda censui, non quia ea desiderarem, sed ut ea, quæ mihi per senatum decernerentur, ea & in absentia mea haberem. Ideoque & statuas in quibus essem triumphali habitu, & imagines in omnibus oppidis, quæ in ea provincia essent

Zeno. §. 304. *Zenoni* Veronenſi quædam adſcribuntur, quæ ad hoc ſeculum refert Fileſac. Select. lib. I. c. 7. p. III. ſed de hoc auctore ſuperiore ſeculo dictum eſt.

Zenophili acta. §. 305. *Zenophili* Acta citantur ab Auguſtino lib. III. cont. Creſcon. Gramm. c. 28 & 29, & ex hoc à Baron. an. 303. n. 6. ſeqq: quo ipſo anno geſta ea eſſe feruntur. Citantur & *Acta Munatij*, in quibus narrantur geſta ſub Diocletiano; ſicut in *Demophilianis* acta ſub Conſtantio & Conſtantino: *At poſt hæc edita ſuppeditata ſunt nobis ex Bibliotheca Pithæi Viri inſigniter eruditi acta ipſa Proconſularia ſub Zenophilo tempore Conſtantini Imperatoru, in quibus res hoc tempore geſtæ à Traditoribus continentur, & è quibus hæc omnia mutuatus eſt Auguſtinus, in quibus recitata habentur acta ſub Munatio Felice, quæ licet ob nimiam vetuſtatem admodum ſint depravata, & interdum mutila & imperfecta; tamen quia antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſis ſciamus eſſe pergrata quæq; vetera monumenta, licet mendoſa, dum tamen veræ atq; germanæ, eadem huic ſecundæ editioni attexenda curavimus, cum præſertim nonnulla habeant notatu digna.*

Obſervanda I. In Scriptoribus. §. 306. Ex præmiſſis ſtudioſus antiquitatis Lector diſcat noſſe I. *Scriptores* hujus ſeculi, plures, quam ullo alio ſeculo extiterunt, ſicut illi res ſeculi ſui ſive largius, ſive parcius conſignarunt: Et, ut diſtinctius progrediamur, horum quidem: *Nomina*, quæ interdum variè ſcribuntur e. g. Melchiades & Miltiades; interdum homonyma ſunt, dum plures perſonæ idem nomen ſortitæ ſunt, e. g. Alexandri, Ambroſii, Apolinares, Arii, Aſterii, Athanaſii, Cæſarii, Evagrii, Euſebii, Flaviani, Gregorii, Hilarii &c. quæ cum non diſtinquerentur, factum eſt interdum, ut alii, quam genuino, auctori opus, vel factum adſcriberetur. *Aliquoties uſuvenit, ut idem, aut certè confine plurium vocabulum, erroris anſam præbeat, velut olim complures fabulas falſo fuiſſe inſcriptas Plauto, narrat Aulus Gellius, cum eſſent à Plautio Plautianæ, non à Plauto Plautinæ.* verba ſunt Eraſmi, præf. in tom. II. opp. Hieron. f. 3. A. Addit alia, Nobis exemplo ſit Hilarius Pictavienſis cum Sardo confuſus. Diſtingui autem invicem poſſunt locis, temporibus, dignitatibus, religionibus, moribus, rebus geſtis, epithetis, vel aliis circumſtantiis: Dolendum autem, quædam ſcripta ſuorum genuinorum auctorum nomina præ ſeſe non ferre, ut ſunt acta

Mart-

Martyrum Alutinenſium, Anyſiæ, Euplii, Gregorii Armeni, Nicolai, Nicomedienſium, Pauli, Conſtantinopolitani, Zenophili, & aliorum in Martyrologiis propoſitorum; Hinc fit, ut de germanitate, & ſenſu, & aliis momentis talium ſcriptorum incerti ſimus interdum; quod non tam facile fieret, ſi de germanis auctoribus liquido conſtaret: Præferunt quidem quædam Scriptorũ nomina; ſed incerta ea, vel certè dubia ſunt, ut Fauſtini, & Gregorii Bætici, Firmici, Gelaſij: vel omnino adulterina, cujus generis immanem farraginem collegeris, ut vix tot exſtent certa auctorum nomina, quam incerta, imo falſa, & ſuppoſititia. De quo paulo poſt.

§. 307. *Ætates*: Accurate hæ indagandæ ſunt, ut noveris, quo ſeculo, & quo ſeculi anno ſcriptor vixerit, floruerit, vel vivere deſierit, imprimis, quo tempore ſua ſcripta conceperit, & ediderit; ubi enim cum talibus contuleris σύγχρονον potitiæ vel Eccleſiæ ſtatum, ad liquidum dictorum ſenſum facilius penetraveris, quam ſi ætas, vel tempus ſcriptoris & ſcripti fuerit in incerto. Quare & hoc dolendum eſt, quod quorundam ſcriptorum ætas controverſa, dubia, ſuſpecta, & incerta ſit. E.g. Dionyſii Areopagitæ, ſic dicti, Chromatii, Diadochi, Diodori Tarſenſis, Hilarionis, Vigilii, aliorum. ætates.

§. 308. *Religiones.* Religionem auctoris ſapiunt utplurimum etiam ejus ſcripta, quare opera danda eſt, ut qua quisque auctorum religione fuerit, noveris: Deprehendes autem in recenſitis Auctoribus homines diverſiſſimæ religionis; Deprehendes enim: *Ethnicos*, nempe Calliſtum Juliani βαβάτην ſeu apoſtatæ comitem, Eunapium Sophiſtam, Euſthenium, Eutropium, Jamblichum, Julianum, Libanium, Longianum, Praxagoram, Sopatrem, Symmachum, Themiſtium, Troilum, Vopiſcum: Et *Chriſtianos*, ſed non ſolum orthodoxos, verum etiam *heterodoxos*, nec eos paucos, ſed plures, Acacium, Ætium, Antiochum, Apolinarem, Arium, Arſenium, Aſterium Sophiſtam, Baſilium Ancyranum, Donatum, Epictetum, Eunomium, Euſebios, Euſtathium Sebaſtenum, Euzojum, Fortunatianum, Georgium Laodicenum, Hilarium Sardum, Liberium, Luciferum Calaritanum, Matronianum, Palladium, Parmenianum, Photinum, Sabinum, religiones:

Sympronianum, Theodorum Mopsvestenum, Theophronium, Vitellium; Neque eos solum *singulos*, sed plures simul in *conciliis*, Antiochenis aliquot, Ancyrano II, Ariminensi, Bagajensi, Biterrensi, Cariano, Carthaginensibus aliquot, Cavernensi, Constantinopolitanis nonnullis, Hierosolymitano, Lampsaceno, Mediolanensi III, Seleuciensi, Singedim. Smyrnensi, Tyrio congregatos, qui & ipsi Acta, ut Mareotica, ediderunt. *Mixtos* alios dixeris, ut erant e. g. Didymus Alex. Ruffinus, aliique; imo vix inveneris Patrem huius seculi, qui suis heterodoxiis & erroribus, interdum satis crassis, non laborarit, ut paulo post ex scriptis singulorum, & aliorum testimoniis & judiciis, ostendemus.

Professiones.

§. 309. *Professiones* & *genera vitæ*. Clerici quidem maximam partem monumentorum huius seculi conscripserunt, & quidem, quod præclaram laudem meretur, *Episcopi*, nempe illi studiis & promovendis Ecclesiæ commodis, non mundanis pompis, intenti. Scripserunt enim Alexandri Alexandrinus, Constantinopolitanus, & Thessalonicensis, Amphilochius Iconiensis, Amphion Cilix, Apollinaris Laodicenus, Asterius Amasenus, Athanasius Alex. Aurelius Carthaginensis, Basilius Magnus Cæsareensis, Cæcilianus Carthaginensis, Capito Siculus, Chromatius Aquilejensis, Cyriacus Mysiæ, Cyrillus Hierosolymitanus, Damasus Romanus, Diadochus Epirota, Diodorus Tarsensis, Epiphanius Cypri, Evagrius Antiochenus, Eupsychius Cappadociæ, Eusebius Samosatenus, & Vercellensis, Eustathius Antiochenus, Eustorgius Italus, Flavianus Antiochenus, Gaudentius Brixiensis, Gregorius Bæticus, Nazianzenus, Nyssenus, Helladius Cæsareensis, Hilarius Pictavensis, Jacobus Nisibenus, Idacius Lemicensis, Joannes Chrysostomus Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus, Julius Romanus, Maximus Constantinopolitanus, Meletius Antiochenus, Nectarius Constantinopol. Optatus Milevitanus, Pacianus Barcinonensis, Paulini Mediolanensis & Nolanus; Perorotes Heracleensis; Petrus Alexandrinus, Philastrius Brixiensis, Philo-Carpathius; Philogonius Antiochenus; Phœbadius Aginensis, Pistus Græciæ, Protogenes Daciæ; Rheticius Augustodunensis, Serapion Thmueos, Siricius Romanus, Theodorus Heracleensis, Theotimus Scythiæ, Titus Bostre-

Boſtrenus, Triphyllius Ledrenſis, Vigilius Tridentinus: Adde quos heterodoxos fuiſſe §. præced. notavimus; *Mirum* vero, pauciores eſſe inter Epiſcopos Romanos, illos ſcilicet Petri ſucceſſores, & Eccleſiæ Catholicæ œcumenicos præſides, qui quædam ſcripſerint, & quæ ſcripſerunt, pauca fuiſſe, & hodie non omnia exſtare, imo pleraque, ipſis tribui ſolita, ſuppoſititia eſſe, quod teſtantur decretales Anaſtaſii, Euſebii, Felicis, Melchiadis, Marci, Sylveſtri, reliquorum. Scripſerunt & *Presbyteri*, Ambroſius Alexandrinus, Fauſtinus, Heliodorus, Helvidius, Hieronymus, Juvencus; Macrobius, Ruffinus, Sophronius, Theodorus, Vigilantius: Et *Diaconi*, Eleuſius, Ephrem, Hilarius Sardus: *Monachi*, ut Antonius, Evagrius, Oreſieſis, Pachomius. *Doctores* alii, & in his poëtæ, & Rhetores, Apolinaris, Aſterius Sophiſta, Didymus Alexandrinus, Theognoſtus, & Victorinus Rhetor. Sed nec *Politico* ordini interdictum erat de rebus divinis libros & ſcripta edere; Non dicamus de Maximino, qui Ethnicus fuit; ut & Juliano; ſed de Conſtantino M. qui omnium confeſſione Rex Chriſtianiſſimus fuit, quantum vero eſt, quod ille ſcripſit? Adde Tyridatem, Eſaiam equitem Perſicum, Cæſarium Medicum, Dextrum Prætorio Præfectum, Prudentium urbis Præfectum. Imo & *fœminæ* ſcripſerunt, ut Anaſtaſia, Eunomia, Proba, ut taceam eas, quæ ex epiſtolis & tractatibus Hieronymianis inclaruerunt.

§. 310. *Virtutibus* qua mentis, qua moris, qua utriusque, qua fortunæ, præcipui ſcriptores præditi fuerunt. *Mentis*; Nam laudantur ab *ingenio* Apolinaris, Athanaſius, Didymus, Ephrem, Hieronymus; & ab *eruditione* non ſolum *ſacra*, in *explicandis literis ſacris*, Ambroſius Mediolanenſis, Amphilochius, Euſebius Pamphili, Hieronymus, Chryſoſtomus, Oreſieſis; Et *tradendis fidei dogmatibus*, Ambroſius, Baſilius, Damaſus, Nazianzenus; ſed etiam *ſeculari*, philologica & philoſophica: qua præ reliquis excelluerunt Apolinaris, Didymus, Euſebius Pamphili, Hieronymus, Hilarius, Prudentius. Ab *orthodoxia*, qua veritatem aſſeruerunt, & falſitatem deſtruxerunt, Alexander Alex. Ambroſius, Nazianzenus, Athanaſius, Diodorus Tarſenſis, Euſtathius Antiochenus, Hilarius; à *ſapientia & prudentia*: idem Athanaſius, Diodorus, Euſebius Pamphili, & Samoſatenus; Ab *elegan-* *Virtutes mentis.*

tia, Emesenus & Cæsareensis Eusebii; à *soliditate* Athanasius; & *accuratione*, idem, & Eusebius Pamphili; Ab *eloquentia* Ambrosius Mediolanensis, Basilius, Chrysostomus, Hilarius, Nazianzenus, Nyssenus: à *diligentia*, Gregorius idem Naz. à *didactica* Cyrillus Hierosolymitanus, à *miraculis*, Hilarius & Jacobus Nisib. *Morib.* nempe à *sanctimonia* vitæ *& pietate*, qua doctrinam exornarunt; *Zelo* pro orthodoxia Alexander & Athanasius, Evagrius Antiochenus, Hilarius, Paulonius; *Magnanimitate* Ambrosius & Athanasius, & Hilarius; *Constantia* in adversitatibus, ut præter hos Basilius, Diodorus Tarsensis: *Confessione*, ut Eustathius; & Hilarius, & ipso *martyrio*, ut Petrus Alex. à *vigilantia*, Athanasius; *à sinceritate & simplicitate, & fidelitate*, idem. *Fortunæ*, ut est *nobilitas* Ambrosii, Joannis Chrysostomi, Nectarii, Paulini Nolani.

& *Morib.*

Auctoritas & elogia:

§. 311. Hinc factum est, ut gratiam & auctoritatem singularem obtinuerint apud illustres viros, ipsos etiam *Imperatores*, Ambrosius apud Theodosium, apud eundem Amphilochius; Epiphanius apud Valentem; In ipsa *Ecclesia*, ut memoria ipsorum in diptycha referretur, & solenni ritu celebraretur; Et scripta, ut Ephremi, publicè legerentur; Nedum *singulos*, eosque vel coævos, vel mediæ, vel recentioris, vel omnis ætatis viros probos, & doctos; Horum enim judicio illi *claruerunt*, *illustres*, fuerunt & *admirabiles, pretiosissimi, probatissimi, reverendissimi, sanctissimi, beatissimi, potentes solatiis, memoria digni, egregii, dilecti, magni*: *Ecclesiæ columina*, ut Athanasius, Basilius, Nazianzenus, Hilarius; *Tubæ*, ut idem Hilarius; *fundamenta*, ut Athanasius; *gloria*, ut Basilius; *fontes*, ut Nyssenus, *oculi*, ut Chrysostomus; *Fidei columina*, ut Athanasius & Basilius; *arx*, ut Ambrosius; *custodes*, & *generos*; quidem, ut Eusebius Samosatenus; *regula*, ut idem; *fide dignissimi*, ut Eusebius Pamphili; *Lumina*, & quidem *clarissima*, ut Athanasius; nec solum urbium, & diœceseωv suarum, sed etiam *orbis*, & *mundi magna*, & *magnifica*, ut Athanasius, Basilius, Chrysostomus, Eusebius Samosatenus, Hilarius; *orbis oculi*, ut Athanasius, & Basilius; qui & *caput omnium* appellatur; *Regula* veritatis, ut Basilius; & *vivendi*, ut idem, & Athanasius; *veritatis legati*, ut Eusebius Samosatenus, *Theologiæ antistites*, ut Gregorius Naz. *Turres*

inex-

Digitized by Google

inexpugnabiles, ut Hieronymus; *virtus ipsa*, ut Athanasius; *principes sacerdotum*, ut idem; *Divini*, ut cum ipso Basilius, & Eusebius Emesenus, *Christi lucernæ & præcursores*, ut Athanasius idem, *Spiritus Sancti tubæ*, ut Ephrem, tubæ *sermonis*, ut Hilarius, *Apostolicis donis* præditi, ut Aristæus, Basilius, Cyrillus Hieros. Didymus Alexandrinus, Diodorus Tarsensis: *Mediatores Dei & hominum*, ut Basilius; Hæc & similia judicia, & elogia de præcipuis scriptoribus observare, & colligere operæ erit pretium, quandoquidem sint, qui ex talibus præjudiciis nimium quibusdam tribuant auctoritatis, ut facere solent Pontificii, si quem suorum Pontificum legunt in antiquitate dictum *caput omnium*, *fidei regulam*, *fundamentum Ecclesiæ*, & similia, cum tamen & aliis tales tituli tribuantur, & interdum magis, quam ipsis Romanis Episcopis, ut vel ex præmissis videre est; Nam in his non legitur tantum elogiorum de Pontificibus, seu Episcopis & scriptoribus Romanis, quantum de quibusdam reliquorum.

§. 312. Quæ ut amplius confirmentur, & illustrentur, operæ pretium & hoc erit, ut sequiora de scriptoribus judicia etiam colligamus, & exhibeamus; nempe ut appareat, suis quoque nævis, & defectibus laborasse eos, qui tam magnificis elogiis hinc inde mactantur: Neque enim de manifestis hæreticis, aut Ethnicis nunc loquimur, sed de iis, qui pro patribus & Doctoribus Ecclesiæ vulgo habentur, vel certè ab ipsis Pontificiis tanquam idonei veritatis testes allegantur: Neque producemus de his judicia vel hæreticorum, vel Ethnicorum i.e. hostium, sed ipsorummet Patrum aliorum, ætatis vel coævæ vel mediæ, & Pontificiorum, ne subterfugio locus sit. Censuræ.

§. 313. Desiderabatur in Patribus, saltem quibusdam (1) *eruditio literarum secularium*, ut e.g. in Diodoro Tarsensi: Et in specie quidem *cognitio linguarum originalium*, *Hebraicæ*, *& Græcæ*, quarum vel omnino non, vel parum gnari erant. e.g. Ambrosius, Hilarius, Heliodorus, Didymus; Hinc factum est, ut versiones, ab ipsis adornatæ, non adeo magni fierent. e. g. ab Hieronymo versiones Ambrosij factæ in Origenem: *Historia*, ut in Epiphanio, interdum etiam in Hieronymo; *Mathesis* e. g. in Basilio Geographia; in Hieronymo chronologia, ut & in Epiphanio: *Stylus*, vel obscurior, (1.) De eruditione secularium

ut in Hilario, liberior in Chryſoſtomo, luxurioſior in Nazianzeno & Hieronymo; brevior in Apolinari; neglectior in Epiphanio, incultior in Fortunatiano: *Prudentia* in Gregorio Nyſſeno, & Epiphanio.

2. Et Theologica:

§. 314. (II.) *Eruditio ſive ſolida, ſive orthodoxa literarum & rerum Sacrarum*: Dico: *ſolida*, non ſolum in Apollinari, in Euſebio Pamphili, in Gregorio Nyſſeno, in Philaſtrio, in Ruffino, ſed etiam in ipſo Hieronymo: Et *Orthodoxa*: vix enim reperias Patrem, in tanto licet numero, cuius quidem ſcripta exſtent, qui non in hunc lapidem impegerit, alii levius, alii gravius. Arguuntur enim, & quidem *Origeniſmi* Ambroſius, Baſilius, Didymus, Euſebius Pamphili, Evagrius Ponticus, Gregorius Nyſſenus, Hilarius, Ruffinus: *Arianiſmi* Cyrillus Hieroſ. Baſilius, Euſebius Emeſenus, Nicomedienſis, Pamphili, Felix Epiſcopus R. Joannes Chryſoſtomus, & Joannes Hieroſolymitanus, Liberius, Phœbadius, Theodorus Mopsveſtenus: *Macedonianiſmi* Baſilius, Cyrillus Hieroſ. Hilarius: *Apolinariſmi* præter Apolinares etiam Baſilius, & Epictetus: *Sabellianiſmi* Euſebius Emeſenus: *Manichæiſmi* Hieronymus & Philaſtrius: *Ærianiſmi* idem Hieronymus, Ambroſius, Chryſoſtomus; *Photinianiſmi* Marcellus Ancyranus; *Pelagianiſmi* Evagrius Ponticus, Hieronymus, Philaſtrius, Chryſoſtomus, Joannes Hieroſolymitanus, Ruffinus: *Chiliaſmi* Apolinarius & Hilarius: *Anabaptiſmi* Patres Sinueſſani, & Hilarius Sardus, & Optatus; *Luciferianiſmi* præter Luciferum etiam Fauſtinus; *Neſtorianiſmi* Diodorus Tarſenſis & Theodorus Mopsveſtenus: *Tatianiſmi* Euſtathius Sebaſtenus; *Eutychianiſmi* Julius I. *Platoniſmi* Euſebius Pamphili, & quotquot præexiſtentiam animarum ſtatuere viſi ſunt.

§. 315. Non quidem ſenſero, vel dixero, omnes & ſingulos Patrum revera reos fuiſſe eorum omniũ errorum, quorum inſimulabantur; Fuerant enim, e. g. Baſilius, & alii, qui ſcriptis Apologiis innocentiam ſuam ſatis demonſtrarunt: interea hoc exinde appareret, quod, qui ipſos talium errorum inſimularunt, non putarint, Patres eſſe immunes ab omnibus erroribus etiam in fide.

Cauſſæ errorum

§. 316. *Errandi occaſionem* ipſis varia momenta potuerunt ſuppeditare, nempe 1. *ſua cuiq; mentis infirmitas, & affectuum impotentia*: e. g. Nyſſenus ſuas opiniones privatas auditoribus inſtillavit.

lavit. Dum Hieronymus laudes virginitatis fervidius extollit, conjugio iniquior evaſit; dum Marcellus Ancyranus in Arianos invehitur, in Photini caſtra viſus eſt transiiſſe. Imprimis hoc contigit, ſi qui Hæretici, vel adverſarii nondum orti fuiſſent, e.g. Pelagiani tempore Chryſoſtomi & Hieronymi; tum enim nonnulli ſecurius loquebantur. (2) *Præceptores* ſive vivi, ſive mortui: *vivi*; e.g. 2.
Didymus Ambroſio Alexandrino & Ruffino Origeniſmum nonnihil propinavit: Euſebius Pamphili & Patrophilus Euſebio Emeſeno Arianiſmum; Et hic, ut & Diodorus Tarſenſis Chryſoſtomo. *Mortui*, quales ſunt libri heterodoxorum: Origenis e. g. & Didymi, imprimis commentarii; Dum enim hos incautius nonnulli ſectabantur, e.g. Ambroſius, Hieronymus, Hilarius, Ruffinus, erroribus & ipſi infecti ſunt. Alii erroribus ſe obnoxios & ſuſpectos reddiderant, e. g. Epiphanius, dum bonos auctores adire neglexerunt: Ruffinus, dum publicavit Origenis libros περὶ ἀρχῶν, de quo ita Peruſinus in Epit. Annal. Bar. lib. V. p. m. 343. *Prodierat ſub ipſum Melaniæ in urbem adventum Latinitate a Ruffino donatum, interpretis tamen nomine nequaquam prodito, Origenis opus* περὶ ἀρχῶν, *h.e. de principiis, erroribus refertiſſimum; multa enim in eo legebantur impia dogmata de Angelorum ruina, de animarum lapſu, de reſurrectione, de mundo ſeu mundis Epicuri, deq; omnium reſtitutione in æqualem ſtatum, hiſq; adhuc deteriora; quanquam ea, quæ de Trinitate Origenes deliraverat, Latina Interpretatione non habebat.*

§. 317. (III.) *Mores tabulæ decalogi ſive priori, ſive poſteriori congruentes.* Deſiderabatur enim in quibusdam *conſtantia in orthodoxa religione*, e, g. in Antiocho Ptolemaidis, Cyrillo Hieroſ. Euſebio Pamphili, Liberio, Phœbadio, Macrobio: vel in ſententiis ſuis melioribus. e.g. in Hieronymo, & Nyſſeno: *Lenitas & modeſtia in Elencho*, ut in Epiphanio, Evagrio, Euſtathio, Hieronymo, Ithacio, Ioanne Chryſoſtomo, Philaſtrio. *Humilitas* in Baſilio; in eodem pacificus animus, ut & in Epiphanio, Fauſtino, Theophilo Alex. *Fides* in Hieronymo; *plures aliæ virtutes* in Ithacio, & Theophilo. Hi certè mores ita comparati erant, ut intellectum ipſorum facilè in transverſum egerint, vel agere potuerint. 3. de moribus.

§. 318. *Iudicia* hæc de Scriptoribus & Patribus non tam noſtra ſunt, quam I. *Patrum ipſorummet ſive vetuſtiorum, ſive coævorum, ſive* Iudices.

sive recentiorum de semetipsis. Ea fuerunt nonnulli Patres æquitate, ut de semet ipsi modestè sentirent, & ita sentiri ab aliis haud gravatim ferrent: quod probavimus exemplis Ambrosij, Hieronymi. Gregorij Nyssseni: Apolinaris sub censuram vocavit Dionysium Alexandrinum se vetustiorem: Synodus Constantinopolitana Didymum & Evagrium; Hieronymus Eusebium Pamphili, & Origenem, quantum virum! etiam Dydimum, etsi suum præceptorem; Athanasius Ancryanus, Diodorus Tarsensis, Theodoretus, Damasus, Eupsychius Martyr, Cæsareenses Ministerium & Auditores Basilium etsi Metropolitam suum: Gregorius Nazianzenus eundem, etsi familiarissimum & veteranum amicum; sicut ipse Basilius Nyssenum, etsi germanum suum frarrem; Epiphanius, Theophilus Alex. Isaacus Chrysostomum, & Joannem Hierosolymitanum, licet sedium Patriarchalium Antistites, nec sibi subjectos; Armeni & Constantinopolitana synodus recentior Theodorum Mopsvestenum; Ruffinus, Augustinus, Hieronymum, & hic istos: Neque habuit hic cur indigne ferret, quandoquidem ipse sub censuram vocarit non Ambrosium solum Presbyter illustrem Episcopum, sed etiam vetustiores promiscuè, ita ut ne quidem LXX. interpretibus pepercerit: de quibus alibi. II. *Recentiorum* non solum Lutheranorum & Reformatorum, sed etiam Pontificiorum, qui tamen sibi videntur religiosi Patrum filij, & æstimatores este. Ferunt enim, & tulerunt hactenus & hi sua etiam sequiora de Patribus judicia, non Pontifices solum Romani, & Concilia, sed etiam singuli, & privati Doctores, nulla, credo, à superioribus aceepta licentia, vel informatione; si quis Patrum sive dixerit, sive scripserit aliquid, quod ad palatum Papistarum non est, susque deque habetur, imo spernitur: Habent etjam interdum rationes satis idoneas, & graves, cur sequius de Patribus, eorumque scriptis judicent. Neque hactenus auditum est, quod Pater Papa, vel etiam concilium aliquod ipsorum universale de his suorum adversus Patres antiquos judiciis judicium, & definitivam ex cathedra sententiam tulerit: Unde ista licentia judicandi singulis manet integra, donec Ecclesia in contrarium judicaverit, id quod, credo, fiet ad Græcas Kalendas!

usus. 1. §. 319. Hæc vero eo nobis conduxerint I. ut constet, invitis Patribus, etsi viverent adhuc, non futurum fuisse, quod & nos judicia

igitized by Google

judicia noſtra, eaque modeſte, de ipſis tulerimus: II. Neque ſine exemplo cum veterũ, tum recentiorũ Evangelicos facere, cum ſub examen Patres antiquiores, eorumq; ſcripta, revocant: Et interdũ ſequiora de ipſis judicia formant, legitimis ducti rationibus, non obſtante, quod in aliis Patres illuſtria habeant encomia. III. Pontificios *iniquè* agere, cum noſtros propter ejusmodi judicia ſugillant, vituperant, & conviciis etiam proſcindunt, tanquam irreverentes Patrum cenſores, & hoſtes; plerumque nullis, vel ineptis, rationibus redditis, quaſi ſufficeret, *αυτὸς ἔφα*! Et *ſubdole*, cum de eodem judicio noſtros exagitant; ſuos vero diſſimulant, & prætereunt, qui tamen interdum ante noſtros, vel cum noſtris æque duriter, imò vel durius de patribus judicarunt: (qua conviciandi arte præ reliquis excellit Philippus Labbeus Jeſuita in diſſertationibus ſuis, & commentariis ſuper librum Bellarmini de Scriptoribus Eccleſiaſticis,) id quod exemplis in Ephrem, Gregorio Nazianzeno, Hilario, Joanne Chryſoſtomo, probavimus, & illuſtravimus.

§. 320. II. *Scripta.* In his 1. *deſideramus quorundam plenio-* II.
rem, diſtinctiorem, & accuratiorem mentionem, & enumerationem: Nam Obſervanda de ſcriptis
nonnunquam *ætas* auctorum e.g. Chromatii, Diadochi, Dionyſii Areopagitæ, Hilarionis; & Conciliorum, ut Carthaginenſis tertii, & Sardicenſis, Eliberitani & Laodiceni, Mediolanenſis, incerta, vel dubia eſt, & controverſa; Nonnunquam *nomina ἐμώνυμα* ſunt, & propterea confuſa, ut Amphionis, Donati, Paulini, Firmici, Gelaſii, Hilarii, Joannis Hieroſolymitani: *Res* etiam *geſtæ* ab auctoribus ſcriptæ ſunt: vel recentioribus, ut acta Concilii Nicæni ab Alphonſo Piſano: vel omnino incertis, quod teſtantur vitæ Antonii, Baſilii, Hieronymi, & Acta Liberii, Marcelli, Sylveſtri: Id quod ferendum adhuc eſſet, niſi & ſcriptorum nonnullorum vel nulla, vel confuſa, & obſcura mentio fuiſſet facta. E.g. Acacius dicitur ſcripſiſſe *multos & diverſos tractatus, & plurimos libros*; Apolinaris *innumerabilia volumina*; Didymus *infinita alia*; Eleuſius *quædam*; Ephrem *mille orationes*, Patherius & Eunomia *lucubrationes*; Euſebius Emiſenus *innumerabiles libros*: Euſtathius Antiochenus *multa*; Euzojus *multiplices tractatus*: Gre- Defectus. I.

gorius Bæticus *tractatus diversos*; Optatus Milev. *epistolas, & alia complura*: Paulonius *multa*: Titus Bostrenus *volumina alia*; Triphyllius *multa alia*: Recentiores nonnunquam supplere conati sunt. E. g. Trittenhemius mentionem faciendo Chronici Hilarii, Guilielmus Parisiensis retractationum ejusdem; Sed qua fide, & certitudine, id vero in dubio relinquimus; *Causſa* cur id factum sit, forte plures sunt: Aliqui præ copia scribendorum quædam omiserunt, ut in Martyrologiis factum: Alii ex inordinatis affectibus; Hieronymus, qui in catalogo suo plures præteriit, Ambrosii etiam libros non recensuit, ex invidia, an odio aliquo, an alia aliqua ex causſa? Brevitatem nonnulli suspicantur in causſa fuisse; alii quod Eusebium Pamphili secutus sit: Eusebius enim nonnullos e. g. Theognostum, in sua historia præteriit, quod eos tanquam Arianorum adversarios odisset; Hujus farinæ fuit & Sabinus, Macedonianorum Patronus: Etiam librorum Chrysostomi Catalogus desideratur.

(2.) Obscuritas.

§. 321. II. *Nonnullorum scripta nonnihil quidem exprimuntur, sed non satis clare exprimitur materia in ipsis tractata*: E. g. Apolinaris *scripsit pro veritate*, sed qua? Et *compendiariũ librum*, sed qua de re? scripsit & Epictetus *hypomnemata*, sed quarũ rerum? Theotimus *breves & commaticos tractatus*, sed cujus argumenti? Theophronius de exercitatione: Martyrologia hodie nuda nomina exhibent, quæ tamen olim fuerunt justa commentaria: Photius hactenus laudandus est ab argumentis nonnullorum, quæ nobis conservavit, ut exinde saltem de contenta materia aliquid subodorari possimus.

(3.) Auctores:

§. 322. III. *Quædam scripta non solum justum præ sese ferunt titulum, sed etiam exhibent rem ipsam quidem, seu materiam, titulo respondentem, i. e. prostant scripta, sed genuini ipsorum auctores nesciuntur, aut dubii saltem & controversi sunt; Contra scitur interdum, qui sint revera auctores eorum, nempe quorum nomina præ sese non ferunt, interdum etiam & hi nesciuntur.* Ponamus, tanquam extra controversiam, Notarios Patrum omnes, mentem ipsorum recte percepisse, & in literas retulisse: de quo tamen adhuc disputari posset, quandoquidem ἐξυγεῖοι illi fuerint, & loquentium celeriter verba

verba exceperint; in qua feſtinatione facilis lapſus & error eſt. In confeſſo utrinque eſt, Patribus etiam huius ſæculi tribui, vel ſupponi ſcripta, quæ ipſorum revera non ſunt: idque fecerunt vel ipſi *orthodoxi*, e.g. Vigilius ſuos libros contra Eutychianos ſcriptos ſub titulo Athanaſii publicavit, ut eo majorem auctoritatem haberent: vel *heterodoxi*: e.g. *Ethnici*, ut Maximinus perſecutor, qui Acta Pilati, & res geſtas Chriſti publicari curavit; & Hæretici, Donatiſtæ Acta falſa tanquam vetuſtioris concilii produxerunt in collatione Carthaginenſi; Apolinaris libri Athanaſio ſunt ſuppoſiti à Neſtorianis; Euſtathii aſcetica Baſilio: Nazianzeno epiſtola ad Theodorum Mopſveſtenum; Epiſtola ad Demetriadem Pelagianizans Hieronymo: Eidem Commentarius in epiſtolas Pauli, qui tamen & ipſe Pelagii auctoris eſt. Quo de Amphilochius peculiarem epiſtolam ad Baſilium ſcripſit: Et de Origeni ſuppoſitis Ruffinus *Suppoſiti autem patribus ſunt aliorum ſcripta ſive coævorum, & orthodoxorum; ſive recentiorum, & heterodoxorum; ſive mediorum, qui ſcilicet ſatis antiqui ſunt*: E.g. Carmen Nazianzeni, Tragœdia dictum, Apolinaris eſt: Contra, Cæſarii quæſtiones Nazianzeni ſunt: Homilia Chryſoſtomi de Adamo & Eva ex Auguſtini operibus compilata eſt; Jambi Amphilochiani Gregorio Naz. ſubducti ſunt. Commentarius in omnes Epiſtolas Pauli, Athanaſio tribui ſolitus, eſt Theophylacti auctoris. Commentarii in easdem epiſtolas, ſub nomine Ambroſii hactenus exſtantes, ſunt antiqui ſaltem auctoris: quamvis qui ſit ille, neſciatur; Forte Hilarii Sardi; ita etiam libri Dionyſii Areopagitæ antiquitatem aliquam ſapiunt, etſi & horum genuinus auctor ignoretur. Dialogi Athanaſii ſunt Theodoreti. Sermones Ambroſii leguntur etiam apud Auguſtinum, Maximum, & alios. Liber de vocatione gentium vulgo tribuitur Ambroſio. & tamen pro certo eſt, quod Ambroſii non ſit; cuius vero? Proſperi? num Eucherii Lugdunenſis? an Hilarii? de eo nondum inter partes convenit. Imo vel *gentilium ſcripta patribus ſuppoſita* ſunt: e.g. liber aliquis Xyſti Pythagoræi Sixto Romanorum Epiſcopo, isque ab ipſo Ruffino. Atque *in his, & ſimilibus ſcriptis nonnunquam patribus & antiquitati ſuppoſiti ſunt vel errores in fide, vel in cultu*, ut Hi-

eronymo in epiſtola ad Demetriadem Pelagianiſmus; Baſilio, Chryſoſtomoq; in liturgiis; Julio Eutychiana: Chryſoſtomo Ariana; *vel in gubernatione externa*, e.g. Epiſcopis Romanis in epiſtolis decretalibus.

Κειμήλια: §. 523. *Sunt autem κειμήλια quædam, ex quibus ſive apodictice, ſive probabiliter genuina ſcripta ab adulterinis diſcerni poſſunt; eaq; vel externa, ut eſt Teſtimonium, vel judicium eruditorum cum veterum tum recentiorum; vel interna, deſumpta à materia & forma librorum.* Teſtimonium autem illud eſt vel *poſitivum*, cum veteres alicui auctori librum hunc vel illum tribuunt, quod amat fieri, in catalogis, ut eſt Hieronymianus; vel *negativum*, cum alicujus libri mentio apud veteres nulla fit, etſi potuerit, & debuerit fieri ſi quis talis liber extitiſſet: Ex quo principio donatio Conſtantini Magni; Acta Nicomedienſium martyrum; epiſtolæ decretales Pontificum Romanorum, opera Dionyſii Areopagitæ, Chronicon Hilarii &c. falſi convincuntur. *Sciendum vero, quod nec vetuſtiorum judicium vel teſtimonium ſemper tutum ſit, quandoquidem adulterini iſti fœtus mature pro genuinis ſoliti fuerint haberi.* E.g. Commentarii in omnes epiſtolas Pauli Ambroſio tribuebantur jam à Synodo Pariſienſi, & Aquisgranenſi, quæ ſeculo nono habitæ ſunt: ab Hincmaro Rhemenſi, & Prudentio Tricaſſino: Amphilochio vitæ Baſilii adſcribitur à Sigeberto Gemblacenſi, & in vitis Patrum. Liber de Pontificibus Romanis item Symbolum: *credimus in Deum*: Damaſo jam tempore Caroli M. Decretales epiſtola eidem jam ſeculo ſeptimo. Acta etiam Sylveſtri jam Rathramni tempore pro veris habebantur, & tamen hodie nullius, vel exiguæ inter Pontificios ipſos ſunt fidei. Opus imperfectum Chryſoſtomi eſſe putatur jam ab Hincmaro Rhemenſi, & tamen Baronius putat, *ne pilum quidem eſſe Chryſoſtomi.* Gennadius jam putavit, epiſtolam ad Dionyſium de incarnatione Domini, eſſe Julii I.P.R. quam tamen ſuppoſititiam eſſe, jam vetuſtiores putarunt. *Neq; ſemper etiam MSC fidendum*: Commentarius in epiſtolas Pauli eſt Pelagii auctoris, juxta ipſos Pontificios; Et tamen Hieronymo tribuitur, in codice obſoletæ vetuſtatis, & Gothicis literis ſcripto.

§. 524.

S. Anno 1471. Quem postmodum, ut dictum est, Sixtus IV. ob 1
eius solertiam & expertam virtutem ad se Romam accersitum, Bibliothecæ Vaticanæ præfecit, & Platinam appellari voluit. Is quidem ad hanc usque ætatem, quibus ea ætas nitebat, ingeniis, & doctrina, & eruditione, & elegantia, & copia, & varietate, & multitudine librorum, & omnium, quæ ad ornatum, & splendorem Bibliothecæ pertinent, rebus, & instrumentis, & ornamentis, & ordine, & diligentia, & cura, & custodia, & omni denique genere, & ratione Bibliothecarii, & Custodes, Librarii, Bibliopolæ, Librorum Interpretes, Librorum Correctores, Librorum Propugnatores, Librorum Defensores, Librorum Patroni, Librorum Amatores, Librorum Studiosi, Librorum Præmiatores, Librorum Cultores, & Ornatores, & Librorum Laudatores, & Librorum Scriptores, & Librorum Librarii, & Librorum Bibliopolæ, & Librorum Interpretes, & Librorum Correctores, & Librorum Defensores, & Librorum Patroni, & Librorum Amatores, & Librorum Studiosi, & Librorum Præmiatores, & Librorum Cult

bius Pamphili: Ad *Galatas* Eusebius Emisenus; & Hieronymus. Ad *Ephesios* Didymus; Ad *Philippenses* Nyssenus: Ad *Titum* & *Philemonem* Hieronymus. In *Canonicas* Didymus. *Harmoniam Evangelicam* scripserunt Apolinaris, & Eusebius Pamphili. Idem Apolinaris *Psalmos*; Juvencus vero *quatuor Evangelia* versibus ligarunt, iste Græcis, hic Latinis.

In libros didacticos:

§. 325. In libros *didacticos*, generalius sic dictos, quorum nonnulli agunt de *fidei* articulis in thesi vel antithesi, ijsque vel in genere, vel in specie. In *genere* de *symbolo* Athanasius, Cyrillus Hieros: in κατηχήσεσι, Et Ruffinus: De dogmatibus Ambrosius Alex. De Theologia Dionysius Areopagita: Compendium adornavit Apolinarius, quale est etiam Epiphanij Ancoratus: Eusebius Pamphili, & Gregorius Bæticus. In *specie de Theologia*, quam & *fidem* vocabant, Ambrosius, Apolinaris, Athanasius, Nyssenus, Jacobus Nisibenus, Joannes Hierosolymitanus: De *nominibus divinis* Dionysius Areop. De *Trinitate* Didymus & Codex Theodosianus: *De spiritu sancto* Ambrosius, Amphilochius. Basilius M. Didymus, Diodorus, Donatus, Ephrem, Johannes Chrysostomus, Gregorius Nazianzenus. De *cognitione* Dei, Nyssenus: De *fato* Diodorus: De *justo Dei judicio* Dionysius Areopagita: de *providentia* Chrysostomus; De *Angelis* Dionysius Areopagita, Johannes Chrysostomus & Hierosolymitanus, De cultu Dei Theodorus Mopsvestenus. De *Christologia*, quam vulgo *incarnationem* appellabant, Jacobus Nisibenus, Ambrosius, Apolinaris, Athanasius, Basilius M. Eusebius Pamphili, Nyssenus, Joannes Chrysostomus, & Hierosolymitanus; De die natali Chrysostomus: *passione* Apolinaris, Ephrem, Joannes Hierosolymitanus, & Chrysostomus. De resurrectione & ascensione Chrysostomus, de *Messia* Nyssenus, de legislatore Chrysostomus. De *Anthropologia*, & quidem *statu hominis instituti* in paradiso, Basilius M. *Destituti*: ut, de peccato in Spiritum S. Athanasius, auctore peccati Basilius M. & Theodorus Mopsvestenus; quod homines natura peccent, Ara; De Engastrimytho Eustathius; De anima Dionysius Areopagita, Eustathius, Nyssenus. *Restituti*, ut de *vocatione gentium* Ambrosius, de *conversione* earundem Jacobus Nisibenus: De *Sacramentis* in genere Dionysius Areop. & Ambrosius: De *circumcisione* Jacobus Nisib. De *baptismo* Ambrosius, Basilius M. De

M. De *hæreticis* bapizandis Hilarius Sardus. De *libero arbitrio* Basilius M. de *pœnitentia* idem, & Ambrosius. De *officio* hominis in genere idem: Confer vitas Patriarchar. tanquam ideas virtutum, ut & Chrysostomum in concionibus paræneticis: Asterium, Basilium, & Ephrem. *Exhortatio ad Baptisma* Basilij M. & ad Christianismum, Nysseni, de *fuga seculi* Ambrosius; & Hæreticorum, Lucifer Calaritanus. De *charitate*, oratione, humilitate, patientia, pœnitentia, satisfactione, virginitate, castitate Jacobus Nisibenus. De *sensu animæ* idem De *hominum ætatibus* Apolinaris; de *vanitate mundi* Antonius; de *bono calamitatum* Ambrosius, & *mortis* idem. De *duratione mundi* Hilario; De *resurrectione* mortuorum Ambrosius, Antonius, Ephrem, Jacobus Nis. & Johannes Hieros. De *Iudicio* extremo Ephrem.; de *gerendis in eo*, idem: De *inferis* Johannes Hierosolymitanus. De *Hierarchia Eccles.* Dionysius Areop.

§. 326. In *antithesi* scripserunt, & quidem contra *Iudæos*, Eusebius Emesenus, & Pamphili, & Chrysostomus; contra *Gentiles*, Athanas. Jacobus Nisi. Eusebius Emesenus, Pamphili contra Porphyrium, & Hieroclem, & in genere de præparatione Evangelica; contra Julianum Basilius, contra Porphyrium Apolinaris, qui & contra Imperatorem, & Philosophos stylum acuit; Julius Firmicus, Maternus, Chrysostomus, Gregorius Naz. de Platonis opinionibus Contra *Hæreticos*. In genere idem Didymus sectatum volumen, Epiphanius, Jacobus Nisibenus, Chrysostomus, Theophilus Alexandr. in *specie* (ut ordine alphabethico procedamus) contra *Anthropomorphitas* idem Theophilus, contra *Apellem* Eusebius Emisenus; Contra *Apolinarium*, & sequaces Ambrosius Alex. Athanasius, Didymus, Theodorus Mopsvestenus: contra *Arianos* Hilarius, Athanasius, Didymus; Eustathius, Faustinus, Alexander, Idacius, Julius, Liberius, Lucifer Calaritanus, Marcellus Ancyranus, Victorinus Afer. Contra *Bardesanen* Ephrem. Contra *Donatistas* Optat°; *Eunomiū* Apolinaris, Basilius M. Gelasius, Nazianzenus, Nyssenus. Contra *Manichæos* Basilius, Didymus, Diodorus, Georgius Laodicenus. Serapion, Victorinus, Titus Bostrenus. Contra *Monophysitas* Antiochus, Sophronius, Theodorus Mopsvest. *Novatianos* Eusebius Emisenus, Pacianus, & Reticius; contra *Origenistas* Eustathius, Theoph. Alex. Hieronymus: contra *Photinum* & sequaces, Athanasius, Diodorus, Eu-

Elenchticos:

sebius,

ſebius Pamphili contra Marcellum. Contra *Potitum* Euſebius Emeſenus; idem contra *Preponem*; contra *Priſcillianos* Idacius; contra *Sabellianos* Athanaſius & Diodorus. Optatus Milevit. contra: *Enthuſiaſtas* Amphilochius. Viciſſim *heterodoxi* etiam pro ſuis erroribus contra Orthodoxos calamum arripuerunt: ut Ætius, Apolinarius, Donatus, Eunomius, Julianus, Porphyrius, Symmachus, & quos porro Heterodoxos hactenus recenſuimus.

Practicos. §. 327. In *practicis* numero *ritualia*, de quibus ſcripſerunt, & quidem *de Sabbatho* Athanaſius; de *paſchate* Ambroſius, Euſebius Pamphili, Gaudentius. Theophilus Alex. De *ſacris ſupellectilibus* Theophilus idem; De *tempore natalis Chriſti* Epiphanius: De *Hierarchia Eccleſiaſtica* Dionyſius Areop. De *veſtibus ſacerdotalibus* Epiphanius, & Hieronymus, de *dedicatione Baſilicæ* Gaudentius; de *adeuntibus Hieroſolymam* Nyſſenus: *Aſcetica*, qualia præcipue ſcripſit Euſtathius Sebaſtenus; Quæ feruntur ſcripſiſſe Athanaſius. Ephrem, Evagrius, Macrobius, Joan. Chryſoſtomus, Jacobus Niſibenus, Oreſieſis, Pachomius: De *virginibus* Ambroſius, Baſilius Ancyranus, Damaſcenus, Nyſſenus, Jacobus Niſibenus. De *viduis* Ambroſius: de *perfectione ſpirituali* Diadochus. De *Muſicis*, ſeu canticis, Apolinaris, Arius, Dionyſius Areop. Ephrem, Hilarius, Victorinus Afer.

Hiſtoricos: §. 328. In *Hiſtoricos & Chronologicos*, quales ſcripſerunt, & quidem *generalius*, & prolixius, Dexter, Diodorus, Euſebius Pamphili, Euſthenius, Entychianus, Hieronymus, Jacobus Niſibenus, Ruffinus, Sabinus, Sulpitius Severus; quibus addipoſſunt Hiſtorica in reliquorum nonullorum ſcriptis ſparſim, vel ſeorſim tradita, e.g. Athanaſij & Hilarij de Synodis: Epiphanii de Hæreſibus; vel *ſpecialius*, ut eſt Hiſtoria Conſtantini M. à Bæmarcho, Joanne Lectore, Praxagora, Eleuſio, Euſebio Pamphili, Eutropio conſcripta: Athanaſij de Antonio Eremita & Syncletica, & morte Arij, Ambroſij de obitu Valentiniani, fratris, ſororis; Baſilij in Julittam, Gordium, Mamantem, XL. martyros alios: Epiphanii de Hilarione; Chryſoſtomi de Paulo, Juuentino, & aliis, Ruffini & Hieronymi de patribus quibusdam Monachis, ſeu Eremitis: Eunapii vitæ ſophiſtarum, Georgij Laodiceni de Euſebio Emeſeno: Nazianzeni de Cypriano, Athanaſio, Baſilio M. Panegyrici; Eſaiæ in Jouam & Brachilium

Marty-

Martyres: Et, si quidem omnia genuina essent, *Acta* Conciliorum, Anysiæ, Alutinensium, Liberij, Marcelli, Mareotica, Munacii, Petri, Sylvestri, Zenophili, Martyrologia ipsa. Observandum præterea, quod quædam non tam historiæ sint, quam ideæ virorum perfectorum, ut putant esse vitam Constantini M. & Antonii &c.

§. 329. *Mixtum* quid sunt *Epistolæ*, quippe in quibus & dogmatica, & Hermeneutica, & practica, & Historica continentur. Tales scripserunt: Acacius, Ætius, Alexandri, Ambrosius, Anastasia, Antonius, Arius & Ariani, Arsenius, Asterius Sophista, Athanasius, Basilius. Constantinus M. Chrysostomus, Damasus, Johannes Hierosolymitanus, Julius, Liberius, Maximus, Nazianzenus, Nyssenus, Pachomius, Ruffinus, Serapion, Theodorus Presbyter, Titus Bostrenus, Tyridates. Mixtos:

§. 330. Indicavimus classes quasdam, ad quas referri possint scripta Patrum, & subjectis exemplis modum ostendimus, quomodo adornari distributionem putemus; operæ pretium fecerit studiosus antiquitatis, si suppleret, quæ nos studio brevitatis omisimus, & augeret catalogos, additis, quæ hinc inde in scriptis Patrum occurrunt citata, vel relata, commentaria, didactica, Elenchtica, practica, Historica, Epistolica, Musica, poëtica: vel etiam novos, & distinctiores titulos adornaret, & eo referret, quæ nos generalius allegavimus; specialioribus remissis ad sequentem tractationem, unde huc transferri poterunt. Dabimus enim in sequentibus operam, ut in singulis locis indicemus, quo de articulo fidei, morum, rituum, historiarum, &c. à singulis patribus accuratè, & ex professo, seu justo instituto, actum sit. Nota.

§ 331. V. *Scriptorum, in præmissu citatorum, & ex parte digestorum, quædam quidem adhuc supersunt, quædam autem interciderunt, & ita quidem, ut præter argumenta, aut excerpta, & fragmenta (in quibusdam etiam ne hæc quidem) nihil amplius superfit.* Reponebant illi quidem sua scripta in Bibliothecis, & Archivis Ecclesiasticis, vel Palatinis, ut ad seram usque posteritatem transmitterentur; etiam per omnia sacra obtestabantur descriptores, ut bona, & sedula, fide describerent libros, ut ex Cyrillo, Epiphanio, Ruffino &c. videre est; Cæterum injuria temporum, & hominum sive negligentia, sive malitia factum est, ut eorum non pauci, nec exigui ponderis tandem (V.) Iactura.

prorſus abolerentur; Sævierunt in libros Eccleſiaſticos *Eccleſiæ perſecutores*, Et maturè quidem; Nam ſub ingreſſum huius ſeculi, auſpiciis Diocletiani & Collegarum, ad rogum conquiſiti ſunt libri Chriſtianorum: quo incendio quantum librorum interierit, inde ſaltem conjici poteſt, quod per univerſum orbem Romanum edicta fuerint publicata, & executioni tradita. Tetigimus eius ſtragis aliquid ſupra, cum de Martyrologiis diſſereremus §. 237. Sub finem ſeculi cœperunt copioſius in Romanum Imperium infundi Barbaræ nationes, religione ſua vel Ethnicæ, vel Pſeudo-Chriſtianæ; Hinc factum eſt, ut non ſolum res publica in politia, ſed etiam in Eccleſia, & literis, immane detrimentum pateretur. Acceſſit *Hæreticorum*, præſertim Donatiſtarum, perfidia. Quod enim videbant ſibi ex ſcriptis adverſari, id ſuſtulerunt, quantum in ſeſe erat; Quod reliquum fuit, incidit paulo poſt in ſecula, quibus ſua negligentia, & ignorantia, ferreorum nomen conciliavit; ubi non erravero, ſi dixero, maximam tum cladem paſſos eſſe veterum libros, dum in monaſteria, velut in carceres, ſub manus Monachorum, indies rudiorum, redigebantur, ubi cum ſitu, qualore, vermibus, tineis, & blattis ad internecionem uſque conflixerunt. Dicam amplius, ne homines quidem miſeris illis Patrum fœtibus pepercerunt, quin manus ipſis violentas injicerent, eosdemque vel truncarent, vel omnino exanimarent abolendo, nempe quod diſſimilem à ſua faciem gererent. Certè interierunt e.g. ex *commentariis*, Ambroſii in Jeſaiam, Pſalmos, Marcum, de duodecim manſionibus; Athanaſii in Eccleſiaſten, & Cantica, & Johannem, & Pſalmos; Chromatii in Matthæum; Hilarii in Jobum; Nyſſeni in Proverbia: Hieronymi plurimi, ut & Chryſoſtomi; &c. Ex *Actis*, Conciliorum e. g. Adrumetini, Alexandrini ſecundi, Angaritani, Ariminenſis, Conſtantinopolitani œcumenici, Iſaurienſium, Nicæni I. Romani II. & XII. &c. *Didacticis & Elenchticis*; e.g. Ambroſii Apologeticus de Chriſto, de judiciis; Hilarii in Dioſcorum: Dionyſii Areopagitæ de Symbolica Theologia, de anima, de divinis hymnis, Theologicæ informationes, & quæ porro appellavimus §. 100. Longum enim foret, omnia adducere. i. e. otioſe repetere, quæ ſupra in ſingulis auctoribus hinc inde expreſſa ſunt. Si quis quæ ſuperſunt, & quæ perierunt invicem conferre vellet,

forte

Digitized by Google

forte major eſſet deperditorum, quam ſuperſtitum, numerus. *Quædam dubia ſunt, an adhuc ſuperſint?* E.g. Homiliæ Amphilochii; Opera Ephrem genuina &c.

§. 332. *Quæ ſuperſunt, neq; omnia integra ſunt, utpote mutilata,* vel certe excerpta, vel centonum inſtar conſuta; *neq; omnia in textu originali, ſed ſolum in verſionibus, quæ non ſemper bona fide mentem fontium expreſſerunt.* E. g. Ex epiſtolis Baſilii quædam (ab Andrea Schotto) ſublata eſt: quædam, nempe de euntibus Hieroſolymam, ex literis Nyſſeni; Decretum de libris canonicis ex Actis concilii Laodiceni: Euſebii in Canticum Canticorum commentarius non modo veteris Euſebii non eſt, ſed & cento eſt merus, juxta Labbeum; Homiliæ XXIV Baſilii apud Simeonem Metaphraſten excerpta ſunt ex eius operibus; Liber Ambroſii de fidei expoſitione, ſitne peculiaris liber, an epitome libri de fide ad Gratianum? controverſum adhuc eſt. *Verſiones* adornarunt nonnulli, non ſolum ſacrarum literarū (de quibus alibi) ſed etiam Eccleſiaſtarum, e.g. Hilarius in Pſalmos, Jobum, & Matthæum Origenis; Didymus & Ruffinus περὶ ἀρχῶν; Hieronymus in Didymum de Spiritu Sancto; & Pachomium; ſed non ſemper reliquerunt, ut erant primitus prototypi conſcripti; Exemplo ſint, quæ Euſebius Vercellenſis, Ruffinus, Sophronius, Hieronymus tranſtulerunt. Quædam etiam dubiæ ſunt, quod auctores attinet, uti Ephremi, & incertæ, ut Nyſſeni quædam: Et *parum accuratæ*, ut Petri Alexandrini; Si recentiores reſpicimus, multo magis dubiæ & ſuſpectæ redduntur, ut videre eſt ex verſionibus in Baſilium, Epiphanium, Euſebium Pamphili, Nyſſenum, Petrum Alex. Chryſoſtomum adornatis. Cauſſas ſi quæras, non unæ illæ ſint: In quibusdam deerat peritia linguæ Græcæ, ut in Hilario, ut ut ab Heliodoro juvaretur; in quibusdam idonea exemplaria, ut in Chryſoſtomi quibusdam; Nonnulli interpretes ſtudio partium in tranſverſum agebantur, non ſolum Chriſtophorſonus, i.e. recentiores, ſed etiam Dionyſius Exiguus. i. e. vetuſtiores; Quales dum aliqui incautius ſequebantur, errabant & ipſi, quod Chriſtophorſonum ſectantibus ſæpe uſuvenit. VI. Verſiones.

§. 333. *Corruptelæ præterea aliæ irrepſerunt, dum ſcriptis Patrum non ſolum quædam ſunt dempta, ſed etiam quædam addita, tranſpoſita,* VII. Corruptelæ.

ſita, confuſa, & alio quocunq; modo depravata, ut ſunt mille corrumpendi modi. Largiuntur tale quid ipſi Pontificii, e.g. in operibus Ambroſii, quod vitio, vel incuria, quædam fuerint *adjecta*, quædã *ſublata*, quædam *tranſpoſita*, quædã *depravata*; adeoq; *corrupta, & temerata, ut interdum nullam, interdum ineptam, aliquando falſam, nonnunquam vero à fidei inſtitutis, & ab ipſorum auctorum mente alienam effecerint ſententiam.* Fr. Balduinus *ſexcentos errores* è parvis Optati libris ſuſtulit, *nec multo pauciores ſupereſſe*, idem faſſus eſt. Tale quid fecerunt *veteres* non *Hæretici* ſolum, ut videre eſt ex Martyrologiis, & Actis Arelatenſibus, & Carthaginenſibus, & libris Optati Milevitani, quos corruperunt Donatiſtæ: ſed etiam ex iis, quæ ipſi *Eccleſiæ Doctores*, cætera commendatiſſimi, & pio quidem zelo, attamen non ex fide Interpretum, in monumentis vetuſtiorum auſi ſunt: Demerunt enim inde ea, quæ ab orthodoxa ſententia abhorrere videbantur, quod Hieronymo exprobrat Ruffinus; nec diffitetur ille, imò provocat ad exempla aliorum, Hilarii nempe & Victorini; ad exemplum nimirum & ipſi Vercellenſis Euſebii, eodem Hieronymo referente: & exprobrante tale quid ipſi etiam Ruffino. In media ætate Gratianus arguitur adjeciſſe aliquid Concilii III. Carthag. decretis. Dubiæ ætatis eſt auctor quisquis canones Nicænos auxit, & ſubſcriptiones addidit. Gratianus idem & Lombardus queruntur, jam ſua ætate commentarios Ambroſii in epiſtolas Paulinas à falſariis fuiſſe interpolatos. Quid *recentiores* in ſcriptis Patrum deſignent, loquuntur ſcripta Ambroſii, Athanaſii, Epiphanii, Hilarii, Nazianzeni, Chryſoſtomi, Petri Alexandrini, & cujus denique non? Nec leves ſunt corruptiones, ſed quædã etiam enormes, ut in Actis Cæſarauguſtanis, canonibus Eliberitanis, Rom. concilii III. Nec minoris ſunt momenti ſcripta temerata; Nam nec conciliorũ canonibus, & Actis, e.g. Cæſarauguſtanis, Conſtantinopolitanis, Nicænis, Romanis III. IV. V. parcitum eſt. Turbatus ordo Concilii Carthaginenſis & Sardicenſis; Laodicæni & Nicæni, Sardicenſis & Nicæni. *Recentiores* quidem *editiones* magnifica promittunt, ſed in receſſu non ſemper habent, quod præ ſeſe ferunt; ut videre eſt ex noviſſimis & nitidiſſimis editionibus Baſilii, quam Lambecius notavit; Epiphanii, à Petavio procurata; Chryſoſtomi, ſtudio Savilii evulgata:

igitized by Google

gata: Metuendum eſt, ne corruperint ſcripta, dum manca ſupplere, adjecta rejicere &c. allaborarunt.

§. 334. *Errores nonnulli, non corruptelis, aliunde illatis, ſed auctoribus ipſis, imputandi ſunt. Fuerunt enim Patres etiam homines, ſuis nævis, & erroribus in hermeneutica, vel didactica, vel utraq; obnoxii, quare mirum non eſt, ſi tales errores etiam in ipſorum genuina ſcripta irrepſerunt*: Exemplis id probavimus Hieronymi, Hilarii, Chryſoſtomi, Nazianzeni, aliorumque: Suntque illi ipſorum errores interdum ſatis craſſi, ita ut in ſuſpicionem hæreſis nonnunquam auctores incurrerint, quod in præmiſſis oſtenſum eſt. Et ne quis dicat, ſingulos ſingulorum fuiſſe errores, ſciendum eſt, *quosdam cum pluribus aliis erraſſe* errores cum hermeneuticos, tum dogmaticos. E. g. In explicando dicto Chriſti: pater major eſt me; Nam de divina natura dictum plures acceperunt; In quæſtione de viſione Dei beatifica ante diem extremum? de diſtinctione Epiſcoporum & Presbyterorum; de libidinibus Angelorum; de aperto διοίξει utero; de propagatione generis humani in ſtatu integritatis; *Neq; diffiteri potuerunt Pontificii, in ſcriptis talibus deprehendi quædam Hæretica*, non *ſatis Catholica*, *placitu Theologiæ non conſentientia*: E. g. in ſcriptis Ambroſii, Chryſoſtomi, Philaſtrii. Fatetur Coriolanus, Græcos omnes aſſerere & tueri, Nicæni concilii canones viginti tantum fuiſſe; addere, *poſt diligentem inquiſitionem factam in Archivis Alexandrinæ, Antiochenæ, & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, (ut conſtat ex epiſtola & actis ſynodi Carthaginenſis VI.) non plures quam viginti canones repertos eſſe*; Et tamen contrarium ille tenet, plures, quam viginti, fuiſſe. VIII. Errores Patrum ipſorum ſummet:

§. 335. *Ex hac, ſaltem prætenſa, cauſſa Pontificii ipſi nonnunquam declinant auctoritates Patrum, tanquam vel corrupti ſint, vel ipſimet errarint, & contra morem Eccleſiæ moderne ſenſerint*, Lutheranis, Hæreticis ſcilicet! faventes. Sub eo prætextu repudiant Canones Concilii Antiocheni, & Laodiceni, Chryſoſtomi opus imperfectum, ſcripta Gelaſii, quædam Epiphanii, Euſebii, Hieronymi, Nyſſeni: Repudiant nonnullas ſcripturarum explicationes Ephremi, Epiphanii, Chryſoſtomi: Non habent igitur, cur indignè ferant, ſi Græci, vel alii, eo nomine etiam repudiant quædam Baſilii, vel Epiphanii. *Minime omnium ferendum eſt, quod quæ* IX. Auctoritas.

pro dubiis, vel adulterinis ſcriptis ipſi habent, ea tamen contra adverſarios pro ſeſe allegent tanquam genuina. E.g. Homilias Euſebii Emeſeni, Epiſtolas Pontificum Romanorum, Hieronymi commentarium in Marcum: vitam Baſilii tanquam ab Amphilochio ſcriptam: Tunc ſcil. ſunt illa Baſilii, Hieronymi, Liberii genuina, antiquitate veneranda, incorrupta, ſi Papiſtis patrocinantur.

X. Diſſenſus.

§. 336 *Iudicia de Patribus, eorumq; ſcriptis, non raro ſecum non conſentiunt, aliis ſive vetuſtioribus ſive recentioribus illos, vel iſta, laudantibus, aliis vituperantibus, aliis recipientibus, aliis repudiantibus.* e.g. Inter *veteres* de Marcello Ancyrano aliter Euſebius Pamphili, aliter Sardicenſes Patres ſenſerunt; De Ruffino aliter Hieronymus, aliter Encomiaſtæ Ruffini: Similiter de Gregorio Laodiceno, Theodoro Mopsveſteno; Inter *recentiores* Henricus Valeſius contrarius eſt Baronio, Bellarmino quoad Arianiſmum Euſebii Pamphili: Bellarminus & Baronius diſſentiunt à Spinello, Salmerone, Maraccio circa ſermonem Ambroſij de ſanctiſſima virgine? Canones concilii Eliberitani, ſint ne Novatianiſmo infecti, an non; Bellarminus ait, Ferdinandus de Mendoza negat: Apologia Davidis poſterior Bellarmino non videtur eſſe Ambroſij, contra Nicolaum Fabrum, & Poſſevinum, quibus videtur, refutatis hoc nomine à Raynaudo: Commentarios in Pſalmos eſſe Hieronymi, ajunt Marianus, Sculingius, & quidam alij; Bellarminus ſaltem puros eſſe negat, Labbeus non eſſe Hieronymi, diſertè ſtatuit. *Interdum ſuſpendunt judicium deciſivum*, contenti, retuliſſe diſcrepantes ſententias, e.g. Labbeus, ad Virginem lapſam, & de Salomone, ſintne Ambroſij auctoris, annon? De concilio Romano V. veritas ſit, an figmentum? Bartolus & Covarruvias de donatione Conſtantini M. *Nonnulli retractarunt ſua de auctoribus* judicia, ut Baronius de Ephrem.

§. 337. Rudi penicillo delineavimus ſumma ea capita, ad quæ revocanda putamus ea, quæ in præmiſſis ſparſim dicta ſunt; Subjecimus etiam exempla pauciora, vel plura; quibus addi poſſunt, imo debent, reliqua, quæ vel ipſi nos ſupra adduximus, vel aliunde ſuppetunt. Me judice, operæ precium inſigne fecerint antiquitatis

quitatis ſtudioſi, ſi compleant ſive claſſes, ſive exempla, hactenus delineata: Sic enim in promptu erit facili, quidquid hinc inde auctorum, librorum, judiciorum, exſtat, idq; in præſentem uſum, ſive hermeneuticum, ſive dialecticum, ſive elenchticum, ſive apologeticum, ſive alium quemcunq;: Deplorabunt, ſpero, mecum inſignem tot tantorumque ſcriptorum jacturam, & diſcent ἀπέχεσθαι, vel ἐπέχειν, ſi quid ex antiquitate citetur, quod orthodoxiæ reclamat; & fidem ſuam potius in S. literas, quam ſcripta Patrum, erroribus ſuis obnoxiorum, ſive ſcripta ſua corruptorum, reſolvere.

§. *Euſtathii Sebaſteni* mentio facta quidem eſt ſupra §.144. p.228. ſed, quæ addideramus de ejus ætate, ſcriptis, & judiciis, neſcio quo fato exciderunt, hic loci ſupplenda. *Cognomen* ille Euſtathius accepit à Sebaſtia Armeniæ urbe, cuius Epiſcopus fuit: Floruit ſub Conſtantio Imp. juxta Sozom. lib. III. hiſt. Eccleſ. c.13. ſub fin. ubi iſtorum hominum, quoscunque *principatu Conſtantii claruiſſe acceperat*, mentionem facere voluit, in his c. 14. etiam Euſtathii, τὸν τὴν ἐν Σεβαστίᾳ τῆς Ἀρμενίας ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσαντα, *ejus, cui Sebaſtena in Armenia Eccleſia commiſſa erat.* Vitam tamen ſaltem uſque ad Valentis tempora produxit, ut ex epiſtolis Baſilii claret. Scripſiſſe fertur Aſceticorum librum, quem vulgo tribuunt Baſilio; ſic enim idem Sozomenus l.c. *Apud Armenios, & Paphlagonas, & accolas Ponti, Euſtathius Sebaſtiæ in Armenia Epiſcopus, Monaſticæ converſationis auctor eſſe dicitur: Et de arctioris vitæ diſciplina, de cibis quibus utendum, aut à quibus abſtinendum eſſet: de veſtibus, quibus uti oporteret; de moribus deniq; & exacta vivendi ratione præcepta tradidiſſe, adeo, ut quidam affirment, τὸν ὀνομαζόμενον βασιλείου τοῦ Καππαδόκου ἀσκητικὸν βίβλον αὐτοῦ γεγονέναι, librum Aſceticum, qui Baſilio Cappadoci vulgo aſcribitur, abiſto conſcriptum fuiſſe.* Hactenus Sozomenus: cum quibus conferri poſſunt, quæ habet Socrat. lib.II.hiſt.c.43. Niceph.Calliſt. lib.IX.hiſt. c.16. XIII.29 Quibus ſuffragantur Johannes Garetius, (*vir de Eccleſia Pontificia*, judicio Miræi, *quà ſcribendo, quà concionando, bene meritus, & à Fr. Turriano ac R. Bellarmino* Jeſuitis *doctrinæ atq; induſtriæ nomine, apprimè laudatus*) *& nonnulli alii*, fatente Labbe. in Baſil.p.179. Diſplicent hæc Baronio, an.361.n.45.ſeqq: & Frontoni Ducæo, in not. ad Baſil.

Euſtathii (1) ætas.

(2) ſcripta.

Basil. regg. t.3. f.m. 27. & 28. Negat enim ille, Eustathium Sebastenum Episcopum fuisse Monasticæ conversationis, & Ascetico-rum auctorem, & in concilio Gangrensi damnatum, eo quod à Basilio tale quid ipsi objectum non fuerit; Sed hæc ratio non convincit, quo minus Eustathius Sebastenus Hæresis istius auctor esse potuerit; eo quod Basilius prius, quam in Hæresin illam incideret, literas suas scribere potuerit. Observavit hoc Celeberrimus Valesius in not. ad Socrat. lib. II. hist c. 43. scribens: *Basilius in epistola LXXIV, quam scripsit ad occidentales contra Eustathium Sebastenum, Gangrensis concilii nullam mentionem facit. Ex quo manifeste colligitur, tunc, cum Basilius eam epistolam conscriberet, scripsit autem sub Valente, nondum celebratum fuisse Gangrense concilium, in quo damnatus est Eustathius.* Pergit evestigio: *Dicet fortasse aliquis, id quod à Baronio dictum est, Eustathium illum, qui in Gangrensi Synodo condemnatus est, diversum esse ab Eustathio Sebasteno. Verum hoc gratis dicitur, nec ullius auctoris testimonio nititur.* Corrigenda igitur est vulgaris sententia de tempore Synodi Gangrensis, quam supra p. 61. §. Gangrense &c. retulimus, ut referatur sub imperium Valentis, quod iniit anno 364. nec ejus initium, sed progressum. Non video autem qui secum conveniat Valesius in computo; dicit, Synodum Gangrensem vetustiorem esse Antiochena, quæ habita est anno 341. Et tamen nondum celebratum fuisse tempore Valentis, quo imperante Basilius epistolam contra Eustathium scripserat: Valens enim demum anno 364. imperare cœpit; Necesse igitur est, Synodum Gangrensem esse Antiochena recentiorem; imo & Seleucienſi, quæ anno 359. celebrata est, id quod Socrates olim voluit, male propterea reprehensus à Valesio. Baronius porro ex Epiphanii hæres. XL. refert de aliquo Eutacto, Petri Anachoretæ discipulo, quod reversus in patriam (Armeniam parvam) *multos polluerit*, & libros hæreticos reliquerit. Hunc putat Baronius in concilio Gangrensi fuisse damnatum, & vitio librarii ex Eutacto, Eustathium esse factum. Verumenimvero, Baronius corruptelam istam factam & Eutactum condemnatum nullo apice probat. Neque contraria hæc sibi sunt, & Eustathium, & Eutactum condemnatos fuisse. Ejusdem Baronii judicio *inanis prorsus esse convincitur illorum assertio, qui adeo temere effutierunt, commentarium illum*

illum egregium S. Basilii de regulis, quibus Monachi simul victuri essent instituendi, fuisse dicti Eustathii Sebasteni, non autem Basilii, Cum assertione Gregorii Nazianzeni (ut suo loco dicturi sumus) id exploratissimum habeatur; ut hoc in dubium revocasse, summa stultitia sit: Utinam Baronius addidisset locum, ubi Nazianzeni assertionem produxerit, ut explorari potuisset, quid illius testimonii sit; Et num de iisdem, an aliis regulis, loquatur. Confer disputata super §. 66. ubi actum est de qq. Basilii in compendium redactis, an & ea sint Eustathii Sebasteni auctoris? *Iudicia* de hoc Eustathio adeo honorifica non sunt, eo quod Arianissimi, Macedonianismi, & Tatianismi fuerit haud injuria insimulatus. vid. Basil. epist. LXXIV. & LXXXII. Chemnit. part. IV. Exam. Concil. Trid. p. m. 227.

§. Ut vacuum expleamus, placet supplere quædam in præmissis citari cœpta, sed non absoluta, in gratiam eorum, qui vel auctoribus destituuntur, vel evolvendi labore nolunt gravari.

§. 38. p. 26. Hier. præf. in Jes. *Apolinaris more suo sic exponit omnia, ut universa transcurrat, & punctis quibusdam atq; intervallis, imo compendiis, grandis viæ spacia prætervolet: ut non tam commentarios, quam indices capitulorum, nos legere credamus.*

§. 59. Athanas. t. 2. f. 548. ὁ ἐν βίῳ καὶ λόγῳ περίβλεπτος, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ὑπέρμαχος Ἀθανάσιος: *Perspicabilis ille vita & moribus, solidumq; Ecclesiæ DEI propugnaculum Athanasius.*

Pag. 66. *Fuisse quidem acta Nicæna accuratissime scripta, S. Athanasius auctor est in libro de Synodis: verum injuria temporis & Arianorum conatibus passa esse naufragia, certum est.* Subjungit quidem, Photium, Theodorum Balsamonem, Isidorum Mercatorem, & Franciscum Turrianum, opinari, quod acta illa adhuc extent; *sed, § 63. ut libere dicam,* addit, *somnia puto hæc omnia: utinam falsus conjector inveniam: Nam illud scimus, omne seculum, quod ad nostram usq; ætatem interlapsum est, cupidissimum fuisse tam egregiæ atq; omnium nobilissimæ antiquitatis, nec tamen ea hominum quenquam potitum esse.* Baronius.

Pag. 67. Coriolanus: *Græci omnes asserunt, & tuentur, Nicæni concilii canones viginti tantum fuisse: idque Theodoreti lib. 1. c. 8. & Ruffin lib. 1. c. 6. ex hu duos in duas alias partes dividentis, atq; ita viginti*

duos Canones enumerantis, autoritate confirmant; addunt q̃, post diligentem inquisitionem factam, in Archivis Alexandrinæ, Antiochenæ, & Constantinopolitanæ Ecclesiæ (ut constat ex Epistola & Actis Synodi Carthaginensis Sextæ) non plures quam viginti Canones repertos esse.

p. 203. §. 117. *Hic libros conscripsit valde utiles: quorum unus Monachus inscribitur, seu de virtute activa: alter Gnosticus, vel ad eum, qui scientiam consequi meruit. Hic liber in quinquaginta distributus est capita. Tertius Antirrethicus inscribitur, ex divinis scripturis collectus contra Dæmones tentatores: & in octo partes divisus, juxta numerum octo cogitationum. Scripsit præterea gnostica problemata sexcenta. Deniq̃ duos carminum libros: alterum ad Monachos, qui in cœnobiis seu congregationibus degunt: alterum ad virginem. Qui quidem quam eximii sint & admiratione digni, quisquis eos legerit, facile cognoscet.*

p. 205. §. 122. Eusebius Emesenus &c. *præcipui sunt adversus Iudæos, & gentes, & Novatianos, & ad Galatas libri decem, & in Evangelia homiliæ breves, sed plurimæ.*

p. 287. §. 232. *Macrobius Presbyter, &, ut ex scriptis Optati cognovimus, Donatista, & suorum postea in urbe Roma occultus Episcopus fuit. Scripsit cum adhuc in Ecclesia Dei Presbyter fuisset, ad confessores & ad virgines librum unum, moralu quidem, sed valde necessariæ doctrinæ, & præcipue ad custodiendam castitatem aptissimis valde sententiis communitum.*

Articulus

igitized by Google

SECULI QVARTI

Articulus II.

De

MINISTERIO ECCLESIASTICO.

Sect. I.

De Miniſterio in genere.

Argumentum:

Connexio hujus cum præcedente, & ſequentibus articulis. Miniſterium eſt peculiaris ſtatus: Nomina ejus, & Miniſtrorum: Deſcriptiones: Auctor, & conſervator ordinis Deus eſt: Regula eligendi: Electio eſt penes totam Eccleſiam, nempe ſtatum politicum, contra Petrum Cabeljavium; Eccleſiaſticum: œconomicum: id quod confirmatur, & vindicatur. Objectum eligibile quod: polleat donis naturalibus, intellectualibus, moralibus; viris in electione, & perſonis, ut ſunt: neglectus explorationis, ruditas literarum, heterodoxia, pravi mores, ſtatus inhoneſtus: Impedimenta alia ex jure, vel conſuetudine hominum: ubi de digamia, & Clinicis, & gradibus ordinum diſputatur: diſcretio promovendorum: Electionis nomina & deſcriptiones: actus religioſe tractandus, & cavenda ſunt extrema: ſit libera: Vocatio: Ordinatio, ejus deſcriptio, & neceſſitas: Cauſſa principalis, miniſterialis, ubi de miniſtro ordinante accuratè diſputatur: Ordinabilis quis? actus ipſe & cæremonia deſcribuntur: Effectus ejus: Ordinatorum miſſio: Translatio, quo ſenſu illicita, vel licita; Succeſſoris ſubſtitutio: Remotio, ejus cauſſa: Abdicatio ultronea: Suſpenſio ab officio: Degradatio; Officium remoti: Reſtitutio: quantum populus hac in re poſſit? Provocatio injuſtè remoti. Suſpenſionis relaxatio: Reſtitutionis incapacitas: Officium collatum: diſtribuitur in poteſtatem ordinis, & jurisdictionis; ordinis, ut eſt prædicatio verbi: juxta regulam ſcripturæ, quoad phraſin, & rem ipſam: Tractatio didactica, Elenchtica, Padeutica, Epanorthotica, Conſolatoria: diſpenſatio Sacramentorum, nempe Baptiſmi, & Euchariſtiæ, preces: Iurisdictionis poteſtas eſt vel interna, ut clavium, ligantis & ſolventis: Presbyter confeſſarius: limitatio poteſtatis: vel externa, in pareciis, ſive majoribus, ſive minoribus: quoad perſonas, & res: De jure ſacro-

rum ordinis politici latè differitur, & probatur huic ordini competere variis rationibus, adversus exceptiones Leonis Allatii, & Bellarmini, desumptis ab actibus religiosis in conciliis, judiciis, legibus, personis etiam Ecclesiasticis: quo in negocio quomodo minister sese gerat: Et quousq; Magistratus potestas sese extendat: quidve contra vim consilii, arripiendum: Jus reformandi heterodoxum cultum: jus divinum: ut est jus ministerii introducendi & fovendi, leges condendi. Finis ministerii ex parte Dei, gloria: & hominum salus. Efficacia: Virtutes vero necessaria Ecclesiæ ministro, qua, & quot sint ista: concernunt vel officium, vel personas: ut sunt fidelis dispensatio: Zelus pro veritate: prudentia, & mansuetudo: Dilectio proximi, Magistratus reverentia, temperantia, ἀυτάρκεια, taciturnitas. Honor ministerio debitus. Salaria. Conjugium asseritur, & confirmatur, contra exceptiones Papistarum, exempla. Habitus Clericorum. Vitia, an deregenda? quorum alia impingunt in officium, ut otium, ruditas, neglectus officii, hæresis, imprudentia: vel in personam, ut apostasia, inobedientia, fastus, ira, invidia, ambitio, cædes, libido & intemperantia, avaritia, fœneratio, hypocrisis, studium amplificandi ἀιαίρεσιν: Effectum ministerii non impediunt: Remedia, vel politica, vel Ecclesiastica, nempe censuræ, & judicia, horum limites. Curæ ministerii, & persecutiones, earumq; remedia. Infirmitates. Judicia populi.

§. I.

Prooemium

DIsseruimus præcedente articulo de Scriptoribus & scriptis rerum Ecclesiasticarum, quantum ad scopum nostrum facere arbitrabamur; pergimus nunc ad ea, quæ in scriptis istis continentur: Quæ quia multa & varia sunt, ordine iterum referemus, ne qua confusio nascatur; id vero fiet, si ad certa quædam capita revocemus, digesta juxta methodum Systematum Theologicorum. Quædam eorum spectant ad Ecclesiæ causas, quædam ad affectiones, quædam ad accidentia, quædam ad contraria.

Ministerii status:

§. 2. In *causis* Ecclesiæ post Deum eminet *Ministerium Ecclesiasticum*, utpote quo Deus utitur in Ecclesia sua plantanda, & conservanda. Loquimur enim h.l. de ministerio verbi & sacramentorum: quare initium faciamus, ἀπὸ τῆς ὁσιωτάτης ἡμῶν ἱεραρχίας: *à sanctissima nostra hierarchia*, quam vocat Dionysius Areop. c. 1. §. 3. Est illud peculiaris status, à reliquis, politico nimirum,

&

Digitized by Google

& populari, diſtinctus. Conſtantinus M. cod. de Epiſc. l. 2. *corpus* appellat; Athanaſius in epiſt. de Syn. Arim. & Seleuc. t. 1. f. 870. diſtinguit inter κληρικὸς καὶ λαϊκὸς, *Clericos & populos.* Synodus Alexandrina inter πρεσβύτερον καὶ ἰδιώτην *Presbyterum & idiotam*, quando conqueritur de adverſariis, quod τὸν ἰδιώτην πρεσβύτερον ὠνόμαζον *idiotam Presbyterum* appellarint, Athanaſ. apol. t. 1. f. 732. C. D. Epiphanius in epiſtola ad Arabas ſalutat fideles *à Sacerdote uq; ad Laicum*: hæreſ. LXXVIII. f. m. 497. Uberius expoſuit Gregor. Naz. orat. VII de compoſ. rat. diſſert. f. 221. A. *Etiam*, ajens, *in Eccleſiis ordo definivit; ut aliud quidem ſit ovile, alii vero paſtores: aliud cum imperio præſit, aliud imperio ſubſit! aliud ſit capitis inſtar, aliud pedum, aliud manuum, aliud oculorum: aliud deniq; alterius membri corporis vicem ſuſtineat, quæ membra ad aptam totius compoſitionem ac utilitatem vel inferiora ſunt, vel excellunt.* Ambroſius epiſt. ad Vercel. n. LXXXII. f. m. 182. D. probat diſtinctionem ex Aaronis baculo, quem Deus virentem & florentem fecerit præ baculis aliarum tribuum, ut innueret, diverſum eſſe officium Sacerdotale à Laicali ſtatu: *Vt advertamus, quia in Sacerdotibus divina magis quam humana operatur gratia, una ex multis, quam Moyſes per tribus acceperat, & reconderat, Virga Aaron floruit, atque ita divini judicii munus ſpectandum in ſacerdote populus advertit, ac deſtitit parem ſibi humano judicio vendicare gratiam, qui ante parem ſibi prærogativam competere arbitrabatur.* Diſtinctus ſtatus eſt etiam à Monaſtico. *Alia, (ut ante perſtrinxi) Monachorum eſt cauſa: alia Clericorum. Clerici paſcunt oves: ego paſcor. Illi de altario vivunt: mihi, quaſi infructuoſæ arbori, ſecuris ponitur ad radicem: ſi munus ad altare non deferor & quis tibi, ut Propheta dixit, parcendum putabit? aut quis cum pace ad te redibit, cum videat fratres propter quos Chriſtus mortuus eſt, tua fuga noxam accepiſſe? Id enim ſcire oportet, & nequaquam ambigere, te prius quam ordinabaris tibi vixiſſe*: ita Hieronymus ad Heliodorum; t. 1. opp. f. 2. A. 3. Confer epiſt. ad Nepot. ab initio; Et epiſt. ad Ruſticum. t. 1. f. 21. Ad Pammachium & Riparium &c. Ambroſ. epiſt. LXXXII. ad Vercel. f. 182. L. Ex vetuſtioribus Dionyſ. Areop. c. VI. de Eccl. Hier. §. 3. n. 1. Epiſt. VIII. f. 782. Athanaſ. in epiſt. ad Dracontium Monachum t. 1. f. 935. C. leg. XXXII. cod. de Epiſc. Ex recentioribus Fileſac: Select. lib. 1. c. 18. Rivet. Cathol. orthod. p. m. 446.

Anton.

Anton de Domin. lib. 2. de rep. c.12. f.227. n.49. Cellot.lib.V. Hierarch.c.21. VII. 1. Spond. an.398. n. 15. Quanquam Monaſtica ἄσκησις potuerit cum ſacerdotali officio in eodem ſubjecto concurrere, exemplo Euſebii Vercellenſis Epiſcopi. vid. Ambroſ. ep. 82. Et fieri poſſit in caſu neceſſitatis, ut & Laici actibus miniſterii de fungantur; *Vt ergo creſceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia conceſſum eſt & Evangelizare, & baptizare, & ſcripturas in Eccleſia explanare. At ubi autem omnia loca circumplexa eſt Eccleſia, conventicula conſtituta ſunt, & rectores, & cetera officia in Eccleſiis ſunt ordinata, ut nullus de clero auderet, qui ordinatus non eſſet, præſumere officium, quod ſciret non ſibi creditum vel conceſſum. Et capit alio ordine & providentia gubernari Eccleſias.* ita Ambroſius, vel quisquis auctor eſt comm. in Epheſ. IV. f.m.534.

Nomina Miniſterii.

§. 3. Miniſterium Eccleſiaſticum *nominibus* ſuis & *titulis* inſigne eſt, deſumptis ab ipſius ſive cauſſis, ſive effectis, ſive affectionibus & accidentibus. *Religio* appellatur a Conſtantino M. cod. de Epiſc. leg. 1. tit. 2. *Deificus ordo* ab Ambroſ. c.6. de dign. ſacerdot. Ἐκκλησιαστικὴ διάταξις *Eccleſiaſticus ordo* ab Athanaſio ſub finem epiſtolæ ad Dracontium: ἱερατικὸν τάγμα *ſacer ordo* ab Illyria Synodo in literis ad Aſianos, referente Theodoreto lib. IV. hiſt. Eccleſ. c.8. ἐκκλησίας τάγματα, *Eccleſiæ ordines.* l.c. ἱερουργία, ἱερότελια, *ſacra functio* à Dionyſio Areopagita in tractatu peculiari de Eccleſiaſtica, hierarchia; ἡ θεῖα ἱερωσύνης δύναμις, *divina ſanctimoniæ potentia*; c 1. ἁγία ἱερατείας ἐνέργεια *ſancta ſacerdotii vis.* l. c. Quid autem ſit hierarchia? definit. de Cœl. hierar. c.I. §. III. *Sacerdotium ſanctum* ab Optat Milev. lib. III. adv. Parm. p. m.83. *Sacerdotii meritum* ab Hilario lib. VIII. de Trinit. *Meritum eximiæ ſingularisq; virtutis* à Conſtantino M. l. 5. cod. de Epiſc. *fides* l.16. *Clericatus* ab Hieronym. in epiſt. ad Ruſticum. t. 1. f.21. ἱερωσύνη *ſacerdotium* apud Socrat. lib. 2. c.9. συμπρέσβεια à Gregorio Naz. in literis ad Nectarium apud Sozom. lib. VI. hiſt. c.27. f.m.676. quo titulo etiam Athanaſius utitur, dum Serapionem vocat ἀλάβειαν, *reverentiam*; t.1 f.670. τιμὴν *honorem* vocat Conc: Antioch. can.5. *Sacrum* dicitur à ſacris functionibus: *Sacer ordo noſter dicitur & eſt functio, univerſa ſacra in ſe complectens, qua divinus Pontifex initiatus, omnium per ſe rerum ſacratiſſimarum particeps exiſtet, in quantum ſacerdos ſummus*

mus appellatur. ita Dionyſ. Areop. c. 1. de Eccleſ. hierarch. §. 3. f. 199. B. Et ſacris donis: *Sicut enim qui ſacrum ordinem nominavit, omnium ſimul compendio ſacrorum dixit diſpenſationem; ita qui ſummum ſacerdotem appellat, Deo intime unitum ac divinum plane virum ſignificat, omni ſacra cognitione perpolitum, in quo omnis, quæ illi ineſt, poteſtas ſacra conſummatur atq; cognoſcitur.* ita item. Eodem definiente, hierarchia eſt *Deo inſitæ ac divinæ deificaq; ſcientiæ, nec non afflationis & perfectionis eſſe functio* §. 1. & §. 3. *Eſt Hierarchia, ſeu ordo ſacer omnis juxta Venerandam nobis ſacroſanctam traditionem, Vniverſalis rerum ſacrarum illi ſubjectarum ratio, ſeu generaliſſima eorum, quæ ſub ordinem cadunt, id eſt, ſacrorum ſumma.* Concilium Laodic. can. 12. vocat ἐκκλησιαστικὴν ἀρχὴν *Eccleſiaſticum principium.*

§ 4. Hoc officium qui gerunt vocantur *Clerici*, vel Clerus; οἱ ἐν κλήρῳ *qui ſunt in Clero*; concil. Ancyr. can. 14. unde? Hieronymus exponit epiſt ad Nepot. *vel de ſorte Domini, vel quia ſors veſtra Dominus i. e. pars veſtra: Qui autem vel ipſe pars Domini, vel Dominum partem habet, talem ſe exhibere debet, ut & ipſe poßideat Dominum, & poßideatur à Domino.* Hæc ille. Eſt autem vox illa vel generalis, ut ex dictis patet; vel ſpecialis ſignificationis, ut ab Epiſcopo, Presbytero, Diacono Clericus diſtinguitur ab Ambroſ. de dig ſacerd. c. 3. *Eccleſiaſtici* ab Eccleſia cui præſunt, à Conſtantino M. l. 5. cod. de Epiſc. *Sacerdotes* ab Ambroſio in libro, quem de dignitate Sacerdotali ſcripſit, & aliis multis hinc inde; nempe à ſacris, quibus operantur, ἱερατικοὶ *ſacrati* à Concilio Laodiceno c. 28. ἱερώμενοι *conſecrati* ab Euſeb. lib. X. hiſt. c. 3. ἡγούμενοι *antiſtites* l. c. ἄρχοντες *gubernatores*. l. c. Eo quod mediante vocatione & ordinatione deſtinentur Eccleſiæ docendæ & gubernandæ; *Angeli*, ab annunciatione voluntatis divinæ; Dionyſ. Areop. de cœleſt. Hier. c. XII. §. 1. & 2. *Eccleſiaſtici*: l. 5. cod. de Epiſc. προεστῶτες ἐκκλησιῶν *antiſtites Eccleſiarum* à Baſil. reg. fuſius diſp. q. 15. f. 443. C. Et ab Euſeb. lib. 1 de Martyr. Palæſt. c. 12. προεστῶτας ἐκκλησίας uti Baſilium vocat Gregor. Nazianzen. orat. XX. *Diſpenſatores* ab Ambroſ. in c. XII. Lucæ: *Seniores* ab eodem lib. 1. offic. c. 20. ab ætate, qua maturi eſſe debent, & reverentia, qualis debetur Senioribus: Confer Salmaſ. de primat. Pap. appar. p. 69. *Parentes*, à cura paterna, & effectu; *veri parentes* ita Hieron. comm. in epiſt. ad

Miniſtrorum:

ad Rom. l. 30. *capita* Eccleſiæ, uti vocat Ambroſ. de dign. ſacerd. c. 5. qualia ſeſe exiſtimabant tranſmarini Epiſcopi, ſcribente Baſil o epiſt. 77. nec improbante, uti apparet ex epiſt. 70. Titulus hic hactenus eſt communis Clero, quod omnes debeant inſpectionem habere ſuper gregem ſuum, ſicut caput oculis ſuis ſuper reliquum corpus & ipſius membra. Quorſum digitum intendit Greg. Naz. orat. 7. quando miniſterium comparat *capiti*; verba citavimus §. 2. præced. adde f. 224. C. *Cur te paſtorem facis, quum ſis ovis? cur caput vis fieri, cum pes ſis? Cur imperatorio fungi munere conaris, quum ſis in ordine militum?* vide M. Anton. de Domin. I. lib. c. XII. de Eccleſ. hierarch. n. 2. & Cham, Panſtrat. Cath. lib. IX. de P. R. c. 4. §. 8. 9. contra Cellot. lib. IV. hierarch. c. 7. Quo pertinent verba Epiphanii in compendiaria doctrina f. m. 530. quando ſcribit: *Vertex autem horum omnium, aut mater, ut ita dicam, genitrix eſt ſanctum ſacerdotium, ex virginibus quidem ut plurimum procedens.* De Sacerdotio loquitur, non de ſolis Epiſcopis, & hoc vocat verticem, reſpectu Eccleſiæ reliquæ.

Deſcriptiones.

§. 5. Hæc & ſimilia nomina & titulos qui gerunt varie *deſcribuntur*; nempe: λειτουργοὶ θεῦ *miniſtri Dei*, apud Euſeb. lib. 1. de vit. Conſt. M. c. 42. τῆς ἐκκλησίας *Eccleſiæ*, ab Alexandrinis ad Epiſcopos Tyrios; apud Athanaſ. t. 1. f. 615. θεοειδεῖς ἱερουργοὶ *Deiformes ſacerdotes*; à Dionyſ. Areop. c. 1. de Eccleſ. hierarch. §. 5. ὑπηρέται τῦ σωτῆρος *miniſtri Salvatoris*: Euſeb. lib. 2. c. 46. de vit. Conſt. M. *Miniſtri Chriſti* ab Hieron. epiſt. ad Nepot. διάκονοι χριστῦ *Miniſtri Chriſti*: à Cyril. Hier. in præfat. Catech. f. 12. ὑπηρέται τῆς ἐυθέσμε καὶ ἁγιωτάτης καθολικῆς θρησκείας à Conſtantino M. Euſeb. lib. X. hiſt. c. 6. *miniſtri legitimæ & ſanctiſſimæ Catholicæ religionis. Qui divino cultui miniſteria religionis impendunt*, hi ſunt *qui Clerici appellantur*. C. de Epiſc. l. 2. t. 2. οἰκονόμοι μεγάλε βασιλέως *diſpenſatores magni regis*; ab imperatoribus in literis ad Aſiaticos, apud Theodor. lib. IV. hiſt. c. 7. f. 668. Sic illi deſcribuntur à Deo, &, magno Propheta, Chriſto, à quo vocantur & auctorantur: Ab anteceſſoribus: Dicuntur enim *ſtirps Levitica, germen ſacerdotale, propago ſanctificata, duces & Rectores gregis Chriſti.* Ambroſ. c. 3. de dignit. ſacerd. Porro definiuntur ab objecto, nempe Eccleſia, cui miniſtrant, & verbo, & Sacramentis, quæ diſpenſant: *Clericus eſt qui ſervit*

ſervit Eccleſiæ ſcribit Hieron. ad Nepot. tanquam τῶν λογικῶν χριστοῦ θρεμμάτων ποιμὴν, *rationalium Chriſti ovium paſtor*: Euſeb. lib. VIII. hiſt. Eccleſ. c. 13. ἀγαθὸς φύλαξ ψυχῆς, *bonus cuſtos animæ*: lib. 2. de vit. Conſt. c. 4. *Qui Eccleſiæ juge obſequium deputat*, ex lege 21. Valentiniani cod. de Epiſc. ἐξαζόμενος τὸ χωρίον τοῦ χριστοῦ, *exercens agrum Chriſti*; uti alii Imperatores loquuntur, in literis ad Aſiaticos, Theod. lib. IV. c. 7. *Eccleſiaſtici viri*. Hieron. comm. in Eccleſ. c. 6. *Catholicæ ſectæ ſervientes*. l. 5. cod de Epiſc. *Catholicæ legis antiſtites*. leg. 11. cod. de Epiſc. Quomodo? prædicando verbum; ſunt enim Clerici θεσπίζοντες τοῦ λόγου *antiſtites verbi* Baſil. Moral. reg. LXX. c. 11. f. 358. C. τοῦ σωτηρίου λόγου *ſalutaris verbi*; Sicut exponunt Impp. in literis ad Aſiaticos, apud Theodoret. lib. IV. hiſt. c. 7. *Adminiſtri verbi divini, quorum fidei concredita eſt provida hominum cura*; explicante Baſil. comm. in c. 5. Jeſ. f. 977. B. adeoque non ipſi ſolum θεασιῶται *divini contemplatores*, vocante Dion. Areop. de Eccleſ. hier. c. 1. §. 1. Et *divinarum rerum ſcientia præditi*, ſicut eos laudat Athanaſ. orat. adverſ. Arian. f. 23. ſed etiam ἐγκεχειρισμένοι τὸ κήρυγμα τοῦ εὐαγγελίου *ordinati ad prædicationem Evangelii*, juxta Baſil. moral. reg. LXX. f. 352. D. ut ſint οἱ τῷ θεσπεσίῳ λόγῳ σεμνοφῶνται *venerandæ legis interpretes*, uti Conſtantinus junior exponit in literis ad Alexandrinos pro Athanaſio ſcriptis, apud Socrat. lib. II. hiſt. Eccleſ. c. 3. διδάσκαλοι μυστείων τοῦ θεοῦ, καὶ πατέρες πνευματικοὶ, *doctores arcanorum Dei, & patres ſpirituales*. Baſil. epiſt. LXXV. f. 378. B. *columnæ & ſtabilimentum veritatis*, epiſt. LXX. f. 862. *quibus Eccleſia ſuſtentatur*. Nyſ. de vit. Moſ. *In fide Magiſtri*. Athanaſ. apol. θεσπισπότης τοῦ βίου τῆς εὐσεβείας, *antiſtites vitæ pietatis*, deſcribente Gregorio Nyſ. orat. Catech. t. 3. f. 43. κήρυκας τοῦ τῆς θεοσεβείας λόγου *præcones verbi pietatis*, vocante Euſeb. lib. I. dem. Evang. f. 32. D. οἱ σφᾶς αὐτοὺς καθιερώσαντες τῷ θεσπίζοντα σέβειν *qui ſe legis miniſterio divinæ conſecraverunt*: juxta Conſtantinum M. apud Euſeb. lib. II. de vit. c. 42. λόγων μύσται *verbi arcani adminiſtri*; lib. I c. 32. Sic illi deſcribuntur à verbo; ſed & à Sacramentis; Sunt enim οἱ τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας τὸν τέλειον τετελεσμένοι ἐξ ἱερατικῶν μυστείων καὶ παραδόσεων; *illi ſacro muneri ex hierarchicis myſteriis & traditionibus initiati*: juxta Dionyſ. Areop. de Eccleſ. hierarch. c. 1. §. 1. *incruenta ſacrificia mittentes*: ſcribente Nazianzeno ad Conſtant. f. 943. opp. Et à

clavibus; utpote *qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt: per quos & nos Chriſtiani ſumus. Qui claves regni cælorum habentes quodammodo ante judicii diem judicant: qui Sponſam domini ſobria caſtitate conſervant.* ita Hieronym. epiſt. ad Heliodor. t. 1. f. 2. A.

Veri Miniſtri. §. 6. His & ſimilibus qui convenienter ſeſe gerunt, vere audiunt *præcones regni cælorum, forma & regula pietatis, oculus in corpore, paſtores ovium Chriſti, Medici, parentes, & nutrices filiorum Dei. adjutores, plantatores palmitum Dei*; Sicut eos, prævia ſcriptura ſacra, appellat Baſil. Mor. reg. LXXX. quos aliquis panegyriſta ſic compellet: *Amici & Sacerdotes Dei* &c. apud Euſeb. lib. X. hiſt. Eccleſ. c. 4. f. m. 371. D. verè ſunt οἱ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι, *qui in canone cenſentur*, juxta concil Nicæn. c. 16. οἱ ἀπὸ τοῦ κανόνος *de canone*, i. e. ordine Eccleſiaſtico: uti vocantur ab Epiphan. hæreſ. Melet. c. 6. explicante H. Valeſ. not. ad Socrat. f. 67. D. Eſt autem *canon* matricula Eccleſiaſtica, quæ complectitur non Clericos ſolum, ſed etiam alios, qualecunque officium in Eccleſia Dei gerentes, e. g. œconomos, defenſores, manſionarios &c. Secus qui fuerint, ſunt φανταδίαται ἐπίσκοποι *imaginarii Epiſcopi*; uti appellantur à Mareoticis in litibus: apud Athanaſ. apol. t. 1. f. 794. D. λεγόμενοι ὀνόματι ἐπίσκοποι *nominales Epiſcopi*, ab Athanaſio: f. 845. C. confer epiſt. ad Solit. f. 863. Ambroſ. de dignit. ſacord. c. 3. Tales ſunt, qui vel legitimè vocati non ſunt, vel vocationem ſuam non legitimè, aut plane non, adminiſtrant; de quibus inferius, ubi de vitiis miniſterii agendum. Videtint interea titulares, & ἀλλοτριεπίσκοποι, ut ſuum titulum defendant.

Cauſſa procreans. §. 7. Deus eſt miniſterii auctor: *Dominus mihi curam gregis commiſit*, ait Meletius Antiochenus Epiſcop. apud Theodoret. lib. V. hiſt. c. 3. f. 708. A. confer. Greg. Nyſſen. in ſui ordinat. t. 2. f. 40. C. unde qui ad miniſterium applicantur, dicuntur θεοῦ δῶ *deificari*, à Dionyſ. Areop. de Eccleſ. Hier. c. 1. §. 4. Deus autem Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, ἡμία τῶν ὄντων αἰτία τελειὰς *una omnium entium cauſſa Trinitas*; uti loquitur idem §. 3. vid. Didymum Alexand. lib. II. de Spir. Sanct. f. m. 196. In ſpecie Chriſtus, utpote magnus Propheta: quem idem Dionyſius §. 2. vocat τὴν πασῶν ἱερατικῶν ἀρχὴν τε καὶ τελείωσιν *illud omnium & ſacrarum ſanctionum principium & complementum*: Chriſtus eſt, qui Petro, & in Petri perſona

Digitized by Google

sona omnibus Ecclesiæ ministris, dixit: *pasce oves meas*, uti explicant Ambros. de dignit. Sacerdot. c. 11. Chrysost. lib. 11. de Sacerd. Homil. LXXIX. in c. 24. Matth. Homil. XXXI. de B. Philogonio: confer Athanas. de comm. essent. Patr. f. 234. A. t. 1. Ambros. de sacram. lib. 1. c. 3. Ex recentioribus Joann: Launoi. t. II. p. 26. & VIII. Epist. p. 53. Licet autem Deus hodie non amplius, ut olim, immediatè evocet ministerium, non minus tamen, ac olim, divina est ipsius vocatio: Constantinus M. literis scriptis Antiochenos *hortabatur, ut alterius loci antistitem, cuius interventu pacem inter se fecissent, nequaquam sibi vendicare vellent: sed potius juxta Ecclesiæ ritum eum Episcopum eligerent, quē ipse communis omnium Servator designaverit.* referente Euseb. lib. III. de vit. Constant. M. c. 59. f. m. 516. A. confer Ambros. epist. LXXXII ex professo de hac materia agentem. Idq; Deus interdum digito veluti exserto ostendit, nempe in electione & vocatione Ambrosij, præter omnium hominum, suamq; opinionem ad ministerium evocati, id quod agnovit Imperator Valentinianus, Θεοῦ τὸ ἔργον εἶναι γνοὺς τὸ γενόμενον; uti refert Socrates, lib. IV. hist. c. 30. mandavitque Episcopis ipsum ordinare: Et sic Deo ὑπουργεῖν *subservire*, θεοῦ γὰρ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώπων, εἶναι τὸν ψῆφον, τὸν ἐπ' αὐτῷ *Dei namq; potius quam hominum suffragio illum esse designatum.* Addit Theodoret, lib. IV. hist. c. 6. f. 666. D. quod idem Imperator Deo propterea gratias egerit. Quem autem Deus electum non vult, is indignè ne ferat, si votis suis excidat, vid. Chrysost. homil. 3. in Act. f. 472. D. Nec enim decet tales promovere. Hieronymus Com. ad Gal. I. 1. *Tertium*, ait, *Apostolorum genus, quod ab homine, non à Deo est, cum hominum favore, & studio aliquis ordinatur: ut nunc videmus plurimos, non Dei judicio, sed redempto favore vulgi in sacerdotium subrogari.*

§. 8. Deus autem ministerii non solum auctor est, sed et- Conservans
jam conservator; σύνεσιν ἡμῶν τοῖς αὐτῶ λειτουργοῖς *versatur Deus nobiscum suis ministris*, scribit Euseb. adverf. Marcell. lib. 1. f. m. 26. C. idq; evestigio probat ex Matth. XXVIII. vers. ult. ubi Christus promittit; *Ecce ego sum vobiscum usq; ad consummationem seculi*; & auxiliator; *cœlestis* enim *gratia ministris suis semper auxilio est*, idem lib. II. hist. Eccles. c. 14. Deus est, qui ministerium idoneis donis exornat; Quo de ex S. literis disserit Basilius moral. c. XXVI. f. 366. ostendens,

quod ad prædicationem Evangelicam, humanæ facultates, per quas cæteris præſtamus, adhibendæ à nobis non ſint, eare, ne offuſcata Dei gratia minor appareat. Et c. XXVII. *Quod non debeamus putare, poſſe nos conſiliis noſtris aſſequi, ut proſpere prædicatio noſtra ſuccedat; quodque contra huius rei ſpes omnis nobis collocanda ſit in auxilio Dei.* Deus eſt, qui per miniſterium operatur: *Illius enim ſunt iſtæ in hominibus efficaciæ, in agendo præſtantiæ. Nam ſi Paulus loquatur, non eſt alius, qui in eo loquitur, niſi Chriſtus: ſive magnalia & mirificæ faciat; non eſt alia quam Chriſti gratia, qua ille operatur. Nam tametſi ad omnes venerit cognitio Dei, non tamen ea hominum doctrina eſt, ſed verbi, quod deſcendit, ut eſſet interceſſor mediatorq; Dei & hominum: ita enim ſcriptum eſt.* Verba ſunt Athanaſij, vel quisquis auctor homil. de paſſ. t. 1. opp. f. 1041. C.

Regula. §. 9. *Regula*, juxta quam miniſterium eligendum & tractandum, eſt Dei verbum; *κατὰ θεῖον θεσμὸν juxta divinam ordinationem*, ait Athanaſ. epiſt. ad orthodox. t. 1. f. 945. A. Unde canones Apoſtolicos, e.g. 1. Tim. III. 6. allegat concilium Nicæn. can. 2. Et verbo Dei ſubordinatus *canon* Eccleſiaſticus; Nicænum enim concilium electionem Epiſcopi vult inſtitui *κατὰ νόμον καὶ θεσμὸν ἐκκλησιαστικὸν. ſecundum legem & ordinem Eccleſiaſticum*, uti ſcribunt Synodici ad Ægyptios, apud Socrat. lib. 1. hiſt. c. 9. f. 29. A. & examinari & judicari *κατὰ κανόνα ἐκκλησιαστικὸν juxta canonem Eccleſiaſticum*; Quem urget Athanaſius in Epiſtola ad omnes ubiq; orthodoxos t. 1. f. 844. D. Julius Epiſcopus Romanus ad verſus Georgium Alexandrinum; Athan. apol. t. 1. f. 748. D. Baſilius adverſus Chorepiſcopos epiſt. CLXXXI. Et concilia, quoties *κατὰ*, vel *παρὰ κανόνα ſecundum*, vel *præter* canonem quid contigiſſe referunt, vel decernunt. Canon autem ille debebat eſſe conformis verbo Dei, id quod Conſtantinus M. intellexit, hortatus Antiochenos, *ut alterius* (Cæſareæ Palæſtinæ) *loci antiſtitem, cuius interventu pacem inter ſe feciſſent, nequaquam ſibi vindicare vellent: θεσμῷ δ' ἐκκλησίας ἆθλον αἱρεῖσθαι ποιμένα, ſed potius juxta Eccleſiæ ritum eum epiſcopum eligerent, quem ipſe communis omnium Servator deſignaverit.* Euſeb. lib. III. de vit. Conſt. M. c. 59. A. Eatenus non poterat diſpenſari, diſpenſari autem poterat in eo, quod verbum Dei præcisè non imperabat, vel vetabat, e.g. in Neophytis eligendis, iis ſcil. qui dona ad miniſterium habebant: *Qui reſiſtebam*

bam (ſcribit Ambroſius olim adhuc Catechumenus in Epiſcopum electus) &c. epiſt. 82. f.m. 182 G.

§. 10. Uterque Canon, & divinus, & Eccleſiaſticus, juncta praxi, volunt, ut miniſter ab *univerſa Eccleſia* eligatur & vocetur. Baſilius Eccleſiam Parnaſſenam, paſtore ſuo orbatam, juſſit redire ad electionem novi, epiſt. CLXXXV. Gregor. Nazianz. orat. de Epiſcop f. m. 1029. A. *à Conventu Paſtorum & populo Orthodoxo* ait ſeſe Epiſcopum Conſtantinopolitanum eſſe factum. Idem Epiſt. XXII. ad Cæſareenſes de eligendo Epiſcopo Baſilio ſcribens: *Hæc*, ait, *& ſacerdotali claſſi & Monachis* ſcribo, *hæc & iis qui Magiſtratus gerunt, & qui Senatorij ſunt ordinis, ac denig; plebi univerſæ.* Eccleſia tribus ſtatibus abſolvitur, populari, quem conſtituit λαὸς *populus*; politico, ad quem ſpectant *οἱ ἐν ἀξιώμασι καὶ δυναστείαις πολιτικαῖς qui in dignitatibus & potentatibus politicis* ſunt conſtituti; Et κλῆρος *clerus*; enumeranteBaſil.epiſt.CCLXXX. Horum omniũ conſenſum & ſuffragia in eligendo paſtore Eccleſiæ requirit Athanaſius in epiſt. ad orthodox. t. 1. f. 844. D. quando, ſe abdicato, diſputat, quomodo & à quibus alias Epiſcopus eligendus fuiſſet; nempe *κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, καὶ κατὰ τὸ παύλου ῥῆμα, συναχθέντων τῶν λαῶν, καὶ τοῦ πνεύματος τῶν καθισταντων, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πάντα κανονικῶς ἐξετασθῆναι τε καὶ πραχθῆναι, παρόντων τῶν αἰτουμένων λαῶν καὶ κληρικῶν*; *ſecundum Eccleſiaſticos canones, & ſecundum Pauli verbum, congregatis populis, & ſpiritu conſtituentium, cum virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, præſente populo, & clericis poſtulantibus, omnia canonice inquirenda & peragenda eſſe*; Excluſis Arianis, qui neque legitimi Epiſcopi, neque vera Eccleſiæ membra ſint; non hoc; utpote hæretici; neq; illud, utpote electi *παρὰ τῶν μὴ αἰτησάντων, μηδὲ βουλομένων præter conſenſum eorum, qui Epiſcopum poſtulare debebant, præterquam voluntatem omnium*; Quo ipſo ex fundamento Iſchyræ electionem idem improbavit, utpote quod ab *Eccleſia* non fuerit *electus χειροτονθείς*; in Apol. t. 1. f. 733. Et Petrus Epiſcopus Alexandrinus electionem Lucii, *qui non orthodoxorum Epiſcoporum conventu, non virorum Clericorum ſuffragio, non populi poſtulatione, ὡς οἷόν τε ἐκκλησίας διαγορευούσης ἅπασι, ſicut eccleſiaſticæ ſanctiones ſtatuunt, Epiſcopatum adeptus, ſed hunc auro tanquam ſecularem dignitatẽ adeptus eſt.* uti ſonant verba epiſtolæ ipſius apud Theodoret. lib. IV. hiſtor. c. 19. f. 688. D. Iulius Georgii Alex.

Electio pertinet totam Eccleſiam.

lex. *ubi enim eſt ejuſmodi eccleſiaſticus canon, aut iſtiuſmodi traditio Apoſtolica? in pace agente Eccleſiâ, & Epiſcopis concordibus cum Epiſcopo Alexandriæ, Athanaſio, immittere Georgium peregrinum, & externum, hominem, neq; Alexandriæ baptizatum, μήτε γινωσκόμενον τοῖς πολλοῖς, μὴ αἰτηθέντα παρὰ πρεσβυτέρων, μὴ παρ' ἐπισκόπων, neq; multis cognitum, neq; poſtulatum à Presbyteris, neq; ab Epiſcopis, μὴ δὲ ἀπὸ λαῶν. neq; à populis, eumq; Antiochiæ creare Epiſcopum, atq; inde deducere Alexandriam, non cum Presbyteris ac Diaconis civitatis, non cum Epiſcopis Ægypti, ſed cum militibus?* Sic ille apud Athan. apol. f. 748. D.

Exemplis probatur:

§. 11. Cum eligendus eſſet Epiſcopus in locum Auxentij Mediolanenſis, *Imperator* Valentinianus Epiſcopos convocavit, & de idoneo, quod ſubſtitueretur, ſubjecto cogitare juſſit: *Epiſcopos advocans Imperator, his eos verbis allocutus eſt: ignorare non poteſtis, quippe divinis literis innutriti, qualem eſſe conveniat eum, qui Pontificatum (ἀρχιερωσύνης) ornatus ſit: quodq; oporteat illum, non ſolum doctrina, verum etiam vitâ ſubditos informare, ac ſeſe illis virtutum omnium exemplar proponere, teſtemq; doctrinæ converſationem habere; Proinde talem nunc in epiſcopali cathedra collocate, ut & nos ipſi, qui regimus imperium, ſincera voluntate illi capita noſtra inclinemus, & reprehenſiones eius (labi enim nos neceſſe eſt, cum homines ſimus) tanquam medici curationem libenter admittamus.* Sic verba Imperatoris refert Theodor. lib. IV. hiſt. c. 5. f.m. 665. D. Quæ cum dixiſſet Imperator, Synodus Epiſcoporum eum rogavit, ἀυτὸν ψηφίσασθαι, *ut ipſemet eligeret*, utpote σοφὸς ὢν καὶ εὐσεβής, *ſapiens ipſe & pius*; ſed remiſit ille negocium ad Epiſcopos, dicens: *majus eſt viribus meis hoc negotium: vos qui divina gratia ornati eſtis, & illo ſplendore illuminati, melius decernetis.* Nempe cenſebat, poſſe miniſterium aptius judicare de ſtudiis & aliis requiſitis eligendi; id quod & fecit, ſecum deliberando; Acceſſit deniq; & *populus*, πόλιν ἐκείνην οἰκοῦντες, *inhabitantes urbem iſtam*, Mediolanum putat; κοινῇ ἀφῆκαν φωνῇ, Ἀμβρόσιον σφίσιν ἅπαντες προβληθῆναι ποιμένα, *communi omnes voce Ambroſium ſibi paſtorem dari poſcunt*: quod & factum; atque electionem Imperator ratam habuit: προσέταξε θεμιτὰ καὶ μυηθῆναι καὶ χειροτονηθῆναι, *juſſit veſtigio & baptizari & ordinari eundem*: Hæc omnia refert Theod. c. 6. conf. Soz. lib. VI. c. 24. Simile exemplum Theod. recitat paulo poſt, nempe c. 17. Petri ſucceſſoris Athanaſij in ſede Alexandrina; utpote quem non ſolum

lum Athanaſius moriturus (ψηφισάμενος) ſucceſſorem *deſignavit, ſed etiam clerus & honoratiores ex populo, & Magiſtratus, ſuis ſuffragijs comprobarunt*; πάντων δὲ συμφώνων γενομένων, καὶ τῶν ἐντιμοτέρων, καὶ πᾶν τὸ πλῆθος καὶ ἀξιώματα; καὶ ὁ λαὸς &c. Talis fuit electio etiam Nectarii in Epiſcopum Conſtantinopolitanum; ſic enim ſcribunt Patres in Concilio œcumenico ibi locorum congregati in epiſtola ſua Synodica, quod elegiſſent Nectarium ἐπὶ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, μετὰ κοινῆς ὁμοφοίας, ἅμα ὄντος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου, παντός τε τοῦ κλήρου, καὶ πάσης ἐπιψηφιζομένης τῆς πόλεως; *in generali concilio, communi omnium conſenſu, & præſente religioſiſſimo imperatore Theodoſio, Clero q; univerſo; & cuncta ſuffragante Civitate.* ita Conſtantinopolitani ipſi apud Theodoret. lib. V. hiſt. c. 9. f. m. 717. C. conf. Niceph. lib. XII. c. 16. In his & ſimilibus exemplis nota, quod Magiſtratus & populus non ſolum interfuerint electionibus Cleri, neque ſolum annuerint calculo Eccleſiaſtici ordinis, ſed etiam ſuffragia ſua contulerint: Nam Epiſcopi voluerunt Imperatorem ψηφισαῖς; & civitas Conſtantinopolitana, Imperatori & Clero contradiſtincta, ἐπιψηφιζομένη *ſuffragata eſt.*

§. 12. Hæc adeo evidentia ſunt, ut coegerint Dionyſium Petavium Jeſuitam fateri quod res eſt; nempe hoc, præcedentibus ſeculis, eligendi jus, & praxin, fuiſſe etiam penes populum & Magiſtratum. Poſtquam enim lib. I de Eccleſ. Hierarch. c. 13. teſtimonia ex Cypriano allegaſſet, ſubjungit ingenuam confeſſionem: *Sunt & alia non pauca in hiſtoriis exempla moris eiusdem* (qui fuit tempore Cypriani, de quo in antecedentibus) *in primis Eccleſiæ temporibus, qui in jus deinceps legemq; tranſijt. Nam ut ab Epiſcopis, aut unà etiam à Clero, eligerentur Epiſcopi, recepta per omnes Eccleſias canonum decreta ſanxerunt. ut autem in iis renuntiandis Laicorum inſuper ſuffragia locum haberent, in occidente potiſſimum lex & conſuetudo tenuit.* f. 722. §. IV. Confirmat Canonibus Cœleſtini epiſt. ad Narbonenſ. Epiſc. c. 3. Carthaginenſis concilii can. 1. Arelatenſis II. can. 54. Leonis I. epiſt. LXXXIX. & LXXXIV. c. 4. Concilii Pariſienſis can. 8. Avernenſis l. c. 2. & ſubjungit: Innumera ſunt huiusmodi decreta, de eligendis à populo Epiſcopis, occidentalium Eccleſiarum. in quo ſervandum id eſſe decrevit Arelatenſis ſecunda ſynodus, can. 54. ut tres ab Epiſcopis nominarentur, de

Fatentur Pontificii.

„ de quibus clerici, vel cives erga unum eligendi habeant poteſta-
„ tem; Quod tamen non ubique ſervatum. nam populi ſuffragia
„ præcedebant ſæpius; quibus Epiſcoporum, maximè Metropoli-
„ tani, autoritas ſuccedebat, quod in Oriente factum eſſe teſtatur
„ zonaras ad can. 6. Nic. §. 5. Cum vero nonnulli Orientales Ec-
cleſias exceptas vellent, tanquam populo jus ſuffragiorum in iis
fuiſſet ademptum, allegatis in eam rem aliquot teſtimoniis, *dubi-
tabat* ille (rectius negaſſet) *an ex iis ſatis probari poßit, populo jus il-
lud ereptum*, rationibus ſubjunctis, quare ereptum eſſe non pu-
tet: Et exemplis, quæ apud ipſum legas: Et calculo Hugonis
Menardi in eruditis notis ad librum Sacramentorum Gregorii
Papæ.

Electio eſt penes ſtatum I. Politicum.

§. 13. Ut autem diſtinctius progrediamur, & luculen-
tius ad oculum pateat, quod cuiusque ordinis jus & praxis in
conſtituendo miniſterio fuerit: de ſingulis ſtatibus ſeorſim diſſe-
ramus; Et quidem 1. *de ſtatu politico*; Huius enim erat (1) *jubere*,
ut de idoneis ſubjectis judicia conferrentur, & ex iis paſtores eli-
gerentur; Cum Epiſcopi interdum ex malæ notæ hominibus,
ad Eccleſias transfugis, Clericos eligerent, Arcadius Imp. lege la-
ta ſanxit, ex probatis potius Monachis Clericos eſſe eligendos,
quam ex transfugis. leg. 32. cod. de Epiſc. Cum Gregorius Na-
zianzenus Epiſcopatu ſeſe abdicaſſet, Imperator, de ſucceſſore
ſolicitus, juſſit ἀκριβῆ ποιήσασθαι βάσανον, *ut diligens inquiſitio fieret
optimi atq; integerrimi viri, cui ampliſſimæ ac regiæ civitatis ſacerdotium
committeretur*. Sozom. lib. VII. c. 7. Poſtquam & Nectarius Con-
ſtantinopolitanus Epiſcopus vita ſua defunctus fuiſſet, Arcadius
cui imperii pars illa (Conſtantinopolis) obvenerat, cum Johan-
nem magnum lumen orbis terrarum, Antiochiæ inter Presbyte-
ros cooptatum, cognoviſſet, ad ſe accerſivit, & congregatis Epi-
ſcopis mandavit, ut divinam Epiſcopatus gratiam ei conferrent,
maximæque urbis paſtorem illum conſtituerent, referente
Theod. lib. V. Hiſt. Eccleſ. c. 27. f m. 741. C. Confer Niceph. lib.
XII. hiſt. c. 12. Non repetimus exemplū Valentiniani, qui Auxen-
tio mortuo primus juſſit alium ipſi ſubſtitui. Theod. lib. IV. c. 5.
Neque jubere ſolum, ut de idoneis ſubjectis diſpiceretur, ſed et-
iam (2) *judicium ſuummet interponere*, uti Theodoſius Imper. de

Grego-

Gregorio Nazianzeno. Sozom. lib. VII. c. 7. Et (3) *eligere; ſedem Antiochenam da Imperator, cui voles*; ait Flavianus Epiſcopus hactenus Antiochenus; Theodor. lib. V. hiſt. c. 23. f. 736. Gregorio Nazianzeno Epiſcopatum Conſtantinopolitanum relinquente, *Imperator in charta deſcribi* (ab Epiſcopis) *juſſit eorum nomina, quem quisq; aptum eſſe ad tantam Eccleſiæ ſcapham gubernandam putaret; ut ſibi illis in ſcripto repræſentatis, unius ex omnibus eligendi poteſtas relinqueretur*: qui tandem, *re diu deliberata, Nectarium præ omnibus ſede ea dignum eſſe cenſuit*; Erat ille nondum initiatus, & propterea quidam Epiſcopi electionem iſtam improbabant, attamen *Imperator in ſua illa ſententia acquievit*; refert hæc Nicephorus, & addit, hæc ſic accidiſſe, *Deo tanquam inſtrumento ipſo principe utente, à multis creditum eſt*: Neque ipſe aliter ſenſit, *perſuaſus, rem tantam non ſine divina providentia actam eſſe*, quod eventus comprobarit. lib. XII. hiſt. Eccleſ. c. 12. Confer Sozom. lib. VII. hiſt. c. 8. Cum contentio de Epiſcopatu Antiocheno inter nonnullos, nempe Paulinum, Flavianum, & Evagrium, eſſet exorta, lis delata eſt ad Imperatorem, ut ipſe ſuam auctoritatem interponeret; Sic enim Flavianus ad ipſum: Si fidem meam, *inquiens*, Imperator, ut minus rectam reprehendunt, & vitam ſacerdotio indignam eſſe jactant, accuſatores ipſos judices non recuſabo, atque in eorum acquieſcam ſententia; ſin autem de ſede ac primatu contendunt, non litigabo, nec adipiſci volentibus obſiſtam, ſed cedam ultrò, & Pontificatum relinquam, πῶς οὖν ᾧ βούλει τὸν Ἀντιοχέων θρόνον ὦ βασιλεῦ; quare ſedem Antiochenam da Imperator cui voles. Theodor. lib. V. hiſt. c. 23. f. 737. B. Imperator a. in ſede ſua Flavianum confirmavit. (4) *Miſſio* quoque Magiſtratui competit. Cum rex Iberorum ad fidem fuiſſet converſus, ad Imperatorem Conſtantium legatos miſit, *oravitq; ſacerdotes* ſibi *mittere*: referente Ruffino lib. I hiſt. c. 10.

§. 14. Petrus Cabeljavius miniſter Leidenſis in apologetica reſcriptione ad Anonymi reſponſionem c. 7. p. 100. ſeqq: ad exemplum modo recitatum excipit (1) *deſignationem Nectarii non à ſolo Imperatore, ſed etiam ab omnibus Synodi membris factam eſſe; imo nominationem, & primam προβολὴν iſtius electionis, fuiſſe penes Synodum*: (2) *Factum hoc Theodoſii fuiſſe ſingulare, extraordinarium, miraculoſum,* Contra Cabeljavium.

adeoq; haud canonicum; ſingulare, quia ſic voluit lites Epiſcoporum vel finire, vel præcavere; miraculoſum, teſte Sozomeno; haud canonicum, quod Nectarius nondum fuerit baptizatus; nec licuerit per canones Synodicos Imperatoribus Eccleſiæ miniſtros conſtituere. Reſp. ad 1. Synodicos concurriſſe in electione Nectarii, certum eſt; Nam ipſum nominarunt; prima tamen θεοβολὴ facta eſt ab Imperatore, qui Epiſcopos juſſit nominationem plurium idoneorum facere; Solus quidem Imperator non deſignavit Nectarium, ſolus tamen, vel certe primus, eundem elegit; Electioni factæ Epiſcopi vel ſubſcripſerunt, vel refragati ſunt; etſi ſine effectu. Ad (2) *Singulare* quidem hoc fuit, quod inter eligendum Epiſcopi invicem *æmularentur*, & *contenderent*; quodque Imperator unus & *ſolus* electionem perageret; non tamen hoc ſingulare fuit, quod Imperator electionem fecerit: Cur enim non liceret Imperatori, quod licuit cuivis ex populo, eligere nempe Eccleſiæ miniſtrum? Fuerit *miraculoſum*, quod Imperator in hunc Nectarium, Catechumenum, ultimum, ignotum inciderit, & oculos fixerit; id tamen non derogat juri eligendi, ſed potius ipſum confirmat, quandoquidem Deus extraordinario modo ipſi fuerit cooperatus; *Haud canonicum* quidem fuit, quod Imperator elegerit ἀβάπτιστον: non tamen ἀκανονικὸν fuit, quod elegerit aliquem ſibi à Clero commendatum, quem putabat baptizatum; Sicut haud canonicum quidem erat, quod Clerus aliquem ἀβάπτιστον in candidatorum numerum retulerit, etſi canonicum fuerit, ipſum illum Clerum facere nominationem vocandorum; Neque obſtat vel canon Nicænus, vel Synodica Orientaliũ ad Occidentales; ut quidem Cabeljavius putat; Nam jus eligendi Epiſcopum Nicænorum epiſtola apud Socrat. lib. I. c. 6. tribuit populo quidem & Epiſcopo Alexandrino; ſed hoc ipſo non excludit magiſtratum, qui hacteuus ad populum ſpectat, quatenus populus miniſterio adæquate contra diſtinguitur; Neque alio ſenſu Orientales in Synodica ſua *Provinciæ cultores* faciunt electores miniſterii, quam ut maxime principem & ſummum Magiſtratum provinciarum includant.

Diſting. inter jus, & exercitium.

§ 15. Licet autem non ubique legamus, Magiſtratus ſuffragia in eligendo miniſterio concurriſſe, Magiſtratibus id juris ſui

ſui exercitium clero & populo relinquentibus; hoc ipſo tamen jure ſuo ſeſe non abdicarunt, quod teſtabatur confirmatio electionis factæ, quam faciebat Magiſtratus, & hoc ipſo ſuffragium quoque ſuum conferebat, & ſic ultimam manum electioni addebat. Cùm populus Mediolanenſis Ambroſium elegiſſet Epiſcopum ſuum, & peteret *πεῤβληθῆναι σφίσιν πομένα dari ſibi eum paſtorem*; Miniſterio adhuc deliberante, *Imperator confeſtim baptizari καὶ χειροτονηθῆναι, & ordinari laudatiſſimum virum juſſit*, referente Theodor. lib. IV. c. 6. hiſt. Eccleſ. Neque hæc Imperator juſſit illegitimè; Epiſcopi enim ultro ad ipſum detulerunt, quid facto opus eſſet, populo in hunc inclinante: Epiſcopi rem ad Valentinianum Imperatorem referunt. Imperator conſenſionem populi admiratus, Deique opus eſſe agnoſcens, id quod evenerat, reſcripſit Epiſcopis, ut obſequerentur Deo; qui illum ordinari juſſiſſet: Dei namque potius, quàm hominum, ſuffragio illum eſſe deſignatum. ita Socrat lib. IV. hiſt. c. 30. f. m. 248. B.

§. 16. Ut hæc ulterius confirmentur, ſciendum eſt, penes ſummum Magiſtratum fuiſſe jus, Epiſcopos, & reliquum clerum, (1) *confirmandi*; uti penes Jovianum erga Athanaſium Sozom. lib. VI. c. 5. Theodoſium erga Flavianum. Theod. lib. V. c. 23. Et (2) ſedibus ſuis antehac motos *reſtituendi*. Conſtantinus M. victoriâ contra Licinium adeptus, revocari exſules etiam Epiſcopos juſſit. Euſeb. l. II. de vit. Conſt. M. c. 20. Illuſtre exemplum præbet Athanaſius. Remotus ille fuerat ab officio, tyrannide Arianorum, cum ipſius patrocinium ſuſciperet Conſtans Imperator occidentis, intercedens apud orientis Imperatorem, Conſtantium, fratrem ſuum, ſub cuius Imperio, Alexandrinus nempe Epiſcopus, Athanaſius degebat; Conſtantius interceſſionem illam locum apud ſe invenire paſſus eſt, & ſcriptis literis non modo ad fratrem, ſed etiam ad Athanaſium, poteſtatem huic fecit ad ſedem ſuam redeundi. Socrates lib. II. hiſt. c. 18. (edoctus ab ipſo Athanaſio apol. ad Conſtant. t. 1. f. 769. ſeqq.) ordine hæc refert. Refert enim, quod Conſtans, audita Pauli & Athanaſii remotione, petierit à fratre Conſtantio, mitti ſibi Epiſcopos, qui *rationem redderent*, (λόγον δώσοντας) iſtius remotionis: quod & factum. Cumque, judicio Concilii Sardicenſis, remoti illi fuiſſent digni habiti,

Confirmatio:

& reſtitutio:

qui suis sedibus restituerentur, c. 21. Constans iterum datis ad fratrem literis, petiit ἀποδίδναι λύτοις τὰς θρόνους, *ut redderet hisce suos thronos*; Constantius re cum Concilio suorum Episcopotum communicata, annuit, & scriptis literis priori suæ stationi Athanasium restituit, ἵνα τοῖς ἰδίοις ἀποκατασταθῇς, *ut tuis propriis* (sedibus) *restituaris*; sic scribit ad ipsum, cum primum redire juberet; additque, sese fratrem quoque suum Constantem rogasse, ἵνα τὴν ἐλθεῖν ἐξουσίαν σοι δῶ, *ut potestatem tibi veniendi concederet*: ὅτι τῷ ἀμφοτέρων ἡμῶν ἐπινευσάντων, τῇ πατρίδι ἀποκατασταθῇς, ἔχων τοῦτο τῆς ἡμῶν χάριτος ἐνέχυρον, *quo ambobus nobis simul annuentibus patriæ restitutus, hoc gratiæ nostræ pignus habeas*, sic ille ad Athanasium: In hunc sensum secundùm, tertiumque, scripsit; ἵνα δυνηθῇς τῇ πατρίδι σου ἀποκατασταθῆναι, *ut possis patriæ tuæ restitui* Idem Constantius f. 112. C. ad Episcopos & Presbyteros Catholicæ Ecclesiæ de Athanasio perscripsit in hæc verba: ἀπολαβὼν βουλήσει τοῦ κρείττονος, καὶ κελεύσει ἡμετέρᾳ τὸν πατρίδα ἀπὸ, καὶ τὴν ἐκκλησίαν, quod *receperit* (Athanasius *voluntate Optimi* (DEI,) *& judicio* suo (Imperatoris) *& patriam & Ecclesiam*; Et ad Alexandrinos: πάλιν πρὸς ὑμᾶς ἀποστεῖλαι δικαιώσαμεν, Athanasium *ad vos remittere æquum & justum censuimus*; f. 113. ψήφῳ τοῦ κρείττονος καὶ ἡμετέρᾳ γνώμῃ ἀπεσταλμένον, *calculo Optimi, & nostra sententia ablegatum*. C. Præterea datis ad Nestorium &c. literis, idem Imp. *voluit* acta adversus Athanasium ἀπαλειφθῆναι *aboleri* & *privilegia pristina* (πάλιν δίκαιον ἔχειν) *ipsum habere*: f. 114. A. In his actibus habemus Imperatoris κρίσιν, γνώμην, βούλησιν, ἐξουσίαν, ἐπίνευσιν, ἀποκατάστασιν; *judicium, sententiam, voluntatem, potestatem, nutum, restitutionem*, & similia, quæ pleno ore jus Imperatorium loquuntur.

De jure. §. 17. Sed ne quis putet, hæc quidem de *facto* Athanasio fuisse oblata, ab ipso vero, utpote *jure* destituta, non accepta, subjungamus, qualem sese Athanasius hoc in negocio gesserit, idque ex ipsiusmet scriptis. Postquam Imperatoris illas literas accepisset, Romam sese contulit, cuius tunc Episcopus erat Julius; is scriptis ad Alexandrinos literis, reditum pastoris ipsis gratulabatur; inter alia etiam scripsit: ὁ θεὸς ὑμῖν ἀποδίδωσι *Deus ipsum vobis reddit*, Athan. apol. f. 770. t. 1. C. Ad Imperatorem inde ipsum venit Athan. & literas ipsius accepit, quas recensct. f 77 2. ad Clerum; Et

f. 773.

Digitized by Google

f.773.ad populum ipsum,&f.774.ad Magistratum inferiorem exaratas, cumque illis itinere confecto in Ægyptum & Alexandriam rediit,magno Cleri & populi applausu receptus,de quo idem ipse scribit f.824 seqq:Populus etiã Alexandrinus meminit ejus in sua protestatione,f.366.*Ipse*,scribens,*Constantius,religiosissimus Augustus*, (Athanasium) *μετὰ γεγμμάτων καὶ ὅρκων ἀπέστειλε* : *cum literis & juramentis* (Alexandriam) *ablegavit.* Cum olim à Constantino M. remotus fuisset, Tyrio concilio allaborante, intercessum est pro ipso apud imperatorem, etsi frustra. Sozom. lib.II.c.31. Male ista habuerunt Arianos, dum in Concilio Antiocheno ex odio Athanasium sanciverunt can. XI. Si quis Episcopus vel Presbyter, vel omnino ex canone, sine consensu & literis Episcoporum Provinciæ, & maximè Metropolitani, ad Imperatorem proficisci aggressus fuerit, is abdicetur, & ejiciatur, non solùm à communione, sed etiam à dignitate, cuius particeps videtur existere. ut qui religiosissimi Imperatoris nostri auribus molestiam adferre audeat, contra statutum Ecclesiæ. Et can. XII. Si quis à proprio Episcopo depositus Presbyter vel Diaconus, vel Episcopus à Synodo, ausus fuerit Imperatoris auribus molestiam adferre, cum oporteat ad majorem synodum converti,& jus,quod se habere putat, ad plures Episcopos referre,eorumque examinationem atque judicium suscipere; Si itaque his contentis, Imperatori molestus fuerit, is nulla veniâ dignus, neque sui defendendi locum habeat, nec spem restitutionis expectet. Quem ipsum canonem Chrysostomi hostes adversus eundem allegabant, teste Socr. lib. VI. c.16. vide Dn.D. Hülsem. de ordin. minist. §.XXXIII. p.60. Confer tamen & dicta supr artic.1.p.54.

§. 18. Idem jus exercuit etiam Julianus, Constantii successor; Nam *τοὺς ἐξορισθέντας ὑπισκόπους ἀνακληθῆναι ἐκέλευσε*, *Episcopos, qui ab illo relegati fuerant, revocari jussit* : referente Socr.lib.III. hist.c.1.f.m.168.C. In quibus fuerunt etiam Lucifer & Eusebius, *revocati ab exilio κατὰ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως mandato imperatoris*; c.5. Licet enim Julianus à Christianismo ad Ethnicismum desciviset, attamen non perdidit jus sacrorum, quod ipsi qua imperatori debebatur; Similem jurisdictionis actum exercuit etiam Jovianus, Juliani successor; *Reliquos* enim *Episcopos, qui à Constantio quidem relegatos* Illustratur exemplis aliis.

relegati, à Iuliano vero nondum restituti fuerant, ἀνεκάλεσε revocavit: c. 24. Gratianus quoque in hoc negocio occupatus fuit. Postquam enim, Valente extincto, Imperii summam fuisset adeptus, *ὅσε μὲν ὑπ' ἐκείνου ἐξοικισθέντας ἀνεκάλεσε, relegatos ab ipso revocavit*; lib. V. c. 2.

Abusus. §. 19. *Abusus* potestatis huius fuit, quando Magistratus pro absoluto suo dominio, inconsulto, vel etiam invito, & reclamante ministerio, vel auditorio, homines heterodoxos, vel scandalosos alios, Ecclesiis obtruserunt. Tali modo potestate sua abusus est Constantius, quando Gregorium Alexandrinis Episcopum immisit, quo de exstat querela Athanasii: quod neque secundum Ecclesiastica instituta creatus fuerit, neq; pro Apostolica traditione nomen Episcopi obtinuerit: sed ex palatio cum militari manu & magnificâ pompâ missus fuerit, non aliter quàm si secularis Magistratus ei demandatus fuisset. Ideoque majori studio Magistratuum amicitiam, quàm Episcoporum, aut Monachorum fuerit sectatus. Sic ille in epist. ad Solitar. f. 817. C. Hoc modo etiam Macedonius in Ecclesiam Constantinopolitanam irrupit; Constantius enim Philippo Præfecto per epistolam mandavit, *ut Paulum pelleret Ecclesiâ; Macedonium vero illius loco in Ecclesiam induceret*, quod & factum: referente Socr. lib. II. hist. c. 16. & Sozom. lib. III. c. 9. Nec non, quando electionem, saltem ratam, ex mala præsertim intentione conantur irritam reddere, ut Julianus Imp. electionem Eusebii Cæsareensis, cui propterea Episcopus Nazianzeni parens restitit: orat. XXVIII. f. 480.

Variæ sententiæ. §. 20. Atque hactenus de potestate ministerii constituendi, concessa Magistratui; qui plura volet in utramque partem vergentia, adeat Cellot. lib. IV. de Hier. c. 17. M. Anton. de Domin. lib. VI. rep. Eccles. c. 17. Jac. Triglandii dissert. de Civil. & Eccles, potest. c. 18. Pet. Cabeljavii apolog. rescript. c. 7. Hug. Grot. de potest. circa sacr. c. 10. Nic. Vedelium de Episcopatu Constantini M. &c. quorum aliqui Magistratum à suffragio in eligendo Clero excludunt, ut Cellotius cum suis Pontificiis; quibus proxime accedit Triglandius cum sequacibus; alii nimium ipsi concedunt, alii in arbitrio & usu relinquunt, ut Grotius.

§. 21.

Digitized by Google

§. 21. II. *de statu Ecclesiastico* loquendo, invenimus, penes ministerium Ecclesiasticum fuisse (1.) *Proponere & nominare*, quod Græci vocant προχειρίζειν & ἐπιβάλλειν ὄνομα, idque Clero orthodoxo & constanti Synodus Nicæna largitur in ep. Synodica ad Ægyptios apud Theod. lib. I. c. 8. f. m. 547. C. Hi qui Dei gratiâ, precibusque vestris, nullo in schismate deprehensi sunt, sed intra Catholicam, Apostolicam, Ecclesiam, sine labe se continent; ἐξουσίαν ἔχειν, καὶ προχειρίζειν, καὶ ὄνομα ἐπιλέγειν τῶν ἀξίων τῷ κλήρῳ, *potestatem habeant & eligendi & nominandi, eos, qui clero digni sunt, atq; omnia demum juxta legem & sanctionem Ecclesiasticam exequendi.* (2.) *Examen, & explorationem, & judicium eligendorum & vocandorum.* Concilium Laodicenum can. 12. requirit in constitutione Ministerii κρίσιν *judicium* Metropolitanorum, & Episcoporum. Rationem reddit Valentinianus Imperator: *vos, qui divina gratia ornati estis, & illo splendore illuminati, melius decernetis*, τῆς θείας ἀξιώμενοι χάριτος, καὶ τὸν ἄγαν ἐκεῖνον ἐπιδεξάμενοι, ἄμεινον ψηφιεῖσθε: Sic ille ad Synodum Mediolanensem, cum eligendus esset Episcopus, & ista Imperatori arbitrium eligendi submitteret: apud Theod. lib. IV. hist. c. 6. Vult ille Episcopum à Synodo eligi, eo quod Episcopi isti dono eruditionis & judicii faciendi polleant. Constantinus M. in epistola ad Synodum Antiochenam vetabat, Eusebium Cæsarea abstrahi, & jubebat, alium eligi Episcopum Antiochenum, nominatim Euphronium Cæsareensem, vel Georgium Arethusanum, τὴν πίστιν δοκιμωτάτους *fide probatissimos*, καὶ ἑτέρους, οὓς ἂν ἀξίους ἡγήσασθε πρὸς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα; *Et alios, quos ad Episcopatum idoneos judicaveritis*; Sic Imperator ad Synodum in literis, in quibus voluit, Synodo γνώμην ἐμφανῆ γενέσθαι *suam sententiam* de eligendo Episcopo *manifestam fieri*, nempe, jussit Synodum suum judicium in medium proferre, καὶ ὁρίσαι, ἃ τῇ τῶν ἀποστόλων παραδόσει σύμφωνα ἂν εἴη, *& definire, quæ Apostolicæ traditioni consentanea fuerint.* Quo ipso ex loco apparet, ministeriũ non esse absoluti arbitrii in eligendo cõministro, sed regulæ verbi divini, à Magistratu commendatæ, & præscriptæ, esse alligatum: κατὰ τὸν ἐκκλησίας κανόνα, καὶ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν *secundum Ecclesiæ canonem, & Apostolicam traditionem* jubet ipsos ῥυθμίσαι τὴν χειροτονίαν *dirigere electionem*, ὡς ἂν ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὑπηκόους ἡνιοχῆται

II. Ecclesiasticum. 1. nominatio.

2. examen.

ὑφηγῆται λόγος: *quemadmodum Ecclesiastica disciplina ratio postulat*: quæ ultima epistolæ verba sunt. Eodem digitum intendit etiam Basilius Moral. reg. LXX. c. 1. quando allatis ex S. literis testimoniis docet, quales ministri debeant καθίστασθαι *constituere* ministros alios, nempe, *quorum superior vita omni crimine vacet, & probata sit.* Ad duo igitur respicere debent, doctrinam & vitam; Ambrosius „ in epist. 82. ad Vercel. f. m. 182. supplicaturus, ait, pro populo, eligi „ à Domino, probari debet à sacerdotibus, ne quid sit, quod in ipso „ graviter offendat, cuius officium est, pro aliorum offensa intervenire; quæ intelligenda sunt non solum de ordinatione, sed etiam de electione.

3. suffragiū. §. 22. (3) *Consilium, suffragium, electionem, & vocationem.* Si quem dignum officio sacrosancto deprehendit Ministerium, eum præbitis suffragiis in ordinem suum recipiebat. Athanasius in literis ad orthodoxos vult aliquem sui successorem eligendum παρόντων καὶ αἰτούντων κληρικῶν, *præsentibus & petentibus Clericis*; Athanas. t. 1. f. 944. D. Canon IV. Concilii Nicæni vult Episcopum καθίστασθαι *constitui* ὑπὸ πάντων τῶν (ἐπισκόπων) ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ *ab omnibus provinciæ Episcopis*; quod si faciendum est in ordinatione, multo magis in electione. Gregorio Nazianzeno Ecclesia Constantinopolitana ἐπιτρέπει ψήφοις πολλῶν ἱερέων commissa *est calculo multorum sacerdotum.* Soz. l. III. c. 3. Patres Constantinopolitani, abdicante se Greg. Naz. περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων βουλὴν ἐτίθεντο: *de electione (novi) Episcopi consilium inierunt*, scribit Socrat lib. V. c. 8. f. 265. B. Ubi quidem populus præoccupavit electionem, nempe Nectarii, attamen ministerium electionem istam, collata ordinatione, ratam habuit. Simile exemplum contigit cum Ambrosio; dum enim Synodici ἐβουλεύοντο *deliberabant*, populus Ambrosium eligit: quam tamen electionem Imperator postea, & ministerium, comprobarunt. Theod. lib. IV. hist c. 6. Tale quid contigit etiam cum „ Eusebio Cæsareensi. Episcopi enim *coacti* à populo rore purifico „ hominem perfuderunt, antistitem pronuntiarunt, in throno col„ locarunt, manibus tamen potius quam voluntate sinceroque ani„ mi affectu, sicut postea declaratum est, referente Naz. orat. XXVIII. f. 479. B. Fiebat interdum, ut Episcopi morituri, vel discessuri, aliquem sui successorem nominarent, quæ nominatio non facile

ab

ab aliis ſpernebatur; cuius moris *plena eſt omnis retro Eccleſia*; quæ verba ſunt Claudii Eſpencæi lib. III. digreſſ. 1 Tim. c. 21. p. 257. ubi ille ex profeſſo *de ſucceſſorum in ſacerdotio deſignatione* agit. Conf. M. Anton. de Dom. lib. III. de rep. c. 3. n. 61. ſeqq. Bonus ille mos erat, ſi decedens orthodoxus ſucceſſorem orthodoxum deſignabat. E.g. Alexander Alexandrinus Athanaſium, Athanaſius Petrum, Alexander Conſtantinopolitanus Paulum, Sozom. lib. III. c. 3. Macarius Hieroſolymitanus Maximum, Acholius Anyſium. Ambroſ. epiſt. 59. 60. Idque ferebant indignè Ariani, per canonem in concilio Antiocheno XXIII. *Epiſcopo non licere alium pro ſe ſucceſſorem conſtituere, etſi contingat in fine vitæ id fieri, ſi quid tamen fiat eiusmodi, ἄκυρον εἶναι τὴν κατάστασιν irritam fore conſtitutionem* &c. Malus contra, ſi heterodoxus heterodoxum. E.g. Agelius Novatianus Siſinnium. Socrat. lib. V. c. 21. Obſervandum autem, quod illa ſucceſſorum nominatio non potuerit præjudicare juribus Eccleſiæ, & populi, & Cleri, & Coëpiſcoporum: Unde Marcianus, populo volente, ſubſtitutus eſt Siſinnio, quem Agelius Epiſcopus ſucceſſorem nominaverat. vide Eſpenc. digreſ. in 1. ad Tim. Lib. 3. c. 21. f. 258.

§. 23. (4.) *Fraterno calculo confirmare* electos vel reſtitutos ab aliis. Solebant Epiſcopi ſuæ fidei cœpiſcopos, vel comminiſtros pro talibus agnoſcere, & in fraternam amicitiam recipere literis ſcriptis; Athanaſium Julius; ut patet ex ipſius epiſtola apud Athan. apol. t. 1. p. 750. D. Ita Petrum Alexandrinum agnovit Damaſus Epiſcopus Romanus; cum literas ipſi ſcripſiſſet, quibus & fidem Nicænam, καὶ τὴν τοῦ πέτρου κατάστασιν *& Petri conſtitutionem* confirmabat; Socr. IV. c. 27. Solebant E. & abſentes conſenſum ſuum literis teſtari; ſic enim ſanxit Concilium Nicænum can. 4: *Epiſcopum oportet maximè quidem ab omnibus, qui ſunt in provincia, Epiſcopis conſtitui: ſi vero hoc difficile fuerit, aut propter urgentem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem, tres omninò in id ipſum convenientes;* συμφώνων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι. τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ; i. e. *dummodò conſenſerint, qui abſunt, & per litteras approbaverint, ordinationem faciant. Confirmatio autem eorum, quæ in quaq; provinciâ geruntur, tri-* 4. conſenſus.

buatur metropolitæ. Hoc fine Synodicæ interdum literæ ſcribebantur ad Eccleſias, vel Epiſcopos, & Paſtores reliquos Eccleſiarum, quibus ſignificabatur, hunc, vel illum legitime electum, vocatum, reſtitutum eſſe, adeoque dignum, cui literæ pacificæ mittantur. Etiamſi autem invito Miniſterio aliquis bonus vir à populo in Epiſcopum eligeretur, & ordinaretur, non tamen ideo ſimpliciter repudiandus eſſet: Certe Baſilius noluit ideo abdicare Euſebium Cæſareenſem, quod alii faciebant, etſi eius electio & ordinatio à populo extorta fuerit. Greg. Nazian. orat. XXVIII. f. 479. B. *Magnus*, ait, *Epiſcopus noſter* (Baſilium putat) *æquusq; rerum æſtimator, nec cum iis, qui huiusmodi conſilium inibant, abductus eſt, nec eorum ſententiam comprobavit: ſed conſtans atq; invictus per manſit; haud minus, quam ſi nullam omninò vim per peſſus fuiſſet.*

Totum Miniſterium eligit.

§. 24. Licet autem præcipuè partes Epiſcoporum fuerint in conſtituendis, vel approbandis, Eccleſiarum miniſtris, attamen nec *reliquum* miniſterium erat excluſum, ſed de jure ſuo concurrebat in actibus paulo ante memoratis. Præcipuæ quidé partes erant Epiſcoporum; *Pontifex* enim *civitatis eligebat in clerum*; ſcribit Hieronymus ad Ruſticum; Chorepiſcopum γίνεσθαι *fieri* ab Epiſcopo urbis, cui ſubjectus eſt, ſanxit concil. Antioch. can. 10. Et quo eminentiores Epiſcopi erant, eo magis hoc poteſtatis, ſaltem ex jure Eccleſiaſtico, ipſis competebat. Tales erant eminentiorum ſedium & Metropolitani Epiſcopi: εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γίνοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισεν μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον; *ſi quis præter ſententiam Metropolitani factus ſit Epiſcopus, hunc magna ſynodus ſtatuit, non oportere eſſe Epiſcopum.* ſanxit Synodus Nicæna can. 6. Quid verò, ſi pauci nonnulli electioni legitimè factæ contradixerint? κρατείτω ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος, *obtineat plurimorum calculus.* In quo canone manifeſta diſtinctio fit inter Metropolitanum & alios Epiſcopos, quod attinet momentum conſenſus, vel diſſenſus. Occaſio canonis huius erat temeritas Meletii Thebaidis Epiſcopi, Ille enim, præterito Epiſcopo Alexandrino, cui tanquam Patriarchæ, vel Metropolitæ ſubjectus erat, conſtituebat, & ordinabat Eccleſiæ miniſtros pro ſuo arbitrio; Hoc vero erat contra *priſcum jus Alexandrini*

drini Præsulu in ordinatione Episcoporum, Presbyterorum, & Ministrorum per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, quo de ex professo disputat Cl. Launojus Exercit. ad Can. VI. Concil. Nicæni. Repetiit canonem Concilium Laodicenum can. 12. sanciens, τὰς ἐπισκοπὰς κεῖσθαι τῶν μητροπολιτῶν καὶ τῶν πέριξ ἐπισκόπων καδίζεσθαι εἰς τὴν ἐκλογὴν ἀρχόν; *Episcopos constituendos esse ex judicio Metropolitanorum & finitimorum Episcoporum.* Metropolitano igitur judicium, & primo quidem, competit; προκαθίζεσθαι vocant Nicæni Patres in sua Synodica apud Theodor. lib. I. hist. c. 8. f. m. 547. B. Sicut & confirmatio: Τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ: *Confirmatio eorum, quæ in quaq; provincia* (in constitutione & ordinatione Episcopi) *geruntur, tribuatur Metropolitano*, præcipit canon quartus Concilii Nicæni. Confirmat & illustrat has sanctiones canon nonus Concilii Antiocheni, dum Metropolitano adscribit φροντίδα πάσης τῆς ἐπαρχίας curam totius provinciæ; *eo quod in metropolin undequaq; concurrunt omnes, qui habent negocia*; Hinc deducit καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτῶν, *etiam honore ipsum præcedere*: Et potestate, quæ inter alia etiam concernit χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ordinare Presbyteros, & Diaconos.

§. 25. Neq; potiores partes Episcopi Romani hoc in jure & potestate erant, quam reliquorum Metropolitanorum, vel Patriarcharum. Singuli habebant ἰδιαίτερον ἀξίωμα *propriam dignitatem*, uti loquitur can. VII. concil. Nicæ. & πρεσβεῖα *privilegia*, Alexandrinus Episcopus sicut Romanus, in sua quisq; diœcesi; quod ex Canone sexto Concilii Nicæni clarissimè patet, & applicatur etiam ad Episcoporum constitutionem: vide ex professo hac de re disputantes Salmasium de primat. pap. p. 383. seq. Joh Dallæ, de usu PP. c. 6. p. 343. Cham. Panstrat. Cath. lib. XIII. de P. R. c. 13. n. 4. Forbes. instruct. Theol. lib. XVI. c. 4. f. 772. Noviſſimè Launojum ad Can. VI. Concil. Nicæn. Et tom. VIII. epist ad Ludovicum Henricum Gondrinum Archiepiscopum Senonensium. Meletius Antiochenus Episcopus sedibus dedit Episcopos. Niceph lib. XII. hist. c. 5. Basilius Sebastenis & Iconiensibus. epist. VIII.

§. 26. Partes tamen aliquæ, uti dictū, erant etiam simplicium Episcoporum, & Presbyterorum, & Diaconorum. Discimus hoc ex Hieron. ad Evagr t. 3. f. 150. *Nam & Alexandriæ à Marco Evangelista usq;*

ad Heraclam & Dionyſium Epiſcopos, Presbyteri ſemper unum ex ſe electum, in excelſiori gradu collocatum, Epiſcopum nominabant: quomodo ſi exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de ſe, quem induſtrium noverint, & Archidiaconum vocent; & ex Apologia Athanaſij t. 1. opp. f. 748. D. *Vbi enim,* Jul. Epiſc. Rom. interrogat, *eſt eiuſmodi eccleſiaſticus canon, aut iſtiuſmodi traditio Apoſtolica? ut in pace agente Eccleſia, & Epiſcopis concordibus cum Epiſcopo Alexandriæ Athanaſio, immittere Georgium, peregrinum, & exiguum hominem, neq; Alexandriæ baptizatum, neq; plebi cognitum, neq; poſtulatum à Presbyteris, eumq; Antiochiæ creatum Epiſcopum, atq; inde deducere Alexandriam, non cum Presbyteris, aut Diaconis civitatis, non cum Epiſcopis Ægypti, ſed cum militibus?* Sicille. Nota: *αἰηθέντα παρὰ τοιούτων poſtulatum à Presbyteris; atq; deductum ab iisdem, & μετὰ τῶν διακόνων τῆς πόλεως, καὶ ὅσων τῆς Αἰγύπτου cum Diaconis urbis, & Epiſcopis Ægypti.* Hoc quia factum non erat in conſtitutione Georgii, vocatio ipſius inepta erat. Vita defuncto Euſebio Cæſareenſi Metropolita, Baſilius Gregor. Naz. evocavit, ut electioni alterius intereſſet. ep. XX. XXI. XXII. *Sicut Eccleſiaſtica regula poſtulabat.* Euſtathium Antiochenum Epiſcodum elegerunt non ſolum ἀρχιερεῖς, ſed etiam *ἱερεῖς Sacerdotes.* Theodor. lib. 1. c. 6. Cum Paulinus ambiret ſedem Antiochenam, *τῶν ἱερέων ἀντεῖπε χορός ſacerdotum cœtus contradixit.* lib. V. 23.

III. Populare. (1.) poſtulando

§ 27. III. *De ſtatu populari*; Huius erat (1) *poſtulare paſtorem*; qua voce utitur Ambroſius epiſt. LXXXII. ὀπζητεῖν, uti loquitur Can. VI. Concilii Sardicenſis, dum definit, ſi emanſerit Epiſcopus, quid faciendum, nempe *πλήθη συναθροιζόντα ὀξαναλεῖν γίνεσθαι τὴν κατάστασιν τῶ παρ' αὐλῶν ὀπζηλυμένω ὅπσκόπω congregata populi multitudo inſtet, ut fiat conſtitutio Epiſcopi, qui ab eis quæritur*; Populi igitur erat *ὀπζητεῖν ὅπσκοπον, καὶ παρακαλεῖν γίνεσθαι κατάστασιν, quærere & urgere conſtitutionem & Epiſcopum*, Sebaſteni ut & Iconienſes petierunt à Baſilio Epiſcopum ſibi dari. epiſt. 8. Alii Gregorium Nazianzenum; epiſt. XIV. (2.) *Iudicare* de eligendo, & digno viſum, collatis ſuffragiis, eligere. Nicæni Epiſcopi ad Alexandrinam & reliquam Ægyptiacam Eccleſiam ſcribunt, apud Theodor. lib. 1. c. 8. *Catholicæ Eccleſiæ membra ἐξουσίαν ἔχειν χειροτονεῖσθαι, καὶ ὀνόματα ἐπλέγεσθαι τῶν ἀξίων τῶ κλήρω, καὶ ὅλως πάντα ποιεῖν κατὰ νόμον καὶ τάξιν τὸν ἐκκλησιαστικόν; poteſtatem habere eligendi*

(2.) judicando:

Digitized by Google

gendi (in medium proponendi) *& nomina seligendi dignorum clericatu, & omnimode omnia faciendi secundum legem & ordinem Ecclesiasticum*; Et paulo post: ὁ λαὸς αἱρεῖται *populus eligat*; In quibus verbis populo datur potestas proponendi, nominandi, & eligendi Ecclesiæ ministrum. Constant.M. in literis ad Synodum Antiochenam refert, quod epistolam scripserit ad populum Antiochenum, quodq; in literis Synodicis contentum fuerit, ut juxta τὴν τοῦ λαοῦ καὶ τὴν τῆς ὑμετέρας σεμνότητος αἵρεσίν τε καὶ βούλησιν *populi & prudentiæ vestræ* (Synodi) *suffragium & voluntatem, Eusebius sanctissimus Cæsareensium Episcopus Antiochenæ Ecclesiæ præsideret, eiusq; curam susciperet.* Euseb. lib. III. de vit. Const. c. 62. Populus, judicio Alexandri, Episcopi Constantinop. est καθήκων ἐκλέξασθαι *idoneus ad eligendum.* Socr. lib. II. c. 6. *Episcopus, vel Presbyter à populo electus est*: juxta Hier. comm. in Ezech. XXIII. f. 234. Synodus Nicæna Meletianos ad ministerium admisit, εἰ ψήφῳ τοῦ πλήθους ἄξιοι φανοῖεν, *si calculo populi digni viderentur* Sozom. lib. I. c. 24 Antiocheni Eusebium translaturi inter alias rationes allegabant, καὶ τῷ λαῷ ὑπερφυῶς τοῦτο κεχαρισμένον εἶναι, *quod & populo vehementer gratum id sit.* l. 2. c. 19. Ad quem locum, ab Illyrico objectum, nihil habuit, quod responderet Bell. lib. I. de Cler. c. 7. *nisi, jam tum cœpisse consuetudinem, ut populus electioni admisceretur, non autem inde colligi, id esse de jure divino.* &c. Sed de *consuetudine* nihil habent Nicæni, nec de *jure* mere *humano*; jus potius, & divinum quidem, insinuant verba sequentia: συνεπιψηφίζονται καὶ ὑπογράφουσι τῆς τῆς καθολικῆς Ἀλεξανδρείας ὁπωσδήποτε: idem est igitur suffragium Episcopi, quod populi; At Episcopi est non meræ consuetudinis, sed juris quoque, & divini quidem, quare & populi tale fuerit.

§. 28. *Exempla* huius juris plurima exstant: Hoc modo Athan. Episcopum elegit populus Alexandrinus: Sic enim scribit Synodus Alexandrina ad omnes ubiq; Catholicos Episcopos: (apud Athanas. t. 1. f. 726. C.) Nos cum tota civitate & universâ provinciâ, testamur, πᾶς ὁ λαὸς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ὥσπερ ἐκ μιᾶς ψυχῆς καὶ σώματος συνελήλυθότες; omnem multitudinem populumq; Catholicæ Ecclesiæ in unum coactum, quasi in speciem unius corporis & animæ, clamoribus vociferationibusq; postulasse, Athanasium Ecclesiæ Episcopum dari, idque publicis votis à Christo expetiisse." *Exempla.*

petiiſſe. Et Gregor. Naz. orat. XXXI. f. 526. C. totius populi, » ait, ſuffragiis, non autem ſecundum perverſum exemplum, quod » poſtea inolevit, neque per vim ac cædem, ſed Apoſtolicè & ſpiritualiter ad Marci thronum evehitur. Sic ille de Athanaſio. In epiſtola ad orthodoxos fol. 944. D. deſcribit, quomodo ſucceſſorem ſibi dari oportuiſſet, nempe *ſecundum Eccleſiaſticos canones, prout Apoſtolus præcepit, συναχθέντων τῶν λαῶν ἐν τῷ πνεύματι & τῶν καθισταμένων congregatis populu, una cum ſpiritu ſancto, qui Epiſcopum conſtituant, publice & in præſentia populorum & Clericorum Epiſcopum poſtulantium inquiſitionem fieri, atq; ita omnia canonicè peragi*; Et quia tale quid factum non erat, electionem improbabat: Sicut & Julius Gregorii electionem rejicit, *quod à populo non fuerit poſtulatus*; Athan. apol. II. πάσης τῆς πόλεως *tota civitate ſuffragante electus eſt*: uti Nectario ſcribunt Conſtantinopolitani Patres ad Damaſum, Theod. l. V. hiſt. c. 9. Ad quem locum excipit Bell. lib. I. de Cler. c. 7. non *colligi, eſſe id de jure divino*; ſed *id juris habere eos, vel habuiſſe ex conceſſione Pontificum*: At, ſicut jus divinũ ibi non negatur, ita Pontificii nullo apice fit mentio. Non ſolent Pontifices concedere, niſi quod norunt divini juris eſſe, utpote ſui juris tenaciſſimi. De eodem Nectario dicitur, quod ἁρπασθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ εἰς τὴν ἐπισκοπὴν μετεβλήθη *raptus à populo ad Epiſcopale munus electus ſit*; referente Socr. lib. V. hiſt. c. 8. Quod de raptu dicit, id alias etiam contigit: nempe in Ambroſio; Nam præter omnium opinionem ἐβόων, Ἀμβρόσιον ἄξιον εἶναι τῆς ἐπισκοπῆς, αὐτόν τε χειροτονεῖσθαι πάντες ἠξίουν, *clamarunt, Ambroſium dignum eſſe Epiſcopatu, eumq; poſtularunt ſibi ordinari*: Socrat. lib. IV. c. 30. Confer Theodor. lib. IV. c. 6. Ambroſ. lib. I. de offic. c. 1: In Euſebio; quippe quem plebs Cæſareenſis, plebs tota uno conſenſu primarii ordinis virum » unum, eximia illum quidem vitæ probitate prædi- » tum, nondum tamen divino baptiſmo conſignatum, in- » vitum & pugnantem corripientes, ſimulque militaribus copiis, » quæ tum in urbem venerant, opem afferentibus, in ſublimi ſe- » de collocarunt, Epiſcopisq; obtulerunt, ab iisque petere inſti- » terunt, ut eum ſalutari aquâ tingerent, atque Archiepiſcopum » nominarent, ſuaſioni interim vim admiſcentes, non id quidem admo-

admodum graviter & modestè, admodum tamen piè atque ardenter. referente Gregor. Naz. orat. XXVIII. f. 479. B. Simile exemplum refert Theodor. lib. I. hist. Eccles. c. 6. f. m. 541. C. de Eustathio Antiocheno, quod Philogonio vita defuncto, *Episcopi, & Sacerdotes, ἐξ ἅπας ὁ λεὼς ὁ φιλόχρις & ἄκοντα ποιμαίνειν ἀντὶ ἐκείνου τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην ἀλλ' ἀφ' κοινῆ καταγκάσαν & totus populus Christianus invitum pascere ipsius loco Ecclesiam istam communi calculo coegerit.* Confer electionem Eusebii Vercellensis apud Ambros. epist. LXXXII. Pauliniani apud Spondan. an. 392. n. 10. Paulini. an. 394. n. 13. & ante utrumque Augustini, an. 391. n. 3. Sed redimus in viam: *Suffragio totius populi Cæcilianus* (Episcopus Carthaginensis) *electus est*; uti refert Optat. Milev. lib. I. adverss. Parmen. p. 20. Populus etiam Novatianus Marcianum potius, quam Sisinnium, voluit Episcopum, Socrat. lib. V. c. 21. f. 280. Alexandrinus Petrum orthodoxum maluit, quam Lucium heterodoxum, lib. IV. c. 37. Cæsareenses cives Eusebium elegerunt. Gregor. Nazian orat. XXVIII. f. 479. A. B. Neque minus hoc usu receptum erat in Ecclesia Romana, quam in aliis. Florus quidam, qui ante Hincmarum Rhemensem vixit, inter collecta ex sententiis Patrum, refert, *solo dispositionis judicio ac fidelium suffragio legitime Pontifices creentur*; idque *juxta antiquum morem*, citante Cl. Launoj. ad can. 6. Concil. Nicæni. In electione Damasi populus concurrebat Sozom. lib. VI. 23. f. 666. C. D. Consequebatur hinc, quod minister Ecclesiæ debuerit eligi & ordinari in loco Ecclesiæ, cui subservire volebat; Certe Athanasius objecit Cecropio, Auxentio, & Epicteto, Arianis Episcopis, quod licet 80 mansionibus dissiti, tamen ambierint Episcopatus earum urbium, quibus ignoti erant. Confer Vales. observ. Eccles. c. 8. lib. 1. Poterat populus alii Ecclesiæ jam destinatum penes sese retinere, ut Hierosolymitanus Maximum; Sozom. lib. II. c. 20.

§. 29. III. Consentire electionibus factis, & confirmare suffragia electorum. Populi enim est *βεβαιῶσαι* corroborare *τὰς ἐκκλησίας οἰκονομίας dispositiones Ecclesiasticas*, in quibus etiam est constitutio Episcopi, facta à Ministerio Ecclesiastico: scribente Basilio epist. 194. f. 978. C. Aut irritas reddere electiones suo justo & legitimo dissensu; Eusebius Nicomediensis, ut irri- (3.) Consentiendo:

irritum redderet Athanasii Episcopatum, criminabatur, à populo non fuisse electum in Episcopum; quod quidem falso ille dicebat, attamen illatio erat bona: si præter & contra consensum electus fuisset, legitimè electus non fuisset. in Concilio Antiocheno c. 16. subdolè sancitum est: Si quis Episcopus vacans in Ecclesiam vacantem seipsum injiciens, arripuerit sedem absq; perfectâ synodô, hunc expellendum esse, etsi omnis populus, quem arripuit, eum elegerit; εἰ πῶς ὁ λαὸς, ὃν ὑφήρπασεν, ἅλοιτο ἀμείνονα.

(4.) Restituendo.

§. 30. IV. *Restituere Clericos in integrum, salva tamen Magistratus auctoritate*; Postquam Meletius, hactenus in exsilium expulsus, Gratiani Imp. edicto licentiam redeundi ad suam Ecclesiam accepisset, rediit, & populo annitente thronum recuperavit: Niceph. lib. XII. c. 3. Populus Alexandrinus, Oramus, ait, » præfectum Ægypti Maximum, cæterosq; Magistratus, ut à Prin» cipe postulent, ne talia in posterum committantur; obsecramus» que, ut nostræ istæ preces ad eum perveniant, ut obtineamus, ne » illis liberum fiat, alium Episcopum introducere, quod ne fieret » usque ad mortem restitimus, Athanasium reverendissimum desi» derantes, quem Deus ab initio nobis dedit secundum successio» nem Patrum nostrorum, quem ipse Constantius religiosissimus » Augustus cum literis juramentisque huc misit! Sic ille in literis suis apud Athanas. t. 1. f. 868. B. Sermo ipsi est de Athanasio, suæ stationi reddito, humillime petunt à Præfecto, & Cæsare, ut sibi liceat pastore suo tranquille frui.

§. 31. Adversarios ipsos, saltem cordatiores quosdam, fateri, quod antiquitas in eligendo ministerio locum etiam populo concesserit, probavimus supra §. 12. auctoritate Dionysii Petavii, inter Jesuitas hoc seculo facile principis. Conferri possunt, quæ ex ipso refert Johannes Dallæus de usu Patrum lib. II c. 6. Cuiusmodi sunt, (*inquit Petavius*) Synodi Carthaginensis IV, » & Arelatensis II, Parisiensis III; Cœlestini I, & Leonis I Ro» manorum Pontificum, actuque complures Canones, sunt ver» ba ipsius ex libro Gallico de la penit. lib. I. c. 7. Qui plura sitit adeat eiusdem tom. III. Theol. dogm. de Hier. Eccles. lib. I. c. 13. Bellarm. de Cleric. c. 9. Et lib. IV. de not. Eccles. c. 8. §. respondet.

Lib.

Lib. I. de P. R. c. 6. Petrum Aurelium apud Cellot. Hierarch. lib. IV. c. 17. Espenc. digres. in epist. ad Timoth. lib. III. c. 21. Ex nostris Dn. D. Hülsem. Manual. A. C. p. 473, seqq:

§. 32. Neq; obstat, quod can. 13. Laodic. exstat: *non est permittendum τοῖς ὄχλοις τὰς ἐκλογὰς ποιεῖσθαι τῶν μελλόντων καθίστασθαι εἰς ἱερατεῖον populis electiones facere eorum, qui in sacerdotio constituendi sunt*: Nam ὄχλοι significat promiscuum populum, & fecem plebis, tumultuosè, & inordinatè sua agentis. Huic exercitium saltem juris electoralis derogat Gregor. Naz. orat. XXVIII. f. 480. c. quando agit de eligendo Episcopo Cæsareensi, & tumultuoso populo; *Non enim, ait, obscurum erat, quis præcelleret (quemadmodum nec inter sidera Solis præstantia ignota est) sed perquam clarum & perspicuum, cum aliis omnibus, tum eximia præsertim ac purissima populi parti, hoc est, & sacris Ministris, & nostris Nazaræis, quibus vel solis, vel potissimum illius electiones istas committi oportebat (sic enim nunquam Ecclesiis male esset) ac non iis, qui opibus ac potentia florent, aut stultæ ac temerariæ plebi, plebisq; adeo ipsius vilissimo, & contemptissimo cuiq;.* Unde Justel. τοῖς ὄχλοις rectè vertit: *turbis*: qualem populū intelligit idē Naz. ep. XXII. f. 846. scribens: *si aliud (ac ego de electione scripsi) potius, quam sic placeat, ac per sodalitia & cognationes huiusmodi res expendantur, ac miscellanea turba exactum, & severum electionis morem convulserit, & distraxerit: seorsim sanè id, quod vobis arriserit, facite: nos autem intra nosmetipsos collecti quiescemus.* Sed nec praxis obstat. Fatemur enim, non semper omnes tres ordines actu concurrisse; Hinc vero N. C. jus concurrendi non habuisse; præsertim cum scriptores non semper ex professo descripserint factam electionem. Sed nec lex 6. cod. de Episc. obstat, qua Constantinus M. cavit, *ne vulgari consensu, neq; quibuslibet petentibus, sub specie Clericorum, à muneribus publicis vacatio deferatur, nec temere & citra modum populi clericis connectantur*; Hæc enim constitutio non tollit jus populi, sed exercitium eius solum limitibus suis circumscribit. Conferri possunt, si placet, nostræ Antiquitates German. prim. Artic. II. 94.

Objectorū requisita:

§. 33. *Objectum* eligentium, & materia ministerii erant homines in ministerium cooptandi. In *genere* loquendo, digni erant eligendi. Debebant esse ἄξιοι τοῦ κλήρου *digni clero*, scribente Synodo Nicæna ad Alexandrinos &c. apud Theodor. lib. I. hist. c. 7. f.

m. 547. confer can. 1. concil. Nicæni; subjecta sint ἄξια αἱρεῖσθαι *digna quæ eligantur*; quod requirit Basilius comm. in c. III. Jes. f. 907. A. Ex professo hæc disputantem vide Ambros. ep. 82. f. m. 182. A. confer Cent. IV. Magd. c. 7. f. m. 272. ubi auctoritates Imperatorum adducuntur. Opus igitur erat, ut maturè tales præpararentur, sicut Athanas., *qui (ut nunc quoq; eos oporteret, qui plebis Antistites futuri, magnumq; Christi corpus tractaturi sunt, secundum magnum Dei consilium ac præscientiam, quæ magnarum rerum materiam longe ante constituit,) in magnum hunc clericorũ ordinem cooptabatur, atq; in eorum, qui appropinquanti Deo appropinquant, numerum adscribebatur, ac sacrosanctæ stationis & ordinis honore afficiebatur.* juxta Greg. Naz orat. XXXI. f. m. 526. c. Et exploraretur, digni, an indigni candidati essent; Concilium Laodicenum can. 12. sanxit: *Quod oportet Episcopos judicio Metropolitanorum, & finitimorum Episcoporum ad Ecclesiasticum Magistratum constitui, plurimo tempore probatos, & in verbo fidei, & in recti verbi dispensatione.* Concilium Nicænum Neophytos repudiat, quod opus sit μετὰ τὸ βάπτισμα δοκιμασίας πλείονος *post baptismum exploratione majore.* nempe ad hoc, ut quis Episcopus, vel Presbyter creetur; can. 2. Idem repudiat Presbyterum, ἀνεξετάστως *sine examine* promotum: can. 9. Et Athanasius voluit in electione novi Episcopi πάντα κανονικῶς ἐξετασθῆναι τε καὶ πραχθῆναι *omnia canonicè examinari & fieri*: in epist. ad orthod, t. 1. f. 944. D. Quæ vero sint illa omnia, saltem præcipua, explicuit Paulus Tit. 1. 5. ad quæ verba notavit Hieronymus: *Audiant Episcopi, qui habent constituendi Presbyteros per urbes singulas potestatem, sub quali lege ecclesiasticæ constitutionis ordo teneatur: nec putent Apostoli verba esse, sed Christi: qui ad discipulos ait: qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum, qui me misit. Sic & qui vos audit, me audit, qui autem me audit, audit eum, qui me misit! Ex quo manifestum est, eos qui Apostoli lege contemtâ, ecclesiasticum gradum non merito voluerint alicui deferre, sed gratia, contra Christum facere: qui, qualis in ecclesia Presbyter constituendus sit, per Apostolum suum in sequentibus exercitus est.* f. m. 120. F. Et Gregorius Naz. scribens ad Cæsareenses de Basilio in Episcopum eligendo epist. XXII. f. 845. *Ex omnibus, qui honore & gloria apud nos florent, neminem Deo dilectissimo filio nostro Basilio Presbytero anteferre possum (hæc autem quasi Deo teste dico) viro tam morum integritate, tum doctrina purgato, solig. omni-*

um, vel certe potissimum iis viribus subnixo, ut perditissimo huic tempori, vigentiq; haereticorum loquacitati, linguaeq; prurigini utraq; re obsistere possit. Confer epist. XXIII. Orat. XXVIII. f. 480. D. Idem indigitavit Valentinianus Imp. quando, vacante sede Mediolanensi, ad Clerum sic locutus est: *ignorare non potestis, quippe divinis literis innutriti, qualem esse conveniat eum, qui pontificatu ornatus sit: quodq; oporteat illum non solum doctrina, verum etiam vita subditos informare, ac sese illis virtutum omnium exemplar proponere, testemq; doctrinae conversationem habere. Proinde talem nunc in Episcopali cathedra collocate, ut & nos ipsi, qui regimus imperium, sincera voluntate illi capita nostra inclinemus, & reprehensiones eius (labi nos enim necesse est, cum homines simus) tanquam medici curationem libenter admittamus.* referente Theodor. lib. IV. hist. c. 5. f. 665. D. Et Gregorius Nazianzenus, postquam Episcopatum Constantinopolitanum resignasset, hortabatur electores: *Virum quaerite aliquem laude dignum, intelligentiaq; praeditum, qui tot curarum pondus sobrie ac sustinere recte possit, atq; hunc Episcopum designate.* Sic ille de successore sibi surrogando, apud eundem Theod. lib. V. c. 8. f. 713. D. Basilius scribit epist. CLXXXI. f. m. 959. t. 2. B. Eos, qui Ecclesiae ministrabant, consuetudo, quae in Ecclesiis olim " versabatur, diligentissime & accuratissime probatos admittebat, & " omnis eorum vitae ante actae ratio curiosè inquirebatur, an non es- " sent maledici, an non ebrioli, an non prompti ad pugnas, an suam " juventutem recte eruditent, ac castigarent, ut possent sanctificatio- " nem recte gerere, sine qua nemo Deum videbit. Et haec quidem " examinabant Presbyteri, & Diaconi, qui cum eis versabantur. Re- " ferebant autem ad Chor Episcopos, qui vere testificantibus " susceptis suffragiis, & eorum admonitis Episcopis ita ministrum in " sacerdotalem numerum cooptabant. Hactenus ille. Facta ex- " ploratione, praestantissimi quiq, erant eligendi, praesertim in popu- losis civitatibus. Ego de praestantissimis primum eligo, vel saltem non postremum: siquidem aliquid mea valere debet ratio, praeser- " tim hoc tempore, in hac tempestate linguarum prurientium, maxi- " marumque civitatum ac coetuum procella: quae civitates si retineantur in tranquillitate secura, magno id ipsum cum fructu fit: sin autem, maius detrimentum percipitur. Quapropter eligendi tibi sunt " boni ac praeclari. Nam vix fiet, ut aliquis mediocrium sit in nume- "

„ so: etiamsi vehementer in hoc incumbat, ut bonos superet. Hæc „ sententia est judicii minime depravati. Verum enim vero publi- „ cani & piscatores Evangelistarum in numero, doctrinæque ino- „ pes mihi proferentur, qui mundum universum oratione simplici „ tanquam everriculo quodam complexi sint, & retibus suis sapien- „ tissimos doctissimosque ceperint: ut eo majus scilicet per Chri- „ stianam doctrinam prodigium ederetur. Nimirum hoc pleriq; „ vulgo in ore habent. &c. verba sunt Greg. Naz. in orat. de Episc. in qua ex professo thema hoc tractat. f. 1030. opp. lit. C.

§. 34. *Specialius* singula explicando: Considerandæ sunt in futuro Ecclesiæ ministro I. *Naturalia*, & in his *inclinatio ad ministerium*, quæ interdum maturè sese prodit, ut in Athanasio & colluforibus pueris. De his & isto Socrates ex Ruffino lib. I. c. 15. refert, quod pueri adhuc luserint inter se; τοῦτο ἦν μίμησις ἱερωσύνης καὶ τῆς καταλόγου τῶν ἱερωμένων ἀνδρῶν: *is lusus erat imitatio sacerdotii, & collegii sacrorum virorum*; Athanasius præ se ferebat Episcopum, alius Presbyterum, alius Diaconum; quod cum Alexander Episcopus forte prætergrediens videret, & quid rerum gererent, cognovisset, *pueros in Ecclesia educari, & literarum studiis erudiri jubet: ac præcipue Athanasium*: Ratus nimirum, digitum Dei in talibus sequendum esse. Confer Sozom. lib. II. c. 17. *Robur* corporis; non tamen necessario athleticum: *non* enim *athletam creamus, sed Doctorem*. ait Nazianz. ep. XXIII. *Sexus* sit masculinus: Quod Basilius moral. reg. LXXIII. c. 6. probat ex 1. Cor. XIV. 34. & 1. Tim. II. 11. Concilium Cæsaraugustanum asserit can. 1, adversus Priscillianistas, & Epiphanius ex professo disputat hæres. XLIX. adversus Montanistas; Et hæres. LXXIX. contra Collyridianos, utpote apud quos fœminæ sacris publicis operabantur. Tantum aberat, mulierem ad ordinem Ecclesiasticum promoveri, ut ne εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσέρχεσθαι *ad altare ingredi*, per can. 44. Concil. Laodiceni liceret. Cum Licinius legem tulisset, *Ne Episcopi divinæ religionis præcepta mulieribus traderent: sed ut mulieres, ad id electæ, docendis mulieribus præficerentur* Euseb. lib. I. de vit. Const. M. c. 53. f. 435. A. risu lex ista excepta est, & effectu caruit, *Ætas* sit adultior, juxta Hieronym. lib. 1. adv. Jovin. citante D. Hen. Müller. dissert. de conjug. Cleric. p. 78. & quidem in Presbytero annus.

1. Naturalia.

annus ætatis trigesimus: *Presbyter ante triginta annos non ordinetur, etiamsi valde dignus fuerit, sed hoc tempus observet. Dominus enim Iesus Christus 30 anno baptizatus est, & cœpit docere.* ita habet canon XI Concilii Neocæsareensis; vide notas Instelli ad l. c. Ratio quidem allegata non adeo firma est, cum Christus ætate ista sua ministris Ecclesiæ eligendis terminum fixisse non legatur; Hoc tamen inde colligi potest, quod maturæ ætatis, saltem judicio & donis, esse debeat Ecclesiæ minister. Confer Gregor. Nazianz. orat. XL. Dico, *saltem judicio & donis*; Hæc enim possunt defectum ætatis supplere. *In scripturis sanctis Presbyteros merito, & sapientia eligi, non ætate*, observavit Hieronym. comm. in Jes. III. 2. confer ad v. 4. Unde non erat, cur Joannes Hierosolymitanus Hieronymo ætatis illum defectum objiceret; virtute enim adultus erat; *Querebatur, se ferre non posse: & juvenilem ætatem incongruã sacerdotio causabatur, sed quanto magis repugnabat, tanto magis in se studia omnium concitabat, & merebatur negando, quando esse nolebat: eoq; dignior erat, qui se clamabat indignum.* ita Hieronymus ad Rusticum de Nepotiano scribit, cum Presbyter esset factus; t. 1. opp f. 17. Confer Espenc. de voto contin. lib. IV. c. 2. Photii Nomocan: c. 28. D. Hen. Müller. dissert. de conjug. Cleric. ad 1. Tim. III. 2. p. 74. seqq: Fabrot: in not. ad Balsam. collect. const. Eccles. lib. II. c. 1. *Persona* etiam, cæteris tamen paribus, respici potest. Nectarius erat *canicie venerandus, Episcopo dignæ specie, & morum humanitate eximia* præditus, quare Diodorus Tarsensis dignũm eum judicavit, qui Episcopus eligeretur: referente Niceph. lib. XII. hist. c 12. *Integritas corporis*, Qui enim castrati erant, à ministerio excludebantur per can. VII. Concilii Arelatensis; *Excipe ἀπήχημα*, si quis per vim, vel infortunium ea corporis parte mulctatus fuerat; Si quis in morbo à medicis excisus, vel
à Barbaris exectus est, is maneat in clero, si quis autem sanus se-
ipsum abscidit, hunc & in clero constitutum abstinere convenit,
& deinceps nullum talem promoveri oportet. Sicut autem
hoc manifestum est, quod de iis, qui de industria hocagunt, audentque seipsos abscindere, dictum est: ita si qui à barbaris vel
à dominis Eunuchi facti sunt, & ij alioqui digni inveniantur,
tales in clerum admittit Canon. ita Nicænus can. I. Quem non-
nihil

nihil aliter vertit Martinus Bracatensis Episcopus, Græcus, in capitulis orientalium Synodorum concilio Lucensi oblatis, c. 21. Conf. canones Apostolorū. XXI. XXII. XXIII. XXIV. Balsamonem in hos canones; Filesac. lib. I. select. c. II. p. 168. Espenc. digres. lib. III. c. 10. f. m. 235. *Gestus externus* etiam à nonnullis ad animum revocatur: *Est etiam in ipso motu, gestu, incessu, tenenda verecundia; habitus enim mentis in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absconditus, aut levior, aut jactantior, aut turbidior: aut contra gravior, & constantior, & purior, & maturior æstimatur. Itaq; vox quædam est animi corporis motus.* ita Ambros. lib. I. offic. c. 18. p. m. 62.

II. Moralia vel mentis.

§. 35. II. *Moralia & habitualia: In sacerdote non generis nobilitas, sed morum eligatur gratia, & virtutum prærogativa*, scribit Ambros. ep. 82. Quæ, latius loquendo, distingui possunt in virtutes mentis, & moris; *sit in eo fides & morum maturitas.* Ambros. ep. 82. *Mentem quis habeat, & satisfaciet nobis*, ait Naz. de Episc. f. 1031. *Mentis, ut ἀλήθειαν καὶ φωτισμὸν veritatem & illuminationem*; uti vocat Hieron. in Ose. III. 4. *In pectore & corde Pontificis ἀλήθεια καὶ φωτισμοί.* i. e. *veritas esse debet atq; doctrina: ut non solum sciat rectam fidem, sed & quod noverit, possit ore proferre.* Mentis est eruditio: Quam requirit Ambrosius de dignit. sacerd. c. 6. *Lux*, inquiens, &c. & lib. 1 offic. c. 1. *homines discant prius, quod doceant, & ab illo* (Christo) *accipiant, quod aliis tradunt.* Hinc concludit de dignit. sacerd. c. 4. f. 338. E. *Qui talem se, ut diximus, esse ignorat, sacerdotium minime appetat, nec locum alterius usurpare præsumat, præsertim illius, qui fulgore suæ scientiæ populorum potest corda lustrare.* Talis fuerat Hieronymus, cum Presbyter fieret: Longo rerum usu comparata prudentiâ, multorumque doctissimorum hominum congressu, justa eruditione collecta, ad tractandas divinas literas accinxit sese. His instructus præsidiis vir prudentissimus, Theologi munus aggressus est. Sic de ipso refert Eras. in vit. Hieronym. f. m. 17. Dividi potest eruditio in profanam, sacram, & Ecclesiasticam; *Profanis* literis mediocriter saltem tinctus sit Ministerii candidatus: Sunt quidem sanctuli, ut plurimum rudes, qui eruditionem secularem in Ecclesiasticis improbant, ut Symprotianus Novatianus in Paciano; Sed hic recte. Quid Paulus Apostolus: Erubescit, cum Athenienſem illum versum & dixit & comprobat?

Nam

Nam in Actis Apostolorum ita ponit: quidam etiam secundum vos dixerunt: Huius namque genus sumus. Cum igitur genus simus DEI; Et rursus ad Titum dixit: dixit ex illis quidam proprius eorum Propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Et addidit: Testimonium hoc verum est. Sic peccamus exemplo: nec Rhetores sumus, sed quamcunque vocem copiam Dei credimus. Latium, Ægyptus, Athenæ, Thraces, Arabes, Hispani Deum cónfitentur; omnes linguas Spiritus S. intelligit. epist. 2. ad Sympron. f. 99. C. Diligenter optimis disciplinis incumbito, & in libris Poëtarum, Historicorum commentariis, fluente oratorum facundia, subtilibus Philosophorum meditationibus temet exerceto: sic tamen, ut prudenter in omnibus hisce verseris. Nazianzeni verba sunt ad Seleucum de recta educatione. f. 1062. Confer Hieronym. de custod. virg. t. 1. f. 66. Basilium t. 1. homil. XXIV. f. 570. Filesac. Select. lib. 1. c. 19. per tot. Jac. Bill. lib. 1. observ. c. 13. Sic eruditus erat ille ipse Nazianzenus, & commilito ipsius Basilius; Soz. lib. VI. c. 17. f. 659. B. narrante: Cum Sophisticam professionem, & causidicinam tandem spreviſſent, juxta sacras Ecclesiæ leges philosophari decreverunt. Porro, cum aliquantum temporis τοῖς μαθήμασι τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων ἐσχολάζοντες in disciplinis Philosophorum Gentilium consumsiſſent, & sacrarum literarum expositionem partim ex commentariis Origenis, partim ex aliis, qui vel ante Origenem, vel post illum, in sacris voluminibus interpretandis non mediocrem laudem adepti sunt, accurate didiciſſent, μέγα ὄφελος magno adjumento fuerunt iis, qui eo tempore fidem Concilii Nicæni sequebantur. De Basilio scribit Naz. orat. in laudem ipsius f. 500. C. dicens: Quis in Rhetorica, illa, inquam, vim ignis spirante cum eo comparandus, tametsi illius mores à Rhetorum moribus abhorrerent? quis in Grammatica, quæ linguam ad Græcissmum format, historias colligit, metris præest, carminibus leges præscribit? quis in Philosophia, excelsa procul dubio arte, ac sursum gradiente, sive eam partem spectes, quæ in actione aut speculatione posita est; sive eam, quæ in Logicis demonstrationibus, aut oppositionibus concertationibusq; versatur, quam Dialecticam vocant &c. ita excelluit. Addit Astronomiam, Geometriam,

Arith-

Arithmeticam &c. Pacianus Episcopus Barcilonensis Virgilium *à parvulo didicerat*. ep. 2. ad Symp. *Sacras literas* omnium maxime noverit; Spectat etiam ad Candidatum ministerii, quod Hieronymus ad Nepot. de vit. Cleric. f. 8. t. 1. A. perscripsit: Divinas „ scripturas sæpius legas, imo nunquam de manibus tuis sacra lectio „ deponatur. disce quod doceas: obtine eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: ut possis ex hortari in doctrina „ sana &c. Noverit autem ita, ut orthodoxe noverit; quare Candidati *diu examinandi sunt & in ratione fidei, & in recta rationis dispensatione*, uti sancit can. 12. Concilii Laodiceni. Ecclesiasticas quoq; literas sciat, nempe *canones*. juxta statutum concil. III. Carthag. can. 3. Et ἔθη, seu συνθείας *consuetudines*, puta non scriptas, de quibus vid. Basil. ad Amphiloch. cap. 1. 2. 3. 4. Sit Baptizatus, Ambrosius, adhuc Catechumenus, cum Episcopus eligeretur (sic & Nectarius) evestigio baptizandus erat, ut posset Episcopus esse. Socr. lib. IV. 30.

Moris. §. 36. *Moris.* Neque enim mediocris virtus sacerdotalis „ est, cui cavendum, non solum, ne gravioribus flagitiis sit affinis, sed „ ne minimis quidem. ut sit promptus ad misericordiam, promissum non remordeat, lapsum revocet, compatiatur dolori, man„ suetudinem teneat, pietatem diligat, iram repellat, vel decoquat, „ sit quidam lituus plebis excitandæ ad devotionem, mitificandæ „ ad tranquillitatem. scribit Ambros. epist. 82. f. 182. E. Prima est *pietas*. Gregorius Nazianzenus negat, magno illo Deo & sa„ crificio, & Pontifice dignum esse, qui non prius seipsum Deo oeu „ hostiam vivam obtulit, vel potius, qui non sanctum prius vivum„ que Dei vivi templum factus est. quomodo (*pergit*) vel ipse te„ meraria facilitate tractandas res divinas susciperem, vel alium audacter hoc conantem admitterem? orat. III. de rect. doctr. f. m. „ 83. A. Et f. 96. C. Vis ne Theologus aliquando Divinitatisq; di„ gnus fieri? mandata servato; per præceptiones ambulato. Nam actio quidam ascensus est ad contemplationem. *Fides & constantia* in veritatis confessione, & merita in remp. Christianam: Sacerdotes Antiocheni statuebant, illum Pastorem fieri oportere, „ τὸν πολλοῖς λαμπρυνόμενον πόνοις, καὶ ὅτι πλείστων τῶν περὶβάτων περιπ„ ῥυήσαντα qui multis laboribus claruerat, & pericula plurima pro ovibus

ovibus adierat, referente Theod. lib. V. hiſt. c. 23. f. 736. C. Huc referri poſſunt *Monachi*, qui præ cæteris idonei videbantur ad miniſterium, utpote ſtudiis & vitæ ſanctimonia jam ante præparati, ſaltem ex præſumptione: Unde Dracontium Monachum Athanaſius ad Miniſterium permovere voluit, t. 1. f. 957. C. Hieronymus Ruſticum: *Hæc dico* (de vita Monaſtica) *ut etiamſi Clericatus te titillat deſiderium; diſcas, quòd poſſis docere, & rationabilem hoſtiam offeras Chriſto, ne miles antequàm tyro, ne prius magiſter ſis, quam diſcipulus.* ſic ille ſcribit. f. 21. B. Epiſt. ad Ruſtic. Et f. 22. C. *Ita age, & vive in monaſteriis, ut Clericus eſſe merearis.* Confer M. Anton. de Dom. lib. 2. de rep. c. 12. n. 63. ſeq. Spondan. an. 328. 5. Cod. Theod. l. 32. de Epiſc. legem Arcadii: *Si quos forte* &c. Adde notas Gothofredianas.

§. 37. *Vitia* vel impedimenta: hinc facile colligi poſſunt: Talia erant I. *Neglectus exploration is & examinis*; Exſtat canon IX Concilii Nicæni: *Si qui ἀνεξετάστως ſine examinatione promoti ſint, vel cum diſcuterentur, peccata ſua confeſſi ſint, eúq; confeſſis, homines contra canonem moti manus impoſuerint, tales canon non admittit; quod enim reprehenſibile eſt, Catholica Eccleſia non defendit.* Et can. X. *Quicunq; ex lapſis ordinati ſunt per ignorantiam &c. cogniti depoſuntur.* Conqueritur Hieronymus, ſuo tempore non fuiſſe *miniſtrorum electionem*: Sic enim ille de vit. Cler. t. 1. f 8. b. *Miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt.* Talis fuit Georg. Alex. Epiſcopus electus, utpote *nec Alexandriæ baptizatus, nec plebi cognitus*: conquerente Athanaſio, & objurgante eos, *qui ſe ſuosq; liberos credebant ei, cuius vitam converſationemq;, & quis deniq; eſſet, ignorabant.* in ep. ad Solitar. t. 1 f. 811. Tales illi, in quos invehitur Baſilius epiſt. CLXXXI. f. m. 959. t. 2. *Valde male me habet, quod Patrum defecerunt Canones, & omnis accurata diſciplina ex Eccleſiis ejecta eſt.* Sic ille; nec immerito; Temeritas enim illa eſt contra interdictum Pauli 1. Tim. V. 22. quod urget Moral. reg. LXX. c. 2. f. 854. B. Et ſanam rationem; ὁ γὰρ ἀνάκριτον τὸ ἀδόκιμον, *quod enim exploratum non eſt ſine periculo non eſt*: uti idem alibi loquitur. II. *Inordinati affectus* non ſolum in plebe: *Nonnunquam errat plebis vulgiq; judicium, & in ſacerdotibus comprobandis unusquisq; ſuis moribus favet, ut non tam bonum, quam ſui ſimilem quærat Præpoſitum.* Hier. adv. Jov. t. 3. f. 18. D. Sed & in Clero: *In-*

Vitia. I. Eligentium.

terdum hoc & Pontificum vitio accidit, qui non meliores, sed argutiores in Clerum allegunt: Et simpliciores quosq; atq; innocentes inhabiles putant; vel affinibus & cognatis quasi terrenæ militiæ officia largiuntur: sive divitum obediunt jussioni; quodq; his pejus est, illis Cleriatus donant gradum, quorum sunt obsequiis delinita. Excipe, si δεῖον τι intervenerit, quale Imperator censuit fuisse, cum Ambrosius inopinato in Episcopū à populo dissidente ὁμόψυχον eligeretur. v. Ruffin. lib. II. hist. c. 11.

2. Eligendorum vel electorū, ut ruditas.

§. 38. II. *Ruditas* literarum, potissimum sacrarum. Ita, „ ut unus aliquis è grege ac plebeius æque vilem apprehendat, ni„ mirum qui indigus sit nuptialis indumenti, qui destitutus sit de„ centi cultu, qui undevis emendicare cogatur spirituales epulas, „ & cuius in domo non suppetant, hoc est, in arcano secessu cordis „ sui non habeat panem verum ac viventem, qui confirmare possit cor hominis. explicante Basilio in cap III. Jes. v. 6. t. 1. f. 907 A Et articulorum fidei; *Nondum Clerici haberi potestis, ut qui nunc rudimenta fidei condiscere incipiatis.* dicunt Episcopi ad Arianos apud Athanas. de Synod. f. 876. C. Et Gregor. Nazianz. orat. XXXI. f. 526. D. improbat eos: Qui cum nihil prius ad Sacerdotium attu„ lerint, nullos labores atque ærumnas virtutis causa pertulerint, „ discipuli simul magistrique pietatis designantur, aliosque ante „ purgant, quam ipsi purgati fuerint: heri sacrilegi, hodie Sacer„ dotes: heri extra sancta, hodie sanctorum arbitri, & antistites, „ veteres vitio, pietate rudes & recentes (quod gratiæ ac favoris hu„ mani, non spiritus, opus est) qui cum cætera omnia violenter per„ vaserint, ad extremum quoque ipsam pietatem tyrannide pre„ munt, quorum non mores dignitati, sed dignitas moribus fidem adstruit, ordine admodum præposteto. &c. Confer Cent. IV. Magd. c. 7. Et canonum Ecclesiasticorum, qualis fuit in Nectario, Episcopo tamen Constantinopolitano, tanta, ut opus habuerit aliquo Episcopo (Cyriacus dicebatur) à quo disciplinam Episcopalem doceretur. Niceph. lib. XII. c. 12. 13. Quales videtur pungere Gregorius Nazianzenus, quando notat αὐθημερινούς, *qui statim ac libitum sit eruditione doctrinæ pollere videntur*, explicante Elia Cretensi, f. 79. comm. in Naz. Canon Nicænus XIX sanxit, si qui ex Paulianistis Clericis conversi fuerint, & examinati

inventi

inventi fuerint ἀνεπιτήδειοι *inepti*, ut deponantur, etsi antea ordinati. Singulare fuit in Spiridone, Cypriorum Episcopo, quod ex pastore ovium factus fuerit Episcopus; charismatibus enim divinitus erat illustris; Theod. lib. IV. c. 6. Socrat. lib. IV. hist. c 30. f. 248. B. C. Quo beneficio etiam Ambrosius dignus evasit Episcopatu, *raptus de tribunalibus atq; administrationis infulis ad Sacerdotium*, ita ut *docere cœperit, quod ipse non didicerat*, quod ipse fatetur lib. I. offic c. 1. De quo Nicolaus I. bene respondit: Ἀμβρόσιον *Ambrosium ex catechumeno divina revelatione ad Episcopatum promotum, nihil est, quod exempli causa proferas*; ἀρκεῖ γὰρ ἐκεῖ ἡ θεία, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνη κέλευσις, *Etenim ibi sufficit divina non humana jussio.* cit. Justel. p. 135. confer Ambros. ep. 82. Ruffin. l. 2 c. 11. Sed quia hæc dona rara erant, *& divina, non humana, jussio sufficiebat*, juxta Nicolaum ad Photium; lex lata fuerat, ne quis νεόφυτος ad ministerium verbi & sacramentorum temere promoveretur. Est autem Neophytus ille, *qui nuper ad fidem ex gentilitate pervenit*: describente Ambros. de dign. sacerd. c. 5. alio nomine dictus νεοφώτιστος *recens in Catechesi informatus*, Chrysost. ad 1. Tim. III. 2. Tales à ministerio arcebant. Concilii Nicæni illud interdictum est, can. 2. *Quoniam multa vel necessitate, aut aliter cogentibus hominibus, facta sunt præter canonem Ecclesiasticum, ita, ut homines è gentili vita nuper accedentes ad fidem, & exiguo tempore eruditi, statim ad spirituale lavacrum ducantur, & simul atq; baptisati fuerint, accedere eos ad honorem aut ad τὸ πρεσβυτέριον ad Episcopatum aut Presbyterium promoventur: recte habere visum est, ut nihil deinceps tale fiat &c.* Simile statutum est Concilii Laodiceni: *Quod non oportet eos, qui recens sunt baptizati, in ordinem sacerdotalem promoveri.* can. 3. explicatum ab Ambros. de dignit. sacerd. c. 4. f. 338. F. spretum ab Arianis, in quos invehitur Athan. ep. ad Solitar. t. 1. f. 859. B. dicens: *Qui tot ac tam graves ætate Episcopos relegarunt, & in illorum locum juvenes, libidinosos, Ethnicos, μήτε κατηχουμένους, ne catechismo quidem imbutos &c. submisere*; & Meletianis: *Ad hoc dignitatis καὶ πρὶν κατηχηθῶσιν, etiam priusquam catechismo imbuerentur, evecti sunt.* scribit idem f. 863 B. Simul indicat damna, quæ rudes eiusmodi asini dant in Ecclesia Dei; Ab aliis, quos notat Naz. orat. XXX. in Basil. f. m. 501. 502, & Hieronymus, qui ait: *Heri Catechumenus, hodie Pontifex* &c. epist. ad

Ocean. Similia habet lib. I. adv. Pelag. Confer Justelli notas ad can. IV. Concil. Nicæn. p.m. 134. seqq:

Obj. Resp. §. 39. Neque est, cur quis dicat, Apostolos quoq; fuisse illiteratos, quam objectionem proponit, & solvit Naz. orat. de Episc. f. 1030. *Publicani,* inquiens, *& Piscatores, Evangelistarum in numero, doctrinaq; inopes, mihi proferentur, qui mundum universum oratione simplici, tanquam è verriculo quodam complexi sint, & retibus suis sapientissimos doctissimosq; ceperint; ut eò majus sc. per Christianam doctrinam prodigium ederetur; nimirum hoc plerique vulgò in ore habent;* Et solvit; (1.) pio sarcasmo, dicens; *Exhibe tu mihi fidem alicuius ex Apostolorum numero: ostende quendam, qui nummos nullos habeat, qui peram alligatam non gestet, baculo careat, seminudus sit, sandaliis non utatur, in diem vivat, sola spe dives & opulentus sit, affabilitatem comitatemq; fugiat in loquendo, ne plus efficere assentando, quàm docendo videatur, qui deniq; doctrinis externis & alienis discendis non sit occupatus, horum, inquam, si mihi monstres aliquem, nihil non admittam concedamque; tametsi quis linguæ nostræ non sit gnarus, tametsi de formis, ignobilis, bubulcus: Nam probitas ac mores rusticitatis imperitiaq; velamentum sunt.* q.d. Si Apostolos imitantur ruditate, cur non imitantur etiam paupertate, & reliquo mundanorum contemptu; (2.) distinctione; Apostolos fuisse θαυματέργους, ipsos minimè: *Num malis à genio obsessos repurgas? num lepra infectum mundare potes, num mortuum de sepulchro reductum vitæ restituere? num per te consequi potest, cui dissoluta membra sunt, ut rursum consolidentur? impone manum ægrotanti, ac finem morbus habeat: Sic nimirum mihi persuadebis, ut omnem doctrinam aspernerem; at si de duobus compositus, uno laudabili, altero vituperabili, quod laudem meretur, commemoras, quod vituperationem, libenter silentio præteris; subdolè fraudulenterq; comparationem hanc instituis;* i.e. In Apostolis quædam fuisse laudanda, quædam vituperanda, in quibus fuisset ruditas, si quæ fuisset: *Matthæus erat publicanus, sed venerabilis: non ut publicanus, sed ut spiritu plenus, ut ipsa quoq; retia venerer, probitas facit. Et te averser, etiam si quid habes honestæ speciei, quod aliud nihil est, quàm decipula, meræq; pedica.* (3.) Negat, Apostolos fuisse rudes: *Etiam hoc mihi declarato, qui fiat, ut tu rudes & imperitos doctrinæ voces, quorum tot extant libri atque scripta, de quibus vel exiguum quiddam, quod abditum sit, nos quoq;*

vix

vix intelligere magno labore possumus, cæteroqui doctrinis à prima ætate innutriti. Instes: *Id factum auxilio nuttq; S. Spiritus*; Resp. bene, Nam ex hoc ipso sequitur, Apostolos *doctos* fuisse; Etiam Hieron. scitè dixit in eos, qui eam ruditatem vocant simplicitatem, & exinde derivant nescio quam probitatem: *Rusticus est simplex; Frater non ideo se sanctum putet, si nihil noverit.* Epist. ad Nepot.

§. 40. *Heterodoxia*: Hæc adeo impedimento erat, ut ne reversi quidem ab Hæreticis, vel paganis, ad quos apostasia desciverant, ad sacrum ministerium apti haberentur; Asterius Sophista non admissus est ad officium Ecclesiasticum, eo quid Diis sacrificaverat, referentibus Athanasio de Synod. f. 887. C. t. 1. opp. Socrat. lib. I. hist. c. 36. Idque juxta canonem X Concilii Nicæni: *Quicunq; ex lapsis ordinati sunt per ignorantiam, aut dissimulationem eorum, qui eos ordinarunt, hoc non præjudicat canoni Ecclesiastico, cogniti enim deponuntur.* Et, qui parallelus huic est, Canon 12. Concil. Ancyrani. Optatus Milevitanus censet, ab Ecclesia alienum esse eum, qui, sicut Donatus, lapsis manum imposuerit ad ministerium. lib. I. p. m. 29. lib. II. p. 73. Mitior est Athanasius, scribens: *Is nempe veniam, qui cecidissent, & si impiorum se duces præbuissent, modò eos pœniteat, nec per vim & necessitatem detur, largiendum esse, & restituendum in Clero locum: idq; præcipuè, quod à fide non remotam sui defensionem edidissent; unde quod gestum erat œconomia quadam factum esse videretur.* Epist. ad Ruffin. t. 2. f. 41. Excipe eos, qui per irresistibilem vim sacrificiis sese applicare coacti sunt: ita vult canon 3. Ancyrani Concilii. Confer Phot. Nomo Can. tit. XII. c. 14. Observabatur etiam differentia inter heterodoxos; Nam canon 8. Conc. Nicæni in Clero relinquebat reversos à Catharis; igitur quanto magis aptos eos ad Clericatū censuerit, si Catharorum sacerdotes nunquam fuissent? Longius deinde itum, & Ariani etiam recepti sunt: *Eustathius ex Sebastiâ minoris Armeniæ, olim institutus ab Ario, cum is Alexandriæ florens, impias adversus unigenitum Dei blasphemias strueret, sectator illius & inter selectissimos discipulos connumeratus fuit. Postea quam vero ad suos reversus, à beatissimo Hermogene Cæsareæ Episcopo propter impiam opinionem condemnaretur, confessionem illi obtulit sanæ fidei, καὶ οὕτω τὴν χειροτονίαν ἀπ' αὐτοῦ ἀνέλαβεν, atq; ita manus impositionem ab ipso obtinuit.* scribit Basil.

heterodoxia:

epiſt. LXXIV. f. 875. B. Sed res non adeo feliciter ceſſit, eo quod Euſtathius ad vomitum redierit. Baſilii ſententia, omnino non aut certè difficillime, recipiendi ſunt, qui aliquando lapſi erant, etſi pœnitentiam ſeriò egerint: Reg. brev. q. 18. Actum hac de re in Concilio Alexandrino vid. Ruffin. lib. I. hiſt. c. 28.

Improbitas morum:

§. 41. III. *Morum improbitas*: ut erat *Magia*, cuius gratia Heraclius ab Eleuſio Diaconus fieri non debuiſſet, certe Eleuſius ideo Epiſcopatu motus eſt. Socr. lib. II c. 42. *Contemptus parentum, vel Patrumfamilias*; quod elici poteſt ex can. 3. & 16. Concilii Gangrenſis: *Cædes*; ſic enim ſanxit can. 1. concil. 1. Valentini, ne *mortali crimine maculati* ad Diaconatum vel Presbyteratum evehantur: *Caſtratio* ſuimet; *Si quis ſanus ſe ipſum abſcidit, hunc, & in Clero conſtitutum, abſtinere convenit, & deinceps nullum talem promoveri oportet*, ſancit Concilium Nicænum can. I. Exemplum recitat Socrat. lib. II. hiſt. c. 21. & Theodoret. lib II. c. 24. de Leontio, qui ipſe ſeſe exſciderat: Licet enim ad Epiſcopatum pervenerit, id tamen factum erat adverſus canonem Nicænum: παρὰ τὸν ἐν Νικαίᾳ γεγραμμένους ὅρους τοῦτον λαβών; *præter ſcriptos Nicæa canones hanc* (dignitatem) *adeptus eſt*: ſcribit Theodoretus: Socrates autem: ἀφῄρηται τῆς ἀξίας, *eo dignitatis gradu privatus eſt*; ὅτι τῶν γεννητικῶν ἐξέτεμεν ἑαυτόν; *Fornicatio*: Sic enim ſonat ſanctio Concilii IX Neocæſar: *Si Presbyter σφαλματικῷ σώματι, qui corporale peccatum admiſerit, promotus, & confeſſus fuerit, quod ante ordinationem peccaverit, non offerat, manens in aliis propter aliud eius vitæ ſtudium; reliqua enim peccata dixerunt multi per manus impoſitionem tolli: quod ſi ipſe non confiteatur, aperte autem convinci non potuerit, poteſtatis ſuæ judicio relinquatur.* Novit hoc Martyrius quidam: conſcius enim ſibi fornicationis noluit à Nectario Epiſcopo Conſtantin. in diaconatum recipi. Niceph. lib. XII. c. 14 conſcientioſior ipſo Nectario, qui, licet non adeo bene ſibi conſcius, tamen paſſus eſt Epiſcopum ſe creari *Simonia* quoque indignum reddit virum ſacro munere: juxta can. II. Concilii Sardicenſis, Athanaſium apol. t. 1. f. 944. D. Baſil. epiſt. LXXVI. ex profeſſo. *Fœnerationes*, imprimis pertinaces, Baſil. epiſt. 1. ad Amphil. Can. II. f. 765 Quo pertinet Can. VIII Concilii I Carthag. qui implicitos negociis civilibus removet ab officio ſacro capeſſendo, *Mala educatio liberorum;*

Digitized by Google

rorum; Nam juxta Hieron. epiſt. ad Lætam t. 1. f. 27. *Epiſcopus fieri non poteſt, qui filios habuerit luxurioſos, non ſubditos.* Huc pertinet, quod ad miniſterium ineptus ſit, cuius uxor ante ipſius ordinationem adultera fuerat: per can. 8. Concilii NeoCæſ. Arceatur & malus œconomus: *Meritò ſanè divinus noſter legifer, Eccleſiæ Dei præſici prohibet eum, qui antea domui ſuæ non benè præſuit; qui enim ſeipſum regere novit, & alterum reget; qui alterum, etiam domum; qui domum, etiam civitatem; & qui civitatem etiam gentem; atq; ut ſummatim dicam, juxta vocem veritatis: qui in modico fidelis eſt, etiam in multo fidelis erit; & qui in modico infidelis, & in multo quoq; infidelis erit.* ita Dionyſ. Areop. ep. VIII. f. 786. C.

§. 42. IV. *Status inhoneſtas, vel ignobilitas.* Ex profeſſo adverſus hoc dedecus perorat Gregorius Naz ad Epiſc. f. 1029. ſub fin. quando deſcribit ſuos adverſarios, *quorum alii nepotes erant eorum, qui tributorum ſcribæ fuerant, & aliud nihil omninò animo volvebant, quam falſas & ſubdolas rationum depravationes; alii ab aratris venerant, aduſti à ſole; alii à ligone, vel bidente, totum diem non quieſcente; alii remos exercitusve reliquerant, redolentes adhuc ſentinam, vel corpus fœdatum cicatricibus habentes, populi gubernatores, ac duces militum, qui ne minimum quidem conceſſuri videntur, nonnulli etiam opificiorum, quæ citra ignem operas ſuas perficere nequeunt, gnari, ne fuliginem quidem carnis integre abluerant, flagriones ac piſtrinis digni.* Hactenus ille: ſubjungit, quale hoc hominum genus evadere ſoleat, nempe intolerabile: *Qui priusquam precium heris numerare queant, ſi vel exiguam à laboribus requietem inveniant, laſciviunt inſigniter, ac nonnullus de populo furtim in ſuam ſententiam pertractis, vel perſuadendo adductis, vi denique tanquam crabrones ad cœlum tendunt, non amplius axem luteum vertentes, nec, ut prius, demiſſis capitibus; ſed exiſtimantes, ſe in res ſuperas imperium habere, proferentes ſiniſtra, nulliusq; momenti, nec pedes ſuos manus ve numerare ſcientes.* f. 1030. Paucis: intolerabilius nihil eſt humili cum ſurgit in altum. Non autem excluſi erant Magiſtratibus functi honeſtioribus, ἐὰν μὲν ἦσιν ἐκ τῶν ἐν τέλει χρησαμένων ὑγιοῦς: *ſi quidem fuerint ex ſano & probo Magiſtratu functis*, uti loquitur Synodus Illyrica; Theodor. lib. IV. hiſt. c. 8. f. 668. C. ut fuerant Ambroſius, & Nectarius. Ex cu-

Status inhoneſtas.

curialibus in Clerum cooptatos fuisse nonnullos, ex leg. 40. de Decurionib. docet Gothofredus in not. ad l. 9. cod. de Episc. Parcius tamen hoc fiebat, adeo, ut etiam aliquando legibus fuerit prohibitum, non imperialibus solum, l. XIX. cod. de Episc. sed etiam Synodicis, uti apparet ex Synodica Illyrici Concilii apud Theodor. lib. IV. hist. c. 8. Forte ideo, quod potentiores aliis dignitatem præriperent. Naz. orat. 30. 501.

De digamia

§. 43. Præter hæc, alia quoque impedimenta erant, quæ humana dixeris, quod non ex rei natura, aut aliqua prægnante ratione, sed ex arbitrio mere humano talia fuerint; Tale erat *digamia*. Digamia a. dicitur multifariã; sensu Pontif. pro iteratis nuptiis; quales, qui Christianus jam fecerat, à nonnullis nõ admittebatur ad Clericatum; Hos notat Hieron. ad Tit. 1. 6. scribens: *Multi superstitiosius, quam verius, eos, qui amissa, quam gentiles habuerant, uxore, post baptismum alteram duxissent, in sacerdotio non legendos putant*: Displicet hæc sententia Hieronymo; quod testatur non solum allegatum testimonium, quod *superstitiosius, quam verius*, illud impedimentum sit; sed etiam epistola ad Oceanum, ubi ex professo tractat quæstionem: *num repetens matrimonium a baptismo possit fieri sacerdos?* Nam affirmat quæstionem, & invehitur in negantes, qualis erat Oceanus ille, tanquam Montani & Novati scholam hic frequentasset: Sensu genuino, digamia notat matrimonium duarum uxorum simultaneum, eumq; sensum dicti 1. Tim. III. 2. esse, quidam dixere jam Hieronymi ætate: com. ad Tit. 1. Quale illud etiam est, quando quis alteri sive uxori sive sponsæ extra casum adulterii repudium miserat, & aliam ipsi superinduxerat; de jure enim, saltem divino, priori adhuc obligatus erat; Tales, non illos, Apostolus Paulus 1. Tim. III. 2. arcet à ministerio; Explicante Chrysostomo homil. 2. in Tit. c. 1. & homil. X. in 1. Tim. III. In hunc sensum acciperem verba etiam Basilii ad Amphiloch. epist. 1. t. 1. fol. 765. *digamos canon omnino à ministerio excluſit*. Et Concilii Nicæn. c. 8. Laodiceni. can. 1. Neocæs. c. 7. contra Bellarm. lib. 1. de Cler. c. 23. 24. Confer And. Rivet. Cath. orthod. tract. 2. q. 24. p. m. 485. seqq: Justel. in not. ad can. 105. codic. can. 1. Laodic. Ex Pontificiis Espencæ. lib. II. digres. de contin. c. 1. seqq. Ex nostris Dn. D. Hülsem. Manual. A. C. p. 486. post Chemnit.

Chemnit. part. III. Concil. Trid. p.m. 133. seqq: Gerh. de Minist. §. 355. Etiamsi autem plerique ad Ministerium Ecclesiasticum promoti, fuerint cœlibes, vide Euseb. lib. I. dem. Evangel. f. 32. D. & Epiphan. comp. doctr. f. 530. Attamen conjugati non erant excluſi, quo minus Ecclesiæ Ministri eligerentur; Nam vel Presbyteris & Episcopis suis uti uxoribus licebat, per Concil. Gangrens. can. 4.

§. 44. Haud multo melioris furfuris est, quando statutum est, & quidem in Concilio NeoCæsareensi, can. XII. *Si quis in morbo constitutus illuminatus fuerit; εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι ὐ δύναται, in Presbyterum promoveri non potest.* Nihil enim derogatur valori baptismatis, ubicunque deniq; locorum ille dispensetur: si quod fuisset clericorum vitium, per quod ad ministerium promoveri fuissent prohibiti, procrastinatio fuisset baptismi; Aut dixeris, canonem loqui de iis solum, qui fidei suæ nulla idonea signa prius ediderant, quam baptizarentur, quod tamen corrigi poterat, *διὰ τὴν μελλαυτὰ ἀυτῆ σπουδὴν καὶ πίστιν: per & propter subsequens eius studium & fidem.* Pontificii, & inter hos collecti in cõcilio Tridentino nonnulli, necessitatem urgent ordinum inferiorum, tanquam graduum, per quos ad superiores ascendendum sit; sed seculũ hoc hanc ordinum gradualium necessitatem ignorat; Habet quidem quædam de ordinibus, quos hodie vocant, minoribus, sed non habet necessitatem transeundi per hos tanquã gradus ad superiores; Habemus enim descriptam ordinationem Ambrosij & Nectarii ad Episcopatum; Hieronymi, Augustini, & Paulini ad Presbyteratũ; non tamen legimus, eos prius ordines inferiores subijsse. Quare mirati sunt lectores in Concilio Trident. declarationem illam, utpote antiquitati incognitam: ut videre est ex lib. VIII. hist. Concil. Trident. Non quidem omninò negamus, fuisse moris olim, etiã legis, per can. X. (XIII) Sardicensem, *ἵνα καθ' ἕκαστον βαθμὸν, ἐὰν τις ἄξιος νομισθείη, εἰς τὴν ἀφίδα τῆς ἐπισκοπῆς καὶ πρεσβυτέρου διαβῆναι δυνηθείη: ut (secularis) per singulos gradus (lectoris, Diaconi &c. si dignus fuerit, ascendat ad culmen Episcopatus* Nec improbamus, per rationẽ additã: *potest enim per has progressiones, quas habebat, utiq; prolixum tempus probari, qua fide sit, qua modestia, qua gravitate, & verecundia*: Conferverba Synodi Illyricæ apud Theodor. lib. IV. c. 8. f. 668. c. Gregorij Naz. orat. in Basil. XXX. f. 501. B.

De Clinicis.

De gradibus.

Sed illud improbamus, quod hodie apud multos non ſit χρόνος μικρὸς ἀλλὰ *longum tempus*; quo in ipſis inferioribus ordinibus verſantur, ſæpe unus vix vel alter dies impenditur. Confer Eſpenc. digreſſ. lib. 1. c. 16. Dionyſ. Petav. de Hierarch. lib. III. c. 6. Mareſ. Exorciſt. c. 1. §. 8. p. 7. ſeqq.

§. 45. Non improbanda eſt Conſtantini M. conſtitutio, qua cavit, *ne cuivis aditus ad miniſterium pateat*: Eſſe viros reip. utiles, qui immunitatibus, privilegiis, & aliis Clericatus commodis moti, ad eum ordinem adſpirent, unde fiat, ut reſp. idoneos viros interdum deſideret, nec inveniat. Lex eſt ſecunda Cod. de Epiſc. ad quam Commentarius Gothofredianus conferri meretur, ut & ad Leg XIX. cod. vel etiam divitiæ, reip. nervi, ſubtrahantur, ſi ditiores evadant Clerici, unde leg. XVII. vetitum, *plebejos divites ab Eccleſiis ſuſcipi.*

Electio 1. appellationes.

§. 46. Hactenus de requiſitis & impedimentis miniſterii eligendi. Sequitur ipſa *electio*. Varii actus concurrunt circa objecta Miniſterij conferendi: Eſt *nominatio & propoſitio*, unius, vel plurium candidatorum, Græci vocant προχειρίζειν ἢ προβαλεῖν ὄνομα, uti loquitur Concilium Nicænum in epiſtola Synodica ad Alexandrinos Theod. lib. I. c. 7. hiſt. *Adductio*. quod προσαχθῆναι, & προσαχθῆναι πρεσβύτερον, vocat can. 9. concilii Nicæni; προσάγειν εἰς τάξιν *promoveri in ordinem*, can. 3. concilii Ancyrani; εἰς κλῆρον *in clerum*, ab Athan. de Syn. p. 887. t. 1. D. εἰς ἐπισκοπὴν *ad Epiſcopatum* Can. 2. Concil. Nicæn. εἰς πρεσβυτερίαν; *Electio*, ἐπιλέγειν ὄνομα τῶν ἀξίων τῷ κλήρῳ; *Eligere nomen dignorum clero*: uti ſcribunt Nicæni ad Alexandrinos: Theod. loc. c. καθίσαι εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀρχήν *ad Eccleſiaſticum Magiſtratum conſtitui*. can. 12. Concil. Laodic. ἀξιωθῆναι πρεσβυτερίου: *dignum haberi Presbyterio*; Soz. l. 1. c. 15. f. 426. B. *In clerum admitti*. can. 1. concil. Nicæn. *in clerum eligi*: Hieron. epiſt. ad Ruſtic. *Tradere alicui ſacerdotium*. Ruffin. l. 1. c. 9. vocatur χειροτονία, eo ſenſu, quatenus manus inter eligendum tollebant; Baſil. Moral. reg. LXX. c. 2. Ritum explicat Elias Cretenſis in comment. ad Nazianz. Orat. III. de rect. doctr. f. m. 79. A. his verbis: vox (χειροτονία) ipſa ſumpta eſt de antiquiſſimi cuiusdam ritus ac moris obſervatione. Nam cum comitia creandis Magiſtratibus habenda erant, deſignabatur aliquis ab iis, quibus ita viſum eſſet, cui rerum

rerum ſumma tanquam maximè idoneo committeretur, is deinde in theatrum deducebatur, atque ibi tum maximo totius populi comitio per præconem publicè deſignati nomen edebatur. Quô facto, qui deſignationem illam probabant, ſublatis manibus teſtabantur, videri ſibi hominem idoneum magiſtratui gerendo delectum eſſe. Cæteri vero, qui ab his diſſentiebant, manus ſuas continebant, hoc modô comparato inter ſe horum illorumque numero, cui plures hominum ſuffragationes obtigiſſent, hic magiſtratum adeptus ſuperior diſcedebat, hinc illa vox χειροτονῶν orta eſt, & χειροτονηθὲς dicebatur, qui hujusmodi ſuffragiis magiſtratum conſecutus erat. Brevius Dn. D. Hülſem. de miniſt. ordinat. §. II. p. 3. χειροτονεῖσθαι *propriè ſignificat eligi, vel deſignari ad certum aliquod munus ſacrum, vel legationem obeundam, per ſuffragium extenta manu, vel digito in certam perſonam intento latum.* Dicitur & καθίστασις *conſtitutio* hinc inde frequenter; vide can. VI. Concilii Satdicenſis. *Clericorum conſortio ſociari*; à Conſtantino M. l. 2. cod. de Epiſc. *Ad Clericorum numerum confugere.* l. c. Interdum deſcribitur à conſequente, quod eſt *manus* (in ordinatione) *imponere*; can. IX. Concil. Nicæni. προάγεσθαι *promovere, vel promoveri.* can. I. Concilii Nicæni. Ab *Eccleſia ſuſcipi.* leg. 17. cod. de Epiſc. *acciri ad ſacerdotium.* Ambroſ. epiſt. LXX.

§. 47. *Actus electionis* religioſe eſt tractandus, ut καθίστασις ſeu *conſtitutio* ſit ἔννομος καὶ ἐκκλησιαστική *legitima & Eccleſiaſtica*, qualis exſtitit Athanaſii; Apol. t. 1. f. 747. qua de re exſtant monitoria Gregorii Nazianzeni ad Cæſareenſes, mortuo Euſebio Epiſcopo, & novo eligendo; XXII. XXIII. Confer orat. XXVIII. f. 480. Ex parte eligentium, & eligendorum: *Religioſe*, nempe μετὰ δεήσεως καὶ ἀφ' ἱερῶν *præmiſſa oratione & obſecratione*, quod ex S. literis probat Baſilius reg. LXX. Moral. c. 1. adeoque juxta præſcriptum ſcripturæ, & canonis Eccleſiaſtici; Quo fine in uſum Baſilius idem revocavit *Patrum canonem*, in eligendis Eccleſiæ miniſtris obſervandum epiſt. LXXXI. Ambroſius lib. II. offic. c. 24. p. 305. Bonis, ait, artibus & ſincero propoſito nitendũ ad honorem arbitror, & maximè Eccleſiaſticum, ut neque reſupina ignorantia vel remiſſa negligentia ſit, neque turpis affectatio, & indecora ambitio; ad omnia abundat animi directa ſimplicitas, ſatisque ſe

2. obſervanda.

» se ipsa commendat. Hæc ille: confer de dignit. sacerdot. c. 5. f. 338. G. Nempe ex parte candidatorum requirit, ut absint duo extrema, alterum in excessu, nempe immodesta ambitio, qua quis se ipse obtrudere & intrudere allaborat; Hos notat Basilius com. in Jes. c. III. f. 907. C. *κἂν μὴ ἐπιλάβηται, εἰσωθοῦνται πολλοί: etsi nemo eos apprehendat, intrudunt sese multi*: Et mox: Multi sunt qui » ambitiosius affectant principatum (*στασιαρχίδαι,*) multi suamet » autoritate creati, dum splendorem gloriæ præsentis student assequi, nec futurum illud judicium prævident. Vocat eos *αὐλοχειροτονήτους*, qui *sibi ipsi manus tollunt*: Sui ipsi electores; Confer epist. CCCXXIII. f. m. 1096. t. 2. opp. vel certe suffragia muneribus oblatis emunt; Solicitus est Ambrosius c. 5. de dig. sacerd. f. 338. H. de illis Sacerdotibus, *qui mentis repore habetati, sacerdotalem diffamant honorem, & qui novam prodigaliter regulam ac tempestatem peperisse deflentur, & Giezi sectantes & Simonis sententiam, sancti Episcopatus gratiam pecuniis coemerunt, nequaquam timentes, cum honorem sacerdotalem pecuniis emerent, à B. Petro Apostolo, se cum Simone fuisse* » *damnatos.* Et paulo post: Videas in Ecclesia passim, quos non » merita, sed pecuniæ ad Episcopatus ordinem provexerunt: nugacem populum & indoctum, qui talem sibi asciverunt sacerdotem; » quos si percunctari fideliter velis, quis eos præfecerit sacerdotes, » respondent mox, & dicunt: Ab Archiepiscopo sum nuper Episco» pus ordinatus, centumque ei solidos dedi, ut Episcopalem gra» tiam consequi meruissem, quos si minimè dedissem, hodie Episco» pus non essem, unde melius est mihi aurum de sacello in vehere, » quam tantum sacerdotium perdere, aurum dedi, & Episcopatum » comparavi; quos tamen solidos, si vivo, recepturum me illicò » non diffido, ordino Presbyteros, consecro diaconos, & accipio » aurum; Nam & de aliis nihilominus ordinibus pecuniæ quæstum » profligare confido; Ecce & aurum qui dedi, in meo sacello recepi, » & Episcopatum gratis accepi. Invehitur & Athanasius epist. ad orthod. t. 1. f. 944. D. in *ἐμπορευόμενον τὸ ὄνομα τῆς ἐπισκοπῆς emptitium nomen Episcopi.* Multo magis vapulant invasores ministerii, qualis erat Maximus, qui sedem Constantinopolitanam sibi rapuit, remotus ea propter à Synodo Constantinopolitana: can. 4. Ab eiusmodi desideriis & artibus abstinerent, credo, multi, si cogita-

gita-

gitarent, quam arduum sit officium, quod adeo contentiose ambiunt: vid. Chrysost. homil. III. in Act f. m. 473. A. f. 474. B. 475. B. Ex recentioribus Claud. Espenc. digres. lib. III. c. 1. & 2.

§. 48. In *defectu* peccant, qui donis idoneis instructi eliguntur & vocantur, sed vocationi sese subtrahunt. Defectus. Basilius Reg. Moral. LXX. c. 4. f. 355. T. 2 C. ex sacris literis (Luc. IX. Gal. I,) probat, *quod qui ad prædicationem Evangelii vocatus est, is obedire confestim debet, neq; ullam rei moram interponere.* Athanasius, multis in medium adductis argumentis, & solutis objectionibus, & exceptionibus, Dracontio Monacho, persuadere conatur, ne, donis egregiis instructus, & necessitate & utilitate Ecclesiæ urgente, Ministerio Ecclesiastico sese subtrahat; Exstat epistola t. 1. opp. f. 953. seqq: viderit igitur ipse, quomodo excuset suum ipsius factum, quod Sozom. lib. 2. c. 17. refert. ἄκοντα βιασθῆναι *invitum cogendum fuisse* ad Episcopatum suscipiendum. Medium tenuere beati, ut Gregorius Nazianz. orat. XLI. f. 650. D. Bonum enim est *inquiens*, & ei imperium aliquantisper detrectare, " ut Moses ille olim, & postea Jeremias, & rursus ad vocantem " prompte atque impigre accurrere, quemadmodum Aaron & " Esaias: modo utrumque pio animo fiat, alterum ob propriam in- " firmitatem, alterum ab vocantis potentiam. Concilium Anti- " ochenum can. XVII. ideo rejici jubet, qui ordinati paroecias adire nolint. Vapulat igitur Ammonius, alius Monachus, quod, cum ad Episcopatum vocaretur, fugerit, &, ut ineptus esset, aurem sibi amputaverit: Socr. lib. IV. c. 23. f. 238. A. Si quis in officio jam constitutus sese pertinacius ulteriori vocationi subtrahat, canon XIX. Concilii Sardicensis, Hosio sanciente, eum ab officio remotum volebat. Conf. Espenc. digres. lib. III. c. 4. f. 224. seqq: Spond. an. 391. n. 3. an. 393. n. 10.

§. 49. Electio sit *libera*, & quidem à *vi*; Quare Athana- Libertas. sius invehitur, in Arianos, qui vim adhibebant: Qui hæresin illorum fovet, requiritur, & statim submittitur in exulum illorum " Ecclesias: continuò confiscationes, contumeliæ, & quicquid " grave est, in eos intentatur, qui hunc superventitium Episco- " pum non recipiunt, &, quod iniquissimum est, quem populi cu- "

„ piunt, & irreprehensibilem cognoscunt, hunc tollit, & in exilium „ mittit princeps: eum vero, quem non cupiunt, quem non no- „ runt, hunc è longinquo cum militibus & diplomatibus suis ad „ populos mittit. Ac jam inde magna necessitas inducitur, odisse, „ quem diligunt, suum, inquam, & in fide Magistrum, & in pieta- „ teparentem; eumque, quem nolunt, diligere, eique suos liberos „ concredere, cuius vitam, conversationemque, & quis denique sit, „ ignorant; aut supplicium pati, nisi imperatori pareant. Sic ille ad Solitar. t. 1. f. 811. B. Confer f. 817. C. quem locum §. 18. præced. exscripsimus: Et ab *affectibus* inordinatis, ut est amor & affectus carnalis in aliquem domesticum suum, cognatum, clientem &c: In quos calamum strinxit Basil. comm. in cap. 3. Jes. f. m. 907. t. 1. A. docens, Deum reprehendere eos, qui minimè *eligerent, qui esset electione dignus, sed domesticum & familiarem, neq; qui salutaris esse posset Reipublicæ, sed qui in sua gente ac familia vi facultatum præpolleret. Apprehendet enim, ait, homo fratrem suum & domesticum patris sui. Id quod absit, ut contingat in creatione ac delectu præsidum Ecclesiæ.* Favor erga munificos; Qualis fuit apud Arianos, ex probrante Athanasio apol. ad Const. t. 1. f. 693. A. *Posteaquam ex veris senibusq; Episcopis, alii in exilium deportati essent, alii metu fugati, Ethnici homines, Catechumeni, primariiq; Decurionum, & quisquis fama opulentiæ notus erat, ad spem Episcopatus pro Christiana religione Arianismū profitebantur. Neque deinde, ut Apostolus præcepit, quæsitum, si quis esset irreprehensibilis; sed juxta scelera impiissimi Hieroboam, si quis plus pecuniæ offerret, nomine Episcopi honorabatur, neq; apud illos ullo in discrimine erat, sive Ethnicus esset, sive non, modo aurum daret.* Quæ & similia complexus est Hieronym. comm. in Tit. I. 5. f. 120. D. Ex parte populi est carnalis affectus: de quo Gregor. Naz. orat. XXXV. f. 565. A.

Vocatio. §. 50. Electionem sequitur *vocatio*, quæ Ecclesiæ ministro necessaria est, *Ne quis Doctoris nomen sibi imponat, præter has personas, quibus concessum est.* Sanctio est Concilii Cæsaraugustani Can. VII. Duplex est, communis & specialis: Illa est necessitatis & charitatis; Cum Valens Arianus Imp. ordinarios Ecclesiæ ministros ab officiis suis removisset, surrexit quidam Aphraatas Monachus, generali vocatione excitatus, & Ecclesias prædicando juvit;

Digitized by Google

juvit, hiſtoriam narrat Theodor. lib. IV. c. 23. *Domi te manere, dixit Imperator, ibiq; ex monaſtica lege orare, par erat. Divinus vero ille vir, Recte ait, inquit, Imperator. Hoc me facere conveniebat, idq; hactenus feci, dum oves Servatoris pace fruerentur; Nunc quoniam vehementer conturbatæ ſunt, & in diſcrimen adductæ, ne à feris diripiantur, omnia tentanda ſunt, & oves conſervandæ. Dic enim, quæſo te, Imperator, Si puella eſſem intus in conclavi reſidens, & domum curam gerens, & paternas ades viderem repentina flamma conflagrare, quid me tamen facere conveniret? intus ne deſidere, domumq; incendium negligere, & operiri, dum flamma invaleſceret; an relicto conclavi ſurſum ac deorſum diſcurrere, & aquam adferre, flammamq; reſtinguere? Hoc te profecto reſponſurum liquet! hoc enim prudentis & cordatæ puellæ foret. Hoc eſt, quod nunc ago, Imperator. Nam cum flammam in paternam domum noſtram injeceris, circumcurſamus, eamq; extinguere nitimur. Cum hæc dixiſſet, Imperator minitans obticuit.* Sic Hiſtoricus f. 698. A. Simile quid ante fecerat etiam Antonius, & poſtea Julianus, uterq; An ac horeta; c. 24. Rex & Regina Iberum, ſine ſpeciali vocatione, Doctores ſuæ gentis ſeſe præſtiterunt: referente Ruffin. lib. I hiſt Eccleſ. c. 10. *Specialis* vocatio fiat ad certam Eccleſiam; Niſi enim fuerint, quibus concionetur, qui paſtor fuerit? Athanaſius Iſchyram pro Epiſcopo agnoſcere noluit, quod Eccleſia deſtitueretur; in apol. ad Conſtant. t. 1. f. 732. Optatus quoque Milevitanus Donatiſtam exagitavit, qui *paſtor ſine grege*, *Epiſcopus ſine populo* extiterat. lib. 2. adverſ. Donat. p. m. 42. Eccleſia eſt quædam quaſi ſponſa, cui miniſter veluti ſponſus jungitur, quod innuunt Alexandrini Patres in ſua Synodica apud Athanaſ. t. 1 f. 727.

§. 51. Electionem & vocationem *jure ordinario*, uti ſcribit Pacianus ad Sympr. epiſt. 3. ſequebatur *ordinatio & præſentatio*. Quo in actu obſervanda ſunt I. *nomina & deſcriptiones*: Appellatur χειροτονία, ſenſu Eccleſiaſtico, Can. IV. Concil Nicæn eo quod extenſa manu & ille ritus perageretur; item χειροθεσία, ab Epiph. hæreſ. LXXV. Concilio Antiocheno can 22. eo quod manus ordinando in conſecratione iſta imponerentur; ſeu, ut cum Ruff. l. 2. hiſt. c. 6. loquar, *ſuper aliquem injicerentur manus*, de quo poſt; Dicebatur cum additamento: χειροθεσία εἰς ἐπισκοπήν: *impoſitio manus ad Epiſcopatum*. ab Euſeb. lib. VII. hiſt. c. ult. Quam & ἀνά-

Ordinatio. 1. deſcriptiones.

δεξιν

δειξιν ἐπισκόπε παροικίας ostensionem paræciæ Episcopalis vocat ibidem, loquens de ordinatione Anatolii in Coëpiscopum Theotecni, & declaratione Theodoti in Episcopum Laodicenum. Unctio; Hinc unctus sacerdos Pacian. ad Sympr. epist. III. ἀφιέρωσις, consecratio, qua ordinandus quasi separabatur ab aliis hominibus, & officio sacro dedicabatur; Hinc consecrata sedes nomen accepit apud Pacianum l. c. ad Sympron. τελείωσιν perfectionem appellat Dionysius Areopag: de Eccles. Hier. c. 5. ubi ex professo de cæremonia hac agit. καθίδρυσιν collocationem vocat Philostorg. lib. IX. c 8. Item ἵγκαθίσιαν institutionem: c. 10. κατάστασιν Concil. Nicæn. Can. IV. Gregorius Nyssenus εἰς τὴν ἑαυτοῦ χειροτονίαν in sui ipsius ordinationem peculiarem dissertatiunculam scripsit, quæ habetur tom. II. opp. f. m. 40. seqq: eam sic orditur: ἦλθε καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἡ τῆς πνευματικῆς ἱστάσεως λειτουργία ad nos etiam spiritualis instruendi convivii sors & officium devolutum est, nempe per ordinationem.

2. Necessitas. §. 52. II. Necessitas. Non erat spernendus hic ritus, eo quod fuerit publica confirmatio electionis & vocationis factæ, & benedictio, & immissio in exercitium officij. Concilium Antioch. Can. 13. vocat χειροτονεῖν εἰς πρόσοδον λειτουργίας ordinare ad accessum ministerij. can. 17. Episcopus χειροθεσίαν ἐπισκόπου λαβών qui impositionem manuum Episcopi accepit, dicitur ἀναξίως προεστάναι λαοῦ definitus esse, ut populo præsit; quo facto debet καθ' ἑαυτὸν τὴν λειτουργίαν suscipere ministerium: Barcilonensis Episcopus Pacianus ad Sympronianum Novatianum scribens, Novatianum sectæ primipilum notat, quod ipsum nullo consecrante intacta sedes acceperit: seu, ut paulo post scribit: sine consecratione legitima Episcopus factus fuerit. Epist. 2. Non tamen est de absoluta necessitate. Frumentius inter Indos per multos annos ministerio sacro functus est, etsi manus ipsi nondum fuissent impositæ, ut ordinaretur, quod diu post factum est ab Athanasio, vide Ruffinum hist. lib. I. c. 9. Theod lib. 1. c. 22. Rex quoque & Regina Iberorum nondum initiati in sacris gentem suam docuere: Ruf. c 10.

3. Auctor. §. 53. III. Caussa Principalis est Deus: *Quis dat, frater, episcopalem gratiam? Deus an homo? Respondes sine dubio; Deus, sed tamen per hominem dat Deus, homo imponit manus, Deus largitur gratiam. Sacerdos imponit supplicem dexteram, & Deus benedicit potenti dextera, Episcopus*

Digitized by Google

scopus initiat ordinem, & Deus tribuit dignitatem. Ita Ambros. de dignit. sacerd. c. 5. f. 338. L. Minus principalis an *Angeli*? Affirmandum esset, si standum foret relatione Nicephori lib. XI. c. 20. referentis, Amphilochium Monachum ab Angelis Dei consecratum esse; sed factū hoc inter reliqua auctoris *vana* retulerim cum nostris Centur. Magd. IV. c. 6. f. 247. Omnes tres status cōcurrunt, suo tamen quisq, modo, 1. *Magistratus*, qui ordinationem ambire, petere, & impetare potest. Tyridates, Armeniæ Rex, scriptis ad Leontium Cæsareæ Episcopum literis, ei commendavit quendam Gregorium ordinandum, qui & Episcopus postea Armeniorum constitutus est; vide Surium d. 30. septembris; Baron. an. 311. n. 25. seqq. Valentinianus Imp. audito, Ambrosium esse electum Episcopum, μεσολαξι ἁβαντικα καὶ μυηθῆναι καὶ χειροτονηθῆναι τὸν ἀξιέπαινον ἀνδρα, *jussit evestigio baptizari & ordinari virum laude dignissimum.* referente Theodor. lib. IV. hist. c 6. confer. l. 1. tit. 2. Cod. de Episc.

An Angeli?

Magistratus:

§. 54. 2. *Ministerium*: Huius erat, ordinationis ritum peragere & conferre, Philostorgius lib. IX. c. 10. actum hunc vocat ἱερατικῆς ἐνεργειας *sacri ministerij virtutis opus*: de quo distinctius loquendum est; Et considerandæ sunt (1) *jura*; Fuerunt hæc penes universum Presbyterium, sicut illud ex Episcopo, vel Episcopis constabat, & ex Presbyteris; Ita enim sonat canon 3 concil. IV. Carthag. *Presbyter cum ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas juxta manum Episcopi super caput illius teneant*, Ita concilium, anno 398. præside Aurelio, Episcopo Carthaginensi, habitum. *Sacerdotes* (i. e. Episcopi & Presbyteri) *manus imponunt &c. Levitas & alios constituunt Sacerdotes*, ait Hieron. ad c. 11. Sophon. Ambrosius epist. 82. f. 182. probat exemplo Mosis, Eleazarum habitu Aaronis induentis, *ut cognosceremus, quod Sacerdos consecrare Sacerdotem debeat, & ipse eum induere vestimentis, i. e. virtutibus sacerdotalibus, actum, si nihil ei deesse indumentorum adverterit sacerdotalium, & apte quadrare omnia, sacris eum adhibeat altaribus.* Distinguendum autem (1) inter ordinandos Diaconos, Presbyteros, Episcopos, & Metropolitanos: (2) inter ordinationem strictè sic dictam, & actus concurrentes; Ista est actus Episcopalis; hi vero ministerio Presbyterorum cōmunes sunt. *Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manus super ca-*

Ministerium.

put illius ponat; quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. juxta Canonem IV. concilii dicti Carthaginensis; Cum vero *Presbyter* ordinatur, Episcopus, & Presbyteri manum simul imponunt; sicut paulo ante ex can. III. ostensum; *Episcopus* vero si ordinandus, peragitur illud à Metropolitano provinciæ, vel *Archi-Episcopo*, uti vocat Ambros. c. 5. de dign. sacerd. manus tamen una imponentibus provinciæ, saltem tribus, Episcopis; Sic enim sonat canon IV. concilii Nicæni: *Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia Episcopis constitui; Si vero hoc difficile fuerit, aut propter urgentem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, tres omnino in id ipsum convenientes, dummodo consenserint, qui absunt, & per literas approbaverint, ordinationem faciant, confirmatio autem eorum, quæ in quaq; provincia geruntur, tribuatur Metropolitano.* Quod prius dixerat καθίσαι, nunc vocat χειροτονίαν ποιεῖσ ordinationem facere; Hanc vero fieri vult ab omnibus Episcopis, si fieri possit; saltem suffragio & approbatione; Confer can. 9. Concil. Antioch: ubi prohibetur, Metropolitanum aliquid agere ἄνευ τῶν λοιπῶν γνώμης *sine reliquorum* (Episcoporum) *sententia*, etiam in ordinatione facienda; Et can. 19: Episcopus ne ordinetur absque Synodo, & præsentia Metropolitani provinciæ, eo autem præsente, omnino melius est, omnes una cum eo adesse comministros, qui sunt in provincia, & eos per literas Metropolitanum convocare. Et si quidem omnes accesserint, bene est: Sin autem hoc difficile fuerit, plures omnino adesse oportet, aut certe per literas una cum illis suffragium ferre, & sic cum plurium præsentium præsentia, aut suffragio, ordinationem fieri. Sin autem aliter præter hæc, quæ decreta sunt, fiat, non valere ordinationem; si autem juxta præfinitum canonem ordinatio facta fuerit, & nonnulli per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia; Etsi ordinatio peragenda fuerit præcipue à Metropolitano, penes quem erat, τὸ κῦρος τῶν γνωμένων δίδοσ, *auctoritatem facto dare*; Canonem autem istum Nicænum repetitum legas ap. Theod. l. V. hist. c. 9. & 23. Metropolitanus vero ordinabatur ab aliquot Episcopis suæ provinciæ; Et ita etiam illi, quos deinde Primates, & Patriarchas vocabant. Orientales Episcopi in Synodo Constantinopolitana collecti ad Occidentales datis literis scribunt, Nectarium

rium Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſe κεχειροτονηκέναι *ordinaſſe*; item, *ſe Eparchiæ Antiochenæ & Orientalis Diœceſeos Epiſcopos Flavianum Canonice ordinaſſe.* Cyrillum Hieroſolymitanum κανονικῶς τε παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας χειροτονηθέντα πάλαι; *jam olim legitimè ordinatum à ſuis provincialibus.* Paulo Conſtantinopolitano id vitio datum eſt, ἑαυτῷ ἐπισκοπὴν πεπραγματευσαμένῳ παρὰ γνώμην δ' αὐτοῖς τῶν Νικομηδείας ἐπισκόπου, καὶ Θεωδώρου τοῦ ἐν Θράκῃ Ἡρακλείας, οἷς ἂν γένοιτο ἡ χειροτονία διέφερεν: i.e. *Quod ſibi ipſe Epiſcopatum comparaverit, præter ſententiam Euſebii Nicomediæ, & Theodori Heracleæ, quæ in Thracia eſt, Epiſcoporum, ad quos, utpote finitimos, ordinatio pertinebat.* Sozom. lib. III. c. 3. f. 499. D.

§. 55. Actis controverſia eſt *de miniſtro ordinationis*, quis ille ſit? *Pontificii* ipſum faciunt Epiſcopum, & hunc, jure divino, ſolum; ut videre eſt apud Bell. lib. I. de Cler. c. 3. Dionyſ. Petavium t. III. Theol. Dogm. lib. I. c. 3. lib. II. c. 10. ubi ex profeſſo diſputat adverſus Claudium Salmaſium, qui Presbyteris quoque id poteſtatis aſſignat; Pontificiis pollicem premunt *Angli Hierarchici*, in quibus facile princeps eſt Bilſonus Lincolnienſis Epiſcopus in tractatu *de perpetua Eccleſiæ Chriſti gubernatione*; Et Hammondus *diſſertationibus IV de jure Epiſcopatus*; ſuffragante Hugone Grotio *in voto pro pace*, p. 118 *(86)*; refragante Davide Blondello in Apologia ſua pro Hieronymo. *Noſtram ſententiam* ut exponamus, diſtinguimus (1) inter jus divinum & humanum. (2) inter jus ipſum, & juris exercitium. (3) inter caſum ordinarium & extraordinarium; *Iure divino* id poteſtatis competit omnibus Presbyteris; jure vero humano, i.e. Eccleſiaſtico (ut ſinguli gradus, Primatum, Metropolitanorum, Epiſcoporum, Chorepiſcoporum, habebant ſua μέτρα *menſuras*, uti loquitur can. 10. Concilii Antiocheni; ita) ſenſim ſenſimq; jus ordinandi ad ſolos Epiſcopos devolutum eſt, ut ſoli illi, ſaltè ordinariè & canonicè exercerent ordinandi poteſtatem, ὁ μὲν ἱεράρχης ἐπὶ τὴν ἱεραρχικὴν τελείωσιν προαγόμενος i.e. *Pontifex ad Pontificiam conſecrationem eſt evectus*, ſcribit Dionyſ. Areopag. c. IV. hier. Eccleſ. n. II. f. 312 A. *Quid facit excepta ordinatione Epiſcopus, quod Presbyter non faciat?* Quærit Hieronym. epiſt. ad Evag. t. 3. f. 150. ita tamen, ut ordinatio à

Miniſter quis?

Presbytero peracta non haberetur, vel redderetur irrita, ideò ſolum, quod à Presbytero eſſet peracta. Inter canones primus exſtat, qui factus eſt in Concilio Ancyrano n. 13. in hæc verba: „ Chorepiſcopis non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare. Sed „ nec Presbyteris civitatis, ſine literis Epiſcopi, in aliena parœciæ „ aliquid agere. Sed particulare, non univerſale, illud concilium fuit, quod Catholicæ Eccleſiæ nihil potuit *præſcribere*; Neque *probari* poteſt, ab aliqua œcumenica Synodo illud eſſe approbatum; Præterea *largitur*, permittente Epiſcopo, Chorepiſcopum quoque poſſe ordinare, dum ſic loquitur: χωρὶς τῦ ἐπιτρέπειν τινὰ τῦ ἐπισκόπε *ſine licentia Epiſcopi*, nempe non licet ordinare; Taceo, quod videatur antehac moris fuiſſe, ut Chorepiſcopi quoque ordinarent; Concilium Antiochenum canone nono Metropolitano dat poteſtatem ordinandi Epiſcopos ſuæ diœceſis, & Epiſco„ pis Presbyteros & Diaconos ſuarum parœciarum; Unumquemq; „ enim Epiſcopum poteſtatem habere ſuæ parœciæ, eamque admi„ niſtrare, pro ſuo quemq; ſtudio ac religione, & curam gerere to„ tius regionis, quæ ſuæ urbi ſubeſt. Ut ordinet Presbyteros & „ Diaconos, & cum judicio ſingula diſponat: & nihil ultra facere „ aggrediatur ſine Metropolitano Epiſcopo, neque ipſe ſine reli„ quorum ſententia. Chorepiſcopis quidem poteſtatem ordinandi concedit, ſed non niſi *Lectores, Hypodiaconos, & Exorciſtas*, *& contenti ſint hac ordinatione*; Neque tamen, ſi quis etiam Presbyteros ordinaſſet, irritam illam ordinationem pronunciat, ſicut, ubi in aliena diœceſi ordinatio facta eſt, „ ἄκυρον εἶναι τὴν χειροθεσίαν *irritam eſſe ordinationem* can. 22. pronunciavit. Iſchyras (cuius exemplum vehementer urget Petav. t. 3. de Eccleſ. hier. l. 2. c. 10. §. 10. ſeq.) validè quidē non ordinavit, ſed ideo, quia pro Presbytero non eſt agnitus, „ *& nullam Eccleſiam habuit, in qua congregaret ſuos communicantes, ſed in parvula domo ruſtica habitabili, eaq; ſpectante ad dominium alicuius orphani, tentavit erigere Eccleſiam, eamq; Epiſcopalem*; (explicante D. Hülſem. de miniſt. ordin. §. 38.) id quod contra canones Eccleſiaſticos pugnabat. Adde, quod *in ſchiſmate* creatus Presbyter, ſicut & alii, qui propterea in ſtatum Laicalem relati ſunt: uti referunt Alexandrini in epiſtola ſua apud Athan. t. 1. f. 732. C. obiter nota ἀβλαβίαν vel παρρησίαν vulgati interpretis; Nam

verba

verba ἐν τῷ χίσματι de Græco non reddidit Latine. Qui maxime pugnant pro potestate Episcopali, sunt Epiphanius, & Chrysostomus, ille disputans adversus Aerium, hæres. LXXV. distinguit tamen inter Ecclesiæ initium & progressum; *Initio Ecclesiæ*, deficientibus Episcopis, etiam Presbyteros ordinasse, ultro largitur; Nec habuit Dionysius Petavius, quod hic loci desideraret; Neque Joannes de Artis Parisinus Antecessor adversi. Salmas. lib. I. c. 10. Hic vero, nempe Chrysostomus, collatione inter Episcopi & Presbyteri officium instituta, statuit, pares eos esse τὴν διδασκαλίαν καὶ προστασίαν τῆς ἐκκλησίας, *quoad docendi munus, & præfecturam Ecclesiæ*; impares autem potestate ordinandi, quæ sit χειροτονίας *insigne* Episcopi; τὴν γὰρ χειροτονίαν μόνην αὐτοὺς ἀναβεβήκασι; καὶ τοῦτο μόνον δοκοῦσι πλεονεκτεῖν τοὺς πρεσβυτέρους, *sola enim impositione manuum* i. e. ordinatione *ascenderunt* (Episcopi) *super eos* (Presbyteros.) Hæc Chrysost. hom. XI. in 1. Tim. III. Alibi vocat τιμὴν καὶ ἔπαινον *honorem & laudem* Episcopi, nempe homil. 2. in Tit. Nusquam vero Chrysostomus dicit, quod soli Episcopi potestatem ordinandi *à Deo* habuerint, & ita quidem, ut Presbyteri ordinatio irrita esset, si quæ perageretur. Minime omnium potestas investiendi in occidente uni & soli Episcopo Romano, sive eius delegatis, adscribitur. Ambrosius, à populo Mediolanensi in Episcopum electus, neque pallium neque investituram ab Episcopo Romano accepit.

§. 56. Jure ergo divino spectavit illa potestas etiam ad *Presbyteros*, Presbyteros dico; Non Diaconos: *quia post se nullum Clericum Diaconus potuit ordinare*: juxta Hier. dial. adv. Lucif. t. 3. f. 66. qui & exercebant illam potestatem; Disputat hac de re ex professo Hieronymus comm. ad Tit I. 5. adductis in medium scripturæ dictis (Act. XX. 17. 28. Heb. XIII. 17. 1. Pet. V. 1.) *ostendens ex Ecclesiæ constitutione & consuetudine*, adeoque non ex jure divino, habuisse Episcopos præ Presbyteris ὑπεροχήν, sicut in aliis nonnullis, ita in ordinatione. Eandem materiam ventilat etiam in epistola ad Evagrium tom. III. opp. f. 149. 150. adducto inter alia argumenta etiam Alexandrini Ministerii more, quo fiebat, ut Presbyteri jam ab antiquissimis temporibus Episcopum ordinarent: Nam & Alexandriæ, à Marco Evange-

„ lista usque ad Heraclam & Dionysium (defunctum Anno Christi „ 267. ap. Euseb. l. 7. c. 22. Hieron. de scriptoribus) Presbyteri sem- „ per unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episco- „ pum nominabant ; Quomodo si exercitus Imperatorem faciat, „ aut Diaconi eligant de se, quem industrium noverint, & Archi- „ diaconum vocant. Quid enim facit, excepta ordinatione, Epi- „ scopus, quod non facit Presbyter? ita sonant Hieronymi verba, quibus de exercitio potestatis illius testatur. Hoc testimonium allegant nostrates in articulis Smalc. part. III. artic. 10. interrogando: *Quis Patriarchas* &c. Confer ex nostris Dn. D. Balduinum nostrum in comm. ad Phil. I. q. 2. Dn. D. Habercorn. de minist. disp. VII. VIII. p. 189. seqq: Ex Reformatis Blondellum in apologia pro Hieronymo sect. III. ubi pluribus exemplis in medium allatis probat, etiam Presbyteros validè ordinasse. Addimus Basil. reg. LXXI. mor. c. 1. qui inter conjunctim præcepta Episcopis & Presbyteris refert etiam ordinationem. Tit. I. f. Amb. in c. IV. Eph. Minime tamé negamus, frequentius exercuisse id juris Episcopos, & legibus saltem Ecclesiæ Canonicis fuisse congruentius, ut isti ordinarent. Felix Autumnitanus Episcopus Cæcilianum Carthaginensem ordinavit: Opt. Milev. lib. I. p. 21. Gregorius Naz. senior Basilium. &c.

Orthodoxus.

§. 57. Oportebat autem ordinantem esse *orthodoxum*, & in communione Ecclesiæ Catholicæ, ut valida esset ordinatio, quam peragebat. Pistus Presbyter ideo rejectus est è numero cleri, quod Secundus Arianus ipsum ordinasset; teste Athanasio apol. ad Const. t. 1. f. 743. B. c. Moses Lucij Ariani ordinationem admittere noluit. Theodoret. lib IV. c. 20. Imitatus Antiochum, quem cum Jovinus & ipse Arianus Episcopus ordinare vellet, sese subduxit, *negans, se dextram ferre illam posse, quæ mysteria per blasphemiam consecrata receperit*, c. 13. f. 678. A. Refert etiam Athanasius epist. ad Solitar. t. 1. f. 820. de Gregorio Ariano Episcopo Alexandrino, quod decernentibus Patribus Sardicensibus Ordinationes ipsius irritæ fuerint pronunciatæ. Confer. Basil. epist. 192. f. 977. A. Socrat. lib. V. hist. c. 5. f. m. 262. A. B. Meletio, ab hæreticis ordinato, nonnulli communicare nolebant. Sozom. lib. VII. c. 3. Ischyras in Laicorum ordinem, cum aliis redactus est, eo quod à Colluthо ordinatus esset ἐν τῷ χώ-

μαπ

μαπ in schismate, f. 732. C. Catholici tamen in concilio Carthaginensi Donatistarum ordinationes irritas reddere noluerunt, *quod in eis Catholici non Christianam consecrationem, sed humanum detestarentur errorem* : Augustin. Brevic. collat. præf. p. m. 685. Oportebat etiam legitime esse vocatum, & auctoratum ad faciendas ordinationes : Maximi Cynici ordinationes irritæ sunt pronunciatæ, eo quod modo legitimo ad sedem Cõstantinopolitanam non fuisset vocatus; Meletij Thebaidis Episcopi ordinationes hactenus sunt improbatæ, quod falcem misisset in alienam messem ; Statuitq; Nicæna Synodus, *eos, qui ab eo essent constituti, sanctiore ordinatione confirmatos, ad communionem his legibus admitti, ut honorem quidem functionemq; retinerent, secundo tamen prorsus loco essent ab eis, qui in unaquaq; paræcia vel Ecclesia versantur, à carissimo collega suo Alexandro prius ordinati : ut his quidem nulla esset potestas, quos visum fuerit eligendi, vel nomen suggerendi, aut omnino aliquid agendi præter voluntatem Episcoporum Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ, qui Alexandro subsunt.* apud Theodor. lib. 1. hist. c. 8. f. 547. B. Oportebat enim fieri in cuiusq; diœcesi: *Si quis ausus fuerit, eum, qui ad alium pertinet, surripere, & in sua Ecclesia ordinare, non consentiente proprio Episcopo, à quo recessit, qui in canone censetur, ἄκυρα ἔσται ἡ χειροτονία, ordinatio ejusmodi irrita erit.* ita can. XVI. Nicænus. *Nullus Episcopus audeat ab una Provincia in aliam transire, & ad promotionem ministerij aliquos in Ecclesia ordinare, nec, si alios una secum inducat, nisi venerit literis accersitus Metropolitani, & Episcoporum, qui sunt cum ipso, in quorum regionem accedit. Si autem nullo vocante, inordinate adveniat, ad aliquorum ordinationem, & Ecclesiasticarum rerum ad se non pertinentium constitutionem, sint quidem irrita, quæ ab ipso geruntur : Ipse vero suæ perversitatis, & præter rationem factæ aggressionis, pœnas det, exinde scilicet à sancta Synodo depositus.* ita can. 13. concil. Antioch. *Episcopus non adeat alienam civitatem, quæ ei subjecta non est ; neq; regionem, quæ ad eum non pertinet, ad alicuius ordinationem, nec constituat Presbyteros, aut diaconos alteri subjectos Episcopo, nisi forte cum sententia proprii illius regionis Episcopi. Si quis autem tale quid ausus fuerit, irrita sit eius ordinatio, & ipse à Synodo coerceatur;* can. 22. Collisi ideo sunt inter se Johannes Hierosolymitanus, & Epiphanius Cypri Episcopus, quod Presbyterum & Diaconum hic ordinasset in loco ad Hierosolymitani diœcesin spectante. vide Epistolam

stolam Epiphanij ad Joannem ap. Hieron. t. 3. f. 71. A. conf. Patres Constantinopolitanos in epistola synodica lib. V. Theod. c. 9. f. 717. B. Can. 15. concil. Sardic. & can. 5. concilij 1. Carthag. Quandocunque tamen Ecclesiæ utilitas & necessitas postulabat, ordinationes fiebant etiam extra diœcesin propriam, quales fecit Athanasius in reditu Alexandriam versus institutо; Id quod frustra calumniati sunt Ariani, τὸ χειροτονίας ἀυτὸν ἐν ἀλλοτρίαις παροικίαις ποιήσασθαι, referente Socr. lib II. hist. c. 26. Simile quid fecit Eusebius Samosatensis, de quo refert Theod lib. IV. hist. c. 12. f. 673. B. *quod cum multas Ecclesias pastoribus carere didicisset, militari habitu indutus, & tiara capiti imposita, Syriam, Phœniciam, & Palæstinam peragrarit, Presbyteros ordinans, & diaconos, aliosq; sufficiens ordines Ecclesiasticos. Quod si quando doctrina consentientes Episcopos invenisset, etiam Pontifices iis rentibus Ecclesiis præfecerit*; Alii, memorante Epiphanio. l. c. confer Ant. de Dom. Lib. II. c. 7. rep. n. 4. f. 173. III. 12. 331. Vales. not. ad Socrat f. 60. Spondan. an. 381. n. 5.

Populus

§. 38. *Populus* etiam concurrebat: Debebat enim ordinatio fieri in loco Episcopatus, præsente & suffragante Clero & populo diœcesano. Unde Julius Episcopus R. reprehendit ordinationem Gregorii Alexandrini, quod facta fuisset Antiochiæ, triginta sex mansiones Alexandria distantis. Idem desiderat in ordinatione Georgii Athanasius in epistola ad Solit. p. 861. vide H. Vales. in observ. Eccles. c. 8. lib. 1. In ordinatione Alexandri Episcopi Alexandrini, cum Arius refragaretur, populus contra clamabat: ἄξιος. *dignus* est; referente Photio in Bibliotheca; Confer Ambros. c. 5. de dign. sacerd ubi exstat formula: *dignus es, & justus es*! Cum Donatus ordinaretur, populus præsens erat, & orabat: *Exaudi Deus, civem nostrum volumus*; quod ex Actis Zenophili refert Baron. an. 303. n. 24.

4. Objectum.

§. 59. *Ordinandus* debebat esse ἄμεμπτος καὶ ἀνεπίλημπτος *inculpabilis & irreprehensibilis*, uti colligitur ex can. XIX. Concil. Nicæni; Ex hoc ipso canone etiam hoc patet, quod heterodoxus, si conversus, & alias habilis, fuerit, capax sit ordinationis; Nam Paulianistæ ad ordinationem iteratam admittuntur. Athanasius ordinavit Frumentium λογισάμενος ἐπιτηδειότατον εἶναι τοῦτον, καὶ ἱκανὸν πολλὴν ποιῆσαι τὴν θρησκείαν, παρ' οἷς πρῶτος αὐτὸς ἔδειξε τὸ

χρισματῶν

χειροτονῶν ἔνομα, καὶ σπέρμα ἔβαλλε τὸ τῆς δόγματος μετανοίας. *Eum aptissimum adhuc esse intelligens, & ad religionem illic propagandam idoneum, ubi & Christianorum nomen primus patefeciisset, & religionis semen sparsisset.* referente Sozom. lib. II. c. 24. f. 478. D. Liber quoque, ne invitus ordinetur; quanquam Epiphanius scribat ad Joannem Hierosolymitanum, invitum se aliquem ordinasse, (forte, ut sunt, quos castigat Espenc. f. 255.) Hieronym. t. 3. f. 71. B. C. Liber à civilibus negociis, juxta sanctionem VIII Concilii I Carthaginensis.

§. 60. *Actus ordinationis* facunde describitur à Gregorio Nazianzeno, orat. XIX. ad Sasimenses, f. m. 393. Debebat illa *inauguratio ritè atq; ordine spirituali peragi*, ut fuit Petri Alex. Greg. Naz. orat. 33. peragebatur in Ecclesia seu templo; ut Pauli Constantinopolitani Socr. lib. 2. c. 6. impositione manuum; Nam Canon 9. & 10. Nicænus pro Synonymis habent ordinare, & χεῖρα ἐπιτιθέναι *manum imponere*; Et χειροτονίας ποιεῖσθαι, qua phrasi sententiam Nicænorum refert Theodoret. lib. V. c. 9. citante & explicante Chamier. lib. XIII. de P. R. c. 8. n. 18. f. 254. *Hoc enim est* χειροτονία: *Manus imponitur viro, totum a Deo operatur, & illius ista manus est, quæ contingit caput eius, qui ordinatur, si, quemadmodum decet, fuerit ordinatus.* (καὶ ἡ αὐτῷ χεὶρ οὖσα ἀπλουμένη τῆς κεφαλῆς τὸ χειροτονούμενον, ὡς δεῖ χειροτονῆσαι. ita describit Chrysostom. citante Hulsem. apol. pro minist. ordinat. p. 10. §. IV. Habebantur conciones quasi inaugurales, qualis est Gregorii Naz. in ordinatione Eulalii. n. XVI. Hieronymus, supra citatus, retulit morem Alexandrinorum, quod electum à sese Episcopum in throno collocarint; In *ordine Presbyterii* electum & ordinatum esse locatum, auctor est Epiphanius ad Joannem Hierosolymitanum, apud Hier. t. 3. f. 71. C. Actus.

§. 61. Dionysius Areopagita de Eccles. Hier c. 5. part. 2. f. m. 312. plures ritus recenset, quos, fallor, an omnes in hoc seculo fuerint usitati; Nec enim nonnullorum e.g. unctionis, alibi, ubi de ordinatione agitur, fit mentio; Effectus.

§. 62. Sic ordinatus κανονικῶς χειροτονηθεὶς *canonicè* erat *ordinatus*, uti loquuntur literæ Synodicæ Concilii Constantinopolitani apud Theodor. lib. V. hist. c. 9. f. 717. D. *Et accipiebat gra-*

δεῖξιν ἐπισκόπου παροικίας *ostensionem paroeciæ Episcopalis* vocat ibidem, loquens de ordinatione Anatolii in Coëpiscopum Theotecni, & declaratione Theodoti in Episcopum Laodicenum. Unctio; Hinc *unctus sacerdos* Pacian. ad Sympt. epist. III. ἀφιέρωσις, *consecratio*, qua ordinandus quasi separabatur ab aliis hominibus, & officio sacro dedicabatur; Hinc *consecrata sedes* nomen accepit apud Pacianum l. c. ad Sympron. τελείωσιν *perfectionem* appellat Dionysius Areopag: de Eccles. Hier. c. 5. ubi ex professo de cæremonia hac agit. καθίδρυσιν *collocationem* vocat Philostorg. lib. IX. c 8. Item ἐγκαθίσιν *institutionem*: c. 10. κατάστασιν Concil. Nicæn. Can. IV. Gregorius Nyssenus εἰς τὴν ἑαυτοῦ χειροτονίαν *in sui ipsius ordinationem* peculiarem dissertatiunculam scripsit, quæ habetur tom. II. opp. f. m. 40. seqq: eam sic orditur: ἦλθε καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἡ τῆς πνευματικῆς ἑστιάσεως λειτουργία *ad nos etiam spiritualis instruendi convivii sors & officium devolutum est*, nempe per ordinationem.

2. Necessitas.

§. 52. II. *Necessitas.* Non erat spernendus hic titus, eo quod fuerit publica confirmatio electionis & vocationis factæ, & benedictio, & immissio in exercitium officij. Concilium Antioch. Can. 13. vocat χειροτονεῖν εἰς παραγωγὴν λειτουργίας *ordinare ad accessum ministerij*. can. 17. Episcopus χειροθεσίαν ἐπισκόπου λαβών *qui impositionem manuum Episcopi accepit*, dicitur ἀναξίως παρεισάγειν λαὸν *definitus esse, ut populo præsit*; quo facto debet καθήκειν τὴν λειτουργίαν *suscipere ministerium*: Barcilonensis Episcopus Pacianus ad Sympronianum Novatianum scribens, Novatianum sectæ primipilum notat, quod ipsum *nullo consecrante linteata sedes acceperit*: seu, ut paulo post scribit: *sine consecratione legitima Episcopus factus fuerit*. Epist. 2. Non tamen est de absoluta necessitate. Frumentius inter Indos per multos annos ministerio sacro functus est, etsi manus ipsi nondum fuissent impositæ, ut ordinaretur, quod diu post factum est ab Athanasio, vide Ruffinum hist. lib. I. c. 9. Theod lib. 1. c. 22. Rex quoque & Regina Iberorum *nondum initiati in sacris* gentem suam docuere: Ruf. c 10.

3. Auctor.

§. 53. III. *Caussa* Principalis est Deus: *Quis dat, frater, episcopalem gratiam? Deus an homo? Respondes sine dubio; Deus, sed tamen per hominem dat Deus, homo imponit manus, Deus largitur gratiam. Sacerdos imponit supplicem dexteram, & Deus benedicit potenti dextera, Episcopus*

Digitized by Google

scopus initiat ordinem, & Deus tribuit dignitatem. Ita Ambros. de dignit. sacerd. c. 5. f. 338. L. Minus principalis an *Angeli*? Affirmandum esset, si standum foret relatione Nicephori lib. XI. c. 20. referentis, Amphilochium Monachum ab Angelis Dei consecratum esse; sed factū hoc inter reliqua auctoris *vana* retulerim cum nostris Centur. Magd. IV. c. 6. f. 247. Omnes tres status cōcurrunt, suo tamen quisq, modo. 1. *Magistratus*, qui ordinationem ambire, petere, & imperare potest. Tyridates, Armeniæ Rex, scriptis ad Leontium Cæsareæ Episcopum literis, ei commendavit quendam Gregorium ordinandum, qui & Episcopus postea Armeniorum constitutus est; vide Surium d. 30. septembris; Baron. an. 311. n. 25. seqq. Valentinianus Imp. audito, Ambrosium esse electum Episcopum, *μεσοπλαξὶ θεαυτίκα καὶ μυηθῆναι καὶ χειροτονηθῆναι τὸν ἀξιέπαινον ἄνδρα, jussit evestigio baptizari & ordinari virum laude dignissimum.* referente Theodor. lib. IV. hist. c 6. confer. l. 1. tit. 2. Cod. de Episc.

An Angeli?

Magistratus:

§. 54. 2. *Ministerium*: Huius erat, ordinationis ritum peragere & conferre, Philostorgius lib. IX. c. 10. actum hunc vocat *ἱερατικῆς ἐνεργείας sacri ministerij virtutis opus*: de quo distinctius loquendum est; Et considerandæ sunt (1) *jura*; Fuerunt hæc penes universum Presbyterium, sicut illud ex Episcopo, vel Episcopis constabat, & ex Presbyteris; Ita enim sonat canon 3 concil. IV. Carthag. *Presbyter cum ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas juxta manum Episcopi super caput illius teneant*, Ita concilium, anno 398. præside Aurelio, Episcopo Carthaginensi, habitum. *Sacerdotes* (i. e. Episcopi & Presbyteri) *manus imponunt &c. Levitæ & alios constituunt Sacerdotes*, ait Hieron. ad c. 11. Sophon. Ambrosius epist. 82. f. 182. probat exemplo Mosis, Eleazarum habitu Aaronis induentis, *ut cognosceremus, quod Sacerdos consecrare Sacerdotem debeat, & ipse eum induere vestimentis, i. e. virtutibus sacerdotalibus, ac tum, si nihil ei deesse indumentorum adverterit sacerdotalium, & apte quadrare omnia, sacris eum adhibeat altaribus.* Distinguendum autem (1) inter ordinandos Diaconos, Presbyteros, Episcopos, & Metropolitanos: (2) inter ordinationem strictè sic dictam, & actus concurrentes; Ista est actus Episcopalis; hi vero ministerio Presbyterorum cōmunes sunt. *Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manus super ca-*

Ministerium.

put illius ponat; quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. juxta Canonem IV. concilii dicti Carthaginensis; Cum vero *Presbyter* ordinatur, Episcopus, & Presbyteri manum simul imponunt; sicut paulo ante ex can. III. ostensum; *Episcopus* vero si ordinandus, peragitur illud à Metropolitano provinciæ, vel *Archi-Episcopo*, uti vocat Ambros. c. 5. de dign. sacerd. manus tamen una imponentibus provinciæ, saltem tribus, Episcopis; Sic enim sonat canon IV. concilii Nicæni: *Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia Episcopis constitui; Si vero hoc difficile fuerit, aut propter urgentem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, tres omnino in id ipsum convenientes, dummodo consenserint, qui absunt, & per literas approbaverint, ordinationem faciant, confirmatio autem eorum, quæ in quaq; provincia geruntur, tribuatur Metropolitano.* Quod prius dixerat κυρίσθαι, nunc vocat χειροτονίαν ποιεῖσθαι *ordinationem facere*; Hanc vero fieri vult ab omnibus Episcopis, si fieri possit; saltem suffragio & approbatione; Confer can. 9. Concil. Antioch: ubi prohibetur, Metropolitanum aliquid agere ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης *sine reliquorum* (Episcoporum) *sententia*, etiam in ordinatione facienda; Et can. 19: Episcopus ne ordinetur absque Synodo, & præ-
» sentia Metropolitani provinciæ, eo autem præsente, omnino me-
» lius est, omnes una cum eo adesse comministros, qui sunt in pro-
» vincia, & eos per literas Metropolitanum convocare. Et si qui-
» dem omnes accesserint, bene est: Sin autem hoc difficile fuerit,
» plures omnino adesse oportet, aut certe per literas una cum illis
» suffragium ferre, & sic cum plurium præsentium præsentia, aut
» suffragio, ordinationem fieri. Sin autem aliter præter hæc, quæ
» decreta sunt, fiat, non valere ordinationem; si autem juxta præfi-
» nitum canonem ordinatio facta fuerit, & nonnulli per conten-
» tionem contradicant, obtineat plurimorum sententia; Et si ordinatio peragenda fuerit præcipue à Metropolitano, penes quem erat, τὸ κῦρος τῶν γνωμάτων δίδοσθαι, *auctoritatem factis dare*; Canonem autem istum Nicænum repetitum legas ap. Theod. l. V. hist. c. 9. & 23. Metropolitanus vero ordinabatur ab aliquot Episcopis suæ provinciæ; Et ita etiam illi, quos deinde Primates, & Patriarchas vocabant. Orientales Episcopi in Synodo Constantinopolitana collecti ad Occidentales datis literis scribunt, Nectarium

rium Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſe *κεχειροτονηκέναι ordinaſſe*; item, *ſe Eparchiæ Antiochenæ & Orientalis Diœceſeos Epiſcopos Flavianum Canonice ordinaſſe.* Cyrillum Hieroſolymitanum *κανονικῶς τε παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας χειροτονηθέντα πάλαι*; *jam olim legitimè ordinatum à ſuis provincialibus.* Paulo Conſtantinopolitano id vitio datum eſt, *ἑαυτῷ ἐπισκοπὴν περιποιησαμένῳ παρὰ γνώμην δ' ὅσα τῆς Νικομηδείας ἐπισκόπου, καὶ Θεοδώρου τοῦ ἐν Θράκῃ ἡρακλείας, ὅτι ὡς γείτοσιν ἡ χειροτονία ἐφέρετο*: i.e. *Quod ſibi ipſe Epiſcopatum comparaverit, præter ſententiam Euſebii Nicomediæ, & Theodori Heracleæ, quæ in Thracia eſt, Epiſcoporum, ad quos, utpote finitimos, ordinatio pertinebat.* Sozom. lib. III. c. 3. f. 499. D.

§. 55. Acris controverſia eſt *de miniſtro ordinationis*, quis ille ſit? *Pontificii* ipſum faciunt Epiſcopum, & hunc, jure divino, ſolum; ut videre eſt apud Bell. lib. I. de Cler. c. 3. Dionyſ. Petavium t. III. Theol. Dogm. lib. I. c. 3. lib. II. c. 10. ubi ex profeſſo diſputat adverſus Claudium Salmaſium, qui Presbyteris quoque id poteſtatis aſſignat; Pontificiis pollicem premunt *Angli Hierarchici*, in quibus facile princeps eſt Bilſonus Lincolnienſis Epiſcopus in tractatu *de perpetua Eccleſiæ Chriſti gubernatione*; Et Hammondus *diſſertationibus IV de jure Epiſcopatus*; ſuffragante Hugone Grotio *in voto pro pace*, p. 118 (86); refragante Davide Blondello in Apologia ſua pro Hieronymo. *Noſtram ſententiam* ut exponamus, diſtinguimus (1) inter jus divinum & humanum. (2) inter jus ipſum, & juris exercitium. (3) inter caſum ordinarium & extraordinarium; *Iure divino* id poteſtatis competit omnibus Presbyteris; jure vero humano, i.e. Eccleſiaſtico (ut ſinguli gradus, Primatum, Metropolitanorum, Epiſcoporum, Chorepiſcoporum, habebant ſua *μέτρα menſuras*, uti loquitur can. 10. Concilii Antiocheni; ita) ſenſim ſenſimq; jus ordinandi ad ſolos Epiſcopos devolutum eſt, ut ſoli illi, ſaltè ordinariè & canonicè exercerent ordinandi poteſtatem, *ὁ μὲν ἱερέυς ἐπὶ τὴν ἱερεσύνην πλείωσι περαγόμενος* i. e. *Pontifex ad Pontificiam conſecrationem eſt evectus.* ſcribit Dionyſ. Areopag. c. IV. hier. Eccleſ. n. II. f. 312 A. *Quid facit excepta ordinatione Epiſcopus, quod Presbyter non faciat?* Quærit Hieronym. epiſt. ad Evag. t. 3. f. 150. ita tamen, ut ordinatio à

Miniſter quis?

Presbytero peracta non haberetur, vel redderetur irrita, ideò solum, quod à Presbytero esset peracta. Inter canones primus exstat, qui factus est in Concilio Ancyrano n. 13. in hæc verba: „ Chorepiscopis non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare. Sed „ nec Presbyteris civitatis, sine literis Episcopi, in aliena parœciæ „ aliquid agere. Sed particulare, non universale, illud concilium fuit, quod Catholicæ Ecclesiæ nihil potuit *præscribere*; Neque *probari* potest, ab aliqua œcumenica Synodo illud esse approbatum; Præterea *largitur*, permittente Episcopo, Chorepiscopum quoque posse ordinare, dum sic loquitur: χωρὶς τῆς ἐπιτρέψαντος τοῦ τῆς διοικήσεως *sine licentia Episcopi*, nempe non licet ordinare; Taceo, quod videatur antehac moris fuisse, ut Chorepiscopi quoque ordinarent; Concilium Antiochenum canone nono Metropolitano dat potestatem ordinandi Episcopos suæ diœcesis, & Episco„ pis Presbyteros & Diaconos suarum parœciarum; Unumquemq; „ enim Episcopum potestatem habere suæ parœciæ, eamque admi„ nistrare, pro suo quemq; studio ac religione, & curam gerere to„ tius regionis, quæ suæ urbi subest. Ut ordinet Presbyteros & „ Diaconos, & cum judicio singula disponat: & nihil ultra facere „ aggrediatur sine Metropolitano Episcopo, neque ipse sine reli„ quorum sententia. Chorepiscopis quidem potestatem ordinandi concedit, sed non nisi *Lectores, Hypodiaconos, & Exorcistas, & contenti sint hac ordinatione*; Neque tamen, si quis etiam Presbyteros ordinasset, irritam illam ordinationem pronunciat, sicut, ubi in aliena diœcesi ordinatio facta est, ἄκυρον εἶναι τὴν χειροθεσίαν *irritam esse ordinationem* can. 22. pronunciavit. Ischyras (cuius exemplum vehementer urget Petav. t. 3. de Eccles. hier. l. 2. c. 10. §. 10. seq.) validè quidē non ordinavit, sed ideo, quia pro Presbytero non est agnitus, *& nullam Ecclesiam habuit, in qua congregaret suos communicantes, sed in parvula domo rustica habitabili, eaq; spectante ad dominium alicuius orphani, tentavit erigere Ecclesiam, eamq; Episcopalem*; (explicante D. Hülsem. de minist. ordin. §. 38.) id quod contra canones Ecclesiasticos pugnabat. Adde, quod *in schismate* creatus Presbyter, sicut & alii, qui propterea in statum Laicalem relati sunt: uti referunt Alexandrini in epistola sua apud Athan. t. 1. f. 732. C. obiter nota ἀβλαβίαν vel παροικίαν vulgati interpretis; Nam

verba

verba ἐν τῷ χίσματι de Græco non reddidit Latine. Qui maxime pugnant pro poteſtate Epiſcopali, ſunt Epiphanius, & Chryſoſtomus, ille diſputans adverſus Aerium, hæreſ. LXXV. diſtinguit tamen inter Eccleſiæ initium & progreſſum; *initio Eccleſiæ*, deficientibus Epiſcopis, etiam Presbyteros ordinaſſe, ultro largitur; Nec habuit Dionyſius Petavius, quod hic loci deſideraret; Neque Joannes de Artis Pariſinus Anteceſſor adverſ. Salmaſ. lib. I. c. 10. Hic vero, nempe Chryſoſtomus, collatione inter Epiſcopi & Presbyteri officium inſtituta, ſtatuit, pares eos eſſe τὴν διδασκαλίαν καὶ προστασίαν τῆς ἐκκλησίας, *quoad docendi munus, & præfecturam Eccleſiæ*; impares autem poteſtate ordinandi, quæ ſit χειροτονίας *inſigne* Epiſcopi; τὸν γὰρ χειροτονίαν μόνην αὐτοὺς ἀναβεβήκασι; καὶ τοῦτο μόνον δοκοῦσι πλεονεκτεῖν τοὺς πρεσβυτέρους, *ſola enim impoſitione manuum* i. e. ordinatione *aſcenderunt* (Epiſcopi) *ſuper eos* (Presbyteros.) Hæc Chryſoſt. hom. XI. in 1. Tim. III. Alibi vocat τιμὴν καὶ ἔπαινον *honorem & laudem* Epiſcopi, nempe homil. 2. in Tit. Nuſpiam vero Chryſoſtomus dicit, quod ſoli Epiſcopi poteſtatem ordinandi *à Deo* habuerint, & ita quidem, ut Presbyteri ordinatio irrita eſſet, ſi quæ perageretur. Minime omnium poteſtas inveſtiendi in occidente uni & ſoli Epiſcopo Romano, ſive eius delegatis, adſcribitur. Ambroſius, à populo Mediolanenſi in Epiſcopum electus, neque pallium neque inveſtituram ab Epiſcopo Romano accepit.

§. 56. Jure ergo divino ſpectavit illa poteſtas etiam ad *Presbyteros*, Presbyteros dico; Non Diaconos: *quia poſt ſe nullum Clericum Diaconus potuit ordinare*: juxta Hier. dial. adv. Lucif. t. 3. f. 66. qui & exercebant illam poteſtatem; Diſputat hac de re ex profeſſo Hieronymus comm. ad Tit I. 5. adductis in medium ſcripturæ dictis (Act. XX. 17. 28. Heb. XIII. 17. 1. Pet. V. 1.) *oſtendens ex Eccleſiæ conſtitutione & conſuetudine*; adeoque non ex jure divino, habuiſſe Epiſcopos præ Presbyteris ὑπεροχήν, ſicut in aliis nonnullis, ita in ordinatione. Eandem materiam ventilat etiam in epiſtola ad Evagrium tom. III. opp. f. 149. 150. adducto inter alia argumenta etiam Alexandrini Miniſterii more, quo fiebat, ut Presbyteri jam ab antiquiſſimis temporibus Epiſcopum ordinarent: Nam & Alexandriæ, à Marco Evange-

„ lista usque ad Heraclam & Dionysium (defunctum Anno Christi „ 267. ap. Euseb. l. 7. c. 22. Hieron. de scriptoribus) Presbyteri sem- „ per unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episco- „ pum nominabant ; Quomodo si exercitus Imperatorem faciat, „ aut Diaconi eligant de se, quem industrium noverint, & Archi- „ diaconum vocant. Quid enim facit, excepta ordinatione, Epi- „ scopus, quod non facit Presbyter? ita sonant Hieronymi verba, quibus de exercitio potestatis illius testatur. Hoc testimonium allegant nostrates in articulis Smalc. part. III. artic. 10. interrogando: *Quis Patriarchas* &c. Confer ex nostris Dn. D. Balduinum nostrum in comm. ad Phil. I. q. 2. Dn. D. Habercorn. de minist. disp. VII. VIII. p. 189. seqq: Ex Reformatis Blondellum in apologia pro Hieronymo sect. III. ubi pluribus exemplis in medium allatis probat, etiam Presbyteros validè ordinasse. Addimus Basil. reg. LXXI. mor. c. 1. qui inter conjunctim præcepta Episcopis & Presbyteris refert etiam ordinationem. Tit. I. f. Amb. in c. IV. Eph. Minime tamé negamus, frequentius exercuisse id juris Episcopos, & legibus saltem Ecclesiæ Canonicis fuisse congruentius, ut isti ordinarent. Felix Autumnitanus Episcopus Cæcilianum Carthaginensem ordinavit: Opt. Milev. lib. I. p. 21. Gregorius Naz. senior Basilium. &c.

Orthodoxus.

§. 57. Oportebat autem ordinantem esse *orthodoxum*, & in communione Ecclesiæ Catholicæ, ut valida esset ordinatio, quam peragebat. Pistus Presbyter ideo rejectus est è numero cleri, quod Secundus Arianus ipsum ordinasset; teste Athanasio apol. ad Const. t. 1. f. 743. B. c. Moses Lucij Ariani ordinationem admittere noluit. Theodoret. lib IV. c. 20. Imitatus Antiochum, quem cum Jovinus & ipse Arianus Episcopus ordinare vellet, sese subduxit, *negans, se dextram ferre illam posse, quæ mysteria per blasphemiam consecrata receperit*, c. 13. f. 678. A. Refert etiam Athanasius epist. ad Solitar. t. 1. f. 820. de Gregorio Ariano Episcopo Alexandrino, quod decernentibus Patribus Sardicensibus Ordinationes ipsius irritæ fuerint pronunciatæ. Confer. Basil. epist. 192. f. 927. A. Socrat. lib. V. hist. c. 5. f. m. 262. A. B. Meletio, ab hæreticis ordinato, nonnulli communicare nolebant. Sozom. lib. VII. c. 3. Ischyras in Laicorum ordinem, cum aliis redactus est, eo quod à Collutho ordinatus esset ἐν τῷ χίσ-

ματι

quam in schismate, f. 732. C. Catholici tamen in concilio Carthaginensi Donatistarum ordinationes irritas reddere noluerunt, *quod in eis Catholici non Christianam consecrationem, sed humanum detestarentur errorem* : Augustin. Brevic. collat. præf. p. m. 685. Oportebat etiam legitime esse vocatum, & auctoratum ad faciendas ordinationes : Maximi Cynici ordinationes irritæ sunt pronunciatæ, eo quod modo legitimo ad sedem Cõstantinopolitanam non fuisset vocatus; Meletij Thebaidis Episcopi ordinationes hactenus sunt improbatæ, quod falcem misisset in alienam messem ; Statuitq; Nicæna Synodus, *eos, qui ab eo essent constituti, sanctiore ordinatione confirmatos, ad communionem his legibus admitti, ut honorem quidem functionemq; retinerent, secundo tamen prorsus loco essent ab eis, qui in unaquaq; paræcia vel Ecclesia versantur, à carissimo collega suo Alexandro prius ordinati : ut his quidem nulla esset potestas, quos visum fuerit eligendi, vel nomen suggerendi, aut omnino aliquid agendi præter voluntatem Episcoporum Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ, qui Alexandro subsunt.* apud Theodor. lib. 1. hist. c. 8. f. 547. B. Oportebat enim fieri in cuiusq; diœcesi : *Si quis ausus fuerit, eum, qui ad alium pertinet, surripere, & in sua Ecclesia ordinare, non consentiente proprio Episcopo, à quo recessit, qui in canone censetur, ἄκυρα ἔσται ἡ χειροτονία, ordinatio ejusmodi irrita erit.* ita can. XVI. Nicænus. *Nullus Episcopus audeat ab una Provincia in aliam transire, & ad promotionem ministerij aliquos in Ecclesia ordinare, nec, si alios una secum inducat, nisi venerit literis accersitus Metropolitani, & Episcoporum, qui sunt cum ipso, in quorum regionem accedit. Si autem nullo vocante, inordinate adveniat, ad aliquorum ordinationem, & Ecclesiasticarum rerum ad se non pertinentium constitutionem, sint quidem irrita, quæ ab ipso geruntur : Ipse vero suæ perversitatis, & præter rationem factæ aggressionis, pœnas det, exinde scilicet à sancta Synodo depositus.* ita can. 13. concil. Antioch. *Episcopus non adeat alienam civitatem, quæ ei subjecta non est ; neq; regionem, quæ ad eum non pertinet, ad alicuius ordinationem, nec constituat Presbyteros, aut diaconos alteri subjectos Episcopo, nisi forte cum sententia proprii illius regionis Episcopi. Si quis autem tale quid ausus fuerit, irrita sit eius ordinatio, & ipse à Synodo coerceatur;* can. 22. Collisi ideo sunt inter se Johannes Hierosolymitanus, & Epiphanius Cypri Episcopus, quod Presbyterum & Diaconum hic ordinasset in loco ad Hierosolymitani diœcesin spectante. vide Epi-

stolam

χειστιανῶν ὄνομα, ἐν σπέρμα πεφύκοιτο τὸ τῦ δόγματ@ μετουσίας. *Eum aptissimum ad hoc esse intelligens, & ad religionem illic propagandam idoneum, ubi & Christianorum nomen primus patefeciisset, & religionis semen sparsisset.* referente Sozom. lib. II. c. 24. f. 478. D. Liber quoque, ne invitus ordinetur; quanquam Epiphanius scribat ad Joannem Hierosolymitanum, invitum se aliquem ordinasse, (forte, ut sunt, quos castigat Espenc. f. 255.) Hieronym. t. 3. f. 71. B. C. Liber à civilibus negociis, juxta sanctionem VIII Concilii I Carthaginensis.

§. 60. *Actus ordinationis* facunde describitur à Gregorio Nazianzeno, orat. XIX. ad Salimenses, f. m. 393. Debebat illa *inauguratio ritè atq; ordine spirituali peragi*, ut fuit Petri Alex. Greg. Naz. orat. 33. peragebatur in Ecclesia seu templo; ut Pauli Constantinopolitani Socr. lib. 2. c. 6. impositione manuum; Nam Canon 9, & 10. Nicænus pro Synonymis habent ordinare, & χεῖρας ἐπιτθέναι *manum imponere*; Et χειροτονίας ποιεῖσθαι, qua phrasi sententiam Nicænorum refert Theodoret. lib. V. c. 9. citante & explicante Chamier. lib. XIII. de P. R. c. 8. n. 18. f. 254. *Hoc enim est* χειροτονία: *Manus imponitur viro, totum a Deo operatur, & illius ista manus est, quæ contingit caput eius, qui ordinatur, si, quemadmodum decet, fuerit ordinatus.* (ἐν ᾗ αὐτῷ χεὶρ ὄντι ἀπλωμένη τῆς κεφαλῆς τὸ χειροτονούμενον, ὡς δεῖ χειροτονῆσαι. ita describit Chrysostom. citante Hülsem. apol. pro minist. ordinat. p. 10. §. IV. Habebantur conciones quasi inaugurales, qualis est Gregorii Naz. in ordinatione Eulalii. n. XVI. Hieronymus, supra citatus, retulit morem Alexandrinorum, quod electum à sese Episcopum in throno collocarint; In *ordine Presbyterii* electum & ordinatum esse locatum, auctor est Epiphanius ad Joannem Hierosolymitanum, apud Hier. t. 3. f. 71. C. Actus.

§. 61. Dionysius Areopagita de Eccles. Hier c. 5. part. 2. f. m. 312. plures ritus recenset, quos, fallor, an omnes in hoc seculo fuerint usitati; Nec enim nonnullorum e.g. unctionis, alibi, ubi de ordinatione agitur, fit mentio; Effectus.

§. 62. Sic ordinatus κανονικῶς χειροτονηθεὶς *canonicè* erat *ordinatus*, uti loquuntur literæ Synodicæ Concilii Constantinopolitani apud Theodor. lib. V. hist. c. 9. f. 717. D. *Et accipiebat gra-*

tiam Epiſcopalem, uti loquitur Ambroſ. de dignit. ſacerd. c.5. nempe, explicante eodem, *gratis datam*; ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενος, *in clero conſtitutus*, uti loquitur Can. I. Concilii Nicæni. ὁ τὸν λόγον τὴν διακονίαν ἐγκεχειρισμένος: *cui miniſterium verbi commiſſum eſt.* Chryſoſt. orat. de debitore; ſcil. ut poſt hac eam exerceat: vid. Dionyſ. l. c. f.314. C. Non debebat autem pro ordinatione muneris aliquid vel ordinatus dare, vel ordinans accipere, ad vitandam ſuſpicionem Simoniæ, de quo ſcribit Baſilius epiſt. LXXVI. f. 884. C. Et Ambroſ. de dign. ſacerd. c.5. verba allegavimus §. 46. ſupr. Photii Nomocan. can 24. p. m. 24. *Repeti* poterat ordinatio, ſi quis olim ab heterodoxis ordinatus ad veram Eccleſiam converſus fuerat, uti patet ex Can. XIX. Concilii Nicæni de Paulianiſtis, ἀναβαπτιζόντες χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τῆς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου: *rebaptizati ordinentur à Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo.*

Miſſio. §. 63. Ordinati habiles erant, qui mitterentur. *Miſſio* etiam χειροτονία dicebatur, qualis erat Titi Paulo adjuncti, cum ad aſportandas Corintho Eleemoſynas ablegaretur 2. Cor. VIII. 19. vide comm. Chryſ. ad h.l. D. Hulſem. apol. pro miniſt. ordin. n. X. p. 18. Mittendi igitur prius ordinabantur: *Qui idcirco deſignatus eſt, ut Evangelium prædicet, is nullo modo ex ſua animi libidine aggredi ad huiusmodi munus debet, ſed maturam temporis opportunitatem operiri, cum id ſcilicet viſum DEO opportunum fuerit, ac tum demum prædicationem aggredi, cum ei permiſſum ſit, & apud illos, ad quos miſſus ſit.* ita Baſil. Moral. reg LXX. c.2. f.314. C. Mittebantur vel à Magiſtratu, ut Doctores Indorum à Conſtantino M. referente Ruffino lib. I. hiſt. c.10. vel à Clero, neque ſolum à Romano Epiſcopo, ſed etiam ab aliis, e. g. Athanaſius, inconſulto Epiſcopo Romano, miſit Frumentium, à ſeſe ordinatum Epiſcopum, ad Indos. Conf. Cham. Panſtrat. lib. IX. de P. R. c.15. n.4. ordinati & miſſi dicebantur προκαθίζειν τῆς ἐκκλησίας, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτῆς ἀναδέξασθαι φροντίδα: *præſidere in Eccleſia, & curam eius in ſeſe ſuſcipere* in literis Conſtantini M. Euſ. lib. III. de vit. Conſt. c.62.

Translatio. §. 64. *Translatio* interdum fiebat. Dicebatur etiam χειροτονία; *An licita* fuerit? quæritur. diſtinguendum eſt inter ἔννομον καὶ παράνομον; legitimam & illegitimam; *Legitima* erat, quæ ex legiti-

Digitized by Google

legitimis causſis proficiſcebatur, quarum præcipua erat neceſſitas & utilitas Eccleſiæ; *Illegitima*, quæ ex illegitimis causſis naſcebatur, quales erant ambitio, munera, odium &c. Hæc vetita erat legibus, & moribus. Legibus, an divinis? ſic putant, qui unius uxoris. i.e. Eccleſiæ maritum 1. Tim. III. 2. volunt eſſe Epiſcopum; ſed *coactam & violentam* hanc eſſe expoſitionem, non immerito cenſet Hieronymus. comm. ad l. c. quæ tamen etiam Athanaſii erat apol. 2. Legibus politicis, qualis erat Conſtantini M. vid. leg. 33. cod. de Epiſc. cumque Euſebius Cæſareenſis nollet Antiochiam transferri, egregie illud laudavit Conſtantinus M. tanquam κανόνα τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὀρθότητος εἰς ἀκρίβειαν διαφυλαχθέντα: *quod canonem Eccleſiaſticæ ſcientiæ* (Euſebius) *accuratiſſime obſervarit*: Euſeb. lib. III. de vit. Conſt. c. 61. f. 518. Idem ſcripſerat etiam literas ad Antiochenos, quibus prohibebat, ne Euſebium ad ſeſe transferrent. c. 60. & ad Synodum, ne eundem inde auferrent. c. 62. Confer Sozom. lib. II. c. 19. Et Eccleſiaſticis, quales ferebantur à Conciliis univerſalibus, & particularibus; ut Ruffinus lib. I. hiſt. c. 23. ſcribat, Meletium *de Sebaſtia Armeniæ civitate Antiochiam contra decretum Concilii fuiſſe translatum.* Concilium Nicænum can. 15. vetuit, ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν, *ne à civitate in civitatem tranſeat ullus ſive Epiſcopus, ſive Presbyter, ſive Diaconus*; confirmatum eſt in concilio œcumenico Conſtantinopolitano. apud Sozom. lib. VII. c. 9. in conciliis Capuano, & Carthaginenſi, can. 48. Julio epiſt. ad Orient. Damaſo ad Acholium. Confer Hieron. epiſt. ad Ocean. ſin autem omnino id fieret, irritum fore tranſitū, ſtatutū eſt. Igitur non erat in poteſtate cuiusq; ſeſe transferre pro lubitu; ſed opus habebat aliorum exſpectare judicium, arbitrium, & vocationem. Repetiit interdictum Synodus Sardicenſis, ſanciens can. 1. ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι: *nec cui liceat Epiſcopo de civitate parva in aliam civitatem transferri*: Canone ſecundo additur, quod nec tum liceat, ſi populus ipſum evocet, metu corruptionis antegreſſæ; Confirmatur can. 3. quo decernitur, *ne Epiſcopi de ſua provincia ad aliam, in qua non ſunt Epiſcopi, tranſeant; niſi forte invitati.* Priore ſanctione Concilium amputare voluit occaſiones fraudum, in quibus etiam ea eſt, quod tales peregrinatores

& hospites sese insinuent in favorem populi, & accendant desideria ipsius erga talem peregrinatorem, quibus fiat, ut ipsum deinde evocent ad pastoratū. In quem finē *peregrinationes* quoq; Clericorum legibus severè coercitæ sunt, quas collegit Photius in Nomocan tit. 3. c. 2. citans Apostolorum can. 14. 15. Ancyrani Concilii can. 18. Antiocheni can. 3. 13. 22. (mihi est XXI.) Laodiceni can. 41 42. Constantinop. can. 2. Chalcedonensis can. 13 25. Sardicensis can. 3. 11. 12. 16. 17. Carthaginensis can. 23. 71. &c. Adde can. XXI. Concilii Arelatensis. Præter peregrinationes, alia vetitæ translationis caussa est, nempe *corruptio*, quæ fit muneribus datis; quam exprimit can. 2. Concilii Sardicensis, notans *Τὺς μισθῷ καὶ χρήμασι διαφθαρέντας precio aut mercede corruptos*; singuli etiam Episcopi in vitiosas eiusmodi translationes invecti sunt; Julius e.g. Episcopus Romanus ad Antiochenos scripsit: *Si vere parem eundemq; honorem in omnibus Episcopis eensetis esse, neq; magnitudine civitatum (ut vos scribitis) de Episcopis judicatis, oportuit eum, cui concredita est parva civitas, in ea, quæ credita est, permanere, & nequaquam, rejecta concredita, ad eam, quæ concredita non est, transvolare, ne eam, quæ à DEO data est, aspernari, illam vero, quæ hominum ambitu concessa est, magnificare videatur.* citante Athan. t. 1. f. 744. B. Damasus, alius Episcopus Romanus, in confessione fidei suæ, *Eos, qui ab Ecclesiis ad alias Ecclesias migraverunt, tamdiu à nostra communione alienos habemus, donec ad eas redeant civitates, in quibus primum ordinati sunt.* apud Theod. lib. V. hist. c. 11. f. 720. D. Alexander Episcopus Alexandrinus in literis adversus Arium & asseclas publicatis, id ipsum vitium dudū ante in Eusebio Nicomediensi notaverat. qui *καταλείψας τὴν Βηρυτὸν, καὶ ἐποφθαλμίσας τῇ ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων relicta Berytiorum Ecclesia ad Nicomediensem transgressus est*; Socr. lib. I. c. 6. f. 10. B. Idque ipsum est, quod & Synodo Alexandrinæ displicuit, apud Athan. t. 1. f. 726. D. Eusebius Cæsareensis noluit ea propter transferri vel Antiochiam, vel Alexandriam: uti ipse refert lib. III. de vit. Const. M. c. 60. & Socrat. lib. 2. c. 10 Affinis huic legi est ista 33. cod. de Episc. qua jubentur clerici vicani *non ex aliæ possessione, vel vico, sed ex eo, ubi Ecclesiam esse constiterit, ordinari.* Excipe autem Constantinopolitanos & Carthaginenses Episcopos, quibus licuit *alienos Clericos præripere, unde vellent*, vide notas Gothofred.

Digitized by Google

thofred. h. l. Prius autem, quam transferrentur, opus erat Magistratus supremi consensum impetrare: Cum Concilium Antiochenum dictum modo Eusebium transferre vellet, γράφειν περὶ τούτου τῷ βασιλεῖ *scribebant de eo ad Imperatorem*; Sozom. lib. II. c. 19.

§. 65. Ubi vero ambitio aberat, & munera, & aliæ illicitæ artes, translatio non modo illicita non erat, sed etiam interdum necessaria & utilis. Disputat hac de re Meletius in translatione Gregorii Nazianzeni, referente Niceph. lib. XII. hist. c. 10. Cum enim nonnulli eam reprehendentes, allegato in contrarium canone, ille nihil hunc obstare regerebat, utpote sublata interdicti causa: *Synodus namq; illa, ut occasionem ambitus in Ecclesiis præcideret, canonem eum proposuerat, quod multa tum ex competitorum ambitiosa prensatione provenissent mala. Quod si ambitus abesset, nihil prorsus extare impedimentum censuit, ut, modo vita aut doctrina multis aliis præstantior, aut simul utraq; hæc constarent, aut communis deniq; & publica cum magna commoditate utilitas per translationem in expectatione esset.* Sic ille, f. 601. Atque huc digitum intendit Synodus Alexandrina apud Athanas. t. 1. f. 726. Dum enim translationem Eusebii Nicomediensis improbat, sic loquitur: *Eusebius creationem vituperat, homo, qui ipse prorsus Episcopus creatus non est, aut, si unquam jus Episcopi habuit, id ipsum rescidit, ut qui principio Beryti pro Episcopo egerat, relicto q; Berytо Nicomediam se transtulerit, illam quidem cathedram præter leges destituens: istam vero nulla lege invadens, propriy gregis sine ulla charitate desertor, & alieni nulla rationabili causa occupator, prioris Episcopatus charitatem, alieni cupidine, aspernatus est, nec tamen illum ipsum Episcopatum, quem tanta aviditate occupaverat, reservavit. Ecce enim jam denuo inde desiliens, alienum Episcopatum arripuit, semper aliorum civitates oculis per invidiam adjectis oblimat atq; arrodit.* ait ἀτόπως, *sine charitate*: item ἀλόγως, *sine ratione*; Ergo interveniente charitate, & ratione translatio fieri potest. Disputat hac ipsa de re ex professo etiam Socrates lib. VII. hist. c. 36. Et allegat in contrarium canonem antiquum: *Si quis Episcopus cuiuspiam Ecclesiæ ordinatus, non perrexerit ad Ecclesiam, cui ordinatus est, non ex sua culpa, sed vel quod populus eum admittere recusaverit, vel ob aliam causam non ex sua culpa profectam, hic honoris & ministerii sit particeps, modo nihil molestiæ afferat rebus Eccle-*

sia, in qua congregatur. f. 378. D. Et exempla plurima f. 379. A. Addimus nos Eustathium, qui Beroeà Antiochiam translatus est, quod Ecclesia ista tali viro adversus Arianos opus haberet. vide Sozom. lib. I. c. 2. Spondan. an. 324. n. 32. 33. Quid de sua translatione habeat ipse Nazianzenus, vide de Episc. t. 1. f. m. 1029. A. quidque de reditu, abdicato Episcopatu Constantinopolitano, orat. XXXV ad 150 Episcopos; Pari ratione vetitum non erat, Episcopum in alienam diœcesin peregrinari, si ambitio nulla intervenisset. Id quod Sardicenses can. 3. innuunt, dum peregrinationes quidem prohibent, sed εἰ μή τις ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν τοῦ ἑαυτοῦ καλοῖτο: *nisi forte à fratribus suis invitetur.* Confer de hac materia Marc. Anton. de Domin. lib. III. de rep. c. 6. Forbet. in tract. de cur. & resid. Papal. & f. 769. instruct. Theol. n. 3. Gothofredum in comm. ad l. 33. cod. de Episc.

Substitutio. §. 66. Superstiti legitimo Episcopo non licet alium superinducere, præsertim reclamante Ecclesia. *Vbi enim est istiusmodi Ecclesiasticus canon, aut istiusmodi traditio Apostolica? ut in pace agente Ecclesia, etiam Episcopis concordibus cum Episcopo Alexandriæ Athanasio, immittere Georgium peregrinum, & externum hominem, neq; Alexandriæ baptizatum, neq; plebi cognitum, neq; postulatum à Presbyteris, eumq; Antiochiæ creare Episcopum, atq; inde deducere Alexandriam, non cum Presbyteris aut diaconis civitatis, non cum Episcopis Ægypti, sed cum militibus?* ita Julius scribit in Epistola apud Athanas. t. 1. f. 748. D. Tangitur aliquid huius rei etiam à Damaso, cuius verba ex Theodoreto §. 64. præced. allegavimus. Huc pertinet canon 18. concilii Ancyrani, qui sic sonat: *Si qui Episcopi constituti, nec susceptι ab ista paræcia, in quæ nominati fuerunt, aliàs voluerint paræcias invadere, & in, qui constituti sunt, vim inferre, & petitiones adversus illos excitare, hos abjici placuit.* Nempe non vult canon βιάζεσθαι τὰς καθεστώσας, *vim afferri constitutis,* dum nempe advenæ isti sese in locum ipsorum insinuare allaborant. Dixi autem, reclamante Ecclesia; Hac enim consentiente, licebat duos habere Episcopos: quale quid factum esse in Ecclesia Hierosolymitana refert Sozom. lib. II. c. 20. facto decreto, Maximum μακαρίῳ συνεπίσκοπον: *Macario in Episcopali munere conjungi.*

Remotio. §. 67. *Remotio,* vocationi contraria, Græcis dicitur καθαίρεσις; & removere, ipsis est τῶν ἱερατικῶν ἐξελαύνειν κλήρων, *è sacris catalogis*

Digitized by Google

talogis expungere, sumpto consequente pro antecedente; apud Theodoret lib. I. c. 1. f. 524. A. ἀποχειροτονεῖν, *abdicare*; lib. V. c. 8 ἀποχειροτονεῖν; hinc ἀποχειροτονηθέντες *abdicati* can. 18. concil. Ancyr. καθαιρεῖν τῆς λειτουργίας *removere ab officio* can. 1. Concil. Antioch *Loco dejici*: leg. 27. cod. de Episc. Remotio passiva dicebatur παύεσθαι *abstinere*. can. 1. concil. Nic. ἔκπτωσις τῆς διακονίας *excidere ex ministerio*; à Basil. epist. ad Amphiloch. Can. 51. ἀποβάλλεσθαι *abjici*: cap. 5. concil. Nicæni καθαιρεῖσθαι τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριον τοῦ κανόνος εἶναι *removeri è clero, & alienum fieri à canone*. can. 17. ἀφορίζεσθαι *exterminari*. can. 18. concil. Ancyr. ἀποβάλλεσθαι τῆς τιμῆς *honore moveri*. l. c. ἀφαιρεῖσθαι τὴν τιμὴν πρεσβυτερίου *privari honore presbyterij*. & τῆς τάξεως μεταλλάσσεσθαι: *ordine moveri* can. 1. conc. Neocæs. diligenter autem distinguendum est inter remotionem ab officio Ecclesiastico, & à communione Ecclesiastica; quæ vulgo excommunicatio dicitur: De hac nunc non loquimur, sed de ista.

§. 68. *Auctoritas removendi* est penes Magistratum politicum. Orta aliqua controversia de legitimatione alicuius Episcopi, vel Ecclesiæ Ministri, Magistratus judicium suum interponere poterat, & interdum etiam interponebat: Exemplum præbet controversia inter Cæcilianum Episcopum Carthaginensem, & Donatistas. quæstio erat: utrum Cæcilianus esset legitimus Episcopus, adeoque retinendus, num vero rejiciendus? Causa delata est ad Constantinum M. cui operæ precium visum est, concilium ea de re Romæ haberi; vid. Baron. an. 313. n. 21. Arium hæresiarcham relegavit Constantinus M. datis propterea etiam ad Episcopos literis. Sozom. lib. I. c. 21. Theodosius Imp. imperavit Demophilo Episcopo Constantinopol. aut Nicænæ Synodo assentiri; aut *quamprimum ab Ecclesiis discedere*, quorum hoc elegit. Niceph. lib. XII. c. 8. Auctoritas removendi.

§. 69. *Ministerium* tamen etiam concurrebat, judicando de meritis causarum: Paulo ante allegavimus judicium Constantini M. qui cum de Cæciliano removendo Donatistæ litem movissent, Concilium Romanum ea de re cognoscere jussit. Causam Athanasii dijudicandam commisit Concilio Tyrio: Socrat. lib. I. Hist c. 28. Magna erat auctoritas Conciliorum: quod testantur plurimi canones conditi de meritis causarum, quarum gratia mini-

minister Ecclesiæ ab officio vel removeatur, vel suspendatur. Accedit applicatio eiusmodi canonum, adornando indignorum remotionem: Idque fiebat aliquo ordine; Synodus enim removebat utplurimum Episcopos; Episcopi vero subjectos sibi Presbyteros, atque Diaconos; Colligi potest ex can. IV. Concilii Antiocheni: εἴτε ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθείς; ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, *si quis Episcopus à Synodo remotus, aut Presbyter aut Diaconus à proprio Episcopo.* Exemplo sit Concilium Sardicense; Patres enim Concilii huius καθεῖλον *removerunt* nonnullos Arianos, Episcopos; quos nominatim recenset Athanasius in epist. ad Solitar. t. 1. f. 820. A B. Patres Constantinopolitanæ Synodi Maximum τὸν ἀρχιεπισκοπικῆς ἀξίας γυμνώσαντες, ἀπεκήρυξαν *Archi-Episcopali dignitate nudatum abdicarunt.* Theodot. lib. V. c. 8. Confer Can. IV. Concil. Constantin.

§. 70. Singuli etiam Episcopi, unus vel plures, judicia sua conferebant; Et remotionem dictitabant; quod juris habebant non solum Romani Episcopi, sed etiam alii: καθηρημένοις *depositis* in oriente orthodoxis Episcopis, non solum Julius Episcopus Romanus, sed etiam οἱ ἀνὰ τὴν δύσιν ἱερεῖς reliqui Episcopi, *sacerdotes per occidentem*, Athanasio patrocinati sunt, καὶ πρὸς ἑαυτὸν τὸν καθ' ἑαυτὸν ἦλκον δίκην, *Et ad se se judicium ipsius traxerunt*; Sozom lib. III. c. 7. Inconsulto Episcopo Romano Alexander Episc. Alexandrinus removit Arium; Theod. lib. I. Hist. c. 1. f. 524. A. Plura alia exempla collegit Cham. Panstrat. Cathol. de P. R. lib. XIII. c. 14. §. 5. dicens: *Constat ex Ecclesiastica Historia, Episcopos ab Episcopis ultrò citroq; deponi solitos esse, atq; etiam Patriarchas a Patriarchis. Apud Socr. l. 1. c. 25.* Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας πολλὰ δυσχεράνας αὐτῷ, *Alexandro Constantinopolitano*, λέγων ὅσον οὔπω καθαιρήσειν αὐτὸν, εἰ μὴ εἰς κοινωνίαν δέξηται τὸν Ἄρειον, *sæpè & graviter interminatus est, se quam primum eum Episcopatu abdicaturum, si non Arrium cum suis in communionem reciperet. Libro item 2. cap. 23. Acacius Cæsariensis Macedonium Constantinopolitanum de Episcopatus dignitate dejicit. Lib 6. c. 9. Theophilus Alexandrinus omnes nervos contendit, ut Iohannem de Episcopatus gradu deturbaret, lib. 7. cap. 33. Cyrillus adjuncto sibi Iuvenali Iohannem Antiochenum abdicat; Apud Theodoretum l. 2 cap. 10. Imperator mandat Episcopu, qui tum aderant Constantinopoli, ut Stephanum*

abdicent

abdicent Episcopatu; cap.27. Acacius Cæsariensis, Cyrillum Hieros. & abdicavit, & Hierosolymis expulit. Apud Sozom. l.3.c.11. Episcopi Orientis Iulium Romanum, Osium Cordubensem, & Maximum Trevirensem abdicarunt, cap. 20. Athanasius quoscunq; sectæ Arrianæ deditos agnoscebat, abdicabat, non in Ægypto tantùm, sed & per alias nationes, etiam ad se non pertinentes. Addimus: Petrus Alexandrinus Meletium Ægypti Episcopum ἀφόριστον *deposuit*; Athan. apol. f. 777. B.

§. 71. *Causæ*, quarum gratia remotio fiebat, concernebant vel officium, vel mores. 1. *officium*, ut erat *illegitima promotio*, Simoniacis artibus procurata; Basilius epist. LXXVI. f. m. 884. C. postquam conquestus fuisset: *putant se nihil delinquere, quod non ante, sed post, manuum impositionem pecuniam accipiunt, at pecuniam accipere, est, quandocunq; fiat*; Subjungit: *Si quis post hanc epistolam meam tale quid designaverit, cum nostris his altaribus nihil habebit commune; sed quæret, ubi donum Dei coëmptum denuò vendere queat Nos enim, & Ecclesiæ Dei, talem consuetudinem non habemus.* Hæc ille: *Ruditas.* Concil. Nic. can. XIX. deponi vult ex ordinatis Paulianistis eos, qui, licet ab errore reversi, deprehensi tamen in examine fuerint ἀνεπιδέκτους *inepti. Erronea doctrina.* Nam Concilium Constantinopolitanum Marcellum; Soz. lib. II. c. 33. Et Gangrense loco movit Eustathium Sebastenum Episcopum, quod heterodoxos eos deprehendissent. Socrat. lib. II. hist. c. 43. *Non eras tam stultus, ut apertè defenderes hæresin, quam sciebas Ecclesiæ displicere. Noveras te, si hoc fecisses, statim loco movendum, & solii tui delicias suspirabas.* ita Hieron. ad Johan. Hieros. t. 3. f. 74. D. Cuius generis exempla utramque paginam in historia Ecclesiastica faciunt. Opus autem erat, ut sciens & volens quasi heterodoxus esset, aut cum heterodoxis communicaret. Nam Hieronymus, adversus Luciferianos disputans, negavit, eos Episcopos officiis movendos esse, qui ab Arianis in Synodo Ariminensi fuerant decepti. t. 3 f. 65. 66. *Scripta scandalosa*, ut habebantur Heliodori Æthiopica; Synodus enim provincialis eum jussit aut librum abolere, aut loco Episcopatus cedere. Vos. de Script. Græc. lib. IV. c. 18. p. 487. Et *scandalosus cultus.* Concilium Antiochenum can. 1. ab officio removet eos, qui post definitionem Concil. Nicæni pascha tempore, quo Judæi, celebraverint. *Procrastinatio sui officii.* Nam can. 17. Concil. An- Causæ graviores;

tiocheni jubet ἀπόβλητον εἶναι *abjectum esse*, qui ordinatus parœciam suam adire noluerit. Secus se res habebat, si per ipsum non stabat, can. 18. *Desertores suarum parochiarum*: ordinante Concilio Arelatensi can. XXI. Antiocheno can. 3. Exemplo sit Dracontius, qui officio suo motus est, quod ex Galatia Pergamum transiisset. Socr. lib. II. c. 42. Quale quid etiam Eudoxius meruerat, sed favore Arianorum retentus est, c. 43. Et *invasio alienæ parochiæ*; can. 18. Concil. Ancyr. *Si qui Episcopi constituti, nec susceptι ab illa parœcia, in qua nominati fuerunt, alias voluerint parœcias invadere, & ii qui constituti sunt vim afferre, & seditiones adversus illos excitare, hos abjici placuit*; & provinciæ. can. 13. Concil. Antioch. *Communio indignorum*: Nam Macedonius abdicatus est, quod Diaconum in fornicatione deprehensum ad communionem admisisset. Socr. lib. 2. c. 42. Eleusius loco motus est, quod Heraclium, Herculis quondam sacerdotem, & Magum, Diaconum ordinasset. l. c. Intelligendum autem hoc est de iis, qui noverunt indignos se ordinare; Secus comparatum erat cum nesciis: Tum enim ordinatione sua excidebat quidem ordinatus, i. e. puniebatur, non vero ordinans, juxta can. 10. Conc. Nic. Item de iis, qui communicant cum remotis, seu depositis, juxta can. 1. & 4. Conc. Antioch. *Abusus potestatis, & excessus.* Basilio Ancyrano officium abrogatum est, quod quendam injustè torserat, & catenis ferreis vinctum carceri mancipaverat: l. c. Huc pertinet *temerarium exercitium*, facta suspensione; *Si quis Episcopus* &c. juxta can. 4. Concil. Antioch. Et *privata conventicula*, de quibus can. 5.

Leviores: §. 72. *Leviores* interdum caussæ erant. Eulalius pater Eustathium filium suum deposuit ab officio, ideo solum, quod indecora veste usus fuisset. Socrat. lib. II. c. 43. Huc referri posset, quod leg. 27. codic. de Episc. Episcopus jubetur *dejici loco, si tonso capite feminam introire* (Ecclesiam) *permiserit*; nisi ratio gravior subesset, nempe, quia *contra divinas humanasq; leges, instinctu persuasæ professionis, crines absciderint*, id quod hæresin Eustathianã sapiebat. Imo nullæ, ut quando Can. 10. Ancyr. sancitur: *Si qui* (Diaconi in ordinatione, sese uxores ducturos esse) *tacuerint, & in ordinatione, ut ita manerent, susceptι sunt, postea ad nuptias venerint, ij à Diaconatu cessent.* Can. I. Concil. Neocæs.

Presby-

Presbyter, ſi uxorem duxerit, ordine ſuo moveatur; Si autem fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, penitus extrudatur, & ad pœnitentiam redigatur. Quædam per calumniam imputantur, ut erant illæ, quas Tyrium conciliabulum affinxit Athanaſio, apud Sozom. lib. II. c. 25. Quædam plane iniquæ ſunt, & nullæ. Talis erat, cum Valentinianus & Juſtina Mater Impp. Ambroſium remotum irent, nempe quod hæreſi Arianæ viriliter reſtitiſſet. Ruffin. lib. II. hiſt. c. 15.

§. 73. II. *Mores*; ut eſt *apoſtaſia*: Baſilius can 51. ad Amphiloch. f. 774. D. τῆς ἀδιαστόπου *lapſis* πτωσίας *pœnam* dictitat τὴν ἔκπτωσιν τῆς ἱερωσύνης, *remotionem à Miniſterio*; Hoc cum ſciret Eleuſius Cyzicenus Epiſcopus, & apoſtaſiam commiſiſſet, juſſit ipſe Auditores ſuos alium quærere ſibi Epiſcopum, quandoquidem Epiſcopatu ipſe indignus poſthac eſſet. Socr. lib. IV. c. 6. Sozom. lib. VI. c. 8. Meletius Thebaidis Epiſcopus, poſtquam in perſecutione fidem abnegaſſet, à Petro Alexandrino Epiſcopo καθηρέθη *depoſitus* eſt; lib. I. c. 6. f. 14. B. Atque hoc valet in iis etiam, qui, antequam ordinarentur, lapſi erant, ſed diſſimularant, dum ordinarentur; Cognito enim poſtea, quod lapſi olim fuerint, excidebant fructu ordinationis: *Quicunq; ex lapſis* &c. ſanctio eſt Concil. Nicæn. c. 10. Quæritur: an etiam illi, tanquam apoſtatæ, loco movendi ſint, qui ab adverſariis fraudulenter circumventi eorum hæreſi ſeſe applicuiſſe viſi ſunt? ait Lucifer Calaritanus & ſequaces; Negabat Hieronymus: *Non quod* (ait adv. Lucifer. t. 3. f. 66. A.) *Epiſcopi poſſent eſſe, qui Hæretici fuerant; ſed quod conſtaret, eos, qui reciperentur, Hæreticos non fuiſſe. Fornicatio*: Baſilius epiſt. canon. 1. can. 3. docet, *Diaconus poſt diaconatum fornicatus, à diaconatu ejicitur*; quem locum urget Montaltii annotator ad epiſt. VI. ſect. 3. n. 2. p. 142. adverſus Jeſuitas Moraliſtas. *Lenocinium*, vel quaſi. Concil. Neo-Cæſ. can. 1. Presbyterum fornicantem, vel adulterum, non ſolum vult τῆς τάξεως μεταπίπτειν; *ordine moveri*, ſed etiam ἐξωθεῖσθαι *expelli*, i. e. excommunicari. Idem Concilium can. 8. Miniſterio indignum cenſet, qui uxori, poſt ordinationem ſui in adulterio deprehenſam, pergat cohabitare: Stephanus Epiſcopus Arianus ſubornaverat meretricē, quæ Euphratæ Epiſcopo orthodoxo inſidias ſtrueret, quo cognito, ὁ μὲν πρε-

Mores.

καθαιρεῖται *Stephanus removetur*; referente Athan. epist. ad Solit. t. 1. f. 822. D. *Avaritia & turpis quæstus*; cuius gratia Concil. Nicæn. can. 17. remotionem delinquentibus dictitat, dicens: *Quoniam plerique, qui in canone recensentur, avaritiam & turpem quæstum sectantes, obliviscuntur divinæ scripturæ, dicentis: (Psalm. XV. v. 5.) pecuniam suam non dedit ad usuram: & fœnerantes centesimas exigunt, æquum censuit sancta & magna Synodus, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras sumere ex mutuo, vel aliter eam rem consectaris aut ses cupla exigere, vel omninò aliquid aliud excogitare turpis lucri gratia, è clero deponatur, & alienus à canone existat.* vocat τὴν πλεονεξίαν καὶ αἰσχροκέρδειαν; *Mendacia & calumniæ*: Exemplum recitat Athanas. apol. ad Const. f. 720. B. *Iudicio ita ceciderunt adversarii, ut habiti pro calumniatoribus, depositionem exauctorationemq; ordinis sui retulerint.* De his, & similibus, delictis valebat etiam, quod paulo ante diximus valuisse in apostatis, nempe, ut invalidâ esset eorum ordinatio, qui talia peccata ante ordinationem perpetrarant, sed dum ordinarentur suppresserant: Imo etiam tum, si ipsi quidé non dissimularant, ordinans verò insuper habuerat; sic enim sonat canon IX Concil. Nicæni: *Si qui sine examinatione Presbyteri promoti sint, vel, cum discuterentur, peccata sua confessi sint, eiq; confessis homines contra canonem moti, manus imposuerint, tales canon non admittit.*

Abdicatio. §. 74. Potest quis Ecclesiæ juvandæ caussa suo se officio ipse *abdicare*; quale quid fecit Gregorius Nazianzenus, cum videret, se manente, turbari Ecclesiam, nec facile ad tranquillitatem redituram, ultro cessit, & alio commigravit. Niceph. lib. XII. c. 8. nec Synodus nolentem manere coëgit: *Sancta Synodus leges majorum, & Ecclesiæ disciplinam studiose servans, id quod dederat, à volente recepit, eximias eius viri dotes haudquaquam reverita.* Sozom. lib. VII. c. 7. f. 712. D. Imprimis cum canos suos illis ostenderet: *Diuturnis laboribus me levate, atq; in quietem vindicate, moveat vos hæc canities, flectat hospitii, & peregrinationis ratio: Alium subrogate, qui pro nobis hostiliter prematur, qui puris sit manibus, qui voce non tarda & inerudita, qui ita animo comparatus, ut omnibus in rebus vobis obsequi; sexaginta quinq; curas Ecclesiasticas simul perferre possit: quandoquidem tales præsertim hoc tempus flagitat. At mihi cernitis quo modo corpus etiam*

etiam hoc se habeat, nimirum & tempore & morbo, & labore confectum. Quid vobis timido & ignavo sene opus est, atque in dies singulos, ut ita loquar, morienti, non corpore tantum, sed curis etiam & ærumnis? qui vix hæc quoq; vobis loquor. Sic ille orat. XXXV. f. 563. Talis si dimittitur, cum *elogio & testimonio* honorifico dimittendus est, quale petiit sibi Gregorius idem dari. f. 565 Ipse vero concionem prius valedictoriam habere potest, qualem habuit dictus Gregor. imprimis sub finem orationis modo citatæ. f. 565. Ubi vero ex cessione sua Ecclesiæ periculum vel damnum imminet, ex quavis caussa, præsertim injusta, cedere non debet. Reprehendit Hieronymus eo nomine Luciferum Calaritanum, quod *in tali* (periculoso) *articulo Ecclesiæ, in tanta rabie luporum, segregatis paucis ovibus, reliquum gregem deseruit. Bonus quidem ipse pastor, sed multam prædam bestiis relinquens*; solam ideo, quod imprudentes nonnulli Episcopi recepti fuerint. dial. adv. Lucifer. t. 3. f. 66.

§. 75. *Suspensio* non tollebat officium, sed inhibebat exercitium: Dicitur παύεσθαι τοῦ κλήρου *abstinere à Clericatu*, quod contradistinctum est πρὸ κινδυνεύειν περὶ τοῦ κλήρου, *periclitari de Clericatu*; juxta can. 2. Concil. Nicæni. Quid vero sit abstinere à Clericatu, distinctius exposuit can. 1. Concil. Ancyr. *Visum est eos honorem quidem sedis retinere; offerre autem illis, aut sermonem conferre, vel omnino sacro aliquo ministerio fungi, non licere.* Et can. 2. ubi sermo est de Diaconis, placuit, *ipsos cessare ab omni sacro ministerio sive panem vel calicem offerendi, vel prædicandi. Sed si quidam Episcopi consciii sint laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, in eorum potestate id esse.* Concilium Antiochenum can. 3. discrimen facit inter μηκέτι λειτουργεῖν *non amplius ministrare*, & παντελῶς καθαιρεῖσθαι *plane removeri*. Confer can. 1. 2. Ancyr. Inter τιμὴν καὶ λειτουργίαν *honorem & ministerium*. can. 18. Ant. *Merita* suspensionis erant vel festinata promotio, qualis erat Neophytorum. can. 2. Concil Nicæn. vel coacta apostasia, vel ex imprudentia & infirmitate alia perpetrata; can. 1. 2. Concil. Ancyr. vel arbitraria divagatio can. 3. Concil. Antioch.

§. 76. *Degradatio.* Fiebat, ut Clerici non quidem omnino removerentur ab officiis, neque etiam ab exercitio suspenderentur, attamen in inferiore gradu collocarentur. Innuitur a- Degradatio

liquid

liquid huius moris can. 10. Concil. Ancyrani, ubi Episcopi à parochianis suis repulsam passi, in Presbyterii honore permittuntur; attamen & hoc privantur, si tumultus excitaverint. Apertius can. 10. Concil. NeoCæsar. *Diaconus, si in idem* (corporale) *peccatum inciderit, ministri ordinem habeat.*

§. 77. Etiamsi autem Magistratus iniq; agat, Ministrum Ecclesiæ immeritò de statione sua removendo; attamen minister non debet vi resistere, tumultus ciere, & seditiones movere, vel invito Magistratu in loco & statione perseverare: Athanasius, jussu Constantij Imp. Episcopatu movendus, de se ipse scribit, quid egerit, & populo sibi faventi dixerit: *Ego igitur*, inquiens, *visa istiusmodi impressione, primum admonui populum, ut discederent, quibus digressis tum demum occultante nos & ducente Domino Deo, quod ab omnibus, qui aderant, conspectum est, abitionem inde molitus sum.* apol. ad Constant. t. 1. f. 690. D. Confer. Soz. l. III. c. 6. VI. 12. ubi refertur? quid imperante Valente idem fecerit, nempe quod illo relegante clam discesserit: *Dicunt, Athanasium, cum inconsultum populi tumultum prævideret, veritum, ne malorum, quæ ex eo eventura essent, auctor fuisse diceretur, toto hoc tempore in monumento patrio delituisse.* f. 654. Exemplum hoc imitatus est Ambrosius, qui *se vallare circumfusione populorum noluit*: uti de sese loquitur epist. XXXIII. confer. Ruffin. lib. II. c. 16. Et Eusebius Samosatensis. Cum enim & ipse superioris jussu de sede sua deponeretur, & Auditores ipsum retinere allaborarent, *flecti se passus non est, sed* ἀποστολικὸν νόμον *Apostolicam legem ipsis recitavit,* ὃς διαγορεύει σαφῶς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, *quæ aperte docent, principalibus & potestatibus subesse*; in quo etiam acquieverunt Auditores, dimisso cum muneribus Episcopo. Theod. lib. IV. hist. c. 13. Tale quid fecit etiam Petrus Alex. Episcopus; cum enim ὁ τῆς ἔθνους ἡγούμενος *Rector provinciæ* Ecclesia ipsum exire jussisset, *admirandus Petrus, inopinatum bellum animadvertens, clam exiit, & conscenso navigio Romam profectus est.* c. 18. f. 685. A. Cum Gregorius Nazianzenus jussu Præfecti Demosthenis abduceretur in alium locum, neque ipse, neque Basilius, neque alij restiterunt, nisi literis supplicibus, quæ habentur apud Basil. epist. CCCLXXXV. Nec detinuit Athanasium calumnia, tanquam gregem suum desereret: *Ac jam inde insolitudine versor, sed non sine fiducia mei, primum apud Deum, deinde apud*

te

te excuſandi, ſi quis me accuſare velit, quod fuga populum deſeruerim, cum teſtem pro me habeam, vel ipſum perſecutionis ducem. f. 690 D. Sed nec populus tumultus ciere debet adverſus Magiſtratum ſuum, etſi per injuriam ille removeat Eccleſiæ Miniſtrum. Paulo Epiſcopo Conſtant. juſſu Conſtantii Imperatoris officio moto, populus tumultuabatur; Soz. lib. III. c. 7. ſed male; Unde ad pœnam rapiendi cum lacrymis delictum deprecati ſunt. l. c. Ubi tamen tales populi tumultus metuuntur, nec prægnans depoſitionis ratio urget, abſtinendum eſt à remotione miniſtri, præcipue apud populum gratioſi: *Quotus quiſq; bene ſibi conſcius patitur ſe deponi? præſertim cum omnes populi, ſacerdotes ſuos diligentes, pene ad lapides & ad interemptionem deponentium eos convolaverint?* Hier. adverſus Lucif. t. 3. f. 65. D.

Reſtitutio.

§. 78. *Reſtitutio* dicebatur ἀποκατάστασις: Cap. 3. Concil. Antioch. Reſtituere erat τὸ εἰς τὸν κλῆρον ἀξίωμα δίδοναι, *reddere alicui in clero dignitatem*: Soz lib. II. c. 25. Et, qui reſtituebatur, dicebatur διορθώσεως τυγχάνειν *remedium aſſequi*; λαμβάνειν τὴν ἑαυτοῦ τιμήν *recipere ſuum honorem*; can. 5. Concil. Antioch. *An lapſi Epiſcopi recipi debeant, non adempto prius honore Epiſcopali?* quæſitum eſt in certaminibus Arianis. Videbatur quibusdam, ut Luciferianis, quod non: *Nam non convenire ſimul & pœnitentis agere perſonam, & Epiſcopi*; Quibusdam quod ſic: *Hieronymus* enim *non voluit adimi honorem Epiſcopo reſipiſcenti, in eo duntaxat caſu.* vid. Eraſm. argum. in lib. Hieron. contra Lucifer. f. 61. B. & ipſum Hieronymum in dialogo contra Luciferianos; *Reſtituendi* jus erat penes Magiſtratum. Euſebius & Theognis Epiſcopi, ſedibus ſuis moti, rogarunt pro ſeſe apud Imperatorem intercedi, ut reſtituerentur. Socr. l. I. c. 14. Sozom. lib. 2. c. 16. Confer quæ diximus ſupr. §. 15. Concurrebat etiam *Miniſterium*; Hoc enim invito non poterat recipi depoſitus ab alio quocunque etiam Epiſcopo; Ita ſanxerunt Antiocheni, can. 3. in fraudem quidem Athanaſii, interea juxta canonem & praxin Eccleſiæ; Exſtat canon 5. Concil. Nicæn. & in eo hæc ſanctio: Οὓς ὑφ' ἑτέρων ἐκβεβλημένους, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι, *hi qui ab aliis abjiciuntur, ab aliis non recipiuntur.* Adrianopolitani nolebant in communionem recipere τοὺς καθαιρεθέντας *remotos* Arianos, ſcribente Athanaſio ad Solitar. t. 1. f. 820. C. Photius in Nomocan. tit. IX. c. 4. citat can. 5. & 6. Concilii Antiocheni; can. 9. 29. 62. 79. 122.

&

& 138. Carthaginensis. Confer can. XIII. Concilii Sardicensis; V & VII Taurinensis. Nec vel Romano Episcopo plus licuit aliquem alibi excommunicatum recipere, quam aliis; Tentavit quidem tale quid, referente Socrat. lib. II. c. 15. Julius, recipiens Paulum Constantinopolitanum, & alios nonnullos Episcopos, sedibus suis motos; Sed postquam hi cum literis Julii ad suos rediissent, orientales *acceptis Iulii literis, reprehensionem contumeliæ loco duxere. Et convocata Antiochiæ Synodo in unum collecti, de communi omnium sententia conscripsere literas, Iulium vicissim acrius insimularunt; significantes, non debere ab ipso discuti, si quos ipsi Ecclesiis suis expellere voluissent: neq; enim se contradixisse tunc, cum Novatus Ecclesiæ ejectus est. Et hæc quidem Orientales Episcopi Iulio Romanæ urbis Episcopo rescripserunt.* Confer Sozom. lib. III. c 8. Neque hoc illi hactenus male, quatenus can. 5. Nicænus sanxit: τὸ τῶν κατ' ἐκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπων κρατεῖτω ἀγνώμων; *ab Episcopis unicuiusq; provinciæ servetur hæc sententia*; adeoque & à Romano; Sin vero prior Episcopus mortuus fuerat, successor pœnitentem recipere poterat. E. g. Achillas Arium à Petro Alex. depositum. Soz. lib. I. c. 15. f. 426. B.

§. 79. Omnino autem attendenda erat causa remotionis. Ubi enim propter veritatem remotio facta, orthodoxi remotos fovere, & cum ipsis communicare poterant; ut Occidentales cum Orientalibus. Soz. lib. III. c. 11. 12. Potetat etiam populus dignum remotione hactenus retinere, quatenus excusationem delictum merebatur; Ita Eleusium removeri noluerunt Cyziceni, audito, quod per vim Arianismo subscripsisset. Socrat. lib. IV. c. 6. *Vivente Episcopo alius institui non debet*, ait Greg. Naz epist. XLII. Populus Mediolanensis *animas prius amittere, quam Episcopum maluit*, utut imperante Valentiniano Imp. Ruffin. lib. II. c. 15.

§. 80. Provocare tamen poterat depositus *ad Synodum*, si suo judicio injuste etiam à Synodo, ut Athanasius à Tyria, remotus fuisset; suppeditat hoc medium canon 5. concilii Nicæni: ἐξετάζεσθω &c. *inquiratur autem, ne simultate, aut contentione, aut aliqua alia molestia Episcopi, sint excommunicati. Vt hoc ergo decentius examinetur, recte habere visum est, ut singulis annis per unamquamq; provinciam bis in anno Synodi fiant, ut omnes in unum convenientes Episcopi provinciæ, eiusmodi quæstiones examinent,* Et can. 6. concilii Antiocheni; cuius hoc est

Provocatio.

eſt decretum: *Si quis à proprio Epiſcopo fuit excommunicatus, ne prius ab alio ſuſcipiatur, quam ſuo reconcilietur Epiſcopo, vel Synodo, quæ congregatur, accedens ſe defenderit, & perſuaſa ſynodo aliam ſententiam retulerit. Hæc autem definitio adverſus Laicos, & Presbyteros, & diaconos, omneſq; qui ſunt in canone, obſervetur.* ἢ συνόδου γενομένης ἀπολήψεως ἀπολογήσεως; Poterat igitur ad ejuſmodi ſynodum provocare. Idem elici poteſt ex can. 17. ubi excommunicatur Epiſcopus, officii ſui procraſtinator, *donec coactus ſuſcipiat*, ἢ ὁρίσωσι περὶ αὐτοῦ ἡ πλείων σύνοδος τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἐπισκόπων, *aut perfecta ſynodus Epiſcoporum provinciæ de ipſo aliquid definiat.* Hoc fine commodum erat, ſynodos quotannis aliquot haberi, idq; ſtatutum eſt ab eodem concilio can. XX. vel in arbitros compromittere: Tale quid factum eſt ab Athanaſio, perſequentibus ipſum Arianis; Nam Julium Epiſcopum Romanum, poſtquam Euſebiani ipſum detuliſſent, & ipſe arbitrum delegit: *Ægyptij ad omnes & ad Epiſcopū Romanum Iulium, ſcripſerunt; Quin & Euſebiani ad Iulium literas miſere, & ut nos terrerent, ſynodum juſſerunt convocari, & ipſi Iulio, ſi vellet, arbitrium cauſæ detulerunt*, ref. apol. f. 739 A. εἰ βούλοιτο, κριτὴν γενέσθαι; Euſeb. autem Nicomedienſis ſcripſit *orat.* ad Julium: ὥστε αὐτὸν γενέσθαι κριτὴν τῶν περὶ ἀθανασίου δεδογμένων ἐν τύρῳ, *ut ipſe judex eſſe vellet eorum, quæ contra Athanaſium decreta* (Soz. lib. III. c. 7.) *fuerant Tyri.* Actum eſt hac de re in duabus Synodis, Romana & Sardicenſi, & reſtituta eſt Athanaſio ſua ſedes: vid. Launoi. epiſt. ad Bœt. p. 9. (131.) t. 2. epp. Cum vero Julius tanquam pro auctoritate Orientalibus imperare videretur, proteſtati ſunt hi, tanquam adverſus incompetentem judicem: *Nam in literis ſuis fatebantur, Romanorum quidem Eccleſiam apud omnes magnificam eſſe, quippe quæ jam inde ab initio domicilium Apoſtolorum, & pietatis origo ac Metropolis extiterit; licet fidei doctores ad eam ex orientis partibus advenissent. Non tamen æquum cenſebant, idcirco ſe inferiori loco haberi, quod magnitudine eccleſiæ & multitudine ſuperarentur, quippe qui virtute & animi propoſito ſuperiores eſſent.* Soz. c. 8. f. 508. A.

§. 81. *Suſpenſio* relaxari poterat ab *Miniſterio*, & quidem Diaconorum ab Epiſcopo: *Si quidam Epiſcopi &c.* Sanctio eſt concilii Ancyrani can. 2. alibi expreſſa. **Relaxatio.**

§. 82. *Reſtitutionis incapacem* ſeſe reddebat, qui à Synodo, vel Epiſcopo depoſitus, auſus fuerat officio fungi. Sic enim ſonat **Incapacitas**

sanctio concil. I. Antiocheni can. 4. *Si quis Episcopus à Synodo depositus, vel Presbyter, aut diaconus à proprio Episcopo, ausus fuerit aliquid de ministerio agere, sive Episcopus secundum præcedentem consuetudinem, sive Presbyter, sive diaconus, nullâ amplius in alia synodo spem restitutionis, neq; defensionis locum ei habere liceat. Sed & omnes ei communicantes, ab Ecclesia abiiciantur, & maxime, si, postquam cognoverint sententiam adversus prædictos fuisse prolatam, eis communicare ausi fuerint,* τολμήσειν τῆ τοιαύτῃ τῆς λειτουργίας; μηκέτι ἐξὸν εἶναι αὐτῷ, μήτ' ἐν ἑτέρᾳ συνόδῳ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως, μήτ' ἀπολογίας χώραν ἔχειν: Talis pœna statuitur etiã in eos Presbyteros atq; Diaconos, qui pertinaciter noluerint Episcopo suo revocanti πείθεσθαι, μηδὲ ἀπαλλάττειν καὶ πρῶτον ἐκ δευτέρου καλοῦντι; *Semel iterũq; sive obedire, sive morem gerere*; Item can. 12. in eos, qui ab officio remoti, brachiũ seculare implorabant; videtur autem his canonibus subesse φθόνος, nempe odium & invidia Arianorum, qui, qua fraude, qua vi orthodoxos deponebant, &, ne malitia sua confunderetur, obstabant, quo minus depositi à superiore potestate in integrum restituerentur. Quare neque Athanasius, neq; alij, vim injustam passi, his canonibus movebantur, quo minus ad Imperatores appellarent.

Inquieti. §. 83. Si quis Ecclesiasticè remotus, acquiescere nolebat, sed turbas movebat, tradebatur ille Magistratui politico puniendus: Sic enim sonat canon 5. Concilii Antiocheni: *Si* (Clericus depositus) *permanserit, turbas faciens, & seditiones Ecclesiæ, is per externam sive secularem potestatem, ut seditiosus, coerceatur.*

Forma Minist. quæ sit. §. 84. *Officium* vocatione collatum, & ordinatione confirmatum, est id, quod Ecclesiæ Ministrum intrinsecè constituit; *Episcopus, & Presbyter, & Diaconus non sunt meritorum nomina, sed officiorum.* ait Hier. adv. Jov. t. 3. f. 19. A. *Neq; enim lucerna accenditur & ponitur subter modium; sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt, h. e. ideo Deus scientiæ suæ igniculum in Episcopo succendit, ut non sibi tantum luceat, sed omnibus prosit.* ait Helladius apud Hieron. dial. adv. Lucif. t. 3. f. 62. C. distinguendum à persona ipsa: juxta Paciani epist. 1. ad Sympron. sub fin. Vulgo dicitur λειτουργία *Ministerium*, quo qui funguntur, juxta Dionysium Areopagit. Hierarch. Eccles. c. IV. §. 6. dicuntur τὰς διαχας ἰθύνειν *gubernacula moderari* explicante Damaso in epistola ad Orientales Theodoret. lib. V. c. 10.

f. 718.

f. 718. D. ἐπιμελεῖν τῶν χριστιανῶν *curam gerere Chriſtianorum*; uti loquitur Frumentius ad Athanaſium lib. II. c. 24. Sozom. *divinis rebus inſervire*: uti loquitur Anulinus in literis ſuis ad Conſtantinum M. citante Auguſtino epiſt. LXVIII. ad Januarium; Et habent Acta collationis Carthaginenſis die 3. n. 216. & 220. λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν *ſacrorum officiorum aliquid peragere*; per can. 1. Concilii Ancyrani. Quæ autem ſint illa officia, ſpecialius expreſſit Cyrillus Hieroſol. præfat. in Catech. f. m. 13. A. *Aſpice*, inquiens, *venerandum hoc Eccleſiæ inſtitutum: circumſpice ordinem & diſciplinam, ſcripturarum lectionem, regularium præſentiam, & doctrinæ ſeriem: revereris locum, & erudiaris ex his quæ apparent.* Et Concilii Ancyrani Canon 1. & 2. dum Sacerdotes lapſos non vult προσφέρειν, ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν; *offerre, aut ſermocinari, ſeu concionari, aut omnino aliquid ſacrarum functionum peragere.* Similiter & Diaconos vult ceſſare πάσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, τοῦ τε τὸν ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν: *ab omni functione ſacra cum offerendi panem & poculum, tum concionandi.* Ambroſius de dignit. ſacerd. c. 4. vocat *Epiſcopatus modum & formulam*, & *Epiſcopales actus*; Et: *regulam & Epiſcopalem formam*: epiſt. XLIV. lib. 7. allegorice deſcribit: *Suſcepiſti munus ſacerdotii, & in puppe Eccleſiæ ſedens navem adverſus fluctus gubernas*, ſic ille ad Conſtantium quendam; Lege totam epiſtolam; Nam tota eſt in deſcribendo Miniſtri officio: Dicebatur & *fides*, leg. 16. cod. de Epiſc. & alibi, ſumpta pro *Miniſterio & exercitio* Eccleſiaſtico, explicante Gothofr. ad l. cit. *An ſit Sacramentum?* quæritur. Nemo veterum ſic ordinem appellavit. Potius eas hypotheſes in hoc ſeculo foverunt, ex quibus, non eſſe ordinem Sacramentum, valide concludi poteſt. Miniſterium eſt, ſed ſpirituale, ut egregie & ex profeſſo docet Gregorius Nazianz. in apologetico ſuo; dum animam eiusque ſalutem facit objectum, & finem, officii & Miniſterii Eccleſiaſtici: Scopus „ eſt noſter, animæ pennas addere, ac mundo eam eripere, Deoq; „ dare, divinamq; imaginem aut manentem conſervare, aut periclitantem fulcire, aut dilapſam in priſtinum ſtatum revocare; Chri- „ ſtumq; per Sp. Sanctum in pectoris domicilium admittere, atque „ ut ſummatim dicam, eum, qui ſuperni agminis ſit, Deum efficere „

„ ac ſupernam beatitudinem ipſi comparare; huc magiſtra lex ten-
„ dit, huc inter Chriſtum & legem interjecti Prophetæ, huc ſpiri-
„ tualis legis perfector & finis Chriſtus. Adeoque *ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἄρχειν ἐπὶ τῆς γῆς, nobis non licet imperare ſuper terra*, ſcribit alicubi Hoſius Epiſcopus Cordubenſis, citante D. Dorſche. in prodr. AntiCriſ. p. 69. *Servimus imperio, non poteſtatem uſurpamus*, ait Ambroſ. in Pſ. xxxviii. Nec abſolutæ poteſtatis, ſed ad canonē alligati ſunt: Ut bene ſcripſerit Julius ad Orientales: *nos omnia κατὰ κανόνα ſecundum canonem facimus.* Ita Epiſcopus Romanus. Et infra: *quid, quæſo, nos oportuit facere? an non quod Eccleſiaſtici canonis eſt?* vid. Launoj. t. 3. epiſt. ad Thomam Rulandum. Dionyſius Areopag. de cœleſt. hier. c. III. §. 3. dividit in expiationem, illuminationem & perfectionem.

quotuplex: §. 85. Vulgo diſtribuitur in poteſtatem ordinis & jurisdictionis: Vocabulum *poteſtas ἐξουσία* legitur can. 6. Concil. Nicæni; Et ſynonymis verbis apud Dionyſ. Areop. c. IV. hier. Eccleſ. §. 7. *δυνάμεις καὶ ἐνέργεια: virtutes & efficacia. Ordo*, Græcis *τάγμα*, concernit prædicationem verbi, & Sacramentorum adminiſtrationem, quod canon Ancyranus vocat *ὁμιλεῖν καὶ προσφέρειν, concionari & offerre*; item, *κηρύσσειν καὶ προσφέρειν ἄρτον ἢ ποτήριον, prædicare & offerre panem aut poculum*: Talem deſcribit Baſilius reg. LXXX. Moral. c. 11. dum de Miniſtris Eccleſiæ teſtatur, quod ſint *πεπιστευμένοι τὸ κήρυγμα τοῦ εὐαγγελίου ij quibus prædicatio Evangelij commiſſa eſt, tanquam Apoſtoli & Miniſtri Chriſti, οἰκονόμοι πρὸς μυστηρίων θεοῦ diſpenſatores fideles Myſteriorum Dei*: confirmat hæc ex Matt. X. 16. XXVIII. 19. 20. 1. Cor. IV. 1. ſeqq. Neque enim Apoſtolis ſolum, ſed etiam Epiſcopis, & aliis Eccleſiæ doctoribus poteſtas verbi, ſacramentorum, & clavium ex æquo concredita eſt. Uti accuratè diſputat Pacianus cum Symproniano epiſt. 1. Atque hoc illuſtre & ſacroſanctum officium eſt. Cum Dracontius Monachus Eccleſiæ Miniſter nollet fieri, Athanaſius ad ipſum ſic ſcripſiſſe fertur:
„ Noſti enim eos, qui ita creati ſunt, diſpenſatores myſteriorum,
„ rectius ſecundum ſcopum ſeſe incitaſſe ad brabeium ſupernæ vo-
„ cationis. Quando autem Paulus conteſtatus eſt, & coronam ſe acce-
„ pturum expectavit, niſi cum miſſus eſſet ad docendum? quando
„ Petrus confeſſus eſt, niſi cum Evangelizabat, & piſcator homi-

num

Digitized by Google

num factus eſt? &c. t.1.opp.f.958.B. Confer dicenda inferius. §.152.ſeqq.

§. 86. *Prædicatio verbi* primum & præcipuum eſt in officio ſacerdotali: *Epiſcopi proprium munus docere populum*; juxta Ambroſ. lib.I.offic.c.1. Confer de dignit. ſacerd. c.1. ubi ex profeſſo de hac officii parte agit. *Eccleſia Epiſcopus prædicationis Evangelicæ debet Miniſterium*: ait Hilar. lib.VI. de Trinit. f.61. *Præcones ſunt regni cælorum, ad deſtructionem eius, qui habet imperium mortis in peccato*; Baſil. reg. moral.LXXX.c.12. ἱερουργοῦντες τὸ εὐαγγέλιον *Miniſtrantes Evangelium*: Chryſoſt. Ipſum mihi ſacerdotium eſt prædicare & Evangeliſare &c. hanc offero hoſtiam &c. Machæra mea Evangelium eſt, prædicationis videlicet ſermo. Homil.29.ad Rom.c.15.quæ loca citat Pleſſæus in Reſp.ad librum Ebroic.p.200. ut probet, voces ἱερουργεῖν, & ſacrificare, accipi etiã pro verbi prædicatione; *Exempla* quoque hoc ipſum declarant: *Cyrillus Hieroſolymitanus non modo ſingulis diebus Dominicis, ut ex eius inſtitutionibus perſpicere licet; verum etiam ſingulis diebus per totam quadrageſimam concionari conſuevit*, uti de ipſo refert Tridenti editor f.5.opp. In Encæniis Hieroſolymitanis Epiſcopi certatim conciones habebant, in quibus & Euſebius Cæſareenſis fuit, ipſomet referente lib. IV. de vit.Conſt. c.45. f.549. Ambroſium ſingulis diebus Dominicis concionantem audivit Auguſtinus, ut teſtis eſt ipſe lib. VI. confeſſ. c.3. Hilarius Pictavienſis *Papa prædicavit in media Eccleſia*; lib.IV.de Trinit.f.36. Joannes Hieroſolymitanus Epiſcopus præſente Epiphanio orationem adverſus Anthropomorphitas habuit: uti narrat Hieron. adverſ. Joann. Hieroſol. t.3. opp. f.75. De eodem refert, cum præſens lectio provocaſſet, audiente illo, & universâ Eccleſia, de fide & omnibus Eccleſiaſticis dogmatibus diſputaſſe, f.76. A. Euſebius Laodiceæ conciones habebat. Euſeb. lib.I.contr. Marcel. c.4. f.26. Baſilius Cæſareæ Epiſcopus τὸν πλήθη διδάσκων *multitudinem docebat*; Sozom.lib.VI. c.17. Pacianus Barcilonenſis Epiſcopus *ſermonem ad fideles & Catechumenos* habuit, qui exſtat tom.III. Bibl.f.117. Hæc vero officii pars ſolicitè peragenda erat: Grande periculum eſt in Eccleſia loqui, ne fortè interpretatione perverſa, de Evangelio Chriſti, hominis fiat Evangelium; aut, quod pejus eſt, Diaboli. ita Hion. comm. in

Prædicatio verbi.

in c 1. Gal. f. 81. Si qui ipsi conciones non habuerunt, vel habere potuerunt, materiam concionandi saltem aliis suppeditarunt, ut Flavianus Episcopus Antiochenus: In Ecclesiasticis conventibus „ non concionabatur, τοῖς δὲ τοῦτο δρᾶσι πολὺν παρεῖχεν αὐτοῖς ἐν- „ θυμημάτων τε καὶ γεωφικῶν νοημάτων, sed concionantibus magnam „ argumentorum & sententiarum copiam subministrabat. Theodor. lib. IV. c. 22. f. 697. B.

Regula. §. 87. Prædicandum autem est verbum juxta regulam scripturæ; Quippe quæ Episcopis in consecratione seu ordinatione ponebatur super capite: ἐπὶ κεφαλῆς ἔχει τὰ θεοπαράδοτα λόγια: *Super capite habet oracula divinitus tradita.* i.e. interprete Corderio Jesuita, *scripturas.* Dionys. Areop. cap. IV. Hier. Eccles. f. m. 312. & f. 313. B. laudatur, ἡ τῶν λογίων ἐπὶ κεφαλῆς ἐπίθεσις: *Sacra S. super capite impositio.* Pachymeres in paraphrasi vocat τὰ θεῖα καὶ ἱερὰ εὐαγγέλια *divina & sancta Evangelia.* f. m. 325. Quo autem fine liber hic ordinandi imponatur capiti, idem Dionysius §. 7. f. 316. & 317. exponit, nempe ad designandam divinarum rerum scientiam, qua præditi sint, & alios imbuant ipsi; docentes scil. juxta sacram hanc scripturam. Ambros. scribit lib. I. offic. c. 1. p. 3. Non „ Prophetarum gratiam, non virtutem Evangelistarum, non Pasto- „ rum circumspectionem; sed tantummodo intentionem & dili- „ gentiam circa sacras literas opto assequi, quam ultimam posuit „ Apostolus inter officia sanctorum; & hanc ipsam, ut docendi stu- „ dio possim discere. Quod Basilius reg. moral. LXX. c. 1. ex Joh. „ X. 1. Gal. I 8. 1. Tim. VI. 3. probat docens, Quod nullo modo sit „ aliter docendum, quàm quomodo accepimus ab Evangelio. f. 355. „ t. 2. D. Et reg. LXXX. ubi c. 11. ostendit. Cuiusmodi ratio esse, in „ uni versum eos velit, quibus credita est prædicatio Evangelii, tan- „ quam Apostolos & Ministros Christi, & dispensatores fideles „ Mysteriorum Dei, sola ea, quæ à Domino præcepta sunt, integer- „ rimè & re & verbo implentes. Et c. 21. f. 386. A. vult enim esse mi- „ nistros, tanquam ædificatores templi Dei, qui unius cuiusque „ animam ita concinnent, ut fundamento Apostolorum & Prophe- „ tarum aptè congruat. Sacerdotes, in consilium adhibiti à Con- stantino M. Christianismum amplexuro, τὰς ἱερὰς βίβλους περιέ- χοντες, τὸ περὶ Χριστοῦ ἐξηγοῦντο; *sacris libris prolatis doctrinam de Christo expo-*

expoſuerunt; referente Sozom. lib. I. Hiſtor. cap. 3. fol. 404. D.

§. 88. Res igitur & dictio ex S. literis depromenda eſt; Mare eſt ſcriptura divina, habeas in ſe ſenſus profundos, altitu- „
dine Propheticorum ænigmatum, in quod mare plurima intro- „
ierunt flumina, ſunt ergo & fluvii dulces atque perſpicui, ſunt & „
fontes nivei, qui ſatiant in vitam æternam; ſunt & ſermones bo- „
ni, ſicut favi mellis, & gratæ ſententiæ, quæ animos audientium „
ſpirituali quodam potu irrigent, & præceptorum moralium ſua- „
vitate mulceant. ſcribit Ambroſ. lib. VII. epiſt. 44. f. m. 165. K. Res, ut ſunt articuli fidei, enumerante Gregorio Naz. de Epiſc. f. m. 1031. B. Doce nos ut voles, modo doceas, quæ mea ſit Trini- „
tas; Quo pacto Deus uniatur, ac rurſum diſtinguatur: quippe „
qui unum ſit, unaque natura, Trinitas, & Unitas; Quæ natura „
ſit Angelorum, mundique duplicis, quæ juſtæ providentiæ ratio, „
tametſi multa non juſta, nec æqua, plerisque videantur evenire. „
Quæ item ſit animi corporisque ratio, quæ legum primæ, ſecun- „
dæque: quid eius incarnatio, qui omnes intellectiles res pluri- „
mum ſuperat, & quid inæqualium naturarum in unam gloriam „
miſtio: Mors ad reſurrectionem, rurſumque cœlum: quæ re- „
ſurrectionis, & judicii ratio. Quæ futura ſit juſtorum, quæ pec- „
catorum vita. Verbum igitur Dei religioſe prædicandum eſt; *Magnum quiddam eſt, de Deo loqui.* ait Gregorius idem orat. VII. f. 223. & paulo poſt: *Magnum quid eſt, docere, verum diſcere periculo caret*; f. 224. Aliena autem omittenda ſunt: Organum Dei ſum ac be- „
ne modulatis carminibus, Dei, quem omnia contremiſcunt, lau- „
des cano. Cano, inquam, non Trojam, non Argonautas, non „
aprinum caput, non celebrem Herculem, non quomodo aptiſſi- „
ma compage terra cum mari cohæreat, non gemmarum ſplendo- „
rem, non cœleſtium orbium curſum, non furioſos amores, non „
eximiam juvenum, lyram prioribus digitis molliter pulſantium, „
formam: Verum Deum illum magnum, Trinitatisq; lumen ca- „
no, magnosque Angelorum hymnos, quibus propius ſtantes cer- „
tatim Deum celebrant. Cano etiam mundi concentum: & qui- „
dem præſentis vitæ concentu longe præſtantiorem: quem omni- „
bus rebus ad unum finem properantibus avide expecto. Cano „
inſuper immortalem Chriſti paſſionum gloriam, quibus me hu- „
manam.“

„ manam formam cœlesti admiscens, divinitate affecit. Mixtio-
„ nem meam, & temperationem cano: neque enim creationis meæ
„ ratio alto sermone pro dignitate explicari potest, quoque pacto,
„ ex cœlesti, & terrena natura concinnatus sim. Hominibus po-
„ stremo Dei legem, mundique facinora, & consilia, teique utrius-
„ que finem cano: ut nimirum & illam animo tuo condas, & ab his
„ quam longissime fugias, diemque adventantem extimescas. Hæc
„ sunt quæ lingua mea citharæ cuiusdam instar modulatur. Hinc
idem orat. in silent. quadrag. f. m. 973. A. infert: Quo magis no-
„ bis, qui sacerdotii munus obimus, providendum est, ne quem
„ ullum sonum edamus, qui ab huiusmodi concentu discrepet. Et
„ ipse quidem puris sacrificiis, quibus magnum illum Regem mor-
„ talibus concilio, puram linguam servato. Et Basil. de vera fid.
t. 2. f. 249. D. Fidelis ministri hoc esse proprium, sine dubio sci-
tis vos quoque: nimirum, ut quæ à benigno Domino in conser-
„ vos suos distribuenda acceperit, hæc ipsis integra, & nullius rei
„ alterius admistione adulterata custodiat. Quo circa ego quoque,
„ quæ ex divinis litetis accepi, hæc, quemadmodum Dei voluntas
„ est, ad communem utilitatem exponere vobis teneor necessario.
Dictio, ne sit profana: Noli mihi Sexti ac Pyrrhonis more
„ orationes nectere. Valeat Chrysippus, longe abs te Stagirensem
„ illum ablegato. Noli facundiæ Platonis studiosus esse. Rejice
„ venustatem orationis eorum, à quorum decretis ac doctrinis ab-
„ horres. Saltem mihi diligenter in doctrina simplici versare.
„ Magnopere nobis acceptus es, etiamsi rudi & impolito genere ser-
„ monis utaris. Hæc ille immediate præmiserat. Confer orat. VII.
f. 209. in qua *de composita differendi ratione* ex professo agit, adver-
sus eos, qui in contemplando & concionando sublimius sese ef-
ferebant; *Cur ad cœlum volas, quum sis pedes? quid turrim ædificas, cum ad extructionem necessaria non habeas? Cur & ipse metiris aquam manu, cœlum palmo, terram universam pugno, elementa sane ingentia, soliq; creatori metienda? Nosce primum teipsum, quæ in manibus sunt, considera*: Sic ille f. 240. In idem vitium invehitur etiam Hieron. com. in c. 5. ad Gal. proœm. f. m. 93. F. t. IX. *Iam enim*, inquiens, *& in Ecclesiis ista quærunt, omissaq; Apostolicorum simplicitate, & puritate verborum, quasi ad Athenæum, & ad auditoria concernitur, ut plausu*

circum-

circumſtantium ſuſcitentur, ut oratio rhetoricæ artis fucata mendacio, quaſi quædam meretricula procedat in publicum: non tam eruditura populos, quam favorem populi quæſitura: & in modum Pſalterii, & tibiæ dulce canentis, ſenſus demulceat audientium: ut vere illud Prophetæ Ezechielis noſtris temporibus poſſit aptari: dicente Domino ad eum: Et factus es eis quaſi vox citharæ ſuave canentis, & bene compoſitæ: & audiunt verba tua, & non faciunt ea. Et adv. Lucifer. t. III. f. 64. A. *Ex literariis quicunq; hodie ordinantur, id habent curæ, non quomodo ſcripturarum medullas ebibant ur, ſed quomodo aures populi declamatorum floſculis mulceant.*

§. 89. Hæc vero non in eum ſenſum accipias, quaſi non liceat eſſe eloquenti, liceat autem eſſe barbaro, ut intelligi non poſſis; *Nam in mente nobu,* idem ait Gregorius de Epiſc. f. 1031. A. *ſita ſalus eſt, ita tamen, ut ea per ſermonem efferatur, & indicetur. Qua namq; utilitas eſt fontis obſtructi? quæ radij ſolaris, à nube ſi tegatur? Tale ſcilicet quiddam eſt, mens ſilentio tecta, quale roſa, cuius venuſtatem folliculus non admodum elegans occultat. Profert autem jucundiſſimam pulchritudinem ſuam, cum fœtus eius ab auris adapertu oculu intuendus exponitur. Quod ſi venuſtas eius ſemper tecta maneret, nulla veris amœni eſſet gratia. Nihil requirimus amplius, quam ut eorum more loquamur, qui ſimplices in doctrina videntur eſſe. Saltem exhibe nobis illorum radios. Nam cupio ſplendoris tui partem aliquam conſequi.*

§. 90. Verbum Dei ſi prædicat paſtor, acquieſcendum eſt in eo, nec curioſius rimandum, quid intus ille ſentiat: cum Ariani Athanaſii dictionem quidem carpere non poſſent, mentem autem calumniarentur coram Joviano Imp. appoſite hic reſpondit: *Hoc ſatis eſt, quod veſtro teſtimonio probatur, quod recte loquatur, & recte doceat. Quod ſi lingua recte docet, & dicit; animo vero prave ſentit, Deo tenetur. Homines enim cum ſimus, ſermonem audimus; quæ vero in pectore latent, Deus novit.* Athan. de incarn. colloq. III. t. 2 f. 28. C. Sit autem affectus concionantis, vel docentis ſincerus: *Nequaquam ex æmulatione invidiave, aut contendendi ſtudio, quæ nobis adverſus aliquos ſint, prædicandum à nobis eſt Evangelium Dei.* ita Baſil. reg. LXX. c. 25. f. 360. C.

§. 91. Variis modis prædicari poteſt, & debet, Dei verbum, ſive ſcripturam ſacram, ſive hominum ingenia intueamur.

Scripturam sacram; Quam profundo mari comparat Ambrosius ep. 44. locum §. 86. præced. allegavimus: Subjungit & concludit: *Diversa igitur scripturarum divinarum fluenta. Habes quod primum bibas, habes quod secundum, habes quod postremum, collige aquam Christi, illam, qua laudat dominum. Collige aquam de pluribus locis, quam ei fundunt nubes prophetica. Quicunq; colligit de montibus aquam, atq; ad se trahit, vel haurit è fontibus, & ipse rigat sicut nubes. Imple ergo gremium mentis tuæ, ut terra tua humescat, & domesticis irriget fontibus. Ergo qui multa legit & intelligit, impletur, qui fuerit impletus, alios rigat; Ideoq; scriptura dicit: Si impleta fuerint nubes, pluviam in terram effundent. Sint ergo sermones tui proflui, sint puri & dilucidi, ut morali disputatione suavitatem infundas populorum auribus, & gratia verborum tuorum plebem demulceas, ut volens, quo ducis, sequatur.* f. 165. K. Basilius collatione instituta, *quemadmodum*, ait, *non eadem instrumenta in manu sumat, & qui prælium est initurus, & qui colere agrum velit. (Alia siquidem supellex instrumentorum iis congruit, qui in pacis quiete res sibi ad victum necessarias parant: alii armorum apparatu iis, qui in bello se adversum hostiles copias instruunt) similiter quoq; nequaquam eodem dicendi genere utatur, & qui in sana doctrina confortet, & qui in disputatione sibi repugnantes redarguat. Siquidem aliud est genus dicendi, quo utimur in repellendo: aliud, quando in cohortando.* de ver. fid. t. 2. f. 251. D. Hominum ingenia; Quod si aliqua (*pergit Ambrosius*) vel in populo, vel in aliquibus contumacia vel culpa est, sint sermones tui huiusmodi, ut audientem stimulent, compungant male conscium. Sermones enim sapientum tanquam stimuli. Stimulavit & dominus Jesus Saulum, cum esset persecutor. Quam salutaris fuerit stimulus, considera, qui ex persecutore Apostolum fecit, dicendo: Durum tibi est, ut adversus stimulum calces. Sint etiam sermones sicut lac, quos infudit Paulus Corinthiis. Qui enim fortiorem cibum epulari non queunt, succo lactis ingenii sui exercent infantiam. Eloquia tua plena intellectus sint. Unde & Salomon ait: Arma intellectus labia sapientis. Et alibi: Labia tua alligata sint sensu, id est, fulgeat sermonum tuorum manifestatio, intellectus coruscet, & alloquium tuum, atque tractatus aliena non indigeat assertione. Sed sermo tuus, velut armis suis sese ipse tueatur, nec ullum verbum

bum tuum in vanum exeat, & ſine ſenſu prodeat. Eſt enim alli- „
gatura, quæ conſtringere ſolet animorum vulnera: quam ſi quis „
rejicit, deſperatam ſui prodit ſalutem. Et ideo circa eos, qui gra- „
vi ulcere vexantur, utere oleo ſermonis, quo foveas mentis duri- „
tiam. Appone malagma. Adjunge alligaturam ſalutaris præ- „
cepti, ut vagos & fluctuantes circa fidem, vel erga diſciplinæ ob- „
ſervantiam, nequaquam ſoluto animo, & remiſſo vigore patiaris „
perire. Admone igitur plebem Domini, atque obſecra, ut ab- „
undet in operibus bonis, renunciet flagitiis, non accendat flam- „
marum incendia. *Et Baſilius l. c.* Alia enim ſimplicitas, qui in „
pace veram pietatem prædicant, & confitentur: alii illorum ſu- „
dores, qui adverſus oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ fortiter di- „
micant. Quamobrem nos quoque ſic diſponentes ſermones „
noſtros in judicio, ubique ſive defendenda, ſive tradenda ſimpli- „
citer fides fuerit, operam dabimus, ut ad ſubjectam materiam ſty- „
lum accommodemus: modo videlicet iis, qui diabolico actu il- „
lam conentur evertere, majore cum acrimonia & conventione re- „
futandis, modo iis, qui in ea ædificari voluerint ſimplicius, & „
ad illorum intelligentiam accommodatius ipſam fidem expo- „
nendo: nihilque aliud faciendo, quam quod dictum eſt ab Apo- „
ſtolo, ut ſciamus ſcil., quomodo nos oporteat unicuiq; reſpondere. *Hactenus Baſilius.* Et varias occaſiones. Cum Encænia templi Hieroſolymitani celebrarentur: *Sacerdotes Dei partim precationibus, partim ſermonibus feſtivitatem ornabant. Alii ſiquidem comitatem religioſi Imperatoris erga omnium Servatorem laudibus celebrabant, & Martyrii manificentiam oratione proſequebantur; Alii ſacris Theologiæ dogmatibus ad præſentem celebritatem accommodatis, ſpirituale quoddam epulum audientibus prabebant; Quidam ſacrorum voluminum lectiones interpretabantur; arcanos & myſticos ſenſus proferentes.* Euſeb. lib. IV. de vit. Conſtant. c. 45. f. 549. B.

§. 92. Vulgo ſolet referri ad methodum didaſcalicam, Elenchticam, Pædeuticam, Epanorthoticam, & Paracleticam: *Didaſcalicam*, qua credenda proponuntur: *Omnia, quæcunq; à Domino in Evangelio & per Apoſtolos præcepta ſunt, docendi ſunt ij, qui crediderunt, ſimiliterq;, quæcunq; etiam huc conſentanea ſunt.* ita Baſil. Moral. reg. LXX. c. 6. f. 356. C. Eaque vel *Catechetice*, in primis fidei **Methodus didaſcalica.**

elementis, quod facere solebant Catechetæ erga Catechumenos. Confer Cent. IV. Magd. c. 7. f. m. 278. C. D. vel *acroamaticè*, quomodo fideles & adulti in Christianismo informabantur; iste modus vocatur κατήχησις κατὰ τὴν ἀρχήν *institutio secundum principia*; ab Athan. orat. III. adversus Arian. f. 405. qua qui docent, vocantur κεφαλαιωδῶς ἐπεὶ σπείρειν λόγον *summatim quasi subseminare sermonem*; à Cyril. Hieros. Catech. IV. f. 24. & tradere γαλακτώδεις εἰσαγωγὰς *lacteas institutiones*; Alter modus tractat μυστικὴν θεωρίαν *mysticam scientiam*, uti vocat Dionys. Areop. de Eccles. Hierarch. c. 1. n. 1. quam τῇ τῶν ἐντελεστέρων μαθημάτων τραπέζῃ *mensæ perfectiorum disciplinarum* comparat idem Cyril. l. c. Hanc qui exercent, ἀκριβῶς παιδεύειν *accurate docent*; juxta eundem. ipsimet ἐμπλεύσαντες *intuentes* in arcana regni cœlorum: qua Dionysii vox est. Sed de his suo tempore, Deo volente, plura inferius, ubi de scholis Catecheticis sect. 3. §. 25. differemus.

Elenchtica. §. 93. *Elenchticus* usus licitus est Ministerio. Cum Ariani apud Imp. Jovianum adversus Athanasium, elencho utentem, querelas moverent, respondit Imperator: ἔργον αὐτοῦ ἐστι, τῶν καλῶς διδασκόντων, *opus seu officium hoc ipsius est, & eorum, qui recte docent.* Athan. t. 2. f. 28. Quare vapulant, qui hoc genus docendi vocant *seminarium rixarum*, ut est apud Hieron. ad Marcel. t. 3. f. ult. C. Modo modestiæ limites non transiliantur, quod observavit Nazianzenus, *Non enim inscitè*, inquiens, *atq; inerudite docemus: nec adversarios contumeliis, & convitiis incessimus, quemadmodum pleriq; faciunt, non cum dogmate, sed cum dogmatis adversariis confligentes: ac rationum, & argumentorum infirmitatem maledictis interdum contegentes: non aliter ac sepias, atramentum ante se vomere, ajunt, ut piscatores effugiant, ac conspectum sui, eis eripiant. Verum nos, pro Christo bellum gerere, præcipuo argumento declaramus: dum secundum clementem illum, ac pacificum Christum, atq; infirmitates nostras portantem, dimicamus. Neq; enim cum vera atq; orthodoxa fidei pernicie, pacis studemus, nonnihil de animorum contentione remittentes, ut moderationis, atq; æquitatis famam colligamus (nec enim quod bonum est, male aucupamur) sed potius interim quidem pacem colimus, legitime nimirum pugnantes, atq; intra limites nostros, spiritus q; regulam, nosmet continentes.* orat. coram CL Episc. Qua in virtute aliis sese imitandum

dum sistit: *Atq; de his quidem*, dicens, *ita sentio: cunctiq; animarum dispensatoribus, veraq; doctrinæ velut promis, condis, legem statuo: ut nec asperitate sua adversariorum animos exulcerent, nec submissione insolentiores efficiant: sed prudenter & consulte in fidei causa se gerant, ne in alterutro horum mediocritatis lineas transiliant.* Idem igitur indigne ferteos, qui minima quæque in aliis mordaciter reprehendunt: *Summo studio res nostras explorant, nihilq; magis optant, quam malorum nostrorum scintillam in flammã assurgere; quam etiam furtim excitant, atq; accendunt, auraq; sua afflatu in cœlum extollunt, & Babylonica flamma, in orbem omnia populante, sublimiorem reddunt. Quoniam enim in suis dogmatibus nihil sibi præsidij, roborisq; constitutum vident, hoc in nostrarum rerum imbecillitate venantur: ac proinde, quemadmodum muscæ vulneribus, ita nostris calamitatibus, aut, si mavis, erratis, imminẽt.* Sic ille conqueritur orat. I. de Theol. Sicut indigne tulit Hieronymus, l. c. f. 267. 3. quod dissimulato omni honoris titulo fuerit reprehensus: *Tota epistola, non tam expositione, quam nostris plena est contumeliis; Nomen meum absq; ullis officiis, quibus invicem palpare solemus homines, frequenter assumitur, carpitur, ventilatur: quasi de libro viventium deletus sim.* Sic ille ad Theophilum. Objectum ipsius personale sunt etiam summi principes; Athanasius Constantium Imperat. vocat *Hæreticum*; Addit: *specie quidem illa prælata, quasi Synodum instituere vellent, cum interim sperant, ea ratione se & Synodum Nicænam occultare, & omnes ita pervertere posse, ut impietas pro veritate ubiq; invalescat* de Synod. t. 1. f. 870. Ambrosius literas elenchticas ad Theodosium Imperatorem scripsit, audito, quod Judæorum adversariis succenseret: lib. V. epist 29. Cum Justina Imperatrix Valentiniano Juniori, suo filio, Arianismum instillare allaboraret, *Ambrosius* idem *revocabat in memoriam, atq;, ut intactam servaret hæreditatem, quam acceperat, hortabatur. Docebat etiam dogmatum discrepantiam, & quopacto hæc quidem Domini doctrinæ, & Apostolorum prædicationi consentanea sint, alia vero manifeste contraria, legi; spirituali repugnantia.* referente Theodor. lib. V. c. 13. f. 723. B. Idem Ambrosius antea, cum Valentinianus Gentilium cultum restituere pararet, cordatas ad imperatorem dedit literas, in quibus scripsit: *Certe si aliud statuitur, Episcopi hæc æquo animo pati, & dissimulare non possumus, licebit tibi ad Ecclesiam convenire, sed illic non*

invenies sacerdotem, aut invenies resistentem. Quid respondebis sacerdoti, dicenti tibi: munera tua non quærit Ecclesia, quia templa gentilium muneribus adornasti? Ara Christi dona tua respuit, quam aram simulacris fecisti. Vox etiam tua, manus tua, & subscriptio tua, opus est tuum. Obsequium tuum Dominus Iesus recusat, & respuit, quum idolis obsecutus es. Dixit enim tibi: non potestis duobus dominis servire. Epist. 30. f. 155. M. Unde recte Hilarius lib. VI. de Trinit. f. 61. scripsit: „Mihi quidem præter studii mei atque officii necessitatem, qua „hoc Ecclesiæ Episcopus prædicationis Evangelicæ debeo ministe„rium; tamen eo propensior cura adscribendum fuit, quo magis „plures periculo infidelis intelligentiæ detinebantur, uberius gau„dium consectans ex salute multorum, si cognitis sacramentis per„fectæ in Deum fidei impia humanæ stultitiæ instituta desererent, „& se Deo redderent hæreticis repudiatis: atque à cibo mortis, quo „in laqueum aves solent illici, in volatum se liberæ securitatis eti„gerent: sequerenturque Christum ducem, Prophetas nuncios, „Apostolos prævios, fidem consummatam, & salutem in patris & „filii confessione perfectam. Et lib. VIII. f. 97. requirit à Ministro „Ecclesiæ *exhortationum scientiam, adversum impias, & mendaces, & vesanas contradictiones obnitentem.* Quanquam autem curandum non sit, si quis ingratus apud mundum propterea fiat: Chrysost. homil. V. in Acta. f. m. 488. A. prudenter tamen Elenchus exercendus est, quod fecerunt Apostoli, Act. II. 15 seqq: eodem Chrysostomo & observante & laudante dict. homilia. *Qui adversum nos disputant, ij adhibita patientia ac mansuetudine, leniter edocendi a nobis sunt, neq; illorum pœnitentia unquam desperanda, quoad omnia illa officia præstiterimus, quæ ad illorum correctionem pertineant.* ita Basil. moral. reg. LXX. c. 32. f. 369. A. Quam prudentiam observavit Ambrosius in corripiendo Theodosio; Nam literis ad ipsum privatim scriptis, *Ego certe*, inquit, *quod honorificentius fieri potuit, feci, ut me magis audires in regia, ne, si necesse esset, audires in Ecclesia.* lib. V. epist. 29. f. 155. F. Cum prudentia conjuncta sit scientia, ut elenchus erudite instituatur. Id vero docuerit Hieronymus adversus Joannem Hierosolymitanum t. 3. opp. f. 74. seqq. Absint curiosa sive quæsita, sive responsa, ubi nempe Dei verbum facem non præfert: *Christus quasdam quæstiones solvere & explicare solet, quasdam*

quasdam comprimere atq; obstruere: ait Gregor. Nazianz. homil. in Matth. XIX. & probat ex Matth. XXI, 23. seqq: hinc infert: *Vnde etiam nobis nonnunquam, ad Christi imitationem, eos qui curiosa imitatione nos lacessunt, comprimere, quæstionumq; absurditatem absurdioribus interrogationibus solvere licet.*

§. 94. *Pædeutica*; Hortetur pastor suos ad virtutes non verbo solum, sed etiam exemplo: Debent enim Ministri Ecclesiæ esse τύποι ἢ κανόνες τῆς εὐσεβείας *formæ & regulæ pietatis*, juxta Basil. reg. moral. LXXX. c. 14. f. 384. Oculi, qui Auditores suos doceant delectum bonorum & malorum: c. 15. plantatores, qui palmites frugiferos reddant. c. 20. Pædeutica.

§. 95. *Epanorthotica*: Hieronymus ad Jes. III. 12. *Ille est doctor*, ait, *Ecclesiasticus, qui lachrymas, non risum, movet: qui corripit peccatores: qui nullum beatum, nullum dicit esse felicem: nec prævenit sententiam judicis sui: dicente scriptura sancta: ne beatum dicas quenique hominem ante mortem.* Sunt quidem inter Auditores, qui hanc methodi partem ferre non possunt: Scio, *ait Hieronymus*, me offensurum esse quam plurimos: qui generalem de vitiis disputationem, in suam referunt contumeliam. Et dum mihi irascuntur, suam indicant conscientiam: multoque peius de se, quam de me, judicant. Ego enim neminem nominabo: nec veteris comœdiæ licentia, certas personas eligam, atque perstringam. Prudentis viri est, ac prudentium fœminarum, dissimulare, imo emendare, quod in se intelligant; & indignari sibi magis, quam mihi: nec in monitorem maledicta congerere. Qui, etsi iisdem teneatur criminibus, certe in eo melior est: quod sua ei mala non placent. In epist. ad Rustic. t. 1. f. 20. D. Similia habet in epistola ad Demetriadem f. 32. B. Ante annos, *scribens*, circiter triginta, de virginitate servanda edidi librum: in quo necesse fuit mihi ire contra vitia: & propter instructionem virginis, quam monebam, diaboli insidias patefacere. Qui sermo ostendit plurimos, dum unusquisque in se intelligens quod dicebat, non quasi monitorem libenter audivit, sed quasi criminatorem sui operis aversatus est. Veruntamen quid profuit armasse exercitum reclamantium, & vulnus conscientiæ dolore monstrasse? liber manet, homines præterierunt. Exemplo sit Lucilla factiosa fœmina; Hæc Epanorth.

enim

enim *correptionem Archidiaconi Cæciliani ferre non potuit: quæ ante spiritalem cibum & potum, os nescio cuius Martyris, libare dicebatur: & cum præponeret calici salutari os, nescio cuius, hominis mortui, etsi martyri, sed nec dum vindicati, correpta, cum confusione, irata discessit.* Contra quos peculiarem disputationem instituit Nyssenus, t. 3. fol. 311. seqq: Chrysostom. Homil. III. in Act. fol. 475. C. quibus conferri possunt, quæ habet Ambros. apol. Dav. c 2. Contra, Minister Ecclesiæ, *si quem in crimine aliquo esse deprehenderit, eum corripere debet, ne ipse quoq; veniat in societatem peccati, & ne ob eam causam cæteri offensionem incurrant, sed potius discant metuere.* Monente Basil. moral. reg. LXX. c. 2. f 354 B. Sunt Medici spirituales, qui necesse habent morbum animæ prodere, ut curent. c 17. f. 385. „ Sunt coloni, qui purgant agrum Domini; Christus viros probe „ sibi cognitos, & jam pridem perpetuo sacerdotio sibi consecratos, „ qui tamen occulte, utpote sæviente persecutionum procella, ab „ ipso protegebantur, in lucem produxit, & sancti Spiritus magni- „ ficentissimis donis, ut decebat, ornavit: perque hos, animas paulo „ ante inquinatas, omnique colluvie, & impiarum jussionum acer- „ vis adobrutas, rursus objurgatoriis divinorum præceptorum præ- „ dicationibus tanquam sarculis & ligonibus purgavit, atque ab- „ sterfit. Sic ipsos eorumque officium describit Euseb. lib. X. hist. c. 4. f. 385. A.

Objecta. §. 96. *Objecta*, in quæ exercendus est hic usus; sunt varia; alia personalia, alia realia: *personalium* sunt alii Clerici, alii Laici; Quærit Basilius: An æque objurgandi sint & religiosi viri, & quilibet de vulgo, quandocunque in eodem utrique peccato reperiuntur? Reg. brev. q. 81. f. 556. B. Et negat quidem, sed cum limitatione, ut religiosus intelligatur qua talis, & præter animi intentionem peccet. Ambrosius acriter perstringit vitia Cleri de dign. sacerd. c. 6. & c. 7. subjungit: Quanquam sciam anus ut matres: si contigerit, ut anus in idem peccatum incurrit cum adolescentula, nunquid ea eidem animadversioni obnoxia esse debet. *Basilius* quæst. 82. f. 557. C. distinguit inter vitia naturalia, & præternaturalia, quorum hæc illis plus corripienda; Alii sunt in sublimi, alii in inferiore statione collocati; Nec illis parcendum est; Sicut nec Davidi pepercit Nathan: *Venit Nathan, Prophe-*

ta,

Digitized by Google

ta, celeberrimus redargutor, & vulneris medicus: irascitur, inquit, Dominus, quoniam peccasti. Idiota seu plebeius arguit regem: Verum David Rex non indignabatur: non tam enim dicenti, quam mittenti, attendebat. Non excæcabat illum circumstans militum agmen: intellexerat enim Angelicum Domini exercitum, & tanquam videns invisibilem perhorrescebat: ac respondit venienti, imo potius per illum mittenti: Peccavi Domino. Cernis humilitatem regis, vides confessionem. ita Cyril. Hieros. Catech. II. f. 10. B. Neque imperiale est libertatem dicendi negare, neque sacerdotale, quod sentiat non dicere. Nihil enim in vobis Imperatoribus tam populare, & tam amabile est, quam libertatem etiam in iis diligere, qui obsequio militiæ vobis subditi sunt. Siquidem hoc interest inter bonos & malos principes, quod boni libertatem amant, servitutem improbi. Nihil etiam in sacerdote tam periculum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat non libere denunciare. Siquidem scriptum est: Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar. Et alibi: Fili hominis, speculatorem te posui domui Israël, in eo, inquit, ut si avertatur justus à justitiis suis, & fecerit delictum, quia non distinxisti ei, hoc est, non dixisti, quod sit cavendum, non retinebitur memoria justitiæ eius, & sanguinem eius de manu tua exquiram, ita Ambrosius scribit ad Theodosium lib. V. Epistol. 29. fol. 154. D. Cumque Theodosius cædem Thessalonicensium adornasset, invectus est in ipsum, *Ignoras fidelis ô Imperator, patrate à Te cædis quanta sit magnitudo, neq; adhuc post sedatam iram admissum facinus ratio pervidit.* apud Theodor. lib. V. c. 17. f. 726. D. Nec non in Ruffinum, Præfectum officiorum, cum ipsi persuasum iret, ut Theodosium reciperet, *canum*, inquiens, *impudentiam æmularis, Ruffine, tantæ enim cædis consiliarius pudorem de fronte absterssisti, & neq; erubescis, neq; formidas post tantam adversus divinam imaginem admissam rabiem.* f. 728. A. Male agitur fit, cum fit, quod Hieronymus conqueritur comm. in Jes. III. 14. t. 5. f. 9. F. *At nostros Principes referri potest; si atterant subjectam sibi plebem, & pauperes delinquentes publicè arguant atq; confundant: Divitibus autem pejora peccantibus ne nutum quidem facere audeant.* Gregorius Nyssenus succenset iis, qui ægre ferunt reprehensiones, t. III. f. 311. *Realia* sunt

vitia ipsa; In his non una solum species, sed & altera reprehendatur, ne audias, quod in Novato reprehendit Gregorius Nazian. orat. in sanct. lumina: *Quid*, inquiens, *Novati inhumanitatem, atq; importunitatem, pro lege habeam; qui avaritiam, i.e. alterum idololatriæ genus, non repressit: stuprum autem mitæ sævè, acerbèq;, condemnavit, quasi carnis ipse & corporis expers esset.*

Prudentia. §. 97. Prudentia autem cum zelo adversus vitia, publicarum personarum præcipue, sit conjuncta; Nolumus nomina ipsarum publicè appellari & perstringi: *Nullum læsi, nullius nomen meâ scripturâ designatum est: neminem specialiter meus sermo pulsavit, generalis de vitiis disputatio est; qui mihi irasci voluerit, ipse de se, quod talis sit, confitebitur.* Scribit Hieronym. ad Nepot de vit. Cleric. t. 1. f. 9. B. Conf. apol. 1. adv. Ruffin. & ad Rusticũ; Et ad Demetriadem: Ratio „ etiam infirmorũ habenda est: Circa extrema vitæ illius (Dianœi) „ tempora (neque enim celabo veritatem) intolerabili mœrore „ propter ipsum, cum aliis in patria, qui plurimi erant, Dominum „ timentibus afficiebar, propterea quod fidei illi, quam ex Con- „ stantinopoli reportabant, qui ad Georgium pertinebant, subscri- „ pserat, ut vero erat ingenio mansueto & humano, omnibus ita sa- „ tisfaciebat, ut paterno affectu toleraretur. Sententia est Basilii epist. LXXXVI. f. 919. C. Neque ultra verba progrediatur pastor, monito Chrysostomi homil. IV. in verba Jes: vidi Dominum &c. Cum enim Regis Oziæ factum consideraret, ait: Ubi „ igitur sacerdos contemptus est, dignitasq; sacerdotis conculcata, „ nec quicquam præterea potuit sacerdos: nam sacerdotis tantum „ est arguere, liberamque præstare admonitionem, non movere „ arma, non clypeos usurpare, non vibrare lanceam, nec arcum „ tendere, nec jacula mittere, sed tantùm arguere, ac liberam præ- „ stare admonitionem; postquam ergo arguisset sacerdos, rex au- „ tem non cessisset, sed arma moveret, clypeos, & hastas, suâque „ uteretur potentia; ibi sacerdos Dei; Ego, inquit, quod erat mei „ officii præstiti, nihil amplius possum (nimirum in regem,) suc- „ curre sacerdotio quod conculcatur, leges violantur, fas subverti- „ tur: Deus itaque, non homo, de rege errante vindictam sum- sit, eumque lepra percussit. Scilicet omnia debent fieri ad ædificationem; cit. M. Ant. de Dom. l. 6. c. 9. f. 733. *Neq; igitur qui nos vitu-*

vituperat, diabolus ſit, ſed (κατήγορος) accuſator; Imò neq; accuſatoris nomen accipiat, ſed frater ſit, in dilectione nos admonens, & ad emendationem, reprehenſionem noſtri inducens: nec vos auditores ſitis convitiorum, ſed redargutionum probatores (δοκιμασταί) neq; nos ſine remedio relinquamur, nondum patefactò nobis quid deliquerimus. Baſil. Epiſtol. LXXVII. f. 887. A. Confer ex veteſtioribus Chryſoſt. de ſacerd. lib. II. ex recentioribus M. Anton. de Dom. lib. VI. rep. Eccleſ. c. 9. f. 733. ſeqq. Ramirez ſpicil. ſacr. tract. 1. c. 51. §. X. Monet etiam Hieronymus comm. in c. IV. Galat. t. IX. f. 90. D. manſuetè tractandos eſſe auditores, exemplo Pauli erga Galatas, *Diſcant poſt increpationem blanda verba, dicentis; obſecro vos.* Suſpendenda etiam temeraria judicia, ne qui facile vel beati, vel damnati prædicentur: *Ille eſt ergo Doctor Eccleſiaſticus, qui lachrymas non riſum movet, qui corripit peccatores, qui nullum beatum, nullum dicit eſſe felicem: nec prævenit ſententiam judicis ſui; dicente ſcripturâ ſacrâ, ne beatum dicas quemquam ante mortem.* Hieronym. comm. in Jeſai. LII. 12. t. V. f. 9. D.

§ 98. Afflictis & territis conſcientiis *Solatia* adhibet *uſus Paracleticus.* Quo tendunt epiſtolæ conſolatoriæ, ut Hieronymi, ita & Baſilii, qui paracleticas ſcripſit ad Eccleſiam Parnaſenam. n. 185. Ad conjugem Arinthæi prætoris, marito, ſicut illa Epiſcopo, ſuo orbatam; ep. 186. Ad Nectarium, filio mortuo ep. 188. Ad alium aliquem parentem ſcholaſtico filio vivis erepto, ep. 201. Confer Cent. IV. Magd c. 7. f. 278. ſeqq. Solatiſua.

§. 99. Huc referri poſſunt *preces*, quas Miniſtri præcipuè Eccleſiæ fundere debebant, & ſolebant ad Deum, pro ſe, & ſuis auditoribus, aliisque. *Auctor ſum; ut quemadmodum Epiſcopum decet, ea quæ ad ſacram religionem pertinent, populos doceas, tuisq; conſuetis precibus voces*, ita ſcribit Conſtantius ad Athanaſium t. 1. f. 825. A. Spectat etiam, & maxime quidem, ad miniſterium, quod monet Baſilius reg. moral. LXX. c. 14. f. 360. B. *Orandus eſt Deus, ut qui ad fidem venerunt, meliores quotidie fiant, & ob eam cauſam gratiæ illi agendæ.* Quod probat exemplo Chriſti & Apoſtolorum, qui pro ſuis auditoribus orarunt. Confer Cent. IV. Magd. c. 7. f. 279. F. G. In templis, ubi frequenter Epiſcopi & alii Eccleſiæ Miniſtri verſantur, Preces.

fantur, fundi solent solennes preces; unde προσευκτήρια *oratoria* vulgo appellabantur.

Dispensatio Sacrament. Baptismi.

§. 100. Altera pars ordinis est *dispensatio sacramentorum*; quam Basilius l. 2. de bapt. q. 2. vocat ἱερουργεῖν τὸ μυστήριον τοῦ κυρίου: *administrare mysterium Domini.* Nam Ecclesiæ ministri *Domini sacramenta conficiunt*, uti loquitur Epiphanius in literis ad Joannem Hierosolymitanum apud Hieron. t. 3. opp. f. m. 71. C. Quare cum Luciferiani negarent, eos esse Episcopos & Presbyteros amplius, qui cum Arianis in concilio Ariminensi pacem iniissent, ad absurdum eos deducturus Hieronymus adversus Hilarium Diaconum dixit: *Hilarius, cum Diaconus de Ecclesia recesserit, solusq; ut putat, turba sit mundi, neq; Eucharistiam efficere potest, Episcopos & Presbyteros non habens: neq; baptisma sine Eucharistia tradere.* t. 3. f. 66. A. Tale est *baptismus*, quem quidem in casu necessitatis etiam Laicus administrare potest: *Tempore enim baptismatis, cum ad Episcopum accedis, aut Presbyterum, aut Diaconum, ubiq; enim gratia, & in oppido, & in civitatibus, & apud idiotas, & apud eruditos, & apud servos, & apud liberos: quoniam non ex hominibus est ea gratia.* verba sunt Cyril. Catech. XVII. f. 209. A. *Frequenter, si tamen necessitas cogit, scimus etiam licere* (baptizare) *Laicis*: ait Hieron. adversus Lucifer. t. III. f. 63. D. Attamen extra casum hunc Ministerio competit administratio: *Nos enim, qui sumus ministri Christi, quemlibet suscipimus, & tanquam in ordine ostiariorum constituti, apertum esse sinimus ostium: permissum est tibi, etiam contaminatam peccatis habenti animam, & sordidam voluntatem, intrare: intrasti, eo loco dignus habitus, nomen tuum inscriptum est.* ejusdem Cyrilli verba sunt. præfat. in Catech. f. 12. D. Cum quo conferri potest Dionysius Areopag. de Eccles. Hier. c. 2. §. 1. f. 214. ut proinde non immerito vapularint Marcionitæ, quod *dederint mulieribus* (ordinariam) *facultatem dandi baptismum*, apud Epiphan. hæres. XLII. f. 144. Confer Dallæ. lib. 2. de usu PP. c. 6. p. 330. Sit autem baptizans orthodoxus, ex sententia orthodoxi Theodosii Imperatoris, qui non nisi à Catholico Episcopo voluit baptizari; Socrat. lib. V. c. 6. Baptizatis imponebantur manus, & quidem à solo Episcopo, ita tamen, ut etiam Presbyteri & Diaconi baptizantes Spiritum Sanctum potuerint dare: vide Hieron. adv. Lucifer. t. 3. f. 63. C.

§. 101.

Digitized by Google

§. 101 Alterum Sacramentum est *Eucharistia*, cuius ad- Eucharistia.
ministratio etiam ad ministerium pertinet: *Mysticum autem poculum, quod impium cum reddit, qui id altro frangit, nusquam nisi apud legitimos Ecclesiæ præsides invenias: Sic enim usus unus est calicis, & præter eum alius nullus, eoq; solo vos legitimo ritu propinatis populo, cumq; vos pro canone Ecclesiastico accepistis, idemq; duntaxat penes eos habetur, qui Ecclesiis præsunt. Solum enim vestrum est propinare sanguinem Christi, & præterea nullius.* ita Synodus Alexandrina apud Athanas. t. 1. f. 731. D. Cui suffragatur Ephrem de sacerd. f. 2. *cum oblata fuerint tremenda mysteria, immortalitate plena, prævio sacerdote orationem pro cunctis faciente, tunc animæ accedentes per illa tremenda mysteria macularum purificationem accipiunt.* Et Chrysost. hom. LX. ad popul. Antioch. f. 396. D. *nos ministrorum tenemus locum* in Eucharistia: Hieronymus, scribens ad Heliodorum: *Christi corpus sacro ore conficiunt*; t. 1. f. 2. *Episcopi corpus attrectant Domini*: adv. Lucifer. t. 3. f. 61. D. *Et de sublimi loco Eucharistiam ministrant populo.* Basilius l. 2. de bapt. q. 2. t. 2. f. 676. D. ait, ἱερατεύειν τὸ σῶμα τοῦ κυρίου: *administrare corpus Domini.* Et quidem ordinarie ad solum ministerium pertinet: οὐχ ὁρᾷς, ὅτι τῷ ἱερεῖ μόνῳ ἔξεστι τὸ τοῦ αἵματος ἐπιδοῦναι ποτήριον: *non vides, quod sacerdoti soli fas sit tradere sanguinis poculum?* Interrogat Chrysostom. homil. XLVI. in Matth. unde ab hoc actu describuntur, *quod circa sacrosanctam mensam Deo ministrent, atq; ad appropinquantem Deum appropinquent*: à Gregorio Nazianz. orat. XXXV. f. 565. *ô potestas ineffabilis*, exclamat Ephrem, *quæ in nobis dignata est habitare per impositionem manuum!* l. c. Subordinantur autem Christo, *cum sacerdotem videris offerentem, ne ut sacerdotem esse putes hoc facientem: sed Christi manum invisibiliter extensam*, verba sunt Chrys. hom. LX. ad pop. Antioch. f. 397. B. Qui per ipsos non minus efficax est hodie, quam fuit, cum S. Cœnam ipse celebraret: *Hæc est illa mensa, & minus nihil habet. Non enim illam quidem Christus, hanc autem homo perficit, verum & hanc ipse quoq;.* ait Chrysostom. f. 396. D. Minimè vero Magistratui politico, quantum officium concernit: *Sive quis dux militiæ sit, sive præfectus sive princeps diademate coronatus: indigne autem accedat, prohibe, majorem illo potestatem habes.* f. 397. A. Quare indignos ad S. Cœnam

ne admittant: *Si tibi quidem aqua fons traditus fuiſſet purus gregi cuſtodiendus, & pecudem multum ore ſinum habentem vidiſſes, deorſum inclinari non permiſiſſes, & fluentum turbare: nunc vero, non aqua, ſed ſanguinis, & ſpiritus fontem habens creditum, & cœno fadius habentes peccatum videns accedentes, non indignaris, nec arces, & quam conſequeris veniam? Propterea vos Deus hac inſignivit honore, ut talia diſcernatis.* l.c. Si quidem ipſum eſſe indignum noverint: *Et unde*, inquit, *novi illum & illum? Non de ignotis, ſed notis loquor.* l.c. B. Ordo autem erat inter Miniſtros; huius enim officii exercitium competebat primario Presbyteris & Epiſcopis, ſecundario vero Diaconis, uti ex Concilio II Arelatenſi videre eſt. *Inde venit, ut ſine Chriſmate, & Epiſcopi juſſione, neq; presbyter, neq; diaconus jus habeant baptizandi.*

§. 102. Altera pars poteſtatis eſt jurisdictio, Eccleſiaſtica
Iurisdictio. ſcilicet & ſpiritualis, non autem politica. Politica ſoli Magiſtratui politico competit: Unde Ambroſius in oratione de tradendis baſilicis: „ ſi tributum, inquit, petit Imperator, non negatur, „ agri Eccleſiæ ſolvunt tributum. Et infra: tributum Cæſaris eſt? „ non negatur: Eccleſia Dei eſt, Cæſari utique non debet addici. „ Et in Epiſtola Athanaſii ad ſolitariam vitam agentes, Hoſius Epiſcopus ait Imperatori! Tibi Deus imperium, nobis autem ea, „ quæ ſunt Eccleſiæ, Chriſtus commiſit. citante & largiente ipſomet Bellarmino lib. V. de P.R.c. 3. p. m. 601. *Imperium noſtrum in lege divina ſitum eſt, & ducit ad Deum*; ait Gregorius Naz. in apologetico; Eius objectum eſt anima, *huius ſtudium & opera in anima ponitur, quæ ex Deo eſt, atq; divinæ ſupernæq; nobilitatis particeps, ad eamq; properans*: ejusdem l.c. verba ſunt. Et paulo poſt: *nobis circa occultum hominem & internum curatio omnis & ſtudium verſatur*: Atque talis poteſtas jure divino data eſt univerſo miniſterio verbi & Sacramentorum, eaque in perſona Petri, clavibus donati: *Claves illas regni cœlorum in beato Petro cuncti ſuſcepimus Sacerdotes*; Ambroſ. de dignit. ſacerd. c. 1. Optatus Milev. lib. VII. contra Parmen. *Claves*, ait, *regni cœlorum communicandas cæteris* (Petrus) *ſolus accepit.* Hilarius lib. VI. de Trinit. de omnibus Apoſtolis ait, ipſos *ob fidei ſuæ meritum claves regni cœlorum ſortitos, & ligandi*

atq;

ἀγγέλων τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐν τούτῳ πάντα, καὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὰ ἐν τούτῳ πάντα. Καὶ ἐπειδὴ τὸ μὲν ἀόρατον ἐστι, τὸ δὲ ὁρατόν· ἀόρατον μὲν τὸ τῶν ἀγγέλων, ὁρατὸν δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων· ἀόρατον μὲν τὸ τῶν ἀγγέλων, ὡς πνεύματα ὄντα καὶ πῦρ φλογὸς, ὁρατὸν δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἐκ γῆς καὶ ὕδατος συγκείμενον· ἀόρατον μὲν τὸ τῶν ἀγγέλων, ὡς ἀθάνατον, ὁρατὸν δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς θνητόν· ἀόρατον μὲν τὸ τῶν ἀγγέλων, ὡς κατὰ τὸν ἀπόστολον λειτουργικὰ πνεύματα ὄντα, καὶ εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν· ὁρατὸν δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἐπὶ γῆς ὄντα, καὶ τὴν γῆν οἰκοῦντα· ἀόρατον μὲν τὸ τῶν ἀγγέλων, ὡς ἀσώματα ὄντα καὶ ἀσχημάτιστα· ὁρατὸν δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς σωματικὸν καὶ σχηματιζόμενον· ἀόρατον μὲν τὸ τῶν ἀγγέλων, ὡς ἀνεπίδεκτον τροπῆς καὶ ἀλλοιώσεως ὄντα· ὁρατὸν δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς τροπῆς καὶ ἀλλοιώσεως δεκτικὸν ὄντα· ἀόρατον μὲν τὸ τῶν ἀγγέλων, ὡς ἀνεπίδεκτον τροφῆς καὶ αὐξήσεως ὄντα· ὁρατὸν δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς τροφῆς καὶ αὐξήσεως δεκτικὸν ὄντα· ἀόρατον μὲν τὸ τῶν ἀγγέλων, ὡς ἀνεπίδεκτον ἀναπαύσεως καὶ ὕπνου ὄντα· ὁρατὸν δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἀναπαύσεως καὶ ὕπνου

epist. 244. & fit ἐκκήρυκτος *tanquam præconis voce diffamatus*; l. c. *Descriptio* concinnari potest ex his Basilii verbis, cum epistol. „ CCXLIV. adversus plagiarium scribit: Illum exulatum abigas ab o- „ rationibus tuis, & tanquam præconis voce proclama rejectum : „ & qui participes eidem sociique fuerant, juxta quod jam pridem „ denuntiavimus, una cum familiis suis omnibus per triennium à „ precibus ejicias & excludas : villam vero, quæ hominem illū su- „ sceperit cum rapta puella, nec reddiderit, aut etiam tuita fuerit „ contra repostones, illam prorsus à precibus suspensam habeas, & „ orationis communione ; ut discant omnes, non secus quam ser- „ pentem, quam bestiam quamvis aliam venenatam, communem „ illum omnium hostem odisse, raptorem, & persequi, nec non in- „ juria affectis opitulari. f. 1017. C. Et epist. CCXLV. f. 1018. B. „ Vt vos vero ex impietatū ipsius societate ne cōspurcemini, cum „ familia sua omni separetur à precibus, & sacrarum rerum omni- „ um communione, usque dum ab omnibus declinatus ad melio- „ rem frugem revertatur. Conf. epist. CCLVI. *Deinceps esto* &c. Ex his hæc descriptio elici potest : Excommunicatio est opus mini- sterii, quo hominem pertinaciter flagitiosum excludit à commu- nione Ecclesiæ & beneficiorum divinorum, donec resipiscat, & cum Ecclesia reconcilietur. Ministerii dico, non solius Episcopi Romani ; Ambrosius enim excommunicavit Theodosium, ipsum Imperatorem, inconsulto Episcopo Romano.

Dei concursus.

§. 105. Concurrit Deus cum Ministro ligante, eo, quo de- „ cet, modo ; Vinculum admitte, quo te ligari Deus omnium do- „ minus sursum probat. Medicinam id faciet, sanitatemque re- „ stituet. His verbis inflexus Imperator, (in divinis enim eloquiis „ educatus apprime norat, quænam sacerdotum essent partes, & quæ „ nam Imperatorum,) cum gemitu & lacrymis redit in palatium. „ Longo autem post tempore, octo mensibus interlapsis, Servato- „ ris nostri natalis dies advenerat, & Imperator in palatio residebat „ magnam vim effundens lacrymarum ; Quod cum animadver- „ tisset Ruffinus, qui Magister officiorum tunc erat, & summa li- „ bertate, ut familiarissimus, utebatur, ipsum adiens causam fletus „ percontatur ; At ille vehementius ingemiscens, & uberiores in „ lacrymas erumpens &c. ita Ambros. de Theodosio Imp. apud Theodor.

Digitized by Google

Theodor. lib. V. c. 17 f. 727. B. Et Theodosius ad Ruffinum: *Ludis*, inquit, *tu Ruffine, mea enim mala non sentis, Ego vero gemo & lugeo meam considerans calamitatem, quod servis & mendicis ad divinum templum pateat aditus, intrentq; securi, & domino suo supplicent: mihi vero & inaccessum illud sit, & cœlum insuper occlusum. Memini enim dominicam sententiam: Quodcunq; ligaveritis super terram, erit ligatum & in cœlis.* Ambrosius quidem ligaverat Imperatorem, sed *vinculo, ᾧ ὁ θεὸς ὁ τῶν ὅλων δεσπότης ἄνωθεν γίνεται σύμφορος cui Deus omnium Dominus cœlitus suum addit calculum*; Idque agnovit Imperator, dicens: *ὁ οὐρανός μοι ἀποκέκλεισται, cœlum mihi occlusum est*, nempe per illum ipsum Ambrosium ligantem; Ex quo fundamento recte monuit Hieron. comm. V. in Ezech. f. m. 204. E. scribens: *Non debemus ergo, si forsitan ob aliquod peccatum de congregatione fratrum, & de domo DEI ejicimur, reductari: sed æquo animo latam in nos ferre sententiam: & dicere cum Propheta: Iram domini sustinebo: quoniam peccavi ei, donec justificet causam meam &c.*

§. 106. Terminus, unde excluditur peccator, est regnum (non potentiæ, sed) gratiæ, nempe Ecclesia, unde dicebantur *ἀποκηρύττειν τῆς ἐκκλησίας* pelli Ecclesia; qua phrasi utitur Sozom. lib. I. c. 15. describens, ut Arius excommunicatus fuerit ab Alexandro; Et preces ipsius, & beneficia Spiritualia; Scripserat enim supra Basilius: *τῶν εὐχῶν κεχωρίζεσθαι, καὶ ἄλλης πρὸς τὰς ἱερατικὰς κοινωνίας, separetur à precibus, & reliqua sacrarum rerum omnium communione*; Terminus ad quem est interitus, si pertinax manserit: *γένηται παντελῶς κατάβρωμα τῷ διαβόλῳ, fiat omnino esca Diaboli*, sicut iterum sonant verba Basilii. Terminus.

§. 107. Priusquam vero huc extremitatis deveniatur, gradus admonitionis & correptionis præcedere debent; *Quos publica supplicia non reddunt meliores, neq; à precibus arceri, & excludi revocat ad pœnitentiam agendam; necesse est, eosdem canonibus à Domino sancitis tradi, scriptum est enim; si deliquerit frater tuus, inter te, & illum, illum corripe: quod si te non audiet, assume tibi alium: quod si ne sic audiet, dic Ecclesiæ: quod si neq; Ecclesiam audiet, sit tibi de cætero tanquam Ethnicus, & publicanus. Hoc ipsum in isto factitatum fuit, semel accusatus & delatus est: coram uno atq; altero reprehensus est: tertio in facie Ecclesiæ. Quo circa cum simus ipsi contestati, neq; nobis acquierit, deinceps* Gradus.

ceps esto excommunicatus, & toti Ecclesiæ denuntiator, ne ipsum admittant, aut cum illo habeant in ullo actu vitæ societatem aut commercium, ut ita, tum nobiscum non versetur, diabolo prorsus tradatur deglubendus. Sic idem epist. LIII. p. 817. B ad Athanasium Ancyranum. *Alioqui quanti, quæso, laboris erat, & præclare, brevi epistola, de quibus voluisses, tanquam solus cum solo colloqui? Aut, si literis res eiusmodi committere noluisses, vel ad te ipsum nos vocasses; Si verò prorsus & istud faciendum non erat, & præ indignationis indomito æstu tempus opportunum expectare noluisti, at vel aliquot eorum, qui ad obtegendas res arcanas idonei assuetique sint, poteras certe ad ea, quæ significare voluisses, uti administro.* ita Basil. idem ep. 246. Unde tardo pede eo progrediendum est, monente Ambros. lib. II. offic. c. 27. & lib. I. de pœnit. c. 1. f. m. 47.

Objectum. §. 108. *Objectum* igitur huius disciplinæ sunt etiam summi viri, nempe Magistratus etiam summi. Ambrosius excommunicavit Theodosium Imp. describente Theodor. lib. V. hist. c. 17. Et Maximum tyrannum, referente Sigeb. Gemblac. an. 390. Chron. Athanasius Libyæ præfectum, memorante Spond. an 370. n. 13. Notat tamen Balsamo ad can. XII. Concilii Ancyrani: *imperatorem unctione pœnitentiam tollit*: i. e. *publicæ satisfactionis necessitatem*; explicante Grot. de Imper. sum. potest. p. 231.

Receptio. §. 109. Excommunicatus ab uno, non poterat, isto inscio & invito, recipi ab alio: Sic enim sonat can. V. Conc. Nicæni: „ De iis, qui communione privantur, seu ex Clero, seu ex Laico „ ordine, ab Episcopis uniuscuiusq; provinciæ servetur hæc sen„ tentia, secundum canonem, qui pronuntiat, ut hi, qui ab aliis abji„ ciuntur, ab aliis non recipiantur. Inquiratur autem, ne simulta„ te, aut contentione, aut aliqua alia molestia Episcopi, sint excom„ municati. Ut hoc ergo decentius examinetur, recte habere vi„ sum est, ut singulis annis per unamquamque provinciam bis in „ anno Synodi fiant, ut omnes in unum convenientes Episcopi pro„ vinciæ eiusmodi quæstiones examinent. Et hi, qui manifeste „ offenderint Episcopum, juste excommunicati ab omnibus esse vi„ deantur, donec Episcoporum cœtui visum fuerit pro iis humaniorem ferre sententiam. Ad quem canonem Africani adversus Episcopum Romanum Cœlestinum provocarunt. Confer sanctiones

ſtiones Concilii Cæſaraug. can. IV. Eliberitani can. LIII. Arelatenſ. can. XVI. Sardicenſ. can. XVI. Ex recentioribus Launojum t. 1. epiſt. ad Sambœv. Obſervat ille, quod canones allegati generales ſint, & reſpiciant tam Epiſcopum Romanum, quam alios. Quare nec Romano Epiſcopo licuerit recipere ab aliis excommunicatos. Sed nec proprius Epiſcopus excommunicatos poterat recipere in communionem, niſi prævia pœnitentia, eiusque probatis ſignis: Cum Ruffinus Theodoſio excommunicato diceret: *Curram, ſi placet, ad Pontificem, & precibus adducam, ut ſolvat vincula tua.* Reſpondit ille: *Non flectetur: Nota eſt mihi æquitas ſententiæ Ambroſii, neque ille reverentia Imperatoriæ poteſtatis divinam tranſgreſſurus eſt legem.* referente Theod. lib. V. c. 17. f. 727. D. & f. 728. D. idem imperator Ambroſio reſpondet, *Tuum eſt*, inquiens, *medicamenta oſtendere, & temperare; meum vero, quæ adhibentur, accipere.* Confer Cyril. Catech. II. f. 10. ſeqq:

§. 110. Competit igitur Miniſterio Eccleſiaſtico etiam *ſolvens clavis*; Actus vocatur *juſtificatio* à Dionyſ. Areop. epiſt. VIII. f. m. 781. A. Habet eam miniſterium à Deo: *Deus relaxandi licentiam ſacerdotibus ſuis ſine ulla exceptione conceſſit.* ait Ambroſ. lib. I. de pœnit. c. 2. Ex profeſſo de ea agit Dionyſius Areop. epiſt. VIII. adverſus temeritatem alicuius Monachi, qui abſolutionem, à ſacerdote factam, irritã reddere allaborabat; Pacianus etiã adverſus Sympronianum Novatianum; cum enim hic diceret: *Solus hoc* (remittere peccata ſolvendo) *poterit Deus*, epiſt. 1. Pac. reſpondit Catholicus: Verum eſt: ſed & quod per ſacerdotes ſuos facit, ipſius poteſtas eſt. Nam quid eſt illud, quod Apoſtolis dicit: Quæ ligaveritis in terris, ligata erunt & in cælis; Et, quæcunque ſolveritis in terris, ſoluta erunt & in cælis? Cur hoc, ſi legere hominibus, ac ſolvere non licebat? An tantum hoc ſolis Apoſtolis licet? Quod ego facio, id non meo jure, ſed Domini; Dei ſumus adjutores, inquit; Dei ædificatio eſt. Et iterum: ego plantavi, Apollo irrigavit, ſed Deus incrementum dedit: Ergo neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat; ſed qui incrementum dat Deus. Cumque inſtaret adverſarius, privilegium hoc fuiſſe Apoſtolorum; regeſſit orthodoxus: Ergo & baptizare ſolis licet, & Spiritum Sanctum dare ſolis, & ſolis gentium peccata purgare: quia

Clavis ſolvens.

„ quia totum hoc non aliis quam Apostolis imperatum est. Quod „ si uno in loco & resolutio vinculorum, & Sacramenti potestas „ datur, aut totum ad nos, ex Apostolorum forma & potestate, de- „ ductum est; aut nec illud ex decretis relaxatum est. Ego, in- „ quit, fundamentum posui, alius autem superædificat. Hoc ergo „ superædificamus, quod Apostolorum doctrina fundavit. Denique „ & Episcopi Apostoli nominantur; Sicut de Epaphrodito Paulus „ differit, fratrem & commilitonem, inquit, meum, vestrum autem „ Apostolum. Continuatur disputatio epist. III. contra eosdem Novatianos, dicentes f. 101. D: *Quod post baptismum pœnitere non liceat; quod mortale peccatum Ecclesia donare non possit, imo quod ipsa pereat recipiendo peccantes.* Ubi Pacianus objectiones solvit, & exceptiones adversariorum diluit, quasi potestas illa sit solius Dei, & Ministerio competat tum demum, cum primum in gratiam accipiuntur infideles; Minimè vero cum lapsi illi fuerint; urget enim Pacianus Evangelistarum auctoritatem, qui retulerint, peccata dimissa in baptismo esse etiam iis, qui pridem fideles, vel catechumeni baptizabantur; Nec obstare peccatorum copiam vel atrocitatem. Constantinus etiam M. eapropter reprehendit Aesium, Novatianorum Episcopum, quod statueret, remissionem peccati, post baptismum admissi, τῆς ἐξουσίας μόνου, οὐχ ἱερέων ἐφ' ἑαυτῆς: *ex solius Dei potestate, non ex sacerdotum arbitrio pendere.* Sozom. lib. I. c. 22. f. 437. A. Remittit autem Ministerium peccata non solum annunciando, divinitus esse remissa, sed etiam efficaciter influendo in ipsam remissionem. Nam Chrysostomus l. 3. de sacerd. ait: *Corpori lepram purgare, vel, ut verius dicam, ne purgare quidem, sed purgatam ostendere, Iudæorum Sacerdotibus licebat. At vero nostris Sacerdotibus non corporis lepram, verum animi sordes, non dico purgatas probare, sed purgare, prorsus concessum est.* Attamen solum ministerialiter; *Homines in remissione peccatorum Ministerium suum exhibent, non jus alicuius potestatis exercent. Neq; enim in suo, sed P. F. & SS. nomine peccata dimittuntur. Ipsi rogant, Divinitas donat. Humanum enim obsequium, sed munificentia superna est potestatis.* ait Ambros. lib. III. de S. S. c. 19. Neque igitur absolutè, sed prævia pœnitentia: ἡ ἐξουσία τῆ ἀφίεναι οὐχ ἁπλῶς δίδοται, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως μετανοίας. ait Basil. interrog. 15. cit. In eodem ar-

gu-

gumento versatur Ambrosius quoque de pœnit. f. m. 47. agens dicit: *De commendatione moderationis, erga peccatores servandæ ab iis, qui illorum morbos curare debent, per exempla, scripturam, atq; rationem, cum acri reprehensione eorum, qui dura pro mitibus sequenda opinantur: & cum ipsi quærant misericordiam Domini, aliis eam denegant, cuiusmodi sunt doctores Novatianorum.* Confer f. 48. c. 7. Idem serm. LXVI. ait: *Clavis est, quæ conscientiam & confessionem peccati aperit, & gratiam ad æternitatem mysterii salutaris includit*: Et *Investigemus* (ait auctor commentarii in illud: profecti in pagum, apud Athanas. t. 1. f. 1010. D.) *ergo verum nostrum Regem Iesum Christum, nosq; ipsos examinemus; num soluta sint nostra vincula, ut in melius proficiamus. Quod si nondum soluta sint vincula, tradas teipsum discipulis Iesu: Adsunt enim, qui te solvant, pro potestate ea, quam à Salvatore acceperunt. Quæcunq; enim ligaveritis.* Conferatur Helladius apud Hieronym. f. 62. adv. Lucifer. t. 3. B.

§. 111. Constituti erant peculiares Presbyteri, qui (intentis adalia reliquis Episcopis & Presbyteris) delinquentium insigniter confessiones audirent, ut publicè disciplina Ecclesiastica seu canonica imponeretur, quam flendo, gemendo, prosternendo se &c. in Ecclesia subirent scandalosi peccatores. Socrates lib. V. c. 19. vocat τοὺς ὀπὶ τῆς μετανοίας πρεσβυτέρους, *Presbyteros super pœnitentia* scil. constitutos; Nicephorus lib. XXII. c. 28. vocat τῶν μετανοούντων πρεσβύτερον; *pœnitentium Presbyterum.* Et refert Socr. factum hoc esse Constantinopoli, forsan ex occasione Novatianismi, quando constitutum est, *ut qui post baptismum lapsi essent, coram Presbytero, ad eam rem constituto, delicta sua confiterentur.* f. 278. C. Addit, servatum esse morem, peccata publicè propalandi, & disciplina canonica corrigendi apud alias sectas; abrogatum autem apud Homousianos, occasione stupri, à Diacono commissi, quod mulier confessa fuerat Presbytero tali, commissi in sacro loco, ubi pœnitentes versari solebant; Id quod Nectarium Episcopum Constant. moverit, ut Ptesbyteros pœnitentiales officio moveret. Hactenus Socrates. Cui gemina refert Soz. l. VII. c. 16. quanquã longius morem repetat, nempe, ἐξ ἀρχῆς *ab initio*, an Apostolicæ Ecclesiæ? receptum fuisse, ut aliquis è Presbyterorum numero eligeretur, qui publicæ disciplinæ præesset. Presbyteri Confess.

Multum inter eruditos de his Presbyteris diſputatum eſt hactenus: *Nullus eſt locus in Hiſtoria Eccleſiaſtica, qui doctorum hominum ingenia magis exercuerit, quam iſte de Presbytero pœnitentiario Conſtantinopoli ſublato. Atq; ut fieri ſolet, quinq; pro cultu ac religione ſua, varias eius loci interpretationes attulit.* ita H. Valeſ. in not. ad Socr. l. c. fol. 66. B. Subjicit ille ſuam quoque ſententiam, qua Socratis ſententiam non improbat, imo potius confirmat. Confer D. Reinboth. Sonnenſtadt. part. III. p. 141. ſeqq:

Limitatio §. 112. Miniſtri vero non ſunt abſoluti juris, ut, quocunque modo illi poteſtatem ſuam exerceant, vim habeat, ſaltem coram Deo: *An tu ſolus Eccleſiaes, & qui te offenderit, à Chriſto excluditur?* interrogat Hieronymus epiſt. ad Pammach. t. III. f. 82. D Joannem Hieroſolymitanum Epiſcopum. Item ad Matth. XVI. dabo tibi claves. Iſtum locum, *ait*, Epiſcopi & Presbyteri non intelligentes, aliquid ſibi de Phariſæorum aſſumunt ſupercilio: ut vel damnent innocentes, vel ſolvere ſe noxios arbitrentur: cum apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum vita quæratur. f. 24. E. Conf. poſſunt, quæ habet comm. ad Jeſ. III. 12. Unde ſpernentes, dicens, hominũ judicia, nec laudibus eorũ extollamur; nec obtrectationibus contriſtemur: ſed ingrediamur rectam viam: & tritas à ſanctis Prophetis ſemitas: audiamusque Hieremiam Prophetam dicentem: State in viis, & videte: & interrogate ſemitas Domini ſempiternas, quæ ſit via bona: & ambulate in ea. Quod ſi quando erraverimus, & quaſi homines perverſo itinere perrexerimus, domini per Ezechiel expectemus promiſſa, dicentis: dabo eis vim alteram, & cor aliud. Quæ intelligenda ſunt etiam de Eccleſiaſticis Doctoribus, de quibus in præced. idem.

Canones Concilii Nicæni cautum eſt, ſi quis fuerit excommunicatus, ut inquiratur, ne ſimulate, aut contentione, aut aliqua alia moleſtia Epiſcopi ſit excommunicatus. Ut hoc ergo decentius examinetur, recte habere viſum eſt, ut ſingulis annis per unamquamque provinciam bis in anno Synodi fiant, ut omnes in unum convenientes Epiſcopi provinciæ, eiusmodi quæſtiones examinent. Et ſic, qui manifeſte offendetint Epiſcopum, juſte excommunicati ab omnibus eſſe videantur, donec Epiſcoporum cœtui viſum fuerit pro iis humaniorem ferre ſententiam. Poterat igi-

tur

tur ab Episcopo ad Concilium provocati. Neque etiam sunt eius semper prudentiæ, ut sibi soli consulere possint. Quare laudandi sunt, qui cum aliis in rebus periculosis, & arduis communicant, eorum consilia & auxilia expetendo. Ita Theophilus Episcopus Alexandrinus in consilium adhibuit Ambrosium Mediolanensem in causa Evagrii & Flaviani de sede Antiochena contendentium: quomodo illi reconciliandi? Epist. LXXVIII. Nec puduit Siricium, Episcopum licet Romanum, Mediolanensium consilium expetere: *Optarē*, scribit, *semper, fratres, dilectionis & pacis vestræ sinceritatis gaudia nunciari, ita ut vicissim discurrentibus literis sospitatis judicio juvaremur vestro*, epist. LXXIX. Ambros.

§. 113. *Jurisdictio externa.* Exercebatur in parœciis. Παροικία apud Latinos appellatur *accolatus*, seu *accolarum conventus*, aut *domus*, si ad verbum transferas; alio nomine *curia*; inde curiones; Sicut à parochia *parochi*; à παρέχειν *prabendo*, scil. ritu Romano, salem & ligna i. e. necessaria hospitibus. Inde in Ecclesiam voces manarunt. vide Onuph. Panvin. interpr. vocum Ecclesiast. voce: parœcia. Epiphanius, vel qui ipsius literas transtulit, quando se defendit, quod Diaconum ordinarit in Palæstina, *Quanquam*, inquit, *in monasterio ordinaverim, & non in parochia, quæ tibi subjecta sit.* Sic ille ad Joannem Hierosolymitanum. Sumitur vox vel latius, pro tota diœcesi, ut can. XIII. Ancyrano, quo vetantur *Presbyteri civitatis, sine literis Episcopi aliquid agere* εἰς ἑτέραν παροικίαν *in aliena parochia*, i. e. diœcesi. Et can. IX. Concilii Antiocheni; qui *unumquemq; jubet Episcopum* ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, *potestatem habere suæ parœciæ*; vel strictius, pro particula diœcesis, nempe Ecclesia urbica, vel rustica, ubi certus hominum cœtus colligitur; Tales plures erant Alexandriæ, quibus singuli Presbyteri erant præpositi; uti videre est apud Epiphanium hæres. LXIX. Sozom. lib. I. c. 15. f. 428. B. explicante Dionysio Petavio lib. II. Hierarch. c. XII. §. 4. Sic accepta vox contradistinguitur interdum χώραις *ruri*, seu villis, uti can. 9. Concilii Antiocheni videre est, ubi fit mentio παροικίας καὶ τῶν κατ' αὐτὴν χωρῶν, *& subjectarum ei possessionum, seu villarum.* Eiusmodi parochiis jurisdictio etiam externa alligabatur: Extra quas non valebat; Jurisdictio externa.

confer Basil. l. 2. de bapt. q. 12. t. 1. f. 701. ubi interrogat: *An omnem quinq; curam quibusvis debeat, aut solum fidei suæ commissu; idq; secundum admensuratum sibi à DEO, per Spiritum Sanctum, charisma?* & Negat prius; cum igitur Julius, P. R. Orientalibus imperare vellet, parere illi noluerunt, utpote diœcesi Romanæ non subjecti; Incidebant autem casus, quando Episcopis suam diœcesin egredi licebat, nempe vacante Ecclesia vicina, dum proximus Episcopus ei succurrebat. vide Ambros. lib. VII. ep. 44. Basil. l. c. f. 702. A.

Parochiæ dist.

§. 114. Istarum parochiarum aliæ erant majores, aliæ minores; conqueritur enim Alexander Alexandrinus Episcopus de inquietis nonnullis capitibus, insidiantibus μείζοσι παροικίαις *majoribus parochiis*; apud Theod. lib. I. hist. c. 3. Distributio parochiarum & diœcesium accuratè facta est in concilio œcumenico Constantinopolitano: Πατριάρχας καθίσταν, διατεμάμενοι τὰς ἐπαρχίας, ὥστε τὰς ὑπὲρ διοίκησιν ὑπισχνουμένας ταῖς ὑπεροχείοις ἐκκλησίαις μὴ ὑπερβαίνειν. Τοῦτο δὲ πρότερον διὰ τὰς διωγμὰς ἐγίνετο ἀδιαφόρως. *Patriarchas constituerunt, Provinciarum divisione facta, ita ut nullus Episcopus ultra propriam diœcesin alienas Ecclesias invaderet. Id enim antea propter persecutiones promiscue factum fuerat.* Socr. lib. V. c. 8. f. 265. C. In specie mentio fit diœcesis Constantinopolitanæ, ad quam spectabat Thracia; Ponticæ, quæ Cæsareæ Cappadociæ subiecta erat, Et Nyssæ, & Melitinæ in Armenia; Asianæ diœcesis sub Iconiensi & Antiocheno Pisidiæ Episcopis; Ægyptiacæ sub Alexandrino Episcopatu; Orientalis, quæ spectabat ad Episcopum Laodicenum, & Tarsensem, salvis tamen juribus Antiocheni. Occasio canonis, vel ordinationis huius, erat, quod nonnulli potestatis suæ externæ limites viderentur transgressi; Meletius Antiochenus ordinando Gregorium Constantinopolitanum Episcopum; Gregorius Sasimorum Episcopatu relicto Constantinopolin migrando; Petrus Alexandrinus mittendo Episcopos Ægyptios, qui Maximum Cynicum Constantinopoli Episcopum ordinarent. vide H. Vales. not. ad l. c. Socratis; Et notas Gothofredi ad l. 3. cod. de fid. Cathol. in quibus distincte differitur de quinque per Præfecturam Prætorianam Orientis diœcesibus, Ægypti, Orientis, Asiæ, Ponticæ, & Thraciarum. Sed de his inferius pluribus.

§. 115.

Digitized by Google

§. 115. *Objecta* sunt vel personæ, vel res. *Personæ*; quæ judicio Ecclesiastico (χρίσιν ἐπισκόπων *judicium Episcopale* vocat Athanas. Epist. ad Solit. t. 1. f. 845.) suberant, eique ex delegatione supremi Magistratus: Constantinus M. in causa Cæciliani Episcopi Carthaginensis scripsit ad Miltiadem Episcopum Romanum, se citasse Cæcilianum, & decem eius addictos Episcopos, ut Romæ comparerent, *ut ibi coram vobis & coram Reticio, Materno, ac Marino collegis vestris, quos ea causa Romam properare jussit, possit audiri, quemadmodum sanctissimæ legi convenire optime nostis.* Euseb. lib. X. hist. Eccles. c. 5. f. 391. B. Talium personarum aliæ erant Ecclesiasticæ, aliæ Laicæ; Judicio enim Ecclesiastico sistebantur utriusque generis homines, qui & aliorum actuum Ministerii objectum erant, circa quod illi versabantur. Si quis Episcopus adversus alterum rem habebat, cognitores & judices erant Episcopi provinciæ; aut si hi suspecti, tertius aliquis arbiter, e.g. Episcopus Romanus; juxta can. 3. Concilii Sardicensis. Orta controversia inter Athanasium Alexandrinum, Eusebium Constantinopolitanum, & Gregorium Pseudo-Alexandrinum Episcopos; Eusebius *Legationem misit ad Iulium Romanæ urbis Episcopum, rogans, ut causæ Athanasii judex ipse esse vellet, & cognitionem negotij ad se traheret.* referente Socr. lib. II. hist. c. 11. f. 89. C. Laici visitabantur à suis pastoribus, & quales in fide, & moribus essent, censebantur: *Qui docendi alios in Ecclesia provinciam suscepit, is vicos omnes & civitates curæ ipsius creditas debet invisere.* ita Basil. reg. LXX. Moral. c. 12. fol. 359. A. *Qui veritatis verbum acceperunt, ij per visitationem in eo sunt stabiliendi.* Sic idem c. 17. f. 361. D. Quousque autem potestas singulorum ordinum super alios sese extenderit (Nam inæqualis erat) id vero inferius in parte speciali, Deo volente, expedietur. Unicum illud h. l. addimus, quod potestas hæc, quantacunque etiam fuerit, respectu tamen juris divini mere Ministerialis fuerit; Si quid ultra fuit, id ex indulgentia, & arbitrio humano, Magistratus præcipuè, accessit. Nam si quis alius Clericus judicio publico opus habebat, remittebatur ad Presbyterium diœcesis; Imperatores Valens, Gratianus & Valentinianus leg. XXIII. cod. de Episc. Sanxerunt: *qui mos* &c. Distinguendum igitur inter τὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα *Ecclesiasticas quæstiones*; juxta Basil. epist. 385. in fin. Gregorium

Obj. personalia.

gorium Nazianz. epist. 227. ad Nectar. Ambros. epist. 32. Inter criminalia, seu *actionem criminalem*, uti vocat lex 23. eod. de Episc. Et inter *communia*, qualia πολιτικὰ ἐγκλήματα; De his, & istis seculares, de illis Episcopi cum suis Presbyteriis judicabant. Cum inter Flavianum & Paulinum Episcopos Antiochenos controversia de Episcopatu esset exorta, Gratianus & Theodosius Impp. rogante Damaso Episcopo Romano, literis scriptis auctores fuerunt Episcopis, ut hac de re cognoscerent; quod ex Theodoreto & Hieronymo probat ipse Spondanus an. 381. 15.

Limitatio. §. 116. Nolumus autem hanc potestatis Ecclesiasticæ subordinationem eo usque extendi, ut Ministri Ecclesiæ in suis judiciis absolute subjecti sint imperio magistratus, sentiendi & judicandi, quidquid illis libuerit, in rebus nempe Ecclesiasticis, ex jure & arbitrio divino pendentibus; In hoc enim casu ministri illi Dei sunt, non hominum, ut ne Magistratus quidem ipsis sequiora præscribere possit. Agit hac de re Athan. t. 1. ep. ad Solit. f. m. 845. B. Cum enim Ariani *judicium Episcopale* adversus ipsum allegarent, tanquam ab ipso ordine sacro, non autem vi politica, esset condemnatus, regessit ille, non esse illud Episcopale judicium, quod ex absoluto nutu imperatoris Ariani & persecutoris pependisset: „ Nam si istud est judicium Episcoporum, quî commune cum eo „ habet Imperator? Sin contra, ista minis Cæsaris conflantur, quid „ opus est hominibus titulo Episcopis? Quando â condito ævo „ auditum est? quando judicium Ecclesiæ autoritatem suam ab „ imperatore accepit? aut, quando unquam hoc pro judicio agnitum est? Plurimæ ante hac Synodi fuere, multa judicia Ecclesiæ „ habita sunt; Sed neque patres istiusmodi res principi persuadere „ conati sunt, nec princeps se in rebus Ecclesiasticis curiosum præ„ buit. Paulus Apostolus habebat amicos in Cæsaris familia, & „ eorum verbis in literis salutabat Philippenses, non tamen eos in „ judicio socios assumsit. *Et mox*: Nunc autem novum quoddam „ spectaculum ab Ariana hæresi editur. Convenerunt autem in „ unum hæretici & Imperator Constantius, ut ille quidem sub prætextu Episcoporũ sua potestate adversus eos, quos velit, utatur, & „ tamen à persecutione movenda persecutor nõ appelletur; illi vero &c. Atq; hæc hactenus præmittere voluimus, ut appareret, utrũq;

ordinem

zed by Google

ordinem & Ecclesiasticum & politicum suos habere limites, quos non debeat transgredi; paulo post plura addemus.

§. 117. *Res* externæ, Ministerii œconomiæ subjectæ, erant varie; Erant *templa & alia loca sacra*: Constantinus M. literis ad Macarium Episcopum Hierosolymitanum datis, præcepit, oratorium ipsius auspiciis construi; *Decet itaq; prudentiam tuam, singula ad opus necessaria ita disponere & curare, ut non modo Basilica ipsa omnium, quæ ubiq; sunt, pulcherrima, sed & reliqua membra eiusmodi sint, ut omnes quantumvis eximiæ singularum urbium fabricæ, ab hac una facile superentur.* Sic ille apud Euseb. lib. III. de vit. Const. M. c. 31. f. 500. C. Adjunxerat autem ipsi Præfectum Prætorio, & Præsidem provinciæ, petebatque, ut literis scriptis de necessariis referret: *De columnis vero & marmoribus, quæcunq; & pretiosiora & utiliora esse ipso aspectu judicaveris, cura, ut ad nos perscribas: ut cum ex literis tuis cognoverimus, quot & qualibus opus sit, ea undiq; possint comportari.* Idem Eusebio comisit Ecclesiam in querceto Mambre erigendam. c. 52. In *vasa sacra*, qualia erant calices Eucharistici, quos Ecclesiæ ministri penes sese habebant, adimendos, si remoti ipsi fuerint; de quo Synodus Alexandrina apud Athanas. t. 1. opp. C. Erant *bona* Ecclesiastica alia; Cum Ecclesiæ legasset quis sua bona, hæredes à Gregorio Nazianzeno moniti sunt, ut ea traderent; epist. LXXX. f. 870. Cedebant autem bona talia non privato Episcoporum commodo & usui, sed Ecclesiæ totius, sicubi opus erat: *possessio* enim *Ecclesiæ est opus egenorum*, scribit Ambros. epist. epist. XII ad Valent. Imp. & lib. 2. de offic. c. 28: *Aurum Ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat in necessitatibus*: vide Launoj. de Simon. observ. 27. n. V. p. 598. ubi non tantum hæc allegat, sed etiam contra pecuniarios docet, Episcopos & Ecclesiam non opus habere Crœsi divitiis *ad coercendos peccatores*, sed precibus, patientia, zelo &c. Constantinus M. ex bonis gentilium Ecclesiasticis struxit urbem Constantinopolin, vide notas Gothofredi ad orationem Libanii de templis, opusc. p. 43. **Realia.**

§. 118. Operæ precium erit de proposita materia paulo accuratius differere, & inquirere, quid juris sive moris fuerit in œconomia Ecclesiastica: Eo quod hodie quoque insignis eius usus esse possit, cum in informandis conscientiis, tum in deciden- **Ius sacrorũ.**

dis controversiis, quæ inter partes alterutrius extremi ventilantur. Quædam autem differendorum concernunt ordinem politicum, quædam Ecclesiasticum.

Probatur

§. 119. Ad ordinem politicum spectasse jus & œconomiam rerum quarundam Ecclesiasticarum, cum Gregorio Nazianzeno dicimus, qui ait, *Reges & proceres* χριστῷ συνάρχειν, χριστῷ συνδιοικεῖν, *cum Christo regnare, cum Christo gubernare,* nempe etiam in cura religionis; *Inter cæteras sollicitudines, quas amor publicus pervigili nobis cogitatione indixit, præcipuam Imperatoriæ Majestatis curam esse prospicimus, religionis indaginem, cuius si cultum retinere potuerimus, iter prosperitatis humanis aperitur inceptis.* ita Theodosius & Valentinianus Impp. Probatur (1.)

1. ex titulis.

ex *titulis*, quibus insignis erat Magistratus politicus. Dicebantur *Episcopi*; Sic enim Constantinus M. Imperator Christianissimus ad Episcopos, quos convivio exceperat, inquit: ὑμεῖς μὲν τῶν ἔσω τῆς ἐκκλησίας; ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ θεοῦ καθεσταμένος ἐπίσκοπος ἄν εἶην: *vos quidem intra Ecclesiam; Ego vero extra templum à Deo constitutus Episcopus sum*, referente Euseb. lib. IV. de vit. Const. M. c. 24. Episcopi autem munus est, curare res sacras sphæræ suæ subjectas: τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ δὴ φροντίδος ἄγειν *Ecclesiæ Dei curam habere*, quod jubet filios suos in imperio successores; c. 52. Digitum huc intendit etiam Eusebius, quando lib. I. de vit. Const. M. scribit, quod ille curam rerum Ecclesiasticarum gesserit, οἷά τις κοινὸς ἐπίσκοπος ὑπὸ θεοῦ καθεσταμένος *tanquam communis quispiam Episcopus à Deo constitutus*; c. 44. Idem Constantinus M. in antiqua aliqua inscriptione appellatur *religionis & fidei auctor*; Ipse sese confessus est διάκονον τοῦ παμβασιλέως *ministrum Regis omnium*, i.e. Dei: Euseb. lib. I. de vit. Const. M. c. 6. *Revera enim Deus ministerium meum, tanquam idoneum ad voluntatem suam implendam, expetiit, nostraq; opera uti decrevit. Qui ab Oceano illo Britannico, & ab iis regionibus, ubi solem mergi fatalis necessitas jubet, initio ducto, cælesti quadam virtute, cuncta, quæ orbem terrarum occupaverant, mala expellens ac dissipans, tum ut humanum genus ministerio nostro institutum, atq; informatum, ad sanctissimæ legis observantiam revocaretur; tum ut beatissima fides DEO manu ducente incrementum acciperet*; ejusdem verba sunt ex decreto ipsius *de pietate in Deum & Christianismo*; lib. II. c. 28. f. 457. C. Dicti sunt etiam

Ponti-

Pontifices, ſaltem uſque ad Gratianum ; *Ademptis ſumptibus ſacrificiorum, ac ſtipendiis ſacerdotum, illud ſuperadditum eſt, ut Gratianus nomen reſpuerit ſummi Pontificis, quod hactenus more majorum (absq; tamen labe ipſorum ſacrorum, ut alias dictum eſt) Chriſtiani Imperatores ob ſummam poteſtatis amplitudinem retinuerant* : verba ſunt Spondani an. 383. 3. Similia confeſſus fuerat an. 312. n. 12. auctore Zoſimo *conſtat, non ipſum ſolum Conſtantinum, ſed eum ſecutos omnes Imperatores Chriſtianos uſq; ad Gratianum, una cum imperio, Pontificis Maximi titulum ſuſcepiſſe, & ſtolam Pontificiam induiſſe. Id enim inſuper ex Auſonio probatur, qui eundem Gratianum appellat Pontificem Maximum: Extant q; in antiquis lapidibus inſcriptiones, quæ id ipſum de Valentiniano, Valente, eodemq; Gratiano teſtentur.* hæc ille. v. Cl. Boſius de Pont. Max.

§. 120. Ne vero videantur tituli hi fuiſſe ſine re, probatur idem (2.) ex *actionibus* ſummorum Magiſtratuum, quippe talibus, quæ poteſtatem & jus ſacrorum redolent. Inſignis laus eſt Conſtantini M. apud Theodor. lib. I. c. 16. quod πᾶσαν εἰς τὰ θεῖα μετέθηκε τὴν σπουδήν *omnem ſuam curam & ſtudium in veram religionem contulerit.* Atque hunc voluit ſuis quoque filiis eſſe communem ; Nam μέγιστον ϗ πρῶτον *maximum & primum* hoc ipſis commendavit, τὴν εἰς τὸν πάντων βασιλέα θεὸν γνῶσίν τε ϗ εὐσέβειαν; *notitiam & pietatem in Deum omnium regem* ; Euſeb. lib. IV. de vit. Conſt. M. c. 52. Theodoſius & Valentinianus Impp. L. 3. cod. de Sum. Trin *decere arbitramur*, ajunt, *noſtrum imperium ſubditos noſtros de religione commonefacere.* 2. Ex actionibus.

§. 121. Exercita eſt hæc poteſtas etiam in *conciliis* convocandis, moderandis, & terminandis. Magiſtratus erat, concilia indicere & convocare : Notatu digna ſunt verba Socratis lib. V. hiſt. in proœm. f. m. 259. C. ſcribentis : ἀφ' ὧν χριστιανίζειν ἤρξαντο, τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα ἤρτητο ἐξ αὐτῶν, ϗ αἱ μέγισαι σύνοδοι τῇ αὐτῶν γνώμῃ γεγόνασί τε ϗ γίνονται : *Ex quo illi Chriſtiani eſſe cœperunt, ex illis pependerunt res Eccleſiaſtica : & maxima quaq; concilia eorum arbitrio tum facta ſunt antea, tum hodieq; fiunt.* Imprimis Conſtantinus M. hoc in more habuit, Epiſcopos ὅπῃ παντὶ συνάγειν, *in unum cogere*, referente Euſeb. lib. I. de vit. Conſt. M. c. 51. & præcedente cap. 44. Eccleſiæ Dei præcipue curam gerens, cum per diverſas pro- » vincias quidam inter ſe diſſentirent, ipſe velut cõmunis omnium » In conciliis.

„Epiſcopus à Deo conſtitutus, miniſtrorum Dei concilia congre-
„gavit. Nec dedignatus adeſſe, & conſidere in medio illorum con-
„ventu, cognitionis particeps fuit; ea quæ ad pacem Dei perti-
„nent, cunctis procurans. Porro ſedebat in medio tanquam u-
„nus è multis; Protectores quidem cunctosque corporis cuſtodes
„procul amovens, Dei autem timore contectus, & amicorum fide-
„lium benevolentia vallatus. Cæterum quoscunque ſaniori ſen-
„tentiæ acquieſcere, & ad quietem & concordiam propenſos eſſe
„animadverterat, eos maxime probabat; palam indicans, unanimi
„omnium conſenſu ſe imprimis delectari. Pertinaces vero, & im-
„morigeros averſabatur. Græcè: *συνόδους τῶν τῆ θεῆ λειτεργῶν συ-
νεκρότει*: Concilium in cauſſa Cæciliani Conſt. M. *ἐκ ῥώμης κελεύει
γενέδζ Romæ juſſit fieri*, uti habet inſcriptio epiſtolæ ab Imperatore
ad Epiſcopos miſſæ; in qua leguntur & hæc verba: *Placuit mihi,
ut idem Cæcilianus una cum decem Epiſcopis, qui accuſare ipſum videntur,
& cum decem aliis, quos ipſe ad ſuam cauſam neceſſarios eſſe judicaverit,
Romam naviget; ut ibi coram vobis, & coram Reticio, Materno, ac Mari-
no collegis veſtris, quos ea cauſa Romam properare juſſi, poſſit audiri,
quemadmodum ſanctiſſimæ legi convenire optime noſtis.* ait. *εἰς τὴν Ῥώ-
μην προσέταξα βαδισθῆναι: Romam juſſi properare*; apud Euſeb. lib.
X. hiſt. Eccleſ. c. 5. f. 391. B. Idem indixit Carthaginenſe I in
eiusdem Cæciliani cauſſa concilium. Sicut Auguſtinus laudat le-
ctum in concilio *reſcriptum Imperatoris, quo juſſit collationem in-
ter memoratos* (Catholicos & Donatiſtas) *Epiſcopos fieri*: Brevic.
collat. præf. p. 684. Idem indixit concilium *Arelatenſe* adverſus
Donatiſtas habendum, cum ſtare nollent judicio Synodi Roma-
næ; Sic enim ſcripſit in literis ad Chreſtum Syracuſanum: *Plurimos
ex diverſis ac prope infinitis locis Epiſcopos in urbem Arelatenſem intra
calendas Auguſti juſſimus convenire.* f. 392. C. Συνελθεῖν ἐκελεύσαμεν
Græca ſonant. Concilium Nicænum œcumenicum idem Con-
ſtantinus M. *συνεκρότει congregavit*: ſcribit Socrat. lib. I. hiſt. c. 8. f.
m. 18. D. Conſer Euſeb. lib. III. de vit. Conſt. M. c. 6. Sozom. lib.
I. c. 17. Epiphan. hæreſ. LXX. f. 397. Theodoret. lib. I. c. 6. f. 540.
C. c. 7. f. 546. B. ubi obſervatu digna ſunt verba Epiſtolæ Synodi-
cæ, quibus ordiitur: *τῆς τῆ Θεῆ χάριτος, ἡ τῆ φιλοσεβάτε βασι-
λέως Κωνσταντίνε συναγαγόντος ἡμᾶς, ἐν Ἀρελάτῃ ἐπαρχίᾳ ἡ πόλεως
μεγάλης*

μεγάλη καὶ ἁγία σύνοδος ἐν Νικαίᾳ συνεχροτήθη, Dei gratia, Deoq; charissimo principe Constantino ex diversis provinciis & civitatibus nos convocante, magna & sancta Synodus Nicæa celebrata est. His enim verbis testantur, Constantinum M. recte feciſſe, Concilium hoc convocando. Concilium Tyrium idem Imperator coire juſſit, ſcripta epiſtola, quæ habetur apud Euſeb. lib. IV. de vit. Conſt. M. c. 42. illud ipſum Concilium miſſo Notario cum epiſtola Tyrios Hieroſolymam evocavit. Sozom. lib. II. c. 26. qui & comparuerunt. Sardicenſem Synodum, petente Athanaſio & Paulo Conſtantinopolitano; teſtimonio Socratis lib. II. Hiſtor. c. 20. f. 101. C. Confer epiſtolam Hoſii ad Conſtantium apud Athanaſ. ad Solit. t. 1. f 838. D. 839. A. Sozom. lib. III. c. 11. Romanam, teſte Hieronymo: in Epitaph. Paulæ; t. 1. f. 81. B. Cum Ruffinus provocaret ad Concilium, probaturus, Hilarium in eo, ob falſatum ab Hæreticis librum ſuum, fuiſſe excommunicatum, interrogavit Hieronymus: *Quis Imperator hanc Synodum juſſit congregari?* Apol. I. adv. Ruffin. f. 101. A. t. 1. Conſtantius Mediolanenſem; Sic enim Socrat. lib. II. c. 34. f. 129. A. refert. Confer c. 36. f. 130. B. Valentinianus Illyricam γενέσθαι σφετέραν *fieri præcepit.* Theodor. lib. IV. c. 7. Lampſacenam: Sozom. lib. VI. hiſt. c. 7. Theodoſius Conſtantinopolitanam, juxta lib. V. c. 8. f. 264. C. Theodor. lib. V. c. 7. f. 712. B. idem *σύνοδον πασῶν τῶν αἱρέσεων συγκροτῆναι παρεκέλευσεν omnium ſectarum concilium cogi juſſit*; Et hoc *αὖθις, iterum*; lib. V. Socr. c. 10. Claudimus dicta verbis Gerſonis, Cancellarii Pariſienſ. tom. I. ad Alexandrum P. R. in die aſcenſ. differentis: Non vocavit (*Concilium*) Papa? fuit „ conventiculum? o ridenda atque irrationalis nimium ratio! Ne- „ que vero ad quatuor illa concilia, quæ in actibus Apoſtolicis de- „ ſcribuntur, Petrus vocaſſe memoratur. Neque Synodus Nicæna „ juſſu Sylveſtri, ſed Conſtantini, convenisse legitur. Ad quin- „ tum Univerſale Patrum Concilium, contra Theodorum, Neſtorii „ diſcipulum, nemine convocante, ſeſe certatim Patres exhortati „ ſunt. Fuere ergo conventicula? Cave dixeris. Citantur ab „ Auguſtino, tanquam Evangelia. Quid ſi ſchiſma dubios red- „ dat Chriſtianos, quem duorum pro Papa colant? Quid ſi, quod „ perrarum eſt, ſummus Pontifex labatur in hæreſin, ut legimus Li- „ berium,

„ berium, Arianæ pravitati subscripsisse; Marcellinum idolis sacri-
„ ficasse? Quid si intolerandis oneribus Christianitatem gravaret,
„ an adversus tantos morbos nullam relinques medelam? Relin-
quo, inquies. Confer Launoj. t. VI. epist. 1. ad Henricum Ludo-
vicum Habertum Mommorium; qui ex professo de hac re pro no-
bis agit.

§. 122. Magistratus quoque erat, normam & modum præ-
scribere agendi. Imperator in Concilio Carthaginensi pri-
mo edixit Episcopis per suum Cognitorem Marcellinum, non
solum quod debeat fieri Concilium, sed etiam à quibus, & quo
loco, & quo tempore, & *qui modus collationis futurus esset*, referente
Augustino in Brevic. collat. præfat. p. 684. Cumque de tempore
tricarentur Donatistæ, respondit Cognitor, *de tempore præscribere, ut
caussa non ageretur, non esse Episcopalis, sed forensis potius objectionis.*
Imprimis notandum est, quod Catholici petierint ab imperatore
collationem indici: uti patet ex Actis die III. In literis ad Miltia-
dem Episc. Rom. Constant. M. jubet Episcopos Concilii Romani
συναρμοσαι τὸ τῳ νόμῳ ἀριστέων sanctissimæ se legi accommodare, καὶ κατὰ τὸ
δίκαιον, & justitiæ; In literis ad Episcopos Tyri congregatos jubet
judicium institui, *nec odio, nec gratia, sed juxta Ecclesiasticas & Apostoli-
cas regulas, ajens: delicta, & ea quæ per errorē contigerunt, conveniens
remedium exquiratis.* Euseb. lib. IV. de vit. Constant. M. c. 42. f. 547.
C. Tale quid ordinaverat etiam in Concilio Nicæno, monens
Episcopos, ut concordes agerent: *Præsertim cum de rebus divinis di-
sceptarent, & sanctissimi Spiritus doctrinam literis proditam haberent.
Libri namq;, ajebat, Evangelici & Apostolici, veterumq; Prophetarum o-
racula, de divino nomine quid sentiendum sit, aperte docent. Proinde
hostili contentione depulsa, eorum, quæ in quæstionem veniunt, explica-
tionem ex divinitus inspiratis testimoniis depromamus.* Theodor. lib. I.
c. 6. f. 541. D. Cum in Concilio Tyrio Ariani Athanasium disce-
ptum irent, *Archelaus, qui cum cæteris ex præcepto imperatoris concilio
præsidebat, ereptum eum de discerpentium manibus, per occultos exitus
eduxit.* referente Ruffin. lib. I. hist. c. 17. Adeo Imperatores, seu
Magistratus, habebant potestatem non solum in eos, quos Eccle-
siastici jam ante judicarant, ut excipit Bell. lib. I. de Cler. c. 28. sed
etiam in eos, quorum adhuc dubia caussa erat. Ad Episcopos in

Con-

Concilio (Gallicano, an Hiſpano?) collectos Gratiani exſtat lex XXIII cod. de Epiſc. qua definit Imperator, quæ res in judiciis Epiſcopalibus, quæve in ſecularibus, ventilandæ ſint.

§. 123. Excipit Leo Allatius lib.I. de conſenſ. c. 23. p. 355. n.4 quod(1)*convocarint Romani Pontifices & Imperatores;non ergo ſoli Imperatores*; Prius probat ex Synodi ſextæ proſphonetico; (2) *accerſiverit*(ConſtantinusNicænamSynodum)*non imperiali poteſtate,ſed,ut malo remedium per ipſius miniſterium adhiberetur*; ut ipſemet ſe explicet Conſtantinus M. in ſermone ad Synodum; Reſp. ad 1. Acta Synodi ſextæ corruptionis accuſant Papiſtæ, ſaltem nonnulli: In proſphonetico ad Juſtinianum Concilium Conſtantinopolitanum in Trullo habitum, ubi de Concilio Nicæno loquitur, p. m. 353. edit. Witteberg. ſolius meminit Conſtantini M. qui convocarit concilium, non autem Sylveſtri; Non repeto verba Epiſtolæ Synodicæ paulo ante allegata, ubi de Sylveſtro ne γρύ quidem. Convocaverit autem Sylveſter concilium, non tamen legitur eadem, qua Conſtantinus M. auctoritate convocaſſe. Ad (2) Reſp. imperialis poteſtas, & miniſterium Eccleſiæ præſtitum, non ſunt oppoſita; quia Dei miniſter eſt Magiſtratus, & tamen ἐξουσία ὑπερέχουσα, *poteſtas ſupereminens*; Rom.XIII.v.1.

§ 124. Magiſtratus vel ipſe, vel per legatos, etiam intererat conciliis. Nam Conſtantinus M. interfuit Concilio Arelatenſi, fatente Coriolano in ſum. concil. f.m. 182. Excipit quidem, id factum fuiſſe *præter morem*, utpote qui fuerit adhuc *Catechumenus*; atqui non probat non *morii* tum fuiſſe, ut *Catechumeni* Synodis intereſſent; Concilio Seleucienſi præſidebant Leonas Palatinus, & Lauricius Dux militum; Socrat.lib.II.c.39. f.146. Concilium Nicænum Oecumenicum vidit præſentem, & in medio Epiſcoporum ſedentem Conſtantinum. Atque hoc eſt, quod Euſebius in ipſo laudavit: οὐκ ἀπαξιῶν παρεῖναί τε καὶ συνιζάνειν, κοινωνὸς τῶν διηκοσμημένων ἐγίνετο: *non dedignatum, adeſſe, & conſidere in medio illorum* (Epiſcoporum) *conventu*: lib.I.de vit.Conſt.M.c.44 Exemplo illuſtrat lib. III. c.10. referens, ut Imperator in medio Epiſcoporum Nicææ congregatorum ſederit; c.12. orationem ad Epiſcopos habuerit; Et ſui ipſos officii commonefecerit: ſuſcepit ἀλη-

θείας ἐξέτασιν veritatis examen, & particeps (κοινωνὸς τῶν ὅσιον κριμάτων) factus est eorum, quæ ab Episcopis agebantur. Habebant in conciliis, qui publicam pacem tuerentur, quod discere est ex Sozom. lib. II. c. 25, f. 481. D. ubi refert in caussa Athanasii quid in Tyrio concilio contigerit, nempe cum vim ipsi intentarent adversarii, *Ii, qui ex Imperatoris mandato ad servandam concilij disciplinam Synodo intererant, veritus me sicut in seditione fieri solet, cuncti facto in eum impetu manus violentas ei inferrent, clam ex judicio eum subduxerunt.*

§. 125. Magistratus decreta etiam confirmabat, & executioni dabat, imperata subditis ipsorum observantia. Constantinus M. ἀ μεταλήψεσθαι τῶν συνόδων τὰς ὄψεις mandavit, *ut conciliorum decreta firma & inconcussa essent*, scribit Sozom lib. I. c. 9. f. 414. *Deferebatur ad ipsum sacerdotalis concilij sententia*, nempe Nicæni. Ruffin. lib. I. hist. c. 5. literas ad subditos suos dedit, quas recitat Eusebius, quibus jussit ipsos Synodicis decretis obsequium præstare. lib. III. de vit. Constant. M. c. 17. IV. c. 27. f. 539. A. Jovianum Episcopi nonnulli rogarunt curaret, ἵνα τὰ ἐν Ἀριμίνῳ πεπραγμένα ᾖ σταθερὰ, κύρια μένειν, &c. *ut vel ea, quæ Arimini & Seleucia gesta erant, rata permanerent; ea vero, quæ studio ac potentia quorundam acta fuerant, irrita essent: vel manente priore dissidio, quod ante illas Synodos in Ecclesiis fuerat, omnibus ubiq; Episcopis, quocunq; vellent loco, in unum convenire liceret, nemine alio in consessum admisso: Vtq; consilia eorum, qui seorsum quippiam agere, & alios decipere vellent, quemadmodum Imperatoris Constantij temporibus acciderat, nequaquam ad exitum perduci sinerentur.* Sozom. lib. VI. c. 4. f. 641. A. Valentinianus quoque, Valens, & Gratianus Imppp. ad Episcopos Asiæ & Phrygiæ literis scriptis, voluerunt, deferri decretis Synodi Illyricæ. Theodor. lib. IV. c. 7. Decreta Concilii Constantinopolitani confirmavit Theodosius. Socrat. lib. V. c. 8. f. 266. A. Idque petierunt ipsi Synodici, inter alia his verbis usi: *Rogamus tuam* (Theodosi Imp.) *clementiam, rescripto Pietatis tuæ velis confirmare Synodi calculum, ut, sicut literis vocationis Ecclesiam honorasti; sic quoq; finem obsignes opinantium*: seu canones sancientium. Si displicebant decreta Synodica, poterant illa ab Imperatore rescindi, uti dispositio Ariminensis concilii, *de immunitate clericorum*, ab Imp. Constantio L. 15. cod. de Episc. Quare Magistratui in rebus

rebus sacris plus competit, quam nuda custodia, vel executio, ut vult Bell. lib. I. de P. R. c. 7. sub fin. Ut autem Imperatores rata haberent decreta Synodica, si absentes essent, compellabantur missis Episcopis, quale quid factum est à Synodo Seleuciensi, missis ad Constantium, qui gesta referrent, & confirmari peterent. vide Athanas. de Synod. f. 881. C. D. Socr. lib. II. hist. c. 37. Confer Cham. Panstrat. Cathol. lib. XIII. c. 11. f. 260. n. 1. de Pontif. Rom. Grotium de Imper. summar. potest. c. 7. p. 139.

§. 126. In *judiciis* quoque exseruit sese Magistratus politici potestas. Poterat Magistratus *personarum* vel *rerum* sacrarum judicia 1. *adornare* vel sua ipsius sponte, vel ex aliorum monito, precibus, vel petitione. Nota est Chrysostomi explicatio ad Rom. XIII. 1. omnis anima potestati supereminenti subdita sit, *etiamsi Apostolus sit, etiamsi Evangelista, etiamsi Propheta.* Constantinus M. Donatistarum literas ad sese recepit, & Episcopis mandavit, ut judicium de ipsis ferrent, referente Augustino brevic. collat. III. p. m. 710. In caussa Cæciliani adversus Donatistas judices ab eodem Imperatore Constantino M. nominati sunt Maternus Colonicnsis, Rheticius Augustodunensis, & Marinus Arelatensis Episcopi, uti refert Optat. Milev. lib. I. adverss. Parmen. & ex ipso Baron an. 313. n. 21. In Concilio Nicæno Episcopi *iurgia sua* ad Imperatorem dijudicanda *detulerunt*, referente Ruffin. lib. I. hist. c. 2. Accusato ab æmulis Athanasio, idem *literas scripsit ad Dalmatium Censorem, fratris sui filium, qui tum Antiochiæ in Syria morabatur; mandans, ut accusatos perduci ad se juberet, causaq; cognita in convictos animadverteret.* refert Socrat lib. I. hist. Eccles. c. 27. f. 65. B. Cum vero consultius judicaret, causssam istam in foro Ecclesiastico disceptari, Concilio Tyrio τὸ κατ' Ἀθανάσιον γυμνάσαι πρᾶγμα *imperavit, ut Athanasii causssam ventilarent*: c. 28. Quale quid ante etiam fecerat, dum Eusebium & Theognidem constituit, ἵνα δὴ παρεὶς αὐτῶν κατὰ πρόσωπον Ἀθανασίου *ut coram ipsis Athanasius judicaretur.* c 28. Constantius Imp. Athanasium scriptis literis ad castra sua evocavit, ad dicendam contra adversarios causssam, & venit ille, uti patet ex literis Hosii ad Constantium, recitante ipso Athanasio t. 1. f. 839. B. Episcopis autem ad castra Imperatorum accedere non licebat, nisi vocatis ab Imperatoribus,

toribus, per can. VII Conc. Sardic. Speciale privilegium erat, si quis Clericorum coram Magistratu comparere non cogeretur: „ Fuit hoc etiam argumentum vel maximum reverentiæ, quam „ pius Princeps erga religionem gerebat. Nam & omnes ubique „ Clericos immunitate donavit, lege hac de re specialiter data, & „ litigantibus permisit, ut ad Episcoporum judicium provocarent, „ si Magistratus civiles rejicere vellent: eorum autem sententia „ rata esset, aliorumque judicum sententiis prævaleret, perinde ac „ si ab Imperatore ipso data fuisset: utque res ab Episcopis judica- „ tas, rectores provinciarum eorumque officiales executioni mandarent: ita Sozomenus de Constantino M. lib. I. hist. c. 9. f. 413. D Peculiari indultu Imp. Valentiniani I. factum est decretum: *In causa fidei vel Ecclesiastici alicuius ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis.* Ambros. epist. XXXII. Talis extat lex etiam Valentiniani II. Theodosii, & Arcadii cit. Grot. de potest. sacr. p. 152. 153.

§. 127. II. *Exercere*, cognoscendo, examinando, decidendo, absolvendo, vel condemnando. Distinguendum omnino est inter res; aliæ enim pertinent *ad religionis observantiam*; & de his judicabant Ecclesiastici, per leg. 23. cod. de Episc. aliæ ad *actionem criminalem*; quæ judicabantur *ab ordinariis extraordinariisq; judicibus, aut illustribus potestatibus*, uti eadem lex loquitur. E. g. In causa Donatistarum Ælianus proconsul, & Marcellinus; iste Constantini M. hic Honorii nomine, judices fuerunt; Donatistæ quidem ægre ferebant, *Episcopos Proconsulari judicio purgari*; sed Resp. Augustinus: *Quasi verò ipse sibi hoc comparaverit; an non Imperator hoc quæri jusserit, ad cuius curam, de qua rationem Deo redditurus est, res illa maxime pertineat. Est & aliud exemplum in causa eorundem Donatistarum. Marcellinus enim vice Imperatorum judicavit; Ita enim habet mandatum Honorij & Theodosii:* Et Marcellinus: *Licet supra meritum meum hoc cognoscam esse judicium, ut inter eos videar judicare, à quibus me potius decuerat judicari: tamen quia certum est, hanc causam spectante Deo & Angelis testibus agitandam, quæ sub fidei cœlestis examine, vel probata præmium adferret, vel læsa judicium: ut tandem præsentium disceptationibus Episcoporum manifesta veritas elucesceat, Imperialis primitus sanctio recitetur.* Confer Brevic. collat. Car-

Carthag. p.m. 721. 722. Imo in aula Constantinopolitana Patriciorum unus speciatim Ecclesiæ rebus vacabat; Cum controversia inter Alexandrum Episcopum, & Arium Presbyterum Alexandrinum esset exorta, eaque de Trinitate, præsertim de Deitate Filii, Constantinus M. scriptis literis arbitrum sese inter utrumque interposuit. Euseb. lib. II. vit. Const. c. 63. Sozom. lib. I. c. 16. Confer Apol. Theol. Saxon. in controv. Tubing. cap. III. proleg. p. 21. seqq: Athanasius in apologia ad Constantium t. 1. f 678. rogat, inquisitionem ille instituat de sua caussa; *Tibi*, inquiens, *veritatis studiosissime Imperator, bona cum fiducia meæ innocentiæ auctor adhortatorq; sum, quemadmodum jam dixi, ut rem exquiras, maxime cum eorum testimonio uti possis, qui à Magnentio aliquando pro legatis ad te missi fuere; sunt autem illi, Servatius & Maximus Episcopi, una cum suis, & Clementius & Valens; scisciture, quæso, num literas ad me deportaverint?* Idem Constantinus M. ad Athanasium in hæc verba perscripsit: Cum in hoc negotio tanta sit malitiæ importunitas, certum habeant, me ita decrevisse, atque huius esse sententiæ, si quid tale iterum moverint, non pro more Ecclesiarum, sed pro legibus publicis memet meapte opera causæ cognitionem susceptorum, ac deinde cognoscent, se non solum humani generis, sed etiam divinæ disciplinæ latrones esse. f. 86. B. μηκέτι λοιπὸν ἐπὶ τὰς τῆς ἐκκλησίας; ἀλλὰ ἐπὶ τὰς δημοσίους νόμους, αὐτὸν μὲ δι' ἐμαυτοῦ τῶν πραγμάτων ἀκροασόμενον, καὶ λοιπὸν ἐυρήσοντα αὐτοὺς, ὅτι μὴ μόνον ἐπὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει λησταί τινες ὄντες, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτῆς τῆς θείας διδασκαλίας φαίνονται. Causa Ecclesiastica erat inter Athanasium & Meletianos, eam Christianissimus Cæsar ad leges civiles sese revocaturum comminatur. Constantinus M. idem corripuit Alexandrum Episcopum Alex. & Arium Presbyterum inter sese litigantes, Soz. lib. I. c. 16. Idem Eusebium Cæsareensem Episcopum graviter, quod gentiles sacra sua in Palæstina passus fuerit exercere. Socrat. lib. I. c. 18. Cum Orientales Ariani orthodoxos ministros sedibus suis ejecissent, Constans Imperator Occidentis *Constantio fratri scripsit, ut ex Orientis Episcopis quosdam mitteret, qui depositionis illorum rationem redderent. Tres igitur ad eam rem eliguntur Episcopi, Narcissus Episcopus Irenopolis in Cilicia, Theodorus Heracleæ in Thracia, & Marcus Arethusæ, quæ est in Syria.*

Qui cum in Italiam veniſſent, acta ſua defendere cœperunt; & Imperatori perſuadere conati ſunt, Orientalis Synodi juſtam fuiſſe ſententiam. Sozom. lib. III. c. 10. f. 510. C. Hieronymus conqueritur, eos fuiſſe Cleri corruptos mores, ut edictis coercendi fuerint hæredipetæ: *Pudet dicere, ſacerdotes idolorum, mimi, & aurigæ, & ſcortæ hæreditates capiunt: ſolis Clericis & monachis hoc lege prohibetur, & prohibetur non à perſecutoribus, ſed à principibus Chriſtianis. Nec de lege conqueror, ſed doleo, cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum eſt: ſed quo mihi vulnus, ut indigeam cauterio? Provida ſeveraq; legis cautio.* Sic ille ſcribit ad Nepot. de vit. Cleric. f. 7. B. Reſpicit ad leges 20 (de qua mox) & 27. cod. de Epiſc. Cum Chriſtiani juſſu Epiſcopi Synagogam Judæorum combuſſiſſent, Theodoſius Imp. ipſum & aſſeclas condemnavit, ut reſtaurarent; Ambroſ. lib. V. c. 29. Etiamſi autem Ambroſius judicium hoc improbarit, non tamen forum ipſum declinavit. De actis Epiſcopalibus judicium ferre poterant: *Cum in hoc tanta ſit malitiæ importunitas, certum habeant, me ita decreviſſe, atq; huius eſſe ſententiæ, ſi quid tale iterum moverint, non pro more Eccleſiarum, ſed pro legibus publicis memet meapte opera cauſæ cognitionem ſuſcepturum, ac proinde cognoſcent, ſe non ſolum humani generis, ſed etiam divinæ diſciplinæ latrones eſſe.* ita Conſtantinus M. ad Athanaſium; f. 786. B. Valentinianus Imp. legem tulit n. 20. cod. de Epiſc. qua vetuit, Eccleſiaſticos, & Monachos *viduarum ac pupillorum domos adire*; Et ſanxit, *publicis judiciis exterminari, ſi poſt hac eos ad fines earum vel propinquiputaverint deferendos.* Hæc lex, quod probe notandum, *ad Damaſum urbis Rom. Epiſcopum* data eſt, & *lecta in Eccleſiis Rom.* uti habet inſcriptio, & ſubſcriptio. Nempe ad Damaſum miſſa eſt, ut ipſe executioni daret; & lecta in Eccleſiis, ut in quibus auctoritas ſummi Magiſtratus valere debebat; quale quid factum etiam anno 355. ubi *in Eccleſia lecta* eſt, referente Sulpitio Severo, lib. II. epiſtola nomine Imperatoris concepta. Et Alexandriæ Conſtantinus M. literas ſuas pro Athanaſio ſcriptas voluit εἰς τὸ κοινὸν ἀναγνωσθῆναι *in commune legi.* Sozom. lib. II. c. 22. Quod contra Baron. an. 370. n. 123. notamus, negantem, quod literæ imperatoriæ in Eccleſiis fuerint lectæ.

§. 128.

§. 128. Provocare igitur poterant ad judicium Magistratus politici; non singuli solum, ut in Concilio Nicæno, quando Imperatori libellos obtulerunt Episcopi, in quibus sibi invicem crimina objiciebant, & Imperatorem judicem eligebant: Soz. l. 1. c. 17. f. 430. C. Ruffin. lib. 1. hist. c. 2. Athanasius, cum in Synodo Tyria injuste condemnatus esset, & vim metueret, Constantinopolim sese contulit; *Imperatorem adiens, coram Episcopis, qui ipsum condemnaverant, de iniuriis sibi illatis conquestus est: simulq; petiit, ut quæ in urbe Tyro iudicata fuerant, sub conspectu Principis examinarentur. Quamobrem Constantinus, cum hanc petitionem æquissimam esse censuisset, ad Episcopos Tyri congregatos scripsit in hunc modum* &c. ita Soz. lib. II. hist. c. 28. f. 486. C. Subjungit ipsam Imperatoris epistolam ad Synodicos, in qua ipsos citat ad reddendam rationem actorum; *Proinde vos omnes ad pietatem meam confestim venire volo, ut rerum à vobis gestarum rationem coram me per vosmet ipsos accurate reddatis.* Sic sonant verba literarum f. 487. A. Addit petitum Athanasii ad Imperatorem: *Cum ille quidem id postularet, ego vero recusarem, ac propemodum juberem illum submoveri, ille maiori cum libertate nihil aliud à nobis postulavit, quam vestrum adventum, ut vobis præsentibus de his quæ passus fuerat, libere conqueri posset.* Sic ipse Imperator refert: C. & simul, quid sibi videretur, nempe: Quod cum mihi æquum „ & temporibus meis congruum videretur, libens hæc ad vos scribi „ jussi; ut quotquot ad Synodum in urbe Tyro collectam conveni- „ istis, sine cunctatione ad comitatum clementiæ nostræ properetis, „ sinceritatem atque integritatem judicii vestri rebus ipsis demon- „ straturi coram me, quem ingenuum esse famulum Dei nequa- „ quam ipsi negaveritis. Comparuerunt etiam Episcopi, & rationem gestorum (etsi calumniose) reddiderunt. Idem Athanasius, cum sub Constantii Imperio seu ditione satis tutum sese esse non crederet, ad Constantem se contulit, & suam causam ipsi commendavit. Ruffin. lib. 1. hist. Eccles. c. 19. Synodus Romana in epistola III ad Gratianum & Valentinianum Impp. de Damaso Episcopo Romano scribit: Quoniam non novum (*Damasus*) aliquid „ petit, sed sequitur exempla maiorum, ut Episcopus Romanus, si „ concilio eius causa non creditur, apud concilium se Imperiale de- „ fendat. Nam & Sylvester Papa à sacrilegis accusatus, apud Paren- „

tem

„ tem Vestrum Constantinum causam propriam prosecutus est. cit. Launoj. epist. ad Sambœv. t. 1 p. 25. ex Jacobi Sirmondi appendice ad Codicem Theodosianum: Confer epist. ad Santeul p. 24. Frustra igitur excipit Bellarm. lib. II. de P. R. c. 29. p. 311. *de facto* Magistratum judicare res, vel personas Clericorum. Pro jure enim hic Athanasius: *Si apud alios accusatus essem, ad tuam Maiestatem provocarem, quemadmodum Apostolus dixit, Cæsarem appello, & cessatum est ab insidiis contra eum.* Εἰ μὲν ἦν παρ' ἄλλοις ἡμῖν διαβληθεὶς, τὴν σὴν ἐυσέβειαν ἐπεκαλούμην, ὡς ὁ Ἀπόστολος ἐπεκαλέσατο τότε τὸν καίσαρα, καὶ πέπαυλαι τῶν ἐχθρῶν ἡ κατ' αὐτοῦ ὁπλή. Sic ille scripsit ad Constantium apol. t. 1. f. 680. D; Sed etiam plures, ut Ægyptii in Synodo Tyria; sic enim illi ad Dio„ nysium Comitem Illustrissimum: Quandoquidem tolerare non „possumus compositas istas calumnias, quibus insidiose ab Eusebi„anis premimur, ideoque postulamus, causam istam pientissimo & „religiosissimo Imperatori reservari, apud quem licebit & jura Ec„clesiæ, & nostra proponere: plane enim confidimus, eius pieta„tem, cognitis nostris rationibus, nequaquam nos condemnaturam „esse. Quapropter denuo te obtestamur, adjuramusque per omni„potentem Deum, ita pientissimus imperator per multos anno„rum recursus, cum liberis suæ pietatis valeat, ut nihil in nostris ne„gotiis deinceps facias, neque tibi indulgeas, ut quicquam contra „nos in Synodo commoveas, sed reserves rei cognitionem eius pietati. Athanas. t. 1. f. 798. A. Parallela sunt, quæ Sylvester fecit, & Concilium Romanum probavit, & in caussa Damasi & Ursicini ad Gratianum & Valentinianum Jmpp. perscripsit: citante Launojo Tradit. Rom. Eccles. circ. Simon. observ. XVII. p. m. 389. Poterant sese apologiis, obtestationibus, jura„mentis, & aliis armis defendere: Tuæ autem pietati magna & cla„ra voce respondeo, manuque extensa, quod didici ab Apostolo, „Deum in meam ipsius animam testor, &, ut scribitur in libris Re„gum, jusjurandum concipio: Testis sit Dominus, & testis sit Chri„stus eius, sinas, quæso, me loqui, nunquam in malum tui mentionem „feci apud fratrem tuum beatæ memoriæ Constantem piissimum „Augustum, neque illum adversum te irritavi, ut calumniantur isti. scribit Athanasius ad imperatorem apol. f. 674. D.

§. 129.

tit illud Ambroſii de dignit. ſacerd. c. 2. *Audite me rogantem eos pariter & timentem, & commodis, & commonitionibus ſolito conſulentem, & honorem Epiſcopatus demonſtrare volentem, ut cum honoris vobis prærogativa monſtremus, merita etiam congrua requiramus, nec falli poſſimus in opere, qui cognoſcimus veritatem. Dignum eſt enim, ut dignitas ſacerdotalis prius noſcatur à nobis, & ſic deinde ſervetur à nobis, ut Pſalmographi ſententia queat repelli à nobis: Homo, cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Et cap. 3. ubi docet, *nihil eſſe in hoc ſeculo excellentius ſacerdotibus, nihil ſublimius Epiſcopis reperiri*, ſed addita admonitione, *ut cum dignitatem Epiſcopatus Epiſcoporum oculis demonſtramus, & digne noſcamus, quid ſimus, & quid ſumus profeſſione, actione potius, quam nomine demonſtremus, ut nomen congruat actioni, actio reſpondeat nomini, ne ſit nomen inane, & crimen immane. Ne ſit honor ſublimis, & vita deformis.* Et cautela adverſus hypocriſin: *Ne ſit religioſus amictus, & irreligioſus profectus: ne ſit gradus excelſus, & deformis exceſſus; Ne habeatur in Eccleſia Cathedra ſublimior, & conſcientia ſacerdotis reperiatur humilior.* Totus in hoc argumento eſt etiam Ephrem de ſacerdotio, mox ab initio operum. Hieronymo quidem judice *Clericatus non eſt honor, ſed onus*: uti ad Heliodorum ſcripſit; in qua ſententia fuit etiam aliquis amicorum ipſius: *Clericatum non honorem interpretatur, ſed onus*; ad Pammach. adverſ. error. Origen. t. III. f. 84. D. Sed verba hæc comparatè intelligenda ſunt, & ſecundum quid; nempe plus oneris, quam honoris mundani officio rite adminiſtrato adhærere; Abſolutè enim loquendo τὸ θεῖον καὶ σεβασμιώτατον ὄνομα τῆς ἱερωσύνης, *Sacerdotii nomen divinum eſt & venerabile*, judicio Gaudentii in Concilio Sardicenſi, can. XX. Unde ipſe Hieronymus in eadem ad Heliodorum epiſtola *reverentiam ſacerdotij* agnoſcit, & Epiſcopum vel Regi præfert; Ambroſius de dignitate ſacerdotali peculiarem libellum ſcripſit; In quo inter alia, c. 2. hæc poſuit: *Honor & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari, ſi regum fulgori compares, & principum diademati, longe erit inferius, quam ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas regum colla & principum ſummitti genibus ſacerdotum, & exoſculatis eorum dextris, orationibus eorum credant ſe communiri. Quid jam de plebeia dixerim*

multi-

multitudine, cui non ſolum præferri a domino meruit, ſed ut eam quoq; jure tuebatur patrio, præceptis imperatum eſt Evangelicis. Chryſoſtomus ſub ſua & Baſilii perſonis conſcripſit Dialogum de honore & onere ſacerdotii, in quo ex profeſſo docet, quanta ſit ſacerdotum dignitas, poteſtas, & gravitas. Ex recentioribus operoſior eſt Cellot. lib. VI. Hier. c. 12. ut extollat eminentiam ſacerdotalem.

§. 155. Neque deſunt *rationes*; Ex S. literis honorem Miniſterio debitum probat Baſilius reg. moral. XXXVI. c. 1. f. 314. C. nempe ex Matth. X. 40. Luc. X. 16. &c. Repetit reg. LXXII. c. 2. & 3. Conſtantius Imp. lata lege de immunitate Clericorum, rationem reddit: *gaudere enim & gloriari ex fide ſemper volumus, ſcientes, magis religionibus, quam officiis, & labore corporis, vel ſudore, noſtram Remp. contineri*: l. 16. cod. de Epiſc. Similis mens erat Arcadii & Honorii per leg. 29. cod. de Epiſc. Nēque *exempla* eorum, qui Miniſterium reverenter habuerunt; Alexandrini Athanaſium *ex præclara peregrinatione* i. e. exilio reducem; deſcribente Gregorio Naz. orat. XXXI. f. 531 A. Etiam ſummorum principum. Conſtantinus M. ad fidem Chriſtianam converſus, in pretio habuit Miniſterium. Euſeb. lib. X. hiſt. Eccleſ. c. 2. f. 370. C. Joannem appellavit ἀδελφὸν ἀγαπητὸν *dilectum fratrem.* apud Athanaſ. t. 1. f. 788. Idem *Epiſcopos ex omnibus provinciis ad ſe accerſivit; nec modo intra palatium & in intimum uſq; cubiculum admiſit, ſed etiam menſæ tectiq; participes eſſe voluit.* Euſeb. lib. III. de vit. Conſt. M. c. 1. f. 483. A. Familiares ad Macarium Epiſc. Hieroſ. dedit literas; c. 32. Rationes.

§. 156. Defertur honor & reverentia animo, ore, opere: *Animo*, ſi magni æſtimatur Miniſterium: Conſtantinus M. Miniſtros Eccleſiæ *ut Patres, aut potius ut prophetas Dei habuit* Euſeb. lib. III. de vit. Conſt. M. c. 23. Clerici *auctoritatem apud populum quaſi Magiſtri obtinuerunt*: Athanaſ. de ſynod. f. 870. C. Conferatur Hieronym. de Epiphanio Epiſcopo adverſ. Joann. Hieroſ. t. 3. f. 75. D. Gregorius Nazianzenus orat. XXXV. f. 565. refert, quod ſeſe concionante *cancelli à multitudine fuerint compreſſi, hominum audiendi ſtudio ſeſe mutuo protrudentium.* *Verbo* Conſtantius Imp. etſi Arianus, Athanaſium tamen vocavit *γονέα parentem* Modus.

suum, In literis revocatoriis, Athan, t.1. f.825. A. Alexandrinum Ministerium eundem vocat *αἰδεσιμώτατον, Maximè venerandum*, in literis ad Orientales, f. 791. A. Sic & Jovianus Imp. Athanasium, utpote *γονέα parentem* suum in Christo, vocavit. t. 2. f. 33. Hieronymus abstinuit à convitiis adversus Joannem Hierosolymitanum Episcopum; reveritus officium; *honor sacerdotii & veneratio nominis* eum deterruit; t. 3. f. 76. A. *Opere* ipso; cum *negative*, ne ignominia afficerentur, vel violarentur: Gregor. Nazian. orat. XXXIII. f. 548. D. vocat *sacrosanctos homines, nec sine piaculo attrectandos*; tùm positivè, Hieron. ad Matt. XXI. innuit, Episcopis exhiberi solitum fuisse honorem, qui Christo, quando à populo Hierosolymitano cum palmis & hymno, hosianna fuit exceptus: quem tamen honorem, tanquam nimium, non immerito improbat; vide Hen. Valesium not. ad Euseb. lib. II. hist c. 23. p. m. 40. Eximendo ab onerosis & indecoris rebus; Constantinus M. Clericos liberos fecit ab oneribus, seu muneribus publicis, l. 23. cod. de Episc. Et quidem non solum superiorum, sed etiam inferiorum graduum clericos, ut erant Lectores, hypodiaconi, &c. leg. 7. cod. de Episc. Confer Eus. l. 7. hist. f. 394. A. Basil. epist. 278. Sozom. lib. I. c. 9. Valentinianus judiciis Episcopalibus vigorem suum voluit illibatum servari; leg. 20. cod. de Episc. Ratio harum legum erat, *ne Clerici sacrilego livore quorundam à divinis obsequiis avocarentur*: quam reddit Constantinus M. l. 2. cod. de Episc. Confer Centur. IV. Magd. c. 7. f. m. 280. E. F. 285. A. Ne actio instituatur adversus absentes, quod quidem tentarant Ariani, sed restitit ipse Constantius; Athan. apol. t. 1. f. 674. seqq: Valentinianus, Valens, & Gratianus succensuerunt quibusdam aliorum Episcoporum vexatoribus; Theodot. lib. IV. c. 7. Confer Basil. epist. CCLXIV. f. 1037. A. In specie pro Clero Romano privilegium exstat Constantii leg. 13. & 14. cod. de Episc. Quanta fuerit felicitas Episcopi Romani, etiam gentiles notabant, ut ille, qui dicebat: *Facite me Romanæ urbis Episcopum, & ero primus Christianus*, referente Hieron. ep. LXI. adv. Joan. Hieros. t. 3. f. 75. B. Si qui autem Clerici negociationes exercerent, illi tributa pendere debebant; l. 15. cod. de Episc. Heterodoxus autem incapax erat

talium

Sacramentis N. 3. pag. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

Confer Chrysostomus homil. III. in Acta f. 474. B. Vice versa, respectus habeatur in pœnis etiam ad dignitatem sacerdotii, quod requirit Gregorius Naz. & indignatur contrarium contigisse cum Heliodoro Presbytero, nave accensa; *Nec enim tantum apud Barbaros homines sacerdotii dignitas impetrare quivit, ut minus inhoneste saltem mortis genere interiret, aut, si hoc nimium erat, at certe sepulturæ, quæ non impiis quidem & facinorosis hominibus negari debet, conderetur.* orat. XXXIII. f. 548. C.

Possessiones §. 158. Clericus potest propria bona possidere: ut Ambrosius, qui epist. XXXIII. scribit, cum juberetur tradere Arianis Ecclesiam, obtulisse se *patrimonium* quidem *suum*, sed non *Christi*. vid. Bell. lib. I. de Cler. c. 27. *Salaria*, ut debentur Ministerio Ecclesiastico; *Num quos eorum, qui aræ ministrant, laudabiliter indigentes (nam id etiam per vos mihi dicere liceat) pro viribus recreastis, ut minus distractis animis operam dent aræ, vestrorumq; bonorum participes facti, sua vicissim vobis impertiantur? Nam turpe quidem est, ea nos poscere, vos non præbere. Nec idcirco vos de hoc monui, ut in me sic fiat: (præstat enim me mori, quam ut aboleatur gloriatio mea, & ex Evangelio mercedem quæstumq; capiam, quod quidem fiet, si hoc fructum laborum percepero. Nam mihi Evangelium docere, necessitatis est: studiose autem in hoc incumbo, ut id gratus faciam) sed ut bene de Christo merenti discatis, idq; velim tenuium aliquem benignitatem exercendo.* verba sunt Gregorii Nazianz. orat. XIII. f. 349. A; ita à Magistratibus Christianis erant destinata: *Placuit, ut homines illi, qui cum debita sanctimonia & assidua huius legis observantia ministerium suum divinæ religionis cultui exhibent, laborum suorum mercedem reportent.* ita Constantinus M. referente Euseb. lib. X. hist. c. 7. f. 394. B. Et ad Cæcilianum Episcopum Carthaginensem: *Placuit nobis, ut per omnes provincias Africæ, Numidiæ, & utriusque Mauritaniæ, certis quibusdam legitimæ & sanctissimæ religionis Catholicæ ministris ad sumtus necessarios aliquid præberetur.* Sic idem f. 393. A. Fuerunt igitur & Episcopi salariorum dispensatores; Neque vero illi solum, sed etiam Præsides provinciarum; His enim Imperator *imperabat, ut per singulas urbes virginibus, ac viduis, & iis, qui divino ministerio erant consecrati, annuum frumentum suppeditaretur, munificentia potius quam necessitate rem metiens. Cuius beneficentiæ pars tertia*

ad

Sacramentum, quod Sacramentum est, & res Sacramenti, quod Sacramentum tantum est, & res Sacramenti, quod res tantum est. Sacramentum

ſach. III. & 16. q. 1. C. ſi. & comm. in Matth. XXII. allegantur à M. Anton. de Domin. lib. IX. de rep. c. 2. §. 6. Id certum eſt, quod licuerit Eccleſiis bona legari per teſtamenta; ſic enim habet l. 4. cod. de Epiſc. lata à Conſtantino M. anno 321: *Habeat unusquisq; licentiam, ſanctiſſimo Catholicæ venerabiliq; Concilio decedens, bonorum quod optavit relinquere.* Ad ſalarium referri poteſt exemptio ab oneribus non ſolum perſonalibus, ſed etiam realibus, e. g. à *novis collationibus*, l. 8. cod. de Epiſc. ab *hoſpitibus ſuſcipiendis*. l. c. ab *alimonia negotiationum* l. c. à *muneribus ſordidis*. l. 10. *negotiatorum diſpendiis, parangariis, & cenſibus*. l. cit. *curialibus muneribus*, ipſi, & ipſorum liberi, ſi quidem in clericatu illi nati; leg. 9. 10. 11. 14.

§. 161. Contenti autem ſint Miniſtri, ſi ſalarium ſufficit ad neceſſitatem: monitum eſt Baſilii moral. reg. LXX. c. 28. f. 367. D. Confer Ambroſ. de dignit. ſacerd. c. 4. f. 338. F. Hoc ipſo vero non interdicitur clero eſſe diviti, quod contra Audeanos aſſerit Epiphan. hæreſ. LXX. Quanquam nec licuerit viduarum, & aliarum piarum animularum opibus inſidiari, per ambitum teſtamentorum, legatorum &c. quo de vide Ambroſium adverſus Symmachum. Solebant etiam opera manualia tractare, ut victum ſibi compararent; vide Spondan. an. 398. n. 15. De *propriis* Cleri bonis vide Photii Nomocan. tit. X. c. 6. Optimũ ſalarium in cœlis repoſitum eſt: *Non eſt in præſenti retributio meritorum, ſed in futuro*: ait Hier. comm. in c. IX. Eccleſ. f. 42. B.

§. 162. Exſpirabat ſalarium & alia beneficia cum orthodoxa religione. Symmachus Ethnicorum patronus apud Ambroſ. lib. V. epiſt. 30. f. 156. G. conqueritur de excluſione ſuorum ex teſtamentis: *Ergo*, interrogans, *Romanæ religiones ſub Romana jura non pertinent? Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla lex, nullus caſus fecit caducas? Capiunt legata liberti, ſervi teſtamentorum juſta commoda non negantur, tantum nobiles, virgines, & fatalium ſacrorum miniſtri excluduntur prædiis hæreditate quæſitis.* ſed Reſp. Ambroſ. epiſt. 31. f. 157. C. *Nobis etiam privatæ ſucceſſionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo conqueritur. Non enim putamus injuriam, quia diſpendium non dolemus. Si privilegium quærat ſacerdos, ut onus curiale declinet, patria, atq; avita, & omnium facultatum poſſeſſione cedendum eſt.* Et paulo poſt: D. *Scribuntur teſtamenta templo-*

Digitized by Google

Gott ist ein Geist, und wer ihn anbeten will, der muß ihn im Geist und in der Wahrheit anbeten. Gott ist ein Geist, und hat demnach weder Fleisch noch Beine, wie ihr sehet, daß ich habe. Gott ist ein Geist, und will nur von Geistern angebetet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gesehen werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gehöret werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gefunden werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gelobet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gepriesen werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister geliebet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gefürchtet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister geehret werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gedienet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gefeiret werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister geheiligt werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gepredigt werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gelehret werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gelernet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gelesen werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister geschrieben werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gedichtet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gesungen werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gesaget werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gelesen werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gehöret werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gefunden werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gelobet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gepriesen werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister geliebet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gefürchtet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister geehret werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gedienet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gefeiret werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister geheiligt werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gepredigt werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gelehret werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gelernet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gelesen werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister geschrieben werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gedichtet werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gesungen werden. Gott ist ein Geist, und kann nur durch Geister gesaget werden.

Nicæni; (vide præmiſſa §. 151.) Alio nomine dicebantur ἀγαπηταί *dilectæ*; Epiph. hæret. LXIII. *Agapetas* vocat Hieronymus in epiſt. ad Euſtochium; dicuntur & ἀδελφαί *ſorores* can. 18. conc. Ancyrani; σύνοικοι γυναῖκες *contubernales mulieres*: à Baſil. epiſt. 198. Loquor itidem de maritis, non de *extraneis*, quos vocat Hieronymus in epiſt. ad Salvin. & Euſtochium. Chryſoſtomus ἄνδρας συνεισάκτους *viros extraneos*; in homilia de hoc argumento conſcripta. videatur ſanctio Concilii Ancyrani can. 10. Poſteriora quidem verba prohibent in Diaconatu manere, qui uxorem in eo duxerit ſine venia; Attamen non dicunt, jure divino id prohibitum fuiſſe, neque etiam Eccleſiaſtico, ſaltem univerſali, & indiſpenſabili. Coriolanus ad h. can. diſtinguit inter matrimonium contrahendum & contractum, & contracti uſum, & non-uſum, jus & factum, ſed reclamat textus diſtinctioni; dicit enim: χρῆναι γαμεῖσθαι *oportere uxores ducere, μὴ δυνάμενοι δὲ τοῦτο μένειν cum non poſſint ſic* (cælibes) *manere*; Quem oportet uxorem ducere, ille nullam adhuc duxit; Et qui uxorem ducit, quod cœlebs eſſe, ſeu manere non poſſit, is eo fine ducit, ut ejus conſuetudine fruatur: Additur: μετὰ ταῦτα ἦλθον εἰς γάμον *poſt hæc venerint in matrimonium*: quod illis competit, qui matrimonium nondum contraxerunt. Porro dicit: διδόναι ἄνωθεν τοῦ διακόνου *concedi ipſis ab Epiſcopo*; quæ eſt deſcriptio juris & licentiæ, non meri facti.

§. 165. Concilium Gangrenſe adverſus Euſtathium Sebaſtenum collectum, can. 1. ita ſtatuit: *Si quis nuptias accuſet, & dormientem cum viro ſuo fidelem piamq; ac religioſam, deteſtetur, ac vituperet, quaſi non poſſit in regnum Dei introire, anathema ſit.* Canon generaliter conceptus eſt, nec excludit, imo maxime includit, Clericos; Nam de his diſputabat Euſtathius, unde Gratianus diſt. 31. *Solum ad ſacerdotum conjugia* canonem reſtringit: fatente, ſed indignante, ſcholiaſte ad concil. cit. f. 513. Si autem ad *ſacerdotes* reſtringitur, igitur etiam ſuperioribus ordinibus, ut erat ſacerdotum, licuit uti ſuis uxoribus. *Si quis diſcernit Presbyterum* γεγαμηκότα *conjugatum, quaſi non oporteat eo miniſtrante, & jus oblationi communicare, anathema ſit.* ita ſonat can. IV. ejusdem concilii; Loquitur de *presbytero*, qui inter ordines majores eſt; Et quidem γεγαμηκότα *conjugato*; adeoq; qui etiam utitur conjugio;

Si

Si enim abstinuisset sibi ab uxore, horrori sanctulis non foret; Confer Espenc. lib. I. de contin. c. 9. Leon. Allat. dissert. II. de libb. Eccles. p. 171. seqq.

§. 166. Excipit Bellarminus lib. I. de Cler. c. 21. p. m. 112. *Anathema eis dici, qui putant matrimonium ex se esse malum, & propterea existimant, non licere sacra facere ei, qui uxorem habuit, etiamsi ab illa se contineat.* Resp. 1. canon valet adversus eos, qui γεγαμηκότας *matrimonio junctos* aversabantur, ideo, quod *Presbyteri* illi essent; non autem, quod matrimonium *per se malum* esset; secus omnes in matrimonio viventes, sive Presbyteri forent, sive non, aversarentur. Neque aliud vult canon 1. agens de iis, qui putabant, non posse conciliari nuptias, seu usum matrimonii cum *pietate*, ac *religiositate*. i. e. cum perfectione hominis Christiani. 2. intelligi etiam eos, qui *uxores adhuc habebant*, videre est ex Socrate lib. II. c. 43. qui refert, canonem concernere eos, qui aversabantur ædes πρεσβυτέρων γυναῖκα ἐχόντων: *Presbyteri uxorem habentium.*

§. 167. In Concilio Nicæno idem *visum erat*, ut habet relatio Socrat. lib. I. hist. c. 11. In qua observandum (1) *subjectum*, de quo sermo est, nempe de Episcopis & Presbyteris, qui sunt superioris ordinis: (2) *prædicatum* esse συγκαθεύδειν, *condormire*, quæ est descriptio usus conjugalis. Addit quidem: *Satis esse, ut qui in Clerum fuissent adscripti, juxta veterem Ecclesiæ traditionem, jam non amplius uxores ducerent; non tamen quenquam sejungendum esse ab ea, quam antehac, tunc cum esset laicus, legitime duxisset.* f. 40. A. sed observamus phrasin: κατὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀρχαίαν παράδοσιν *secundum antiquam Ecclesiæ traditionem*, quæ vero jus divinum non est; utpote quod jure divino καὶ πᾶσι sit τίμιος & γάμος ἀμίαντος, *nuptiæ immaculatæ* etiam in Clericis; ut paulo ante allegaverat Paphnutius. Unde effectum est, ut cujusque arbitrio relictum sit, uxore uti, nec ne; τῇ γνώμῃ τοῦ βουλομένου; Sic refert etiam Gelasius Cyzicenus c. 3. Act. Concil. Nicæni, dicens; *Concilium de hac* (conjugii, vel cœlibatus Clericorum) *quæstione tacuit, & eorum reliquit arbitrio, qui volunt ex mutuo consensu à propriis conjugibus abstinere, nec, ut quidam Episcopi urgebant, novam hac de re legem ferre voluit.* Frustra sunt, qui historiam in dubium revocare volunt, Bellarminus,

Turrianus, alii; multis enim eam argumentis Gabriel Vasquez defendit.

Exempla. §. 168. Prostant *exempla* multorum uxoratorum Episcoporum & Presbyterorum præcipuè in Oriente. Novatus Presbyter uxorem habuit, & gravidam fecit; unde probro ipsi datum est, quod *uxoris gravidæ uterum calce percusserit*. à Paciano epist. 3. Saturninus Presbyter & Martyr liberos habuit quatuor; uti ex Actis Alutinensium docet Sur. d. 11. Febr. & Baron. an. 303. n. 35. seqq. Athanasius in epistola ad Dracontium, *multi*, scribit, *quoq; ex Episcopis matrimonia non inierunt, Monachi, contra, parentes liberorum facti sunt: quemadmodum vicissim Episcopos filiorum patres, & Monachos generis posteritatem non quæsiisse, animadvertas*: *& Clericos rursus esuriisse, & Monachos jejunasse*: f. 958. D. t. 1. Apolinaris senior erat Presbyter & uxoratus; Socrat. lib. II. hist. c. 46. Restitutus Episcopus Londinensis uxorem habuit; Antiq. Britan. f. 9. n. 50. *In plerisq; abditioribus locis cum ministerium gererent, vel etiam sacerdotium, filios susceperant, & id tanquam usu veteri defendunt, quando per intervalla dierum sacrificium deferebatur.* verba sunt Ambros. lib. 1. offic. c. 50. f. 10. G. Idem, vel quisquis auctor est, ad 2. Cor. XI. scribit: *omnes Apostoli, exceptis Ioanne & Paulo, uxores habuerant*. f. m. 526. C. Hieronymus refert adversus Vigilantium. f. 55. B. t. 3. fuisse Episcopos, qui uxoratos Diaconos ordinarint. Epiphanius hæres. LIX. f. 236. agnoscit, *in quibusdam locis adhuc liberos gignere Presbyteros, & Diaconos, & Hypodiaconos*: Filij alicuius Presbyteri meminit Socrat. lib. IV. c. 28. Etiam Constantinus M. leg. 9. de Episc. Et Constantius leg. 10. & 14. *Conjugum & liberorum.* Tempore concilii Taurinensis erant, qui *in ministerio filios genuerant* can. 8. concil. Paulinus, etsi uxoratus, factus est Presbyter. Spond. an. 394. n. 13. Gregorius Nazianzi Episcopus, uxorem habuit, & ex ea filios suscepit; nempe Gregorium Theologum, & Cæsarium fratrem, quod illustre exemplum à cavillationibus Baronij vindicat D. Calixtus de Conjug. Cleric. p. 211. Apud eundem invenias uxoratum etiam Gregorium Nyssenum orat. in Macrin. & Hilarium Pictaviensem, & alia huc spectantia. Confer ex recentioribus D. Chemnit. Loc. Theol. part. II. de castit. p. m. 227. b.

§. 169.

Digitized by Google

§. 169. *Habitus Clericorum* debet esse *decens, religiosus*, uti vocat Ambros. de de dignit. sacerd. c. 3. neque in excessu, ut sunt *Castorinæ & sericæ vestes*; notatæ ab Ambros. de dign. sacerd. c. 4. neq; in defectu peccans: *vestes pullas aq; de vita, ut candidas. Ornatu ut sordes pari modo fugiendæ sunt: quia alterum delitias: alterum gloriam redolet. Non absq; amictu lineo incedere: sed precium vestium linearum non habere laudabile est, alioquin ridiculum & plenum dedecoris est, referto marsupio, quod sudarium variumq; non habeas, gloriari.* ita Hieronymus de vit. cleric. t. 1. f. & b. 6. cui consonum est, quod de Herone, Christiano Philosopho refert Greg. Naz. orat. XXXIII. f. 546. D. *Cynicæ*, ajens, sectæ partem eam, quæ impietatem numinisq; contemptum spirat, execratus, frugalitatem autem vitæq; degendæ facilitatem laudibus prosecutus atq; amplexus, hoc jam est, quod cernitis, canis adversus veros canes, & Philosophus adversus stultos, & Christianus ad bene de omnibus merendum paratus, atq; illorum quidem arrogantiam habitus gestusq; corporis similitudine, nonnullorum vero ex nostris inertiam vestis novitate refutans, perspicuumq; faciens, nec pietatem in parvis levibusq; rebus, nec sapientiam in vultu ad tristitiam composito, verum in animi firmitate mentisq; puritate, sinceraque ad virtutem summumque bonum inclinatione consistere: nihil referre, quo habitu simus, & cum quibus consuescamus, modo nos ita comparemus, ut sive soli simus, mentem à sensibus contrahamus, sive cum aliis versemur, in hominum cœtu privato more vivamus inter eos, qui à philosophia abhorrent, philosophiæ studia colamus. Albarum vestium meminit Chrysost. homil. LX. ad pop. Antioch. f. m. 397. B. laudans *album & splendentem tunicam*, Tunicæ suæ ex pannis confectæ meminit Naz. orat. XIII. f. m 356. *Detonsos* quoque fuisse capillis Clericos, Gasto Chamillar & Presbyter & Doctor Sorbonicus probare vult ex Euseb. lib. X. hist. Eccles. c. 4. ubi orator celebrat τὸν ὑπέρτον τῆς δόξης στέφανον *cœlestem gloriæ coronam*, quam ille putat Coronam ex capillis incisam, qualem in Papatu rasi & tonsi gerunt; de tonsur. p. 401. Insigni vitio consequentiæ, à gen. ad speciem certam affirmativè; Neque alter locus, quem allegat ex Gregorio Naz. Orat. XIII. post reditum habita, f. m. 344. plus probat, quam Episcopum etiam in capillis decoro studere debere; refert, ut Maximum, olim Cynicum,

Habitus.

cum, totondetint, cum Episcopum crearent; nempe quia indecore prolixus fuerat capillus Cynici quondam philosophi. Rasos non fuisse Sacerdotes Christianos, eo quidem tempore, ex Optati Milevit. l. 2. adv. Donatist. & com. Hier: in c. XLIV. Ezech. patet, non diffitente Bellarmino lib. II. de Monach. c. 40. Quorum hic refert, *calvitium novacula non esse faciendum, nec ita ad pressum tondendum caput, ut rasorum similes esse videamur, sed in tantum capillos dimittendos, ut opertum sit caput*: cit. Rivet. Cath. orth. q. XXVI. p. 504.

Vitia. §. 170. *Vitiis* quoque suis obnoxium est ministerium, quod testabatur historia huius seculi quoque, ut videre est ex querelis Eusebii lib. I. de Martyr. Palæst. c. 12. Gregorii Nazianzeni in Invectiva *ad Episcopos* f. m. 940.; contra *falsos sacerdotes*. f. 938. In apologia pro fuga Orat. XXI. f. 397. Ambrosij de dignit. sacerdot. c. 6. & in apol. David. c. 4. ubi docet veterum sacerdotum errores & peccata; Et ex historia Audæi, quam refert Epiphanius hæres. LXX. f. m. 392. Nam schismaticus hic evasit ex Zelo adversus vitiosum clerum: *Qui sæpe conspicatus ea quæ in Ecclesiis fiunt, in faciem episcoporum ac presbyterorum se talibus opponebat, ac ipsos redarguebat, dicens: Non oportebat hæc sic fieri, non debent hæc sic peragi: velut vir veritatis studiosus, & qualia àliberi oris viris ob veritatis amorem fieri solent, qui vitam maxime exactam vivunt.* Et mox: *quapropter talia videns, velut dixi, in Ecclesiis loqui cogebatur ac confutare, & non tacebat; Si enim aliquem videbat pecunia studiosum ex clero, aut Episcopum, aut presbyterum, aut alium quendam ex regula, omnino loquebatur. Et si videbat alioquin in voluptatibus ac deliciis viventem, aut aliquem adulterantem Ecclesiasticam prædicationem, & Ecclesiæ statuta, non ferebat hic vir, sed verbis, velut dixi, reprehendebat. Et erat hoc grave admodum his, qui vitam approbatam non habebant. Atq; hac de causa contumelias afficiebatur, contradictionem sustinebat, actio habebatur, agitatiq; ac protrudi & ignominia affici tolerabat.* Ubi autem probe distinguendum est inter officium & personam, quod vitia sint personarum, non officiorum; qua de distinctione agit Ambros. de iis, qui myster. initiant. c. 5. *quod in iis, quæ à sacerdotibus fiunt, non merita personarum, sed officia considerandæ sint.* Et paulo post: *non merita personarum consideres, sed officia consideres.* Et Ephrem. de sacerd. f. m. 3. *Et enim sicut fulgidissimum aurum, licet luto contaminatum, non percipit detrimentum, neque*

que ſpecioſiſſimæ margaritæ ex contactu quarundam immundarum ſpecierum: Ad eundem modum nec ſacerdotium ab ullo ſordidum redditur, quantumvis etiam indignus ſit is, qui illud ſuſtepit. Interea vitiis multum derogatur dignitati perſonarum: *ſuam (Principes Eccleſiæ) deſtruunt operibus dignitatem*: ait Hieron. comm. in Joſ. l. 2.

§. 171. *An* autem *etiam perſonarum vitia ſint detegenda?* quæritur. Videtur id negare Conſtant. M. ap. Theodor. lib. 1. hiſt. Eccleſ. c. 10. f. 552 B. *Cum enim pacem compoſuiſſet, prolatos in medium* (accuſationum libellos) *coram omnibus exuſſit, dato jureiurando, nihil eſſe quicquam illorum à ſe lectum, ſacerdotum quippe delicta, ut ajebat, procul patefieri non debent, ne ſcandali anſam arripiens ad peccandum fiat audacior. Quin hoc etiam adjeciſſe ferunt, ſe, ſi Epiſcopum alienas nuptias violantem oculis ſuis cerneret, paludamento nefarium facinus obtecturum, ne rei aſpectu damno quemquã afficeret.* Sed limitate hæc ſunt accipienda, nempe, ne cum ſcandalo aliorum id fiat; Non abſolute; ſecus ipſe Conſt. M. Cleri vitia non raro notare non debuiſſet; quod tamen ipſum feciſſe, ex præmiſſis cõſtat. Imo hoc magis reprehendenda & coercẽda ſunt Cleri vitia, quo majus eſt ſcandalũ, quod ipſa dant; *Ipſi enim ſcimus, ſæpe propter paucorum impudentiam divinum & imprimis venerandum ſacerdotis nomen in damnationem (εἰς κατάγνωσιν) incurriſſe*; quæ eſt Gaudentii querela in Concil. Sardic. can. XX. Ambroſius de dignit. ſacerd. c. 3. docet, *quod, ſicut nihil Epiſcopo excellentius eſt, ita nihil miſerabilius ſit, ſi Epiſcopus de ſancta vita periclitetur, & ſi ſacerdos in crimine teneatur, quod præterea, quanto præcæteris gradus Epiſcopalis altior eſt, tanto, ſi per negligentiam delabatur, ruina gravior ſit.* Hæc ille per totum caput facunde deducit. An detegenda?

§. 172. Deſcendendum eſt ad ſpecies vitiorum, quæ, ſicut ſupra virtutes, referri poſſunt vel ad officium, vel ad perſonas: *Ad officium*, cui proximè repugnant; Tale eſt: *otium, ignavia, torpor*, in quod vitium invehitur Hieronymus in epiſt. ad Marcel. t. 1. f. 58. C. *Ambroſius*, inquiens, *(quo chartas, ſumtus, notarios miniſtrante, tam innumerabiles libros vere Adamantius, & Chalcenterus noſter explicavit,) in quadam Epiſtola, quam ad eundem de Athenis ſcripſerat, refert, nunquam ſe cibum Origene præſente ſine lectione ſumſiſſe: nunquam iniiſſe ſomnum, niſi unus è fratribus ſacris literis perſonaret. Hoc diebus egiſſe vel noctibus, ut & lectio orationem exciperet, & oratio lectionem.* Species vitiorum in officio: ut otium.

nem. Quid nos ventris animalia tale unquam fecimus? Quos, si vel secunda hora legentes invenerit, oscitamus: manu faciem defricantes, continemus stomachum, & quasi post multum laborem, mundialibus rursum negotiis occupamur. Prætermitto prandia, quibus mens onerata premitur. Pudet dicere frequentiam salutandi, qua aut ipsi quotidie ad alios pergimus, aut ad nos venientes cæteros expectamus: Deinceps itur in verba, sermo teritur, lacerantur absentes, vita aliena describitur, & mordentes invicem consumimur ab invicem. Confer Chrysost. hom. III. in Act. f. 473. A. & f. 475. A. Imperatores l. 25. Cod. de Episc. notant *negligentes divinæ legis sanctitatem.*

Ruditas. §. 173. Cum hoc vitio plerumque conjunctum est aliud, nempe *ruditas* literarum: *Penitus abhorret à sacerdotum ordine ac facultate, quisquis illustrandi vi caret, multòque magis is, qui necdum illustratus est. At mihi quidem nimis temerarium videtur huiusmodi, si sacerdotalia sibi vendicet, neque metu, neque pudore à divinis supra dignitatem suam consectandis arceatur, putetque ea latere Deum, quorum sibi ipsi conscius sit, & se Deum fallere existimat, quem falso nomine appellat Patrem, audetque scelestas blasphemias suas (neque enim preces dixerim) in divinis mysteriis Christi firmiter pronuntiare. Non est iste sacerdos, non est, sed inimicus dolosus, illusor sui, & lupus in dominicum gregem ovina pelle armatus.* ita Dionys. Areop. epist. VIII. f. 785. A. *Est perversitas, quam vidi sub sole, hominem opinione sua sapientem, & quod sceleratius est, alii instituendis præfectum, qui ne sua quidem ignorantia sibi sit conscius: Hoc vitium lachrymis quidem & luctibus, si quod aliud, dignum est, idque sæpenumero mecum ipse deploravi.* scribit Hieron. ad Demetriadem t. 1. f. 32. A. Similia habet in epist. ad Marcel. t. 3. f. 169. C. Exstat in hunc finem lex Gratiani, Valentiniani, & Theodosii 25. cod. de Episc. Chrysost. etiam homil. 3. de Laz. gravissime in eos invehitur, qui ignorantia præsertim sacrarum literarum laborant. Alibi exaggerat periculum & damnum inde ad Ecclesiam redundans, lib. IV. de sacerd. f. m. 542. D. Exemplum recitat Socrat. lib. II. hist. c. 20. f. 101. B. Episcoporum occidentalium, qui literas Græcas non intelligebant; Nectarius, Episcopus Constantinopolitanus quidem, utpote patrii idiomatis, erat gnarus, sed ignarus aliarum literarum Theologicarum & Ecclesiasticarum; sic & Agelius, Novatianorum Episcopus, vide Socrat. lib. V. c. 10. In hunc defe-

ed by Google

defectum graviſſimè & ex profeſſo invehitur Gregorius Nazianz. in orat. XXI. pro fuga; Et orat, XXXI. f. 510. D. agens de apoſtaſiis ſub Arianiſmo, ex ignorantia Cleri profectis; Confer dicta ſuperius §. 38. & 142. Illa tamen ruditas interdum verbis ſpecioſis tegitur, dum fit, quod Hieronymus queritur comm. in Eccleſ. IX. f. m. 42. B. Quæ objici ſolent ſunt diluta ſupr. §. 142.

§. 174. *Neglectus officii*: cum quis *negligendo violat divinæ legis ſanctitatem*, uti loquitur lex XXV cod. de Epiſcopis. Hieronymus cavet, ne, *aſſumpti à populo, negligentia nos demum, atq; deſidiæ, & quod hi peius eſt, delitiis, ventriq; & otio ſervientes, honorem nos accepiſſe putemus, non miniſterium. Siquidem filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & pedes diſcipulorum lavit, ut oſtenderet, omnes ſordes & vitia à magiſtris in diſcipulis debere dilui atq; purgari.* comm. in Ezech. XXXIII. f. 234. C. occurrit objectioni: *Nec ſtatim reſpondeamus: quid prodeſt docere, ſi nolit auditor facere, quod docuerit unusquiſq; enim ex ſuo animo & officio judicatur: Tu ſi locutus non fueris; ille, ſi audire contempſerit*: Sive in loco non eſt, ubi per officium eſſe debebat; ſancitum eſt, *ne Epiſcopus temere peregrinetur, aut Clericus in alia provincia degat*, Concil. Ancyran. can. XVIII. Antiochen. can. 3. 13. 22. Laodic. can. 41. 42. Conſtantinop. can. 2. Sardicenſ. can. 3. 11. 12. 16. 17. colligente Photio Nomocan. tit VIII. c. 2. Aut cum in loco eſt, non loquitur, quod, & quando debet: *Væ jam mihi eſt, ſi minime prædicavero, & ſi ſuſceptum theſaurum in terra defoſſum, i. e. in meo corde diu occuluero, & lucernam divini verbi compreſſam ſub modio retentavero, & non ſuper candelabrum propoſitum cunctorum oculis manifeſtavero, & clauſtra humanæ imperitiæ per claves illas regni cœlorum, quas in B. Petro Apoſtolo cuncti ſuſcepimus ſacerdotes, minime reſeravero, ut audire per hæc merear pro linguæ meæ modulo: Euge ſerve bone &c.* ut plerumque obmuteſcunt, qui irregulari modo promoti ſunt: *Præfecti non liberè loquuntur, nam qui per homines ſibi ipſis poteſtatem acquiſiverunt, ſervi ſunt eorum, quorum favore adjuti ſunt.* querela eſt Baſilii & ſociorum in literis n. LXIX. f. m. 858. A. Aut ἀλλότρια loquitur, vel agit; Canon VI Concil. 1. Carthag. vetuit, *ne Clerici actus ſecularium vel procurationes ſuſcipiant*. Can. IX. *ut Laici Clericos actores vel ratiocinatores ſibi non conſtituant*: Can. X. Neglectus officii.

ne Episcopus alterius Episcopi plebes, vel fines usurpet. Canon VII & XX. Concilii Sardicensis vetuerunt, excurri à Clericis in castra, aut alienas diœceses; confer & can. XVIII Concilii Ancyrani; Et Claudium Espence. f. 261. opp. In caupona, vel publico diversorio cibum ne capiat Clericus, juxta can. XXIV Concilii Laodiceni; & can. XL. Concilii Carthag. vide Photium cap. 35. tit. IX. Nomocan. Nec vanum populi applausum captet: *Accusat* (Salomon) *eos, qui loquuntur quidem in Ecclesia, & docent populos, sed ea docent, quæ populum audire delectet, quod peccatores palpent in vitio, & strepitus concitent audientium. Nonne quando in Ecclesia lascivit orator, & beatitudinem & regna cœlorum multitudini pollicetur, videtur tibi in usu facere panem, & vinum ad lætitiam miscere viventium; sive quod ipsi, qui docent divitias, & cibos & opes per delectabilia promissa conquirant.* ita Hieron ad Eccles. X. f. 43. F.

Hæresis: §. 175. *Hæresis.* Ambrosius de dign. sacerd. c. 4. vult Episcopum esse unius uxoris, i. e. fidei Catholicæ, non hæreticæ, maritum; unde Maximus, Episcopus Constantinop. officio motus est, quod hæresi Apolinaris laboraret. referente Theodor. lib. V. c. 8. f. 713. D.

Imprudentia: §. 176. *Imprudentia*; Cum quis in zelo excedit, ut Epiphanius adversus Chrysostomum, concitatus à Theophilo Alexandrino; vide Vedel. de prudent. vet. Eccles. lib. I. c. 1. n. 6. In alterum extremum impingit *ἀίδιον περίεργια*: cum quis hominibus plus æquo placere allaborat: quales sunt, *qui nihil non faciunt ad gratiam*, improbante Chrysost. homil. III in Acta. Et consentiente Gregorio Nazianz. f. 1030. *Syncretismus* huc spectat, quem committunt, *qui ab Hæreticis vel Iudæis benedictionem accipiunt, aut in Ecclesiis vel monasteriis hæreticorum, Ethnicorumve, orant, aut cum Iudæis Sabbata, eorumve festa observant: aut in Synagogis templisve gentium offerunt*; quæ verba sunt Photii Nomocan. tit. XII. c. 9. allegantis inter alia Canones Laodiceni Concilii IX. XXIX. XXXII. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XLII. Confer Concilii Antiocheni can. II. & Laodiceni can. XXXVI.

Syncretismus.

Personæ ut inobedientia: §. 177. Ad *personam* referuntur: *Apostasia* ad falsam religionem, sive ex ignorantia, sive ex timiditate; aut amore rerum terrenarum nimio, facta, quam notat sub Arianismo grassante Greg. Naz-

Naz. orat. XXXI. f. 530. D. *Inobedientia* adversus Magistratum; quod vitium commiserunt quidam Asiæ, & Phrygiæ Episcopi, exprobrantibus id ipsis Imppp. referente Theodor. lib. IV. c. 7. f. 668. A. Confer Photii Nomocan. tit. IX. c. 36.

§. 178. *Fastus.* Notatus in Episcopis ab Hieron. comm. in c. IV. ad Gal. t. IX. f. 90. C. ad verba Pauli: Fratres obsecro vos &c. *quæ quidem*, notat, *& nos ad humilitatem provocant, & supercilium decutiunt Episcoporum, qui velut in aliqua sublimi specula constituti, vix dignantur videre mortales, & alloqui conservos suos.* Confer Greg. Naz. orat. 35. f. 564. & Ammiani Marcellini aculeum, referentis, ut Episcopi *processerint vehiculis insidentes, circumspectè vesturi.* lib. XXVIII. *Ira* immoderata; vetante can. XIV. Concilii Sardicensis; *Invidia* & æmulatio; Neque enim decet *offendi sacerdotem, si, aut Presbyter, aut minister, aut quisquam de Clero, aut misericordia, aut jejunio, aut integritate, aut doctrina, aut lectione, existimationem cumulet suam: Gratia enim Ecclesia laus doctoris est* per Ambros. l. II. offic. c. 24. L. Quod vitium gliscebat Cæsareæ Cappadocii inter Eusebium Episcopum & Basilium, Gregoriumq; Nazianzenum; vid. Naz. ep. XX. Feriit etiam ipsum Gregorium: *Unum illud est, laboribus invident meis* (sic idem canit) *Sanctusq; Spiritus petitur injuriis, hæc altera causa est, spiritus tanquã Deus.* Romæ tamen potissimum grassabatur: conquerente Hieronymo t. I. ad Marcel. f. 59. A. *Contentiositas*, quam vetat Apostolus 1. Tim. III. 3, *impatientia*; etiam *violentia*, quâ sicut leones rugientes sunt, juxta Hieron. in Sophon. c. II. *Cædes* absit à Clerico, per Apostolum 1. Tim. III. 2. explicante Ambrosio c. 4. de dignit. sacerd. Can. LV Basilii: vide Photi. Nomocan. tit. IX. c. 16. Purpurius Liniacensis Episcopus, male audit, quod sororis filium in carcere necaverit. Optat. Milev. lib. I. p. 16. Damasus & Ursicinus, quod contendentes de Episcopatu, occasionem dederint cædi 137. hominum, referente Ammiano Marcellino lib. XXVIII. Sed de his plura in loco de scandalis.

Fastus: Ira. Invidia. Contentiositas. Impatientia. Cædes.

§. 179. *Libido*, & quidquid eius suspicionem (ut mulieres *extraneæ*) movere potest; de quo can. III. concil. Nicæn. can. XXVIII. concil. Eliber. can. III. concil. I. Carthag. Gregor. Naz. f.

Libido.

990. opp. Basil. ep. CXCVIII; Phot. Nomocan. tit. VIII. c. 14. Bill. observ. sacr. lib. 1. c. 40. Filesac. Select. lib. 1. c. 10. p. 153. Et quæ §. 151. notavimus. Hieronymus sugillat ad Marcell. t. 1. f. 58. *matronarum senatum*, qui *quotidiè* (à Clericis) *visitetur*: Et de custod. virgin. f. 66. C. D. Idem *de vitando suspecto contubernio* ex professo disputat f. 101. seqq. In clericum adulterum invehitur f 104. Acacius abdicavit Macedonium, quod Diaconum in fornicatione deprehensum ad communionem admisisset: Socr. lib. 2. hist. c. 42. V. c. 19. Valentinianus leg. 20. cod de Episc. lata vetuit, *Ecclesiasticos vel continentes viduarum ac pupillorum domos adire.* Huc pertinet

Luxus. *luxus*; quem castigat Gregorius Naz. de Episc. f. 1030. C. D. Et Hieron. t. 1. f. 8. X. *convivia tibi vitanda sunt secularium, & maximè eorum, qui honoribus tument. Turpe est ante fores Sacerdotis Christi crucifixi, & pauperis, & qui cibo quoq; vescebatur alieno, Victores consulum & milites excubare, judicemq; provinciæ melius apud te prandere, quam in palatio. Quod si obtenderis, te facere hæc, ut roges pro miseris atq; subjectis: judex sæculi plus deferet clerico continenti, quam diviti, & magis sanctitatem tuam venerabitur, quam opes; Aut si talis est, qui non audiat clericos, pro quibuslibet tribulantibus, nisi inter phyalas, libenter carebo ejusce modi beneficio; & Christum rogabo pro judice, qui magis & citiùs subvenire potest, quam judex; melius enim est, confidere in Domino, quam confidere in homine; Melius est sperare in Domino, quàm sperare in principibus.*

Vinolentia. *Nunquam vinum redoleas, ne audias illud philosophi: hoc non est osculum porrigere, sed vinum propinare.* Igitur *vinolentia*; quod vitium prohibet Apostolus 1. Tim. III. 2. explicante Ambros. de dignit. Sacer-

Deliciæ. dot. c. 4. confer dicta superius §. 51. *studium deliciarum & novitatum*, quod displicuit Hieron de custod. virgin. t. 1. f. 66. *Et multos in eremum expulit: Clericorum & Episcoporum statum, quod hos quoq; nolentes volentes, bonos, opes, & negotia mundi involverent, ac transversos raperent, gravissimis periculis obnoxium esse, & multorum vita displicebat, jam priscæ illa pietate sacerdotum ad tyrannidem ac fastum degenerante. pensitatis non omnibus ac circumspectis, monachi placuit institutum. Quod, ne quis in hoc erret, id temporis longè diversum erat ab hoc, quod hodie videmus ceremoniis obstrictum; imò, quibus maximè libertas erat cordi, hi monachi professionem suscipiebant.* Ita Erasmus in vit. Hieron. t. 1. f. 11. Et scandalo fuit Ethnicis, ut Ammiano Marcellino, allegante

gante Spondan. an. 367. n. 4. Gothofredo in not. ad leg. XX. cod. de Epiſc.

§. 180. *Avaritia* non decet Clericos, etſi frequens ſit ipſorum vitium: *Lætamur ad numum*, ait Hieronymus, *amiſſo obolo contriſtamur*, ad Marcell. t. 1. f. 58. confer ad Euſtoch. de cuſtod. virgin. f. 64. B. F. f. 66. c. Et ad Nepot. de vit. Cleric. f. 7. 8. 9. Com. in Matth. XXI. f. 30. In Jeſai. l. 23. III. 14. In Mich. c. III. Nam totus eſt in hoc vitio reprehendendo. Adde Gregor. Naz. orat. XXXV. f. 563. & notas Gothofredi ad l. 8. cod. de Epiſc. Et ad leg. 20 & leg. 27. & 28. cod. Ubi Imperatores latis legibus Clericorum avaritiam coercere ſategerunt. Hoc vitio laborabant Anthimus Secundæ Cappadociæ Metropolites; apud Naz. orat. XXX. Et Joannes Hieroſol. apud Hieronymum f. 66. *Ne ſolus devoret* (ſacerdos) *dona Chriſti, quæ largita eſt bonitas Chriſti*, monet Ambroſ. de dign. ſacerd. c. 4. quibus adde reliqua verba. Epiſcopi Romani *diteſcentes oblationibus matronarum*, notantur à Ammian. Marcell. l. 28. Avaritia.

§. 181. *Fœneratio*. Sanctio concilii Laodiceni hanc vetat, can. IV. Cui conſentiunt can. XVII. Et can. XIII. Concil. Carthag. Ambroſius lib. III. de offic. c. 9. Lib. de Tob. c. 10. f. 314. A. Confer l. XXVIII. cod. de Epiſc. Omnium minime decet *furtum*: juxta Hieron. de vit. Cleric. f. 9. Confer. M. Anton. de Dom. lib. IX. c. 5. Eſpenc. f. 478. opp. Fœnus. Furtum.

§. 182. *Hypocriſis*. Facunde deſcribitur à Greg. Nazianz. de Epiſc. f. 1028. D Et f. 1034. ſeq. calumniæ: Euſtathiũ Antiochenum *Calumniæ* Cleri de ſede ſua dejecerunt. Socrat. lib. 1. hiſt. c. 24. f. 59. B. *Dicacitas* quoque & *loquacitas* minus decent Eccleſiæ miniſtrum: juxta Hieron. de cuſtod. virg. t. 1. f. 66. C. & Ambroſ. de dign. ſacerd. c. 4. f. 338. E. Hypocriſis. calumniæ. Dicacitas.

§. 183. *Studium* diœceſin amplificandi, quo de vitio lege querelas Alexandri Alexand. ad Conſtantinopolitanum apud Theodor. lib. 1. c. 3. f. 525. B. Et orat. XXX. Greg. Naz. f. m. 510. ſeqq. Ambitio.

§. 184. Hæc cleri vitia faciant auditores cautos, ne mores ipſius promiſcue ſequantur, ſed eos ſolum, qui orthodoxæ doctrinæ congrui ſunt. Vide monitum Ephrem ex collat. PP. t. 2. f. *VIII.* Eadem vitia etſi multum nocere poſſint, & ſoleant, fieri tamen poteſt, & factum eſt, ut corrupto miniſterio ſalvum eſſet, & maneret audito- Monita.

auditorium. Athanasius in epist. ad Solit. t. 1. f. 837. B. de Arianis ministris loquens, *omnia quidem illi*, ait, *pro hæresi sua moliti sunt, singulæ tamen Ecclesiæ fidem, quam didicerant, retinuere.* Talis erat Ecclesia Antiochena, ab Arianis quidem oppressa, orthodoxiæ tamen tenacissimè adhærens: *Arianalabe hi omnes pariter, sed occultè, laborabant. Quam ob causam plurimi, tum ex clero, tum ex populo, quibus cordi erat religio, conventus Ecclesiasticos declinantes, suos privatim agebant.* Theod. lib. 1. hist. c. 21. f. 569. D. Samosatensis, quæ relegato Eusebio suo orthodoxo Episcopo, Arianis lupis auscultare noluit: *Nam cum Ariani, post ademptum gregi pastorem longè optimum, alterum eius loco subrogassent, nemo ex incolis urbis fuit, non in egestate vivens, non affluens divitiis, non famulus, non opifex, non agricola, non arborator* (φυλακόμος) *non vir, non fœmina, non juvenis, non senex, qui ad Ecclesiasticos cœtus de more conveniret.* l. IV. c. 13. f. 676. c. imo *ipsæ oves, quamvis pastore destitutæ, pastorum munere functæ sunt, Apostolicam, doctrinam servarunt incorruptam.* f. 677. B. Simile quid contigit Alexandriæ, Petro Catholico Episcopo expulso; Cum enim Lucius Arianus intruderetur ab Euzoio, & ipso Ariano, *populus, Athanasij doctrina enutritus, contraria tunc alimenta cum videret, ab Ecclesiasticis conventibus abstinuit.* c. 18. f. 685. B.

Remedia. §. 185. *Remedia* adversus hæc vitia adhibenda, & adhibita sunt *1. Correptiones* Ecclesiasticæ, de quibus scribit Dionysius Areop. epist. VIII. §. 3. & 4. sed cautè legendus, etsi videatur ordinem in correptionibus observare; quales instituit Chrysostomus; referente Theodor. lib. V. hist. c. 28. f. 742. B. (*11*) *Iudicia Politica*, latis adversus vitia cleri legibus, sicut ex occurrunt in codice Theodosiano, tit. de Episcopis. vide leg. 20. 28. &c. III. *Ecclesiastica*, & censuræ Ecclesiasticæ. Summi Magistratus jussu & indultu adornabantur *judicia* ex ordine Ecclesiastico, *Episcopalia* vocat Augustinus brevic. collat. d. 3. c. 12. Extat cod. de Episc. lex XXIII. Imppp. Valente, Gratiano, & Valentiniano lata, *ut, qui mos est caussarum civilium, idem in negociis Ecclesiasticis obtineat*; in quibus eminebant Episcopi, & facta Clericorum examinabant, judicabant, censebant, probabant, vel improbabant: Innuit aliquid huius rei Concilium Carthaginense 1. can. XI. *de clericis*, loquens, *contumacibus & de numero judicantium Presbyterorum & Diaconorum*; Tale quid factum

Cæsaris quod Cardinal. Lib. inter Aug. tit. 2. LXVII. Cæsar. Cæsarius Cæsarius Cæsar. Cæsar. Cæsar.

erat, ut prius adiret reliquos provinciæ Episcopos; deinde, lite nondum finita, synodum diœcesanam; præstita prius scripto cautione. Hæc, & similia alia, canon sextus Concilii Cóstantinopolitani habet. Confer Photij Nomo can. tit. IX. c. 1. seqq. Cent. IV. Magd. c. 7. f. m. 28. seqq.

Gradus. § 186. Erant igitur gradus in judiciis, ut accusatio institueretur adversus Episcopum quidem penes reliquos provinciæ Episcopos; inde in synodo diœcesana, vel œcumenicâ, tandem etiam apud ipsum Imperatorem, quod ex ultimis his canonis verbis discimus: *Si quis spretis his, quæ, ut prius declaratum est, statuta sunt, ausus fuerit vel imperatoris aures obtundere, vel secularium Magistratuum tribunalia, vel synodum œcumenicam turbare, contemptis omnibus diœcesis Episcopis, hic omnino ad accusationem non est admittendus, utpote qui canonibus iniuriam infert, & ordinem Ecclesiasticum evertit.*

Abusus. §. 187. Abusus eiusmodi judiciorum notatus est hoc ab initio canonis; Hæc enim sunt verba: *Quoniam multi, Ecclesiasticum ordinem confundere & evertere volentes, odiosè & calumniosè adversus Episcopos orthodoxos, qui Ecclesiæ administrant, accusationes quasdam confingunt, nihil aliud conantes, quam ut sacerdotum bonam existimationem contaminent, & tumultus populorum, in pace degentium, excitent &c.* Quorsum referrem querelã Julii Episcopi Romani apud Athan. apol. ad Constant. t. 1. f. 750. A. dicétis: *Quis non execretur, sub externo iudice, præsentibus Catechumenis, & (quod peius est) Ethnicis, & Iudæis Christianissimum blasphemantibus, quæstionem de corpore & sanguine Christi haberi? Nam si omnino delictum aliquod perpetratum fuisset, oportebat de eo in Ecclesia inquiri sub legitimis Clericis.* Absit enim, ut Athanasius (qui ista Julii refert) omni Magistratus politici judicio sese suumq; ordinem subduxerit, quippe qui ipse hoc tanquam medio, & remedio usus est. vide dicta superius §. 126. Negandũ tamen non est, Clerum, & in hoc Episcopos, non facile correptos fuisse, imo post mortem sanctos habitos: Audiendus Hieron. qui ad Eccles. VIII. 10. f. 40. E. annotat. *Possumus hoc testimonium accipere adversus Episcopos, qui acceperunt in Ecclesia potestatem, & scandalizant eos magis, quos docere, & ad meliora debuerant incitare. Hi frequenter post mortem laudantur in Ecclesiis, & beatis in his, quæ non probabiliter fecerant, publicè sive à successoribus, sive à populis, prædicantur.*

§. 188. Si

§. 188. Si qui in errore, vel vitio, aut scelere deprehensi fuerant Clerici, *censura* vel leviore, vel graviore notabantur; Reprehendebantur dictis verbis, vel scriptis; suspendebantur ab officiis, vel in minore gradu locabantur, vel etiam removebantur ab illis; id quod superius §. 67. seqq. prolixè enarravimus; remoti in numero Laicorum censebantur, quo in statu *Laicorum communione* contenti esse cogebantur; λαϊκοὶ γενόμενοι, καὶ τῶν ἔσω ἀπόντες, *in Laicorum ordinem redacti sunt, & ita ad Synaxin admissi*: refert Synodus Alexandrina de iis, qui à Colytho fuerant ordinati. Athanas. t. 1. f. 732. C. Ex hoc ipso loco patet, quare sic dicta fuerit hæc communio, nempe à personis participantibus, quæ erant λαϊκαί *Laici*; καὶ ἔκτος, *& sic* communicabant, nempe si publicæ, post Clerum, extra cancellos; Si gravius fuerat delictum, ne privatim quidem licebat ipsis communicare; Concil. Sardic. canones 1. & 2. Episcopo sedem temere mutanti, & malis artibus promoto, denegant etiam Laicam communionem: ἴσως τοῖς μηδὲ ἐν τῷ τέλει λαϊκῆς γοῦν ἀξιοῦσι κοινωνίας: uti sonant verba Græca. Atque hæc specialia erant remedia: generalia & communia erant, quæ disciplinam Ecclesiasticam concernebant, de quibus in sequentibus, Deo volente, dicendum erit. *Pœna* omnium gravissima est divina vindicta, quæ æterna est, adversus eos, qui officiũ suum neglexerunt: vid. Chrysost. homil. III. in Acta. f. 473. D. eo quod præ cæteris maximè sacerdotum vitia sint scandalo. **Censuræ.**

§ 189. Ministerium obnoxium est multis curis. Esto enim quis eruditus, facundus, celebris, & æstimatissimus, hoc ipso tamen adeo non liber est à curis, ut etiam majoribus implicetur: Chrys. lib. V. de sacerd f. m. 546. A. homil. III. in Act. Variis etiam *iudiciis*, præcipue illi, qui eminent. id quod idem Chrysostomus l. c. dicit; variis etiam odiis, atque conviciis, & contemptui, ut Gregorius Nazianzenus, auditoribus non comparentibus, de quo conquerutur orat. XIV. 159. interdum à toto fere populo profectus: Chrys. lib. V. de sacerd. f. 547. B. imo & à malevolis collegis, quod omnium acerbissimum est. 548. D. vel credere & obsequi nolentibus, de quo vide Ambros. serm. LXXX. **Curæ.**

§ 190. *Persecutionibus*: aliis subtilioribus, aliis crassioribus, Hostes interdum alios subornant, per quos ministerium persequantur, interdum aliquos ex ipso ministerio: vide Athanas. ad solit. t. 1. **Persecutiones.**

f. 845. D. Interdum aliquam præ se ferunt benevolentiam, ut cum aliquem removent sub specie commiserationis, tanquam ferendis oneribus par non sit, quale quid contigit Gregorio Nazianzeno, orat. de Epis. f. 1029. B. Altius ascendendo, Diocletiano furente, primi & præcipue Ecclesiæ Ministri petebantur; uti refert Euseb. lib. VIII. hist. Eccles. c. 2. f. 293. C. Simile quid factum refert post tumultus in Armenia & Syria; c. 6. f. 298. B. Repetit lib. 1. de Martyr. Palæst. c. 2. f. 310. D. nempe, quod primo persecutionis anno adversus solos Ecclesiarum præsides sævitum sit: Simile quid factum est etiam sub Licinij tyrannide: conquerente Euseb. lib. 1. de vit. Const. M. c. 51. f. 434. A. Novissimè Presbyteros & Diaconos præ cæteris Alexandriæ persequebantur Ariani; Theodor. lib. IV. hist. c. 19. f. 689. D. Possemus integrum catalogum dare eorum Ecclesiæ Ministrorum, qui persecutionibus fuerunt exagitati, sed reservamus eos loco de persecutionibus, ubi ordine alphabethico enumerabuntur.

Remedia. §. 191. *Remedia* adversus hæc mala, & quidem (1) *iudicia* varia, est circumspecta vita; *cavete omnes suspiciones, & quicquid probabiliter fingi potest.* monitum est Hieron. ad Nepot. f. 7. B. confer Chrysost. lib. V. de sacerdot. f. 547. C. Rarum autem hoc donum est, illustre tamen & utile: f. 549. B. (2) *labores & molestias* est secessus, & honestum otium, videverba Gregorii Nazianzeni, quibus se excusat, quod aliquandiu ruri degisset, Orat. XIII. f. 350. (3) *vim* & persecutiones est *patrocinium Magistratus*, quale Athanasio præstiterunt Constantinus junior, & Constans, vide ipsorum literas ad Athanasium t. 1. f. 769. seqq. Quo nomine *appellatione* ad Magistratum uti potest Ecclesiæ minister, quale quid factum est ab eodem Athanasio, ut supra ostendimus §. 128. Destitutus his & similibus auxiliis precetur Deum lachrymis fusis: *aliud contra persecutorem* (Julianum) *non erat remedium*, ait Gregor. Naz. orat. in Julianum. Et Ambrosius: *coactus, repugnare non novi, dolere potero, flere potero, gemere potero, aliter nec debeo, nec possum resistere*: Cedat necessitati: Basil. Moral. reg. LXX. c. 35. f. 369. C. uti Athanasius furentibus Alexandriæ Arianis in Monasteria Ægypti secessit, referente Greg. Naz. Orat. XXXI. f. 529. B. Quo in casu ipsum sibi auditorium prospiciat, ut Samosatenses, fugato suo Episcopo, Theod. lib. IV. hist. c. 13. f. 676. A. B.

Digitized by Google

Ecclesiæ Regiæ & Cathedralis Sancti Petri Civitatis Ebroicensis, Regnorum & Ditionum Regis Christianissimi, Archiepiscopus, Dux, Comes, Pares Franciæ, Primas Normaniæ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Sanctæ Dei & Apostolicæ Sedis Legatus natus, Abbas Commendatarius Sancti Ouini Pontisarensis, Ordinis Sancti Augustini, Diœcesis Rothomagensis.

Et alibi. Ad hanc vero Nostram & Apostolicæ Sedis Legationem Regnorum Christianissimi Regis Ditionumque ejusdem, ad quas Nos, ut præmittitur, Apostolicæ Sedis Legatus missi fuimus, Metropolis Civitas, ac Archiepiscopalis Ecclesia Rothomagensis, quæ Primatum inter Archiepiscopales Ecclesias Regni Franciæ obtinet, & quod hæc Archiepiscopalis Ecclesia Rothomagensis, ac ejus Archiepiscopus, Dux, Comes, Pares Franciæ, Primas Normaniæ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Sanctæ Dei & Apostolicæ Sedis Legatus natus, Abbas Commendatarius Sancti Ouini Pontisarensis, Ordinis Sancti Augustini, Diœcesis Rothomagensis, Nos, ut præmittitur, Apostolicæ Sedis Legatus missi fuimus, Regnorum Christianissimi Regis Ditionumque ejusdem, ad quas Nos, ut præmittitur, Apostolicæ Sedis Legatus missi fuimus, Metropolis Civitas, ac Archiepiscopalis Ecclesia Rothomagensis, quæ Primatum inter Archiepiscopales Ecclesias Regni Franciæ obtinet, & quod hæc Archiepiscopalis Ecclesia Rothomagensis, ac ejus Archiepiscopus, Dux, Comes, Pares Franciæ, Primas Normaniæ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Sanctæ Dei & Apostolicæ Sedis Legatus natus, Abbas Commendatarius Sancti Ouini Pontisarensis, Ordinis Sancti Augustini, Diœcesis Rothomagensis.

Et alibi. Archiepiscopus Rothomagensis Primas Normaniæ

certè, lib. V. f. m. 543 C. *Bona subditorũ pars, inquiens, nolunt se ad concionantes Episcopos sic accommodare, ut se ipsi ad Præceptores audiendos accõmodant; sed discipulorum ordinem conditionemq; supergressi, spectatorum eorum conditionem usurpant, qui in theatris stadiave certamina spectaturi otiosè sedent. In quibus quemadmodum solenne esse videmus, ut multitudo in contrarias trahatur studia, aliis huic, aliis illi applaudentibus: ita sanè & hac in parte discissi, alii cum hoc, alii cum illo sese conjungunt, aliàs ad gratiam, aliàs ad invidiam dicenti aures accommodantes.* Addit aliud vitium, nempe illud, quod insimulantur nonnunquam concionatores, tanquam aliunde sua suffurati fuerint: *Nam si quem forsè ex concionatoribus contigerit partem aliquam eorum, quæ ab aliis elaborata fuerint, suis ipsius concionibus intertexere, certè pluribus opprobrio obnoxium se reddit, quam qui alienas opes suffurantur, quum alioqui sæpe etiam fiat, ut concionator ne aliunde quidem mutuatus quicquam, sed ea de re tantum suspectus, instar furis alicuius in ipso furto deprehensi habeatur. Et quid dico, eorum, quæ ab aliis elaborata fuerint? Certè ne illi quidem licet suis propriis inventis assiduè uti.* D. Quid remedii adversus hæc? docet idem, dicens: *Hic ergo generoso opus est animo, eoq; qui longè exiguitatem hanc superet, ut multitudinis voluptatem illam immoderatam infructuosamq; compescat, possitq; illorum auditionem ad id, quod utilius futurum sit, transferre; hac ratione, ut populum se sequentem, ac sibi obsecundantem habeat, non etiam, ut ipse à populi desideriis agatur, id quod præstare nemo potest, nisi idem simul popularem auram aspernetur, simul dicendi vim obtineat* f. 544. A. Quod addit: *simul dicendi vim obtineat*, id vestigio pluribus explicat, nempe de solida eruditione & facundia, quæ ab eo requiratur, qui varia de se judicia generoso animo spernere velit; *Fit enim, ut qui nulla ex parte popularibus laudibus capitur, quiq; idẽ dicendi est imperitus, is neq; obsecundare multitudinis voluptatibus possit, neq; rursus auditoribus magno admodum usui adjumentoq; esse, propterea quod nullis eloquentiæ doctrinæve præsidiis instructus est.* f. 544. C. Hæc qui præstiterit, secure potest aliorum varia judicia, odia, invidiam spernere: *Sin omnia, quum præstiterimus, noluerint, qui nos accusant, ac quiescere, tum demum contemnere eos licebit: quandoquidem si quis ob populi dicta huiusmodi animo statim deiici cæperit, ne is nihil unquam, quod generosum admirandumq; sit, parere poterit. Siquidem mœstitia, itemq; cura ac sollicitudines perpetuæ, animi vim maximè possunt*

pro-

proſternere, eumdemq; etiam ad ſummam imbecillitatem perducere. f. 545. & f. 547. *Animus ii, qui ad illa fingula dolorem aliquem concipere, atq; inde irritari cœperit, non poteſt, quin eo ſtatim dolore arrodatur atq; conficiatur: neq; enim illum per ſeſe ipſi ulciſcuntur tantum, ſed id etiam aliorum opera aggrediuntur; ac ſæpe fit, ut unum aliquem ex eorum numero, qui dicendi facultate minime valeant, eligant: eumdemq; laudibus in cœlum extollentes, ſupra dignitatem admirentur: alios ad id inſania, alios inſcitia, alios invidentia impellente: non quidem utilius eloquentiam admirabilem reddant, quæ alia etiam ipſa non ſit, ſed ut huius gloriam elevent atq; extinguant.* A. D. Sed manum de hac tabula! Totus enim liber exſcribendus eſſet, ſi omnia huc ſpectantia vellemus referre.

SECULI QUARTI
Articul. II. Sect. II.
De
MINISTERII DISTINCTIONE.

Argumentum:

Miniſterium diſtinguitur, diverſimode, in gradus majores, & minores. Epiſcopi & Presbyteri eſſentialiter non differunt: quod perſpicuum ex Hieronymo & Chryſoſtomo probatur, refutato Petavio; differunt tamen Eccleſiaſticè: ortaſit diſtinctionis: Gradus Epiſcopalis ſupremus: nomen eorum, & ſynonyma, deſcriptiones, origo divina, miniſterii humani, ſucceſſores Apoſtolorum, quo ſenſu: unde electi Epiſcopi? officium quod, eſt poteſtas ordinis & juris dictionis, limitata, in perſonas, & res ſacras & diœceſanas, throni, habitus, numerus horum, reſidentia, diviſio multiplex, chorepiſcopi, qua ipſorum nomina, officium & functio; Metropolitæ qui dicantur, a quibus conſtituti, urbes Metropolitanæ quæ civiles, & quæ Eccleſiaſtica: diſtinctio, dignitas, poteſtas, diviſio. Patriarchia, vox, Exiſtentia diſputata, Electio, poteſtas, ſedes Patriarchales in ſpecie, Romana, Conſtantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, Hieroſolymitana, ſingularum explicantur nomina, poteſtates, dignitates, privilegia: An Epiſcopus Romanus patriarcha œcumenicus? Negatur, & probatur negativa. Epiſcopi domeſtici & peregrini. Presbyteri, eorum ſeries, vox, diſtinctiones, ordinatio, diviſio, officium, Presbyteriſſæ, Diaconorum or-

do

do, Vocabularia acceptio, synonyma, definitio, ordinatio, officium eorum quod, & actiones formales; Diaconissa: Inferiorum graduum Ministri, ut: Subdiaconi, Lectores, Exorcista, Acoluthi, Cantores, Laboratores.

§. I.

Ministerii distinctio.

Ministerium Ecclesiasticum unum quidem est collegio, *Et nos habemus in Ecclesia senatum nostrum, cœtum Presbyterorum*, ait Hieron. comm in Jes. III. sed in varios *ordines* distributum est: in genere dicuntur *membra*; Sic enim Optat Milev. lib. II. adverss. Parmen. *certa membra sua habet Ecclesia, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Ministros, & turbam fidelium:* Item *Capita*; Sic enim idem p. 69. *quatuor genera capitum sunt in Ecclesia, Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, & fidelium*; in specie dicuntur *ordines*: Sic enim Hieron. apol. 1. adv. Ruf. t. 3. f. 94. A. *inter homines ordo dignitatum ex laboris varietate diversus est, cum episcopus & presbyter & omnis Ecclesiasticus gradus habeat ordinem suum: & tamen omnes homines sunt.* Et Epiphanius hæres. LXXX. postquam recensuisset varios ordines, subjungit: *Et tota boni ordinis disciplina*; f. m. 530. Et concilii Laodic. can. XXIV. ubi mentio fit ἐκκλησιαστικῆς τάξεως *Ecclesiastici ordinis*; Dicebantur & *gradus*; ab Hieron. in epist. ad Heliodor. f. 17. quando de Nepotiano scribit: *Fit Clericus, & per solitos gradus Presbyter ordinatur.* Et *Ecclesiastici gradus* à Greg. Naz. orat. XXXI

in diversos gradus, majores;

§. 2. Ordinum enumeratio diversimode fit, aliis plures, aliis pauciores enumerantibus, ut appareat, perpetuum quidem fuisse ordinem Episcoporum seu Presbyterorum & Diaconorum; Temporarium vero & arbitrarium reliquorũ Ecclesiæ Ministrorum. Honorius leg. 31 cod. de Episc. distribuit in *sacerdotes & ministros.* Ut ita duo tantum ordines sint, Presbyterorum & Diaconorum, iiq; ordinatione divina. vid. Blondel. apol. pro Hier. p. 136. seq. Dionysius Areopagita de Eccles. hierarch. c. IV. §. 3. ἱεραρχικὸν διακόσμησιν *distinctionem sacerdotalem*, seu eorum, qui sacris operantur, facit triplicem, distinguens εἰς τελεστικὴν, καὶ φωτιστικὴν, καὶ τελεσιουργικὴν τάξιν, *in ordinem expiantem, illustrantem, perficientemq;*: Expiantem tribuit Diaco-

Gesetzen, Verträgen und Verbindungen, Rechte, Pflichten, Verbindlichkeiten, Strafen, Belohnungen, Verbrechen, Tugenden, Laster, Gerechtigkeit, Ungerechtigkeit, Freyheit, Sklaverey, Eigenthum, Diebstahl, Raub, Mord, Todtschlag, Krieg, Frieden, Bündnisse, Verträge, Gesandte, Gesandtschaften, Gesandtschaftsrecht, Gesandtschaftsrecht, Gesandtschaftsrecht

tum ordines constituendos, nempe Episcopos, Presbyteros, & Diaconos; Totidem Hieronym. comm. in c. XIX. Jes. nempe *Episcopos, Presbyteros, Diaconos, fideles, Catechumenos*: Regerit Bell. l. c *Non loqui de ordinibus Clericorum, sed de ordinibus Christianorum.* Resp. Quasi vero Clerici non item Christiani ordinis essent! Subdividit Clericos in tres tantum ordines, non plures; sicut Christianos in fideles, seu baptizatos, & Catechumenos, seu nondum baptizatos; Atque hi vulgo dicebantur *ἱερατικοὶ sacerdotes*; vide notas Gothofredi ad l. 7. cod. de Episc.

Et minores.

§. 3. Cum vero præter administrationem verbi & Sacramentorum aliqua etiam alia in Ecclesiis Dei peragenda sint, necessitas & utilitas Ecclesiæ requirebat etiam alia ministeria, quæ tribus istis ordinibus ad manus essent, & subordinarentur; Hinc factum est, ut aliorum quoque mentio fieret. Innuit plures Optatus Milevitanus l. c. §. 1. Et Hieronymus adversus Luciferianos, scribens: *Ecclesia, multis gradibus consistens, ad extremum Diaconis, Presbyteris, Episcopisq; finitur.* Distinctius loquitur can. XXIV. Concilii Laodiceni, sanciens: *Quod non oportet, sacerdotes à Presbyteris usq; ad Diaconos, & deinceps quemlibet Ecclesiastici ordinis usque ad Ministros, aut Lectores, aut Cantores, aut Exorcistas, aut Ostiarios, aut ordinis Monachorum in cauponam ingredi.* Exprimit igitur ἱερατικὸς, *sacerdotes*, quos distinguit in *Presbyteros*, & *Diaconos*; *Ministros*, quos ὑπηρέτας sua lingua nuncupat, *Lectores, Cantores, Exorcistas, Ostiarios*; Et adjungit τάγμα τῶν ἀσκητῶν, *ordinem Ascetarum*, seu exercitatorum, non quod Ecclesiæ Ministri essent, sed quod ipsos cauponæ, perinde ut Ecclesiæ Ministros, non decerent. Epiphanius quoque in compendio Ecclesiastico, seu fidei, exprimit plures, nempe Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Lectores, Exorcistas, Interpretes, Laboratores, & Janitores. Et fatetur Bellarminus lib. I. de Cler. c. 11. *enumerasse* Epiphanium *non solum ordines propriè sic dictos, sed etiam alios.* Pauciorum mentionem facit fidei formula Marcelli, nempe Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Hypodiaconorum, & Lectoris; f. 530. Gregorius Nazianz. orat. XXXV. f. 561. quando recenset Ministerium Constantinopolitanum, laudat *Presbyterorum Concilium, Diaconorum ordinem, & Lectorum*

ctorum moderationem. Ambrosius lib. I offic. c. 44. p. m. 176. *Alius*, ait, *distinguendæ lectioni aptior: alius psalmo gratior: alius exorcizandis qui malo laborant spiritu solicitior: alius sacrario opportunior habetur.* Ad c. IV. Ephes. quinque solum numerat, nempe quia nec Paulus plurium meminerat, contra Bell. lib. I. de Cler. c. 11. In historia persecutionis sub & à Diocletiano excitatæ Eusebius lib. VIII. hist. c. 6. f. 298. B. expressurus ministerium sacrum, contra quod præcipue illa persecutio sæviebat, nominat Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Lectores, atque Exorcistas; Confer l. XXIV. cod. de Episc. Photii Nomocan. tit. 1. c. 31. Hieronymum, vel quisquis auctor est tractatus, de VII gradibus Ecclesiæ; tom. 2. opp. f. 46. seqq: Sunt autem: Fossarii, Ostiarii, Lectores, Subdiaconi, Levitæ seu Diaconi, Sacerdotes, seu Presbyteri; Et denique Episcopi.

§. 4 Horum graduum alii erant majores, nempe Episcoporum; alii minores, Presbyterorum, & Diaconorum; vid. Dion. Areop. hier. Eccl. c. V. §. 4. ſ. τυχόντα βαθμὸν τῆς κλήσεως *vulgarem gradum Clericatus* appellant Sardicenses in epist. Synodica, allegante Athan. apol. ad Constant. t. 1. f. 757. C. Hieronymus in epist. ad Evagr. t. 3. f. m. 150. B. disputans adversus eos, qui Diaconum Presbytero æquabant, scribit: Qui provehitur, de minori ad majus provehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, ut presbyter minor diacono comprobetur: in quem crescit ex parvo: aut si ex diacono ordinatur presbyter, noverit se lucris minorem sacerdotio esse majorem. Analogiam quærit diatyposis III Concilii Nicæni: Et Hieronymus ad Evagrium: *Ut sciamus*, inquiens, *traditiones Apostolicas sumtas de veteri Testamento: quod Aaron & filii ejus atq; Levitæ in templo fuerunt, hoc sibi Episcopi & Presbyteri & Diaconi vendicent in Ecclesia.* Sic autem illa officia erant inter se distincta, ut in uno eodemque subjecto concurrere potuerint. E. g. Romanus erat Diaconus, & Exorcista simul, referente Euseb. lib. I. de Martyr. Palæst. c. 2. f. 320. *In Episcopo & Presbyter continetur*, scribit Hieronymus ad Evagrium. Qui majores?

§. 5. *Ordo Episcoporum*, uti vocat Naz. orat. 31. f. 527. & Presbyterorũ jure & more divino unus & idem est. Dico: *ordo*; & sic distinguo inter ordinem, & personas; cum Dion. Petavio lib. 1. de Eccles Hier. c. 4. Episcoporum & Presbyterorum æqualitas.

c.4. qui concedit: Eandem quidem personam posse esse & Episcopum & Presbyterum, sed Episcopatum & Presbyteratum distingui: Porro alia est *potestas ordinis, alia jurisdictionis*, in utraque identitatem utriusque gradus statuimus: Et præterea distinguimus inter *jus & morem divinum*; (in S. literis expressum) *& Ecclesiasticum*; de jure & more divino quæstio est, non de facto Ecclesiastico; Distinctionem insinuat ipse Hieronymus epistola ad Evagrium: Et comm. in Tit. I. 5. ubi distinguit inter *consuetudinem* (humanam) *& dispositionem Dominicam.* Confer M. Anton. de Dom. lib. II. de rep. Eccles. f. 125. p. 15. seq. Salmas. primat. Pap. appar. p. 52. Jac. Cappel. lib. II. pro Casaub. c. 7. p. 298. And. Rivet. in Cathol. orthod. q. 22. Maresc. contra Joh. Pridaux. de Episc. Orig. p. 7. §. 5. Ex Pontificiis Bell. lib. 1. de Cler. c. 15. Cellotium Hier. lib. IV. c. 16. Et Dionysium Petav. lib. 1. Hier. Theol. dogm. c. 2. qui ex professo contra Salmasium de hoc argumento disputat. Transeo supra (§. 54.) allegatos. Hinc Blondellum; inde Bilsonum & Hammondum, inter sese de eodem Eridis pomo concertantes.

Asseritur ex Hieronymo;

§. 6. Assertionem nostram habet Hieronymus modo laudatus ad Pammach. adverss. Joan. Hierosol. t. 3. f. 81. D. scribens: *Homo Dei mittit hominem Dei; nihil interest inter Presbyterum & Episcopum. Eadem dignitas mittentis & missi.* Et ad Evagrium scribit: *Eosdem esse Presbyteros, quos Episcopos*: Solo accidentali respectu differentes, *Presbyter & Episcopus aliud ætatis, aliud dignitatis est nomen* f. 149. 150. Et comment. ad Tit. I. 5. f. 120. E. concludit: *Idem est ergo presbyter qui Episcopus: & antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego autem Cephæ; communi presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquam vero unusquisq; eos, quos baptizaverat, suos putabat esse, non Christi: in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur cæteris: ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret: & schismatum semina tollerentur*; Quibus verbis priorem sententiam addit: *aliud ætatis, aliud esse nomen officii*, loquens de nominibus Episcopi & Presbyteri. Confirmat sententiam dictis scripturæ (de quibus paulo post,) & concludit: *Hæc propterea, ut ostenderemus, apud veteres eosdem fuisse presbyteros quos & Episcopos: paulatim*

vero

vero, ut dissensionum plantaria evellerentur, ad unam omnem sollicitudinem esse delatam. Sicut ergo presbyteri sciunt, se ex Ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subjectos: ita Episcopi noverint, se magis consuetudine, quam dispositionis dominicæ veritate, presbyteris esse majores: & in commune debere Ecclesiam regere, imitantes Moysen: qui, cum haberet in potestate, solus præesse populo Israel, septuaginta elegit, cum quibus populum judicaret. Confer de V I I ordin. Eccles. t. 2. f. 48. Hinc Bellarm. lib. 1. de Cler. c. 15. fatetur, quod *jure divino* Hieronymus *agnoscere non videatur discrimen inter jurisdictionem Episcopi & Presbyteri.* Excipit autem, in Ecclesia Apostolica Episcopum & Presbyterum fuisse unum, *non re, sed nomine* solum. At nomina sunt rerum signa, quare ubi unum nomen est, ibi eadem quoque, saltem ordinariè, res est.

§. 7. Hieronymo ὁμόψηφος est *Chrysostomus* Homil. XI. in 1. Tim. III. f. 289: interrogans, quare Apostolus ab Episcopis statim ad Diaconos transeat, nulla Presbyterorum facta mentione? Resp. Ὅτι ὑ πολὺ τὸ μέσον αὐτῶν, κ) τῶν ἐπισκόπων. κ) γὰ κ) αὐτοὶ διδασκαλίαν εἰσὶν ἀναδεδεγμένοι, κ) οἰκονομίαν τῆς ἐκκλησίας· κ) ἃ μὲν ὁ ἐπίσκοπος εἶπε, ταῦτα κ) πρεσβύτεροις ἐρρήθη, τῇ γὰ χειροτονίᾳ μόνῃ ὑπερβεβήκασι, κ) τούτῳ μόνῳ δοκοῦσι πλεονεκτεῖν τῶν πρεσβυτέρων: *Nimirum quia non latum est inter utrosq; discrimen. Nam & Presbyteri docendi susceperè munus, & Ecclesiæ præfecturam. Ac quæcunq; de Episcopis dixit, eadem & Presbyteris conveniunt. Sola enim impositione manuum superiores sunt Episcopi, & hoc uno videntur excellere Presbyteros.* Minus, imo nihil, discriminis inter Episcopos & Presbyteros agnoscit homil. 1. ad c. 1. Philip. dum pro quibusvis sacerdotibus Episcopos & Presbyteros accipit, quorum plures in una civitate fuerint; allegante & agnoscente ipsomet Bellarm. lib. 1. de Cler. c. 15. & Petavio Jesuita, in dissertationibus Ecclesiasticis, & lib. II. de Eccles. Hierarch. c. 4. §. 3.

Ex Chrysostomo.

§. 8. Cordatiores nonnulli Pontificii fatentur, Hieronymum in ea sententia fuisse, quæ nostra est: *Sententia* enim ipsius *falsa est*, per Bellarm. lib. 1. de P. R. c. 8. Qui alibi ait, Hieronymum sibi hac in controversia non constitisse. lib. 1. de Cleric. c. 15. *Bonus Hieronymus deceptus fuit, quoniam quandoq; bonus dormitat Homerus*: censet Alphonsus à Castro, de hac ipsa materia loquens;

Suffraganeis Pontificis quibusdam.

lib. VI. adv. Hæres. titulo: Episcopus. Gabriel Vasquez Jesuita in 3. P. dis. 240. largitur, ut & Ludovicus Cellotius alius Jesuita l. 4. de hier. c. 16. ex Hieronymi sententia, *Episcopos Presbyteris non ex Christi, sed ex Ecclesiæ institutione, esse præpositos.* In hac sententia etiam Petavium esse, Salmasius appar. de primat. Pap. p. 23. 24. 37. contendit. juxta Petav. l. 2. Hier. f. 747. n. 3. Franciscus Hallier ait, *divina dispositione, per se intenta, æquales omnes fuisse invicem. Et alterum alteri inservisse*; idque voluisse Hieronymum, citante, sed improbante, Cellotio lib. IV. de Hier. c. 16. Michael Medina eo usque progreditur, ut Hieronymum in eadem cum Aerio sententia, quod hoc attinet, fuisse, largiatur; citante Greg de Valent. de Episc. & Presbyter. c. 9. Neque Hieronymum solum, sed etiam Ambrosium, Augustinum, Primasium, Chrysostomum, Theodoretum, Oecumenium, Theophylactum: largitur Bell. lib. 1. de Cler. c. 15.

Contra Petavium.

§. 9. Nihilominus inventus est Jesuita, qui Hieronymum & Chrysostomum nobis eripere, i.e. meridiano soli nebulas offundere multis verborum involucris allaborat, Dionysius Petavius, lib. II. de Eccles. Hier. c. 4. seqq: Distinguit ille (1.) inter Episcopos & Presbyteros primi & secundi ordinis; Pares esse Episcopos & Presbyteros primi, non secundi, ordinis. §. 3. & 4. De secundi autem ordinis Presbyteris, ut erant suo tempore, loqui Hieronymum. §. 6. & 7. & 8. (2.) Inter *ordinem ipsum, seu characterem*, & inter *regendi mystici, ut vocant, corporis Christi potestatem & jurisdictionem*; c. 5. §. 2. *Hieronymum, qui Episcopum & Presbyterum eundem esse scripsit, solam externam in Episcopo curationem, potestatemq; spectare: h.e. administrandæ ac gubernandæ Ecclesiæ functionem, non ordinem ac characterem; quo quidem differre hunc a Presbytero, eoq; longe præstantiorem esse, non dubitasse.* (3.) Inter Ecclesiam plantandam & plantatam; Ecclesia adhuc plantanda, Presbyteros Episcopis pares fuisse *in gubernanda & administranda Ecclesia*: Hæc ille post Bell. lib. 1. de Cler. c. 15.

cujus Exceptiones refutantur.

§. 10. Sed nebulæ sunt, quas radius clarissimorum, præsertim Hieronymi, verborum facile dissipaverit. Nam ad (1.) Resp. Jesuita confundit tempora; Distinctio inter Episcopos & Presbyteros primi & secundi ordinis, non obtinuit (juxta Hieronymum

nymum & Chrysostomum) in Ecclesia Apostolica; sicut obtinuit ætate Hieronymi in Ecclesia sequiore. Per Hieronymum, ætate Apostolorum Episcopi & Presbyteri erant ejusdem ordinis; neque primi, neque secundi; Erat enim *eadem* utriusque *dignitas*; *Idem Presbyteri, qui Episcopi*; Secus ac deinde factum est, *cum unus de Presbyteris electus superponeretur cæteris*, tum demum cœpit distinctio inter primi & secundi ordinis Episcopos, vel Presbyteros; Quod de privilegio ordinandi obvertit Jesuita, tanquam eo significassent Patres, differre Episcopos primi ordinis à Presbyteris secundi ordinis, referendum est non ad tempora Apostolorum, sed Hieronymi, quibus potestas ordinandi ad Episcopos erat devoluta; Id quod clare patet ex eo, quod Hieronymus impositionem manuum. i.e. ordinationem cum Paulo 1. Tim. IV. 14. tribuat Presbyterio toti epist ad Evagr. confer dicta super. §. 56. Ad (2.) Distinctio illa voluntarium Jesuitæ figmentum est; Hieronymus certè eam nescivit; Loquitur ille quidem *de gubernatione Ecclesiarum*, quæ *communi Presbyterorum consilio* præstabatur; sed supponit *identitatem officij, & dignitatis*, quia unum erant Presbyter & Episcopus: etiam *potestate*, qua voce utitur, cum de Mose loquitur Hieronymus. Ordinandi potestatem ex singulari *charactere* esse, Hieronymus non dixit. Ad (3.) distinctio nihil ad rem h.l. facit, quandoquidem Ecclesia Philippensis, Ephesina &c. de quibus Paulus loquitur, jam tum erant plantatæ, & in justam suam formam redactæ: Neque tamen Episcopi à Presbyteris erant distincti. Cellotius, diffidens forte explicationibus Petavianis, quas tamen & suas fecerat, alio gladio utitur, ut nodos secet Gordios, nempe, *hos ipsos de jurisdictione Episcopali locos, hæreticorum, & fortasse Arianorum dolo & manu fuisse corruptos. Equidem non nego, eiusmodi aliquid iracundius prolatum ab Hieronymo: sed plura quam docere vellet à mala manu reor apposita; quæ benignum reperit aditum, ad insinuandum in tanti Patris scripta nonnihil, quod in hæreseos patrocinium arripi posset, à perfidis, ab indoctis credi: quod posteà sine delectum decreta sua Gratianus immiserit, Wicleffus in erroris sui confirmationem assumpserit*. lib. IV. de Hier. c. 16. f. 221. n. VI. Quæ suspicio si vera est, non is sensus erit dictorum Hieronymi, quem Petavius & Cellotius esse contendunt: ille enim hæreticus foret.

§. II.

Argumenta I. Ex S. literis.

§. 11. Manent igitur Chrysostomus & Hieronymus nostri; quod ut evidentius appareat, age, videamus II *argumenta*, quæ pro sese adducit Hieronymus præsertim, & etiam Chrysostomus; Et quidem desumpta (1.) ex *S. literis*; Provocat Hieronymus 1. ad Phil. I. 1. ubi Apostolus salutat *Episcopos & Diaconos*; Et explicat ad Tit. I. 5. nervum argumenti: *Philippi*, inquiens, *una est urbs Macedoniæ; & certe in una civitate plures, ut nuncupantur, Episcopi esse non poterant*, &c. Comparat Hieronymus statum Episcoporum sui temporis, cum statu Episcoporum Apostolicæ ætatis, ostenditque, statum sui temporis non congruere statui Apostolici ævi, eo quod Episcopi tum temporis non ita fuerint discreti à Presbyteris, ut nunc sint: tum temporis *indifferentes* fuisse, qui nunc multum invicem differant. 2. Act. XX. 28. ubi Paulus *Presbyteros* Ephesinæ Ecclesiæ vocet *Episcopos*; *Et hic diligentius observate, quomodo unius civitatis Ephesi presbyteros vocans, postea eosdem Episcopos dixerit.* Argumentum est Hieronymi inde deductum ad Tit. I. 5. f. m. 120. G. 3. Tit. I. 5. ubi eadem nomina iterum permutentur, dum Apostolus eosdem à Tito constituendos vocet & Presbyteros, & Episcopos; de hoc testimonio censet Hieronymus, *manifestissimè comprobari, eundem esse Episcopum atq; Presbyterum*: 4. 1. Tim. IV. 14. ubi Presbyterium manus imponit; quod tempore Hieronymi peragebant Episcopi vel soli, vel præcipuè. 5. 1. Pet. V. 1. ubi Petrus sese vocet compresbyterum; Et Presbyteris tribuat ἐπισκοπὴν *inspectionem* super gregem, 6. 2. Joh. I: ubi Johannes sese vocet Presbyterum, sicut & 3. Joh. v. 3. 7. Heb. XIII. 7. ubi populus jubeatur parere *principibus suis*, nempe Episcopis, seu Presbyteris, & *æqualiter inter plures Ecclesiæ cura dividatur.* Blondellus in Apol. pro Hieronymo, à p. 45. seqq. ex hoc seculo ὁμοψήφους adducit Eusebium Cæsareensem, Hilarium Pictaviensem, & alium ὁμήλικον, Auctorem quoque in V. T. & N. T. Basilium Cæsareensem, Gregorium Nazianz. & Nyssenum.

2. Ex rationibus.

§. 12. (2.) Ex *ratione*: Idem est Episcopi, quod Presbyteri, officium: *Quid enim facit excepta ordinatione Episcopus, quod Presbyter non faciat?* Interrogat Hieron. epist. ad Evagr. Quod vero unus reliquis postea præpositus fuit, non inde fuit, quod ordi-

ordines diversi essent, sed *in schismatis remedium factum est, ne unusquisq; ad sestrahens Christi Ecclesiam rumperet*: uti l. c. scribit; seu, ut alibi: *ut dissensionum plantaria evellerentur, ad unum omnis solicitudo est delata.* comment. ad Tit. I. 5. Ex nostris conferatur Dn. D. Haberkorn. de Minister. Eccles. disp. III. p. 49. seqq: Disp. IV. p. 73. seqq: disp. V. p. 97. D. Reinboth contin. Sonnenst. cap. V. art. 1. §. 4. p. 218. seqq:

§. 13. Neque est aliqua Romanæ Ecclesiæ prærogativa præ cæteris, ut ipsius Episcopi præ reliquis emineant, & jure divino superiores sint Presbyteris, esto, divitiis & honore præcellant: id quod Hieronymus, in eadem ad Evagrium epistola, cordate asseruit; *Nec altera Romanæ urbis Ecclesia, altera totius orbis existimanda est. Et Gallia, & Britannia, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes, unum Christum adorant: unam observant regulam veritatis. Si autoritas quæritur, orbis major est urbe. Ubicunq; fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, sive Alexandriæ, sive Tanis, ejusdem meriti, ejusdem est & sacerdotii. Potentia divitiarum, & paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum facit. Cæterum omnes Apostolorum successores sunt.* Sic ipsius verba sonant f. 150. A. Sed de hoc infra.

§. 14. Largimur autem, *more & jure Ecclesiastico* Episcopos Presbyteris fuisse superiores, quod attinet externam Ecclesiæ œconomiam, & prærogativam honoris, *ad honorem potius sacerdotii, quam ad legis necessitatem*, uti loquitur Hieron. adv. Lucif. t. III. f. 63. C. quando disputat de confirmationis ministro, & effectu. Vulgo solent Episcopos comparare Apostolis, Presbyteros vero septuaginta discipulis; vide Damas. epist. 5. Ambros. serm. XXIV. quæ est 2. de quadrag. Hieron. ad Fabiol. de 42. mans. &c. Et aliquam Episcopis præ Presbyteris prærogativam assignare; in quibus vero rebus? In compendio recitat Damasus l. c. scribens: *Quod Presbyteris non liceat sacerdotes consecrare, nec Diaconos, aut Subdiaconos, nec virgines; nec altare erigere, nec ungere, aut sacrare, nec Ecclesias dedicare, nec Chrisma conficere, nec Chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in Missa quendam pœnitentem reconciliare, nec formatas Epistolas mittere, nec* Inæqualitas Ecclesiastica:

populum benedicere, nec ante Epiſcopum in baptiſterio, aut in ſacrario introire, nec præſente Epiſcopo infantem tingere, aut ſignare, nec pœnitentem ſine præceptione Epiſcopi ſui reconciliare, nec eo præſente, niſi illo jubente, ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti conficere; nec eo coram poſito populum docere, aut ſalutare, nec plebem exhortari. Hæc ille, citante M. Anton. de Dom. lib. II. de rep. Eccleſ. c. 3. §. 18. & addente: *Fatetur tamen etiam ipſe, non hæc omnia jure divino in ſola Epiſcopali eſſe poteſtate, ſed multa ex his ſolo jure humano Eccleſiaſtico Presbyteris eſſe inhibita, ut à ſolis Epiſcopis exerceantur.*

Occaſio creandi Epiſcopos.

§. 15. *Occaſio* creandi Epiſcopos, Presbyteris aliquanto ſuperiores, nata eſt ex malis moribus, nempe ex *diſcordiis* & confuſione Clericorum; id quod ex Hieronymi verbis, §. 12. allegatis videre eſt. Confirmatur ex Hieron. diſputatione adverſ. Lucifer. t. III. f. 63. D. Acceſſit *numerus* Chriſtianorum, qui indies accreſcebat, ut pluribus opus eſſet Eccleſiæ miniſtris, & horum Rectoribus, quale quid Apoſtolorum ætate non ſtatim fiebat. Atque hoc eſt, quod Epiphanius hæreſ. LXXV Aerio reſpondit. Cum enim hic objiceret Phil. I. 1. 1. Tim. IV. 14. &c. ut obtineret, ævo Apoſtolico non fuiſſe Epiſcopum Presbyteris eminentiorem, & concluderet, nec ſua ætate eſſe debere, reſpondit Epiphanius: *Non novit ille, qui conſequentia veritatis ignarus eſt, & hiſtoriæ profundiſſimas non legit, quod, cum recens eſſet prædicatio, ſanctus Apoſtolus pro re nata, velut habebat, ſcripſit. Vbi enim Epiſcopi erant jam conſtituti, ſcripſit Epiſcopis & Diaconis: Non enim omnia ſtatim potuerunt Apoſtoli conſtituere; presbyteris enim opus erat & Diaconis; per hos enim duos Eccleſiaſtica compleri poſſunt; ubi vero non inventus eſt quis dignus Epiſcopatu, permanſit locus ſine Epiſcopo. Vbi autem opus fuit, & erant digni Epiſcopatu, conſtituti ſunt Epiſcopi. Quum autem multitudo non eſſet, non inventi ſunt inter ipſos, qui Presbyteri conſtituerentur, & contenti fuerunt ſolo Epiſcopo in loco conſtituto.* Et ſubjungit: *Sic Eccleſia accepit complementa diſpenſationis, ſic illo tempore erant loci. Nam ſingulæ res non omnia ab initio habuerunt, ſed progreſſu temporis ea quæ ad neceſſariorum perfectionem requiruntur, parabantur.* Ex quibus reſponſis patet, neceſſitatem & utilitatem Eccleſiæ requiſiviſſe illum in miniſterio ordinem, ut unus reliquis præeſſet, & Presbyteri Epiſcopum tanquam ſuperiorem obſe-

Ecclesiae Graecae, quae Romanae communicant, Graeci ritus Ecclesiae, quae Romanae communicant, Graeci ritus

Ecclesiae Graec

C. D. c. 19. Dionys. Petav. lib. II. Eccles. Hier. c. 4. §. 3. Blondel. proleg. Pseud-Isid. c. 11. p. 55.

Papæ. §. 18. Aliis nominibus appellabantur: *Papæ*; quomodo Arsenius appellat Athanasium, t. 1. f. 786. & ipse Athanasius sese vocat in literis, quibus subscripsit, t. 1. f. 518. Quæ ipsa vox occurrit etiam f. 788. 866 Athanasio attributa; & f. 885. Alexandro Ep. Alex. aliquoties in literis Presbyt. & Diaconorum; Quo nomine etiam Arius Alexandrum appellavit, ut videre est ex ipsius epistola apud Theodoret. lib. 1. hist. c. 4. Hieronymus Theophilum Alexandrinum apol. 1. adv. Ruffin. f. m. 91. C. Confer Hilar. lib. IV. de Trin. f. m. 36. Epiphan. hæres. LXVIII. f. 349. Bell. lib. II. de P. R. c. 31. Lorin. comm. ad 2. Pet. 1. fatentem,

Capita, quod hoc nomen commune fuerit Clero: *Capita, pastores, præceptores, Duces, Pontifices*: ut Flavianum Antiochenum appellat Chrysost. homil. XX. ad pop. Antioch. Græcè κορυφαῖοι; Basil. epist. CCCLXXI. Confer epist. LII. LXX. LXXVII. Athanas.

Pontifices, apol. ad Constant. t. 1. f. 806. D. *Pontifices*, ita vocatur Damasus Episcopus Romanus à Gratiano, Valentiniano, & Theodosio Imppp. l. 2. cod. de fid. Cathol. Et quidem cum epitheto, *civitatum*, & *sancti*, ab Hieron. epist. ad Rustic. t. 1. f. 22. C. Ad

Sancti, Principiam. f. 54. D. *Sacerdotes*, Ambros. epist. LXXXII. & quidem *Dei*, ab Optat. Milev. lib. II. adv. Parm. p. m. 61. & Episcopatus *sacerdotium*, quo sensu Alexander *sacerdotium susciepisse* dicitur à Ruffin. lib. 1. hist. Eccles. c. 1. cum Episcopus Alexandrinus eligeretur. *Summi*, ab Hieron. adversus Lucifer. Græce ἀρχιερεῖς *primarii inter sacerdotes*, uti dictus est Ambrosius apud Theodor. lib. V. hist. c. 17. f. 727. D. Ἄρχοντες ἐκκλησιαστικοὶ *regentes Ecclesiastici*, ab Euseb. lib. VIII. hist. Eccles. c. 13. f. 307. C. ἱερέαρχαι à Dionys. Areop. Eccles. Hier. c. IV. §. 6. θεῖοι ἱερέαρχαι: *divini sacerdotes*. c. VII. §. 11. II. *Angeli Dei*. §. 7. *divinæ justitiæ præcones*, i. e. ἱεροκῆρυκες epist. VIII. f. 782. Σεμνοπρέπεια *reverenda dignitas*, à Basil. ep. IV. ad Greg. Naz. Θεοσέβεια *pietas*: Epist. VIII. ὁσιότης *sanctitas*. l. c. & Epist. IX. Τιμιότης *Dignitas*; epist. E. Αἰδεσιμώτατοι, *reverendissimi*, uti Athanasium vocat Constantius in literis. t. 1. Apol. f. 772. A. & Constantinus, f. 781. τιμιώτατοι, *pretiosissimi*, f. 931. C.

Sanctis-

Psalm 1.

1 Blessed is the man that walketh not in the counsel of the ungodly, nor standeth in the way of sinners, nor sitteth in the seat of the scornful.

2 But his delight is in the law of the LORD; and in his law doth he meditate day and night.

3 And he shall be like a tree planted by the rivers of water, that bringeth forth his fruit in his season; his leaf also shall not wither; and whatsoever he doeth shall prosper.

4 The ungodly are not so: but are like the chaff which the wind driveth away.

5 Therefore the ungodly shall not stand in the judgment, nor sinners in the congregation of the righteous.

6 For the LORD knoweth the way of the righteous: but the way of the ungodly shall perish.

Psalm 2.

1 Why do the heathen rage, and the people imagine a vain thing?

2 The kings of the earth set themselves, and the rulers take counsel together, against the LORD, and against his anointed, saying,

3 Let us break their bands asunder, and cast away their cords from us.

4 He that sitteth in the heavens shall laugh: the Lord shall have them in derision.

5 Then shall he speak unto them in his wrath, and vex them in his sore displeasure.

6 Yet have I set my king upon my holy hill of Zion.

7 I will declare the decree: the LORD hath said unto me, Thou art my Son; this day have I begotten thee.

8 Ask of me, and I shall give thee the heathen for thine inheritance, and the uttermost parts of the earth for thy possession.

9 Thou shalt break them with a rod of iron; thou shalt dash them in pieces like a potter's vessel.

10 Be wise now therefore, O ye kings: be instructed, ye judges of the earth.

11 Serve the LORD with fear, and rejoice with trembling.

12 Kiss the Son, lest he be angry, and ye perish from the way, when his wrath is kindled but a little. Blessed are all they that put their trust in him.

1 Chronicles 1.

1 Adam, Sheth, Enos,

2 Cainan, Mahalaleel, Jared,

3 Henoch, Methuselah, Lamech,

4 Noah, Shem, Ham, and Japheth.

5 The sons of Japheth; Gomer, and Magog, and Madai, and Javan, and Tubal, and Meshech, and Tiras.

6 And the sons of Gomer; Ashchenaz, and Diphath, and Togarmah.

7 And the sons of Javan; Elishah, and Tarshish, Kittim, and Dodanim.

8 The sons of Ham; Cush, and Mizraim, Put, and Canaan.

9 And the sons of Cush; Seba, and Havilah, and Sabta, and Raamah, and Sabtecha. And the sons of Raamah; Sheba, and Dedan.

10 And Cush begat Nimrod: he began to be a mighty one in the earth.

11 And Mizraim begat Ludim, and Anamim, and Lehabim, and Naphtuhim,

12 And Pathrusim, and Casluhim, (of whom came the Philistines,) and Caphtorim.

13 And Canaan begat Zidon his first born, and Heth,

14 The Jebusite also, and the Amorite, and the Girgasite,

15 And the Hivite, and the Arkite, and the Sinite,

16 And the Arvadite, and the Zemarite, and the Hamathite.

17 The sons of Shem; Elam, and Asshur, and Arphaxad, and Lud, and Aram, and Uz, and Hul, and Gether, and Meshech.

18 And Arphaxad begat Salah, and Salah begat Eber.

19 And unto Eber were born two sons: the name of the one was Peleg; for in his days was the earth divided: and his brother's name was Joktan.

20 And Joktan begat Almodad, and Sheleph, and Hazarmaveth, and Jerah,

21 Hadoram also, and Uzal, and Diklah,

22 And Obal, and Abimael, and Sheba,

23 And Ophir, and Havilah, and Jobab. All these were the sons of Joktan.

24 Shem, Arphaxad, Salah,

25 Eber, Peleg, Reu,

26 Serug, Nahor, Terah,

27 Abram; the same is Abraham.

28 The sons of Abraham; Isaac, and Ishmael.

29 These are their generations: The first born of Ishmael, Nebajoth; then Kedar, and Adbeel, and Mibsam,

30 Mishma, and Dumah, Massa, Hadad, and Tema,

31 Jetur, Naphish, and Kedemah. These are the sons of Ishmael.

32 Now the sons of Keturah, Abraham's concubine: she bare Zimran, and Jokshan, and Medan, and Midian, and Ishbak, and Shuah. And the sons of Jokshan; Sheba, and Dedan.

33 And the sons of Midian; Ephah, and Epher, and Hanoch, and Abida, and Eldaah. All these are the children of Keturah.

34 And Abraham begat Isaac. The sons of Isaac; Esau, and Israel.

35 The sons of Esau; Eliphaz, Reuel, and Jeush, and Jaalam, and Korah.

36 The sons of Eliphaz; Teman, and Omar, Zephi, and Gatam, Kenaz, and Timna, and Amalek.

37 The sons of Reuel; Nahath, Zerah, Shammah, and Mizzah.

38 And the sons of Seir; Lotan, and Shobal, and Zibeon, and Anah, and Dishon, and Ezer, and Dishan.

39 And the sons of Lotan; Hori, and Homam: and Timna was Lotan's sister.

40 The sons of Shobal; Alian, and Manahath, and Ebal, Shephi, and Onam. And the sons of Zibeon; Aiah, and Anah.

41 The sons of Anah; Dishon. And the sons of Dishon; Amram, and Eshban, and Ithran, and Cheran.

42 The sons of Ezer; Bilhan, and Zaavan, Jakan. The sons of Dishan; Uz, and Aran.

43 Now these are the kings that reigned in the land of Edom before any king reigned over the children of Israel; Bela the son of Beor: and the name of his city was Dinhabah.

44 And when Bela was dead, Jobab the son of Zerah of Bozrah reigned in his stead.

45 And when Jobab was dead, Husham of the land of Temani reigned in his stead.

46 And when Husham was dead, Hadad the son of Bedad, who smote Midian in the field of Moab, reigned in his stead: and the name of his city was Avith.

47 And when Hadad was dead, Samlah of Masrekah reigned in his stead.

48 And when Samlah was dead, Saul of Rehoboth by the river reigned in his stead.

49 And when Saul was dead, Baal-hanan the son of Achbor reigned in his stead.

50 And when Baal-hanan was dead, Hadad reigned in his stead: and the name of his city was Pai; and his wife's name was Mehetabel, the daughter of Matred, the daughter of Mezahab.

51 Hadad died also. And the dukes of Edom were; duke Timnah, duke Aliah, duke Jetheth,

52 Duke Aholibamah, duke Elah, duke Pinon,

53 Duke Kenaz, duke Teman, duke Mibzar,

54 Duke Magdiel, duke Iram. These be the dukes of Edom.

quamvis Apostolorum successores, & Doctores orbis; & hi *actu primo, & jure passim*; *actu autem secundo ac ordine certis locis destinati*; quæ verba sunt D.D. Dannh. Christeid. MSC. Phæn. IV. Isto respectu dicuntur *Oecumenici* in literis Theodosij ad Chrysostomum. Præerant Ecclesiæ Catholicæ: Arsenius in literis ad Athanasium, postquam laudasset καθολικὴν ἐκκλησίαν, *catholicam Ecclesiam*; addit: ἧς σὺ κατ' χάριν θεοῦ προέστασαι *cui tu* (Athanasi) *secundum gratiam Dei praes.* t. 1. apol. f. 786. D. Et Basilius ad Athanasium epist. LII. scribit: ἡ μέριμνά σοι πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, ποσάκις, ὅσα καὶ τῆς ἰδίας &c. *cura tibi sunt omnes Ecclesiæ, sicut & tua propria.* Sic & Nazianzenus orat. XXI. de ipso loquitur. Synodus Nicæna quemvis orthodoxum Episcopum can. VIII. & XIX. vocat τὸν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, *Catholicæ Ecclesiæ Episcopum.* Constantinus M. in epistola ad Anulinum, lib. X. hist. Eccles. hæs. c. 7. Cæcilianum, Episcopum Carthaginensem, ait, *Ecclesiæ Catholicæ præesse.* Probe autem distinguendum inter successionem in loco, & officio, & officio quidem legitimè administrato: *Non habet Petri hæreditatem, qui Petri fidem non habet*; ait Ambros. lib. 1. de pœnit. c. 6. Et Gregor. Naz. orat. XXXI. p. 526. in laudem Athanasij, *Qui eandem fidei doctrinam profitetur, ejusdem quoq; throni particeps est. Qui autem contrariam fidem amplectitur, adversarius quoq; in Throno censeri debet. Atq; hæc quidem nomen, illa vero rem ipsam & veritatem habet successionis. Neque enim qui per vim irrupit, successor habendus est, sed qui vim perpessus est: Nec qui contrariam sententiam tuetur, sed qui eadem fide traditus est. Nisi quis fortasse ita successorem dicat, quemadmodum morbum sanitati, & tenebras luci, & tempestatem tranquillitati, & dementiam prudentiæ succedere dicimus.* citante Sächsisch. Hauptverth. c. 94. f. m. 695. Aliud etiam est, esse Ecclesiæ *Catholicæ* Episcopum, & aliud, esse Ecclesiæ *catholicum* Episcopum; Catholicum Ecclesiæ Episcopum actu esse, nemini competit, ita enim sonat canon 26 concilij III. Carthaginensis, habiti anno 397. *ut primæ sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliud huiusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus. universalis nec etiam Romanus Pontifex appelletur.* ita Decretum Gratianus citat, fatente Spondano an. 397. §. 18. Competit autem esse catholico Episcopo, quo nomine omnes orthodoxi Episcopi appellabantur, ut loca allegata ostendunt.

§. 24.

Digitized by Google

§. 24. Etiamsi autem Episcopi ut plurimum ex Presbyteris eligerentur, vide can. X. concilii Sardic. attamen fiebat, ut etiam ex Diaconis, & Monachis, imo & Laicis, & catechumenis adoptarentur. Cæcilianus ex Diacono Carthaginensis evasit Episcopus; Optat. Milev. lib. 1. adverſ. Parmen. Dracontium Monachum Athanasius hortabatur ad capessendum Episcopatum; Ambrosius & Nectarius, Laici, & adhuc catechumeni, creati tamen sunt Episcopi. confer dicta superius §. 35. 37. 43. 5. Materia ex qua.

§. 25. *Officium*, vocante Optato Milevi. lib. II. p. 61. est id, quod Episcopum intrinsece constituit. vocatur ἀξίωμα *dignitas* à concil. Nicæn. c. 8. *summi sacerdotis dignitas*; ab Hieron. adverſ. Luciferian. *summum sacerdotium*; quod Ambros. ep. 5. scribit suscepisse Comensem Episcopum; Plura vide apud Baronium in notis ad Martyrologium Romanum; huc enim lectorem ipse remittit, an. 382. n. 23. ἱεραρχικὴ ἀξία à Dionysio Areop. de Eccles. c. IV. §. 6. *Episcopatus ordo*, uti Corderius Jesuita interpretatur. τιμὴ καὶ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς. *honor & dignitas Episcopatus*: à Gaudentio can. XX. concil. Sardic. Laudante Dionysio Areopagita est *ordo, cæteris præstantior*; de Eccles. Hierarch. c. 1. §. 5. f. 202. C. cui, aliis ordinibus contradistincto, tribuit τελεσιουργὸν δύναμιν *consummantem virtutem*. Basilius epist. LXIX. vocat ἀρχικὰς & δυναστείας *principatus, & potentatus*: Confer elogia Ambrosij, quibus Episcopalem dignitatem describit & extollit: c. 3. de dign. sacerd. f. 337. M. Auctorem de VII. grad. Eccles. apud Hieronym. t. 2. f. 48. seqq. Actus officij est *Deo famulari*. juxta Optat. Milev. lib. 3. p. 87. 6. Officium.

§. 26. Dividi vulgo solet in potestatem ordinis, & jurisdictionis: *ordinis*, quam qui exercent, dicuntur τὰ τελεσιουργὰ τελετουργῶν *sacri ordinis munia perficere*, juxta Dionys. Areop. c. IV. hier. Eccles. §. 6. nempe prædicandi verbi divini; Dionysius Areop. l. c. discrimen inter Episcopum & Presbyterum in hoc ponit, quod Presbyter ad Episcopum ducat τὸν τῆς ἐπιστήμης τῶν θεωρηθεισῶν ἱερουργῶν ἱεροτελούμενον: *qui scientiam expetunt mysteriorum, quæ viderunt*. Idem Episcopo tribuit preces in sepultura mortuor. c. VII. §. 11. f. 350. In Laodicena Synodo laudantur ὁμιλίαι τῶν ἐπισκόπων *sermones Episcoporum*. c. 19. confer notas Gothofr. ad leg. XXV. cod. de Episc. Et applicandi ad varias quæstiones, & casus resolvendos: ita Optat Milev. Potestas vel ordinis.

lib. 1. p. 31. Et administrandi sacramenta, baptismum, & Eucharistiam; Nam *Christi sacramenta conficiunt*; tanquam Presbyteri; Hieron. de 7. grad. f. 47. C. Et baptizatis manus imponunt, vid. Hieron. adv. Lucifer. t. III. f. 63. C.

vel jurisdictionis, internæ.

§. 27. Et *jurisdictionis*: Quæ est vel interna, vel externa: *Interna*, ut & potestas *clavium*, ligantis, & solventis: *Ligantis*, ad quam spectabant disciplinæ Ecclesiasticæ, quas Episcopi moderabantur. Episcopi excommunicabant delinquentes, vel alii disciplinæ subjiciebant; nec poterat excommunicatus recipi, nisi ex præscitu & consensu ordinarii Episcopi (juxta can. 5. concil. Nicæni) *Si quidam* (ita can. 2. concilij Ancyrani;) *Episcopi consciis sint laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, in eorum potestate id sit.* & can. 5. *Episcopi potestatem habeant, modum conversionis eorum examinantes aut humanius agere, vel plus temporis adjicere. Ante omnia autem & præcedens vita, & quæ consecuta est, examinetur, & sic eis clementia impertiatur.* Conferantur dicta super. 104 seqq.

Externæ: in personas.

§. 28. *Externa* erat occupata circa personas, & res. *Personas* vel sacras, vel seculares; *Sacras*, ut Presbyteros, Diaconos, & & his inferiores, ordinabantur illi ab Episcopis loci; can. XV. concil. Sardic. confer dicta §. 53. seqq. sect. 1. Et subordinabantur. Conc. Laodiceni sanctio est, *quod non oporteat eos ante Episcopum sedere*; can. LVI. can. LVII. *Presbyteri nihil agant sine mente Episcopi*: sicut nec Visitatores, seu *Circumsatores*; Poterat Episcopus definire numerum Vicanorum, seu ruralium pastorum. l. 33. cod. de Episc. *Diaconorum* ministerio utebantur Episcopi in scribendis & ferendis literis, & aliis Ecclesiæ negociis expediendis; Canon XIV Concilij Sardicensis à Ministris, seu Diaconis, requirit, ἵν' τῷ τὸ πρέποντα χελεύοντι ὑπηρετῶσι καὶ ὑπακούωσιν, *ut ei* (Episcopo) *qui decentia jubet, inserviant, & obediant*; Paulo post vult, eosdem ὑποτεταγμένους δεδῆλα τοῖς ὑπερτάτοις τὰ τῆς ὑποταγῆς ἐκπληροῦν, *subordinatos sincerum ministerium & obsequium Episcopis præstare debere.* Basilius Presbyter observavit Episcopum suum Eusebium; non ignarus *quid obedientiæ ordini sq. spiritualis leges postularent*; uti loquitur Greg. Naz. orat. 30. in laudem Basilii. f. 503. B. *Monachi* quoque suberant Episcoporum directioni, potestati, & inspectioni, ut ex leg.

Digitized by Google

leg. XXXII. cod. de Episc. Photii Nomocan. tit. XI. c. 4. videre est. Huc pertinent ἀσκηταί, quos observavit Eusebius Vercel. Episcopus, memorante Ambros. epist. 82. ad Vercel. f. 182. H. Ambrosius tractavit causam virginis in suspicionem stupri vocatæ epist. LXIV.

§. 29. Limitata tamen erat hæc potestas, neque ἀνυπεύθυνος. Jur. Limitatæ. *Episcopus ut membris suis utatur Clericis, & maximè ministris, qui sunt verè filii: quem cuiq; viderit aptum muneri, ei deputet, cum dolore amputatur, etiam quæ putruit, pars corporis, & diu tractatur, si potest sanari medicamentis, si non potest, tunc à Medico bono abscinditur.* ita Ambros. lib. II. offic. c. 27. E. Nempe ad canones erat alligata; contra quos nihil licebat Episcopis; vide literas Arsenii apud Athanas. t. 1. f. 787 A. Nominatim in Presbyteros, & Diaconos, ne quid ex affectu inordinato Episcopus agat; Quod si fiat, integrum illis fuerit appellare ad superius tribunal: *Si invenitur quis Episcopus ad iram propensus, quod quidem ab ejusmodi homine abesse debet, & adversus Presbyterum, vel Diaconum, cito commotus, eum ex Ecclesia ejicere voluerit, profitendum est, ne is repente condemnetur, & communione privetur.* Hosii verba sunt Concilii Sardic. can. 14. responderunt Episcopi: Qui ejicitur potestatem habeat confu- " giendi ad Episcopum Metropolis ejusdem provinciæ; si autem " Metropolitanus abest; ad finitimum concurrendi, & rogandi, " ut suum negocium accuratè examinet. Neque enim non sunt " aures præbendæ iis, qui rogant. Ille quoque Episcopus, qui " jure vel injuria eum expulit, æquo animo ferre debet, ut rei " fiat examinatio, & ejus vel confirmetur sententia, vel corrigatur. " Etiam ad Concilia, coram quibus Episcopi cogebantur comparere, & actorum rationem reddere; Patet ex can. XL. Concilii Laodiceni: Quod non oportet Episcopos ad Synodum vocatos, " contemnere, sed abire, & docere, vel doceri, ad correctionem " Ecclesiæ & reliquorum. Si quis autem contempserit, seipsum " accusabit, præter quam si propter infirmitatem ire non possit. " Confer Damasi literas ad Gratianum & Valentinianum Impp. leg. XII. cod. de Episc. ubi Constantinus Imp. sanxit, *si quid fuerit* (adversus Episcopum) *querellarum, quod quispiam defert, apud alios potissimum Episcopos conveniat explorari.* Erant autem Synodi

vel provinciales, in quibus conveniebant Episcopi, auspiciis Metropolitani; vel diœcesanæ, cum Episcopi ex pluribus provinciis convenirent, causſam aliquam cognituri; præside Primate, vel Exarcho. Illa dicebantur *plenaria* concilia; hæc *majora*; cap. 9. cod. Afric. Can. 12. Concil. Antioch. Multo magis limitata erat potestas Episcopi in alios Episcopos: *Ne Episcopus Episcopum conculcet*, sancitum can. XVII Concilii Arelatensis. Confer dicta super. §. 77. sect. 1.

Inferiorum ex utraq; parte.

§. 30. Ita tamen erat limitata hæc potestas, ut fenestra licentiæ & petulantiæ non aperiretur. Justo existente Episcopi judicio, appellandum tumultuosè non erat: reprehendit Optatus Milevitanus Donatum, quod *crediderit*, *appellandum esse ab Episcopis*: lib. 1. adverſ. Parm. Alexander Episcopus Alex. indignè ferebat, Arium & Achillam suos Presbyteros, & à sese judicatos, circumcursitasse ad alios Episcopos, ut horum literis muniti contra proprii Episcopi voluntatem, stationes suas, nulla præstita satisfactione, reciperent: vide literas ipsius ad Alexandrum Constantinopolitanum apud Theodor. lib. 1. hist. c. 3. f. 26. B. Atque hoc est, quod diximus supra §. 76. sect. 1. Canonibus Nicæno. 5. Antiochenis VI. & XV. &c. veticum fuisse Ecclesiasticis, nempe, ut Excommunicatus ab uno Episcopo, ab altero promiscuè reciperetur.

Et res sacras. ut chrisma, & bona Ecclesiastica.

§. 31. In *res sacras*: ut in *chrisma*, quod Episcopi conficiebant, ut baptizati eo inungerentur; non Presbyteri, per Constitutionem Sylvestri Episcopi Romani, si quidem libro Pontificali fides habenda fuerit; cum quo conferri potest can. IV. Concil. Rom. sub Sylvestro habiti; cap. III. Concil. Carthag. III. & ex recentioribus Blondel. apol. pro Hieron. sect. III. n. V. p. m. 143. seqq: *Bona Ecclesiastica* erant sub potestate Episcopi, vide Cent. IV. Magd. c. 7. f. m. 283. 284. ita, ut Episcopo absente non licuerit eorum quicquam abalienare. De his, quæ pertinent ad dominicum, quæcunque, cum Episcopus non esset, presbyteri venderint, dominicum revocare; in judicio autem Episcopi esse, an oporteat precium recipi, an non, propterea quod sæpe rerum venditarum reditus majus precium his ipsis reddiderit, sancitum canon XV. Concilii Ancyrani; Cognitionem furto-

rum,

sum, in Ecclesiis admissorum, ad sese revocabat Basilius epist. 417. ad Commentar. ἐφ' ἡμῶν φροντίζει τῆς πρεπούσης τυγχάνειν διορθώσεως. Licebat autem Episcopo, ea pro bono arbitrio distribuere. Exemplo sit Ambrosius lib. II. offic. c. 28. ubi defendit, quod ex Ecclesiasticis bonis erogatis captivos redemerit. Dixi *bono*, non mero arbitrio; Nam & hoc jurisdictionis Episcopalis jus erat limitatum. Exstat statutum concilij I. Valentini, citatum à Gratiano, & Ivone, lib. III. cod. XVI. c. 39. ex monasterio Bavonis Gandensis excerptum; tom. III. concil. f. m. 313. Indignè tulerunt Basilius & Gregorius Naz. quod Anthimus Metropolita pro suo arbitrio *redditus Tauricis, & proventus Oresiis* diripuisset: Orat. XXX. f. m. 510. Laudat autem Basilium Nazianzenus ab ἀνδραγαθία insigni: f. 511.

Et Bibliothecas.

§. 32. *Bibliothecas* quoque curabant. Eusebio Cæsareensi Constantinus M. id negocii dedit, ut libros sacros compararet, eosq; Bibliothecæ Constantinopolitanæ insereret; lib. IV. de vit. Const. M. c. 36. confer dicta Artic. I.

Diœcesis.

§. 33. Personæ autem istæ, & res dictæ spectabant ad *diœcesin* cuiusq; Episcopi. Διοίκησις *diœcesis* est ambiguæ significationis; sumitur enim vel latius hoc vocabulum, vel strictius; strictius pro ἐπαρχία seu *provincia* cuiusq; Episcopi inspectioni subjecta; latius pro pluribus simul provinciis, quæ alicui Metropolitano, vel Patriarchæ subsunt. Διοίκησις δέ ἐστιν ἡ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ, *Diœcesis multas sub se habet provincias*, ait Balsamo in can. IX. concil. Chalced. Hoc sensu sumptum est vocabulum in sanctione concilii Constantinopolitani, qua cautum est, ὅτι μὴ ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν διοίκησιν ὑπερβαίνοντες ταῖς ἀλλοτρίοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιβαίνειν, (ὑπερβαίνειν) *ut nullus Episcopus ultra propriam diœcesin alienas Ecclesias invaderet*; referente Socr. lib. V. hist. c. 8 f. 265. C. Confer notas Valesianas ad h. l. Et Gothofr. in not. ad l. 3. cod. de Episc. Et Iustel. in not. ad can. 2. concil. Constant. quæq; superius notavimus § III. sect. I. Probe autem observandum est, legem charitatis interdum potiorem fuisse lege Ecclesiastica, nempe, si quando necessitas & utilitas Ecclesiæ extraordinarium quid desideraret. Discimus hoc ex literis Epiphanij adversus Joannem Hierosolymitanum Episcopum, conquerentem de Epiphanio, quod in diœcesi Hierosolymitani Diaconum & Presbyterum ordinasset ipse, extra diœcesin suam progressus, sed &. Epi-

phanius : *Ob Dei timorem id factum* . cit. Anton. de Dom. f. 173. 4.

7. Sedes & throni. §. 34. Habebant Episcopi suos *thronos*, in quibus considebant ; vide Greg. Naz. in orat. XIII. f. 357. vocabatur θρόνος διδασκαλικὸς *thronus doctrinalis*, à Chrysostomo in cap. I. ad Timoth. *cathedra Episcopalis* ; Optat. Milev. lib. 1. adv. Parmen. p. 23. Idem inter *ornamenta* Ecclesiæ celebrat *primam cathedram, ubi nisi sederit Episcopus, conjungi altera dos non poterit : qui est annulus*. p. 39. Formam audet depingere Spondanus an. 399. n. 10. dicens : *sedes Pontificum sculptorum leonum tergis imponi : quo mysticum illud declararetur, superbiam seculi adversariam Christi, demoniq; potentiam, crucis virtute subactas.* Pacian. epist. 2. vocat *linteatam sedem.* Insidebant illis, dum sacra celebrabantur, ordinantes cæremonias sacras, uti videre est ex protestatione populi Alexandrini, apud Athan. t. 1. f. 567. D. Confer Apol. ad Constant. f. 736. C. D. Launoj. t. 3. epist. ad Martinum Metayerum : ubi ex professo docet, non solius Episcopi Romani esse, ex cathedra docere, sed etiam reliquorum Episcoporum, utpote qui & ipsi suas habeant cathedras.

8. Habitus. §. 35. *Habitus* Episcoporum erat *pallium* ; In historia Romanorum Pontificum prima eius mentio fit in Marco, & putat Spondanus an. 336. n. 17. *pallium illud summi tantum Romani Pontificis cessisse usui : ab eo tamen sæpe Metropolitanis magna ex causa communicatum.* Sed non probat ex idoneis historiarum monumentis, quare eadem facultate repudiamus nos commentum illud, qua ille asserit. Liber de Romanis Pontificibus longe inferior est auctoritate, quam qui fidem traditioni adstruere possit ; imò ne dicit quidem omnia ille, quæ Spondanus ; Eiusdem farinæ est donatio Constantini M. in cuius instrumento pallium indigitari putat M. Anton. de Dom. lib. III. de rep. c. 11. §. 2. Anthimus, Episcopus Constantinopolitanus, cum sede pelleretur, pallium Imperatoribus, unde acceperat, reddidit : Liberat. Brev. c. 22. Pallia igitur, & alji, quam Episcopi Romani, habebant. Basilius adeo frugalis erat, ut *tunica una* ipsi sufficeret : laudante Gregorio Naz. ora.. XXX. f. 511.

9. Numerus. §. 36. Unius civitatis unus tantum ordinariè erat Episcopus : *Ne in una civitate duo sunt Episcopi*, canon est VIII. concilii Nicæni. Cui consentit Pacianus in epist. ad Sympronianum : *nec jus nec fas sacerdotij singularis patitur, ut uno eodemq; tempore duo sint ejusdem eccle-*

sia

Digitized by Google

ſia Epiſcopi. Confer Iuſtel. not. ad can. cit. Nicæn. p. 146. Eſpenc. f. 421. c. D. Forbeſ. inſtruct. Theol. f. 772. n. 43. Vapulabant igitur Donatiſtæ, quod *ordinationem* alterius Epiſcopi feciſſent, *ſalvo altero ordinato.* Opt. Mil. l. 1. p. 19. Ratio canonis erat ordo, quia confuſio & diſcordia metuenda erat, duobus in eodem loco exiſtentibus Epiſcopis, ut quidem ſtatus Epiſcoporum hoc ſeculo erat formatus. *Excipe* caſum neceſſitatis; Fiebat, ut, pulſo uno Epiſcopo, alius in locum ipſius reſtitueretur; ille autem ipſe rediret ab exſilio; in hoc caſu ambo eandem Eccleſiam regebant: Fieri etiam poterat, ut, pacis ergo, plures in eadem civitate permitterentur Epiſcopi, ut Antiochiæ, Niceph. lib. XII. c. 3. & 3. Alias regula ordinaria erat: *Epiſcopo vivente alium inſtitui non debere,* ſcribente Gregorio Naz. epiſt. XLII.

§. 37. Etiamſi autem loca, Epiſcopatibus deſtinata, inæqualia fuerint, alia nobiliora, alia ignobiliora, attamen ad Epiſcopatum ſuſcipiendum requirebatur locus etiam dignus & idoneus. Deprehendas hoc ex querela Athanaſij adverſus Iſchyram & Arianos reliquos inſtituta: Præmia redemptorum, *inquit,* calumniarum, multo adhuc magis eorum malitiam & impium propoſitum declarant. Mareotes enim, ut dixi, ager eſt Alexandriæ, quo in loco nunquam Epiſcopus fuit, imo ne Chorepiſcopus quidem, ſed univerſæ ejus loci Eccleſiæ Epiſcopo Alexandrino ſubjacent, ita tamen, ut ſinguli pagi ſuos Presbyteros habeant. Sunt autem pagi iſti maximi decem numero, aut aliquanto plures. Pagus autem ubi habitat Iſchyras, minimus eſt, & pauciſſimorum hominum, adeo ut non ibi, ſed in proximo pago Eccleſia conſtituta ſit. Nihil tamen minus hominem, qui ne Presbyter quidem erat, hujus pagi præter majorum traditionem Epiſcopum ſcilicet appellaverunt. Non quidem ignari ne ipſi quidem, quam hoc abſurdum eſſet, ſed promiſſis redemptæ calumniæ adacti, etiam illud ſuſtinendum putaverunt, ne malignè habitus ſceleratiſſimus Iſchyras, veritatem enunciaret, Euſebianorumq; malitiam proderet. Verum ille neque Eccleſiam, neque populum ſibi obedientem habet, atque ut canis ab omnibus agitatur. apol. ad Conſtant. t. 1. f. 802. B. Conformis eſt querela ſanctioni Concilii Laodiceni 57: qua vetitum

eſt

ἐστ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίστασθαι ἐπισκόπους *in vicis & regionibus*, seu ruri, *Episcopos constitui*: Rationem canoni adjungit can. VI Concilii Sardicensis; sic enim sonat: μὴ ἐξεῖναι δὲ ἁπλῶς καθιστᾶν ἐπίσκοπον κώμῃ τινὶ, ἢ βραχείᾳ πόλει, ἢ τινι καὶ εἰς μόνον πρεσβύτερον ἱκανῇ, ἐπεὶ οὐκ ἀναγκαῖον καὶ ἐπίσκοπους ἐκεῖσε καθίστασθαι, ἵνα μὴ καταυτελίζηται τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα καὶ ἡ ἀυθεντία, ἀλλ' οἱ τῆς ἐπαρχίας, ὡς πρεῖπον, ἐπίσκοποι. Ἐν ταύταις ταῖς πόλεσι καθιστᾶν ἐπισκόπους ὁρίλκειν, ἔνθα καὶ πρότερον ἐπύγχανον γεγονότες ἐπίσκοποι. εἰ δὲ εὑρίσκοιτο τις πλουσία καί τις ἐν πολλῷ ἀριθμῷ λαοῦ πόλις, ὡς ἀξίαν αὐτῆς καὶ ἐπισκοπῆς νομίζεσθαι, λαμβανέτω. *Non licere autem simpliciter Episcopū constituere in aliquo pago vel parva urbe, cui vel unus Presbyter sufficit. Non necesse est enim illic Episcopum constitui, ne Episcopi nomen & autoritas vili pendatur. Sed provinciæ, ut prius dixi, Episcopi debent in iis urbibus Episcopos constituere, ubi etiam prius Episcopi fuerunt. Si autem inveniatur urbs aliqua tam populosa, ut ipsa Episcopatu digna judicetur, accipiat.* ita Hosius. Nempe sicut *Presbyteri turba contemptibiles* fiunt, dicente Hieronymo in epistola ad Evagrium; ita multo magis Episcopi. vide Claud. Espenc. in 1. Tim. IV. f.m. 421. seqq:

Residentia. §. 38. *Residere* debet Episcopus in loco suæ diœcesis; Athanasius in apologia ad Constantium multus est in hoc asserendo, & probando: *Ecclesia non est deserenda ab Episcopo*, ait; probat ex S. literis, *nosti*, inquiens *ad Imperatorem, ex lectione scripturarum, quanti sceleris sit, Episcopum Ecclesiam suam deserere, & negligere gregem Dei. Pastorum enim absentia lupis invadendi greges occasionem præstat.* Idem agit, & pluribus quidem verbis, Damasus Epistola 5, Prospero & aliis Numidiæ Episcopis inscripta; reprehendens Episcopos, quod *propter suam quietem chorepiscopis plebes suas committere non reformident*: contra Christi exemplum, mandatum, & interdictum Joh. X. 11. seqq: Huc tendunt canones Ecclesiastici, vetantes, excursiones Episcoporum, vel aliorum Clericorum in alias Provincias. Confer M. Anton. de Dom. lib. II. de rep. c. 7. Item querelæ Julii Episcopi Romani adversus Gregorium Alexandrinum; & Athanasij adversus Georgium, Cecropium, Auxentium, Epictetum; quod ordinati fuerint in locis, longissimè à suis Episcopatibus distantibus; vide H. Vales. lib. 1. observ. Eccles. ad Socr. & Sozom. c. 8.

§. 39.

Digitized by Google

§. 39. Epiſcopi varie *dividuntur*, diviſione, quam vocant Logici, æquivoca, analogica, & univoca. 1. *Æquivoca*, in *titulares & reales*; Iſtis nudum nomen competit; his etiam res; Nudum nomen, utpote quod careant officio, & Eccleſiis, quibus officium ſuum præſtent; Dicebantur σχολαῖοι *vacantes*, quales hodie ſunt apud Pontificios *Epiſcopi in partibus infidelium*; judicio Valeſ. not ad Socr. f. 49: Talis olim Eunomius, Cyzico pulſus σχολαῖος ἐπίσκοπος ἦν *vacans erat Epiſcopus*; Socr. lib. IV. c. 7. Tales & illi, qui officio ſuo aut omnino non, aut negligenter funguntur, ὄνομα ψιλὸν περιφέροντες *nomen nudum circumferentes*, uti loquitur Baſilius epiſt. CCXCIII. Diviſio. 1. æquivoca.

§. 40. (2.) *Analogica*: cum diſtribuuntur in Urbicos & Chorepiſcopos, ſeu rurales; *Chorepiſcoporum* mentio fit can. VIII Concilii Nicæni, XIII Ancyrani; XIV Neo-Cæſar. X Anti-ocheni, Athan. apol. t. 1. p. 802. B. Baſil. epiſt. CCCXL. &c. Ex recentioribus de ipſis agunt M. Anton. de Dom. lib. II. de rep. c. 9. n. 17. ſeq. Bellar. lib. 1. de Cler. c. 17. Cellot. Hierarch. lib IV. c. 14. Petav. lib. II. Hierarch. Eccleſ. c. 11. Eſpenc. f. 129. ſeqq. opp. Salmaſ. appar. de prim. Pap. p. 96. David Blondel. Apol. pro Hieron. ſect. III. p. 93. ſeqq. Spelman. in Gloſſ. tit Chorepiſcopus. 2. Analogica. ut Chorepiſc.

§. 41. *Nomen* componitur ex χώρα *vicus, regio, rus*, & ἐπίσκοπος; explicatur ita can. X. Conc. Antioch. dum laudat τοὺς ἐν ταῖς κώμαις, ἢ ταῖς χώραις, ἢ τοὺς καλουμένους χωρεπισκόπους, *qui ſunt in vicis, aut regionibus, aut dicuntur Chorepiſcopi*. i. e. Chorepiſcopi dicuntur illi, qui in vicis, vel regionibus, i. e. extra urbes tantum officio ſuo funguntur. Vide notam Schotti ad Phot. cod. LXXXI. Bellarminus l. c. diſtinguit inter eos, *qui verè Epiſcopalem conſecrationem acceperant*, & qui non acceperant. Sed ex locis, quæ citat, tale diſcrimen non probatur. Adjuncti erant Epiſcopis urbicis, ut in finitimis civitati pagis curam gererent Eccleſiarum, & ipſorum paſtorum, ordinando eos, & obſervando; vide Dn. D. Hülſem. de min. ordin. §. 32. Conc. Laodicenum can. LVII eorum loco ordinavit περιοδευτὰς *circuitores*, dum ſanxit, *quod non oportet in vicis & regionibus Epiſcopos conſtitui, ἀλλὰ περιοδευτὰς, ſed circuitores*. Canonem explicat Balſamon, his verbis: ἄλλοι μὲν κανόνες ἐν ταῖς Nomen.

κώμαις καὶ ἐν τοῖς χωρίοις χωρεπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καθίστασθαι διορίσαντο. ὁ δὲ παρὼν κανὼν περιοδευτὰς παρεκελεύσατο γίνεσθαι, καὶ μὴ ἐπισκόπους, ἵνα μὴ γένηται καταφρόνητον ἡ ἀρχιερωσύνη. περιοδευταὶ δέ εἰσιν οἱ σύμπεμπτον ἀποβαλλόμενοι παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἔξαρχοι. ἔστι γὰρ περιοδεύειν καὶ ἐπιτρέπειν τὰ ψυχικὰ σφάλματα, καὶ καταρτίζειν τοὺς πεύς. *Alij quidem canones in vicis & in pagis Chorepiscopos & presbyteros constituendos definiverunt. Præsens autem canon jubet fieri periodeutas, & non Episcopos, ne dignitas Episcopi vilis & contempta evadat. Sunt autem periodeutæ, qui hodie ab Episcopis promoventur Exarchi. Hi enim circumcurſant, & delicta ſpiritualia obſervant, & fideles perficiunt.* Concludit ex hoc & aliis locis Juſtellus ad l.c. *periodeutas à Chorepiscopis diſtinqui debere, qui à quibusdam vulgo confunduntur.* & explicat horum officium: *Sunt igitur περιοδευταὶ in Eccleſia, circuitores ſive viſitatores, qui veluti Episcoporum vicarii regiones civitatibus ſubjectas viſitant ac circumeunt, nullamq; propriam ſedem habent, ut ait zonaras.*

§. 42. In numero quidem Episcoporum habebantur; Nam χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπων εἰληφότες *impoſitionem manuum Episcoporum accipiebant*: can. X. Concilii Antiocheni; Eamque ab Episcopis, quod idem canon ſub finem expreſſit: χωρεπίσκοπον γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως, ἧς ὑπόκειται, ἐπισκόπου, *Chorepiscopum fieri debere ab Episcopo civitatis, cui ſubjicitur.* Prævio examine: ut de ipſis ſcribit Baſil. epiſt. CLXXXI. f. 959. C. Attamen non erant in pari cum reliquis Episcopis gradu; canon XIV Concilii NeoCæſareenſis LXX diſcipulis eos comparat; quo ſenſu? vide Blondel. de Epiſc. p. 97. ſeqq: unde in canone Antiocheno additur: εἰδέναι τὸ ἑαυτῶν μέτρον, *ſuum modum ſciant*; Quis autem ſit ille modus, eveſtigio declaratur, nempe διοικεῖν τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐκκλησίας, *adminiſtrare ſuas ſibi ſubjectas Eccleſias*, quæ erant rurales; porro: *conſtituant autem lectores, & ſubdiaconos, & exorciſtas, & eorum promotioni ſufficere exiſtiment. Presbyterum autem, aut diaconum, ordinare non audeant, ſine Episcopo civitatis, cui ipſe & regio ſubjicitur.* Similis conſtitutio eſt Concilii Ancyrani, can. XIII. Baſilius igitur ſuccenſet Choepiſcopis, majorem ſibi poteſtatem arrogantibus; l.c. *Nunc nobis*, inquiens, *primum extruſis, nec ad nos referre in animum inducentes, omnem in voſmet ipſos auctorita-*

tem

tem tranſtuliſtis. Chriſmationem quoque Chorepiſcopis competere, ex Theodoto Ancyrano contendit Lucas Holſtenius diſſert. de confirm. p. 26. Poteſtas dandi literas pacificas eisdem competit per can. VIII Concilii Antiocheni; Subſcribebant Conciliorum decretis. Concilio Nicæno ſubſcripſerunt ſua nomina quinque ex Iſauria Chor-Epiſcopi; Neo-Cæſareenſi Stephanus Cappadociæ Chor-Epiſcopus.

§. 42. (3.) *Vnivoca:* In Simplices, & Metropolitas, Diſtinctionem hanc videtur innuere Gregorius Nazianzenus orat. XL. in Baptiſ. f. 632. *ne dicas,* inquiens, *baptizet me Epiſcopus* (ſimplex) *atque is Metropolitanus; aut Hieroſolymitanus.* Diſtinctio eſt non generis in diverſas ſpecies ſeu ordines, ſed ejusdem ordinis in diverſos gradus; *Potentia* enim *divitiarum & paupertatis humilitas vel ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcopum non facit: Cæterum omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt.* Hier. ad Evagr. Regula, juxta quam reſpectus mutuus inter ſuperiores & inferiores Epiſcopos æſtimandus eſt, ſunt ἀρχαῖοι τῶν πατέρων κανόνες: *antiquorum canones,* vel conſuetudines; vel regulæ. can. 9. Concil. Antiocheni, quos nonnulli putant Apoſtolicos intelligi, vide Salmaſ. de prim. Pap. c. 3. p. 31. Concilium Nicænum can. 6. vocat ἀρχαῖα ἤθη, *antiquos mores,* ſeu *conſuetudines.* Illæ conſuetudines interdum lege Eccleſiaſtica ſuperveniente evadebant leges Eccleſiaſticæ, ut quod quis antea habebat mera conſuetudine, id ipſum deinde ex lege haberet: Tale quid factum fuiſſe cum primatu Alexandrini Epiſcopi Valeſius probare vult ex can. 6. Concilii Nicæni; utpote in quo poteſtas ipſius ſuper Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, hactenus *ſola conſuetudine, & antiquitate defenſa decreto* Synodali *confirmata* eſt. l. 3. obſer. c. 8. Quidquid hujus ſit, illud ſaltem noſtrum faciamus, quod non lege aliqua Apoſtolica, ſed *ſola conſuetudine,* inæqualitas poteſtatis inter Epiſcopos fuerit. De ſimplicibus dictum eſt ſupra. De *Metropolitis* igitur ſequitur ut & dicamus. *Vox* ipſa occurrit Canone IV. VI. VII. Concilii Nicæni; XII Laodiceni; IX Antiocheni I. Gregor. Nazianz. orat. XL. de Baptiſ. f. m. 632. D. Athanaſ. apol. Conſt. t. 1. f. 787. A. &c. Confer Centur. Magd IV. c. 7. f. m 287. Salmaſ. de prim. Pap. c. 16. p. 258. c. 18. p. 306. ſeqq: c. 19. p. 323 ſeqq:

3. Vnivoca.

Metropolitarum 1. Nomen.

Valesium differt. *III.* in Socrat. Petrus de Marca in literis ad Valesium f. 8. promittit peculiarem librum de primatibus, quem nondum contigit videre.

Explicatur. §. 43. *Metropolitanus* vel *Metropolites* apud Greg. Nazian. orat. XXX. dicitur à Metropoli, *matre urbium*, (uti quidem Cæsaream Cappadociæ nuncupat Gregorius Nazianz. orat. XX. & epist. *XXII. omnium ferè Ecclesiarum matrem &c. ad quam tota resp. Christiana oculos conjecerit, nō secus ac circulus centro circumscriptus &c.* Confer epist. XXIX. Basil. epist. XXX.) cujus ille Episcopus est: Ἐπίσκοπος τῆς μητροπόλεως *Episcopus Metropolis*, explicante can. 6. Concilii Sardic. quem & ἔξαρχον τῆς ἐπαρχίας dixerat; Qua phrasi etiam eminentiorum sedium Episcopi, Romanus, Constantinopolitanus &c. describebantur; Qui & ipsi etiam Metropolitæ erant, & dicebantur: Patet ex Concilii Nicæni can. 6. ubi sermo fuerat de Alexandrino & Romano Episcopis, quantum juris obtineant; addebatur, εἴ τις χωρὶς γνώμης τῆς μητροπολίτου *si quis præter sententiam Metropolitani factus sit Episcopus &c.* nempe Metropolitani, qualis erat Romanus, & Alexandrinus; Arsenius in literis ad Athanasium, hunc Metropolitanum vocat Episcopum; Athanas. apol. ad Constant. t. 1. f. 787. A. vide H. Vales. observ. in Socrat. & Sozom. lib. *III.* c. 2. Joan. Launoj. ad can. VI Concil Nicæn. p. 27. Gregorius Nazianzenus Basilium salutat *supernæ Hierusalem verè Metropolitem*; orat. XXX. Alia phrasi dicebantur οἱ ἐν τῇ μητροπόλει πρεσβῦτες: *qui Metropoli præsunt*: can. 9. Concilii Antiocheni, dicebantur & *Archiepiscopi*, uti videre est ex Ambros. de dign. sacerd. c. 5. *Archisacerdotum* mentionem facit Gregorius Nazianz. in orat. ad Heronem. Augustinus in Brevic. collat. c. 16. Secundum Numidiæ Metropolitem vocat *principem*; Socrates lib. V. hist. c. 8. *Patriarchas* appellat; Refert enim constitutionem Concilii I. Constantinopolitani œcumenici de Patriarchis: πατριάρχας καθίσουν *Patriarchas constituerunt*, inter quos refert etiam Helladium. Cæsareæ Cappadociæ Metropolitam; item Gregorium Episcopum Nyssenum: & alios Metropolitanorum.

x. Constitutio. §. 44. *Auctoritas constituendi* Metropolitas fuit penes summum Magistratum. Ratio est ista, quod Ecclesiæ Metropolita-

litanæ censebantur juxta politicum respectum, quem habebant urbes, in quibus Ecclesiæ erant; innuitur can. 9. Concil. Antioch. ubi ratio redditur, cur ad Metropolitanum respicere debeant reliqui Episcopi, *διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας; eo quod in Metropolim undequaq; concurrant omnes, qui habent negocia.* *ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ πρωτεύειν αὐτὴν, unde etiam visum est eum honore præcellere.* Controversia tamen aliqua de hac re olim orta est inter Basilium primæ, & Anthimum secundæ Cappadociæ Metropolitas: quam malo verbis Gregorii Naz. quam meis referre: *Nam cum* (inquit ille) *patria nostra in duas provincias & metropoles divisa esset, ac multa ex priori nova metropoli adjungerentur, ea de causa inter illos dissidium excitatum est. Hic enim æquum esse dicebat, ut cum publicis diœcesibus nostra quoque simul dividerentur: ob eamq; causam eas paræcias, quæ novæ provinciæ, adjunctæ fuerant, ut jam ad se pertinentes atq; ab illo distractas vendicabat. Basilius contra veteri consuetudine utebatur, atq; huic divisioni, quod olim à patribus facta fuisset, inhærebat.* orat. XXX. f. 510. C. Anthimus deinde prætensiones suas vi prosecutus est, bona Ecclesiastica sibi vendicando. Ut autem urbes essent Metropoles, id penes summum Magistratum versabatur. vide Theodorum Balsamon. in can. XVI. Concil. Carthag. & ad c. XXXVIII Synodi Quinisextæ. Constitutio fuit penes Episcopos provinciæ; Oportebat illum prius qui remansit Episcopum admoneri per literas Exarchi provinciæ, (dico autem Episcopi Metropolitani,) quod vult populus sibi pastorem dari, & existimo illum recte habere hunc quoque admitti ut adsit; si autem literis rogatus non adfuerit, sed neque rescripserit, populi voluntati satisfiat. Oportet autem ex vicina quoque provincia accersi Episcopos ad Metropolitani Episcopi constitutionem *καὶ δὴ καὶ μετακαλεῖσθαι καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους, πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ τῆς Μητροπόλεως ἐπισκόπου.* juxta can. 6. Concil. Sardicensis. Ordinatio autem penes Episcopos aliquot provinciæ: quod testimoniis allatis probavimus supra sect. 1. §. 55. Successu temporis factum est, ut à Patriarchis, quibus subserant, ordinarentur; vide Cl. Salmas. de primat. Pap. p. 210. seqq: Gregorius Naz. orat. XXX refert, quod orta lite inter Basilium &

Anthimum, Metropolitas Cappadociæ, ille *veteri consuetudini fuerit nixus, atq; huic divisioni, quæ olim à Patribus facta fuisset.* Habebat igitur etiam Ministerium quod ageret in dispensandis juribus Metropolitanis.

§. 45. Urbes Metropolitanæ Constantini M. & Constantij ætate quæ fuerint, discas omnium optimè ex scriptore coævo, qui ἔξήνεγκεν ὅλα τὰ κόσμου καὶ τῶν ἰδιῶν scripsit, Latine versam à D. Francisco Jureto, & editam cum notis Jac. Gothofredi Genev. 1628. Invenies Cap. II. Topographici Indicis urbium quoque Metropoleon Indicem, juxta Alphabetum distributum; sunt autem hæ urbes: *Alexandria* Ægypti; *Ancyra* Galatiæ, vid. Hieron. proœm. lib. 2. comm. in epist ad Gal. t. 9. f. 86. b. *Antiochia* Syriæ; *Aquileia* Italiæ specialiter sic dictæ; *Arelatum* Galliæ; *Ascalon* Syriæ; *Athenæ* Achajæ; *Berytus* Syriæ; *Biblus* Syriæ; *Bostra* Arabiæ; *Byrsa*, quæ Carthago Africæ; *Byzantium*, quæ Constantinopolis; *Cæsarea* Cappadociæ, (vid. Greg. Naz. epist. XX.) Mauritaniæ, Syriæ: *Cappadocia* autem divisa erat in primam & secundam; Primæ Metropolis erat Cæsarea, ubi primum Eusebius, (Greg. Naz. ep. XX.) deinde Basilius Metropolita fuit; & ei suberant Episcopi Armeniæ, quod discas ex Epistola Niconis ad Enclystium, apud Baron. an. 311. n. 24. secundæ Tyana, ut videre est ex epist. Iustiniani Imp. ad Menam. t. XII. concil. f. m. 389. 390. ubi mentionem facit Theodori Episcopi τυάνων Tyanensis, ἤ ἐστι τῆς δευτέρας Καππαδόκων μητροπόλεως, *quæ est secundæ Cappadociæ metropolis*: Atque hæc peculiarem suum Metropoliten habebat, à quo, & non à Basilio, Episcopi sui dependerent; videas hoc ex epist. 259. Basilij f. 1030. D. Gregor. Naz orat. XXX. ubi ex professo de hac divisione, & litibus inde inter Basilium & Anthimum ortis disserit. Tertio accessit Musicylus, & quidem auctoritate Valentis, Imp. Ariani, qui ut ægrè faceret Basilio, Cappadociam ita divisit: notante Billio ad orat. XXVIII. Naz. f. 523. *Camara*; *Castabala* Phœnices; *Cathana* Siciliæ, *Constantinopolis* Thraciæ; *Corinthus* Achajæ; *Cyrene* Pentapolis; *Cyzicum* Hellesponti; Damascus Syriæ; *Dyrrachiū* Dalmatiæ; *Edessa* Osdroënæ; *Eleutheropolis* Syriæ; *Ephesus* Asiæ; *Epyrus* Epyri; *Gaza* Syriæ, *Gortyna* Cretæ, *Heliopolis* Syriæ; *Heraclea* Thraciæ; *Iericho* Palæstinæ; *Ilium*, quod & Troja, Hellesponti;

3. Locus.

Laodi-

Laodicia Phrygiæ & Syriæ; *Lydda*; *Mediolanum* Italiæ; *Naiſſus*, ſeu Neſſus Myſiæ; *Neapolis* Syriæ; *Nicia*, ſeu Nicea, Bithyniæ; *Nicomedia* Bithyniæ, quæ jus ſuum metropoliticum à Valentiniano & Valente impetratum probavit in concilio Chalcedonenſi. *Nicopolis* Epiri, *Niſibis* Meſopotamiæ; *Perge* Pamphiliæ; *Picenum* Italiæ; *Ptolemais* Pentapolis, & Syriæ; *Rhodus*; *Roma* Italiæ; *Salona* Dalmatiæ; *Sarepta* Syriæ; *Scythopolis* Syriæ; *Seleucia* Syriæ; *Siden* Pamphiliæ; *Sidon* Syriæ; *Sirmium* Pannoniæ; *Smyrna* Aſiæ proconſ. *Syracuſa* Siciliæ; *Tarſus* Ciliciæ; *Theſſalonica* Macedoniæ; *Treviris* Galliæ; *Tripolis* Syriæ; *Tyrus* Syriæ.

§. 46. Quæſtio eſt: An omnes Metropoles civiles fuerint etiam Eccleſiaſticæ? Affirmat id Hieronymus Rubeus, allegatus ab Henrico de Noris diſſert. de Synod. V. c. 10. f. 128. ſed hic negat, ſaltem quod attinet patriarchatum Romanum. Confer lib. II. hiſt. Pelag. c. 8. Id certum, quod nondum omnes hæ ſint metropoles, ubi ſaltem ſecutis annis Eccleſiæ Metropolitanæ erant. Nam *Alba* dicitur *Metropolis Italiæ* in hiſtoria Concilii Mediolanenſis Soz. lib. I v. c. 9. f. 547. A. *Sardica* gentis Daciæ apud Theodor. l. 2. hiſt. c. 4. & *Maſſilia* Galliarum fuit Metropolis, uti patet ex Concilii Taurinenſis can. 1. Item *Vienna*, decernentibus ejusdem Concilii Patribus; can. II. vide P. de Marca in literis ad Valeſium, præfixis hiſtoriæ Euſebii ab Hen. Valeſio editæ, f. 6. In *Thebaide* quoque, Ægypti regione, Metropolis erat, Epiſcopo Metropolitano Meletio; vide Epiph. hæreſ. LXIX. In *Numidia Tigiſitana*, Epiſcopo Secundo; vid. Auguſt. Brevic. collat. c. 16. In *Piſidia* Iconium, de qua Baſil. epiſt. VIII. refert: *Iconium civitas in Piſidia, jam olim poſt maximam prima, nunc vero & ipſa præſidet parti, quæ tanquam ex diverſis ſegmentis collecta, propriæ provinciæ diſpenſationem ſuſcepit. Ipſa enim nos vocat, ut eos inviſamus, Epiſcopum creandi gratia. Nam Fauſtinus fato functus eſt; An igitur oporteat non detrectare peregrinas ordinationes, & qualem oporteat dare Sebaſtenis reſponſionem, & quomodo erga Evagrij ſententias affici cupiebam, præſens abs re doceri, quod non licuit per valetudinem;* cit. Cent. IV. Magd. f. 289. E.

§. 47. In concilio II æcumenico, quod Conſtantinopolitanum I vocatur; accurate definitum eſt, can. II. quæ ratio

ſit

ſit Metropolitanorum, Alexandrini, Orientalium, Aſiaticorum, Ponticorum, Thracicorum: Poſtquam dudum ante, in Concilio Nicæno can. IV. & VI. ejusdem aliquid tactum fuiſſet. Neque ſtatim is ordo, & ſtatus fuit, qui poſtea, cum curioſius diſtinguerentur, augeſcente præſertim Patriarcharum poteſtate.

4. Forma.

§. 48. Habebant Eccleſiæ Metropolitanæ ſuum ſingulæ *οἰκεῖον ἀξίωμα propriam dignitatem*, uti de Cæſareenſi loquitur can. VII Concilii Nicæni. Et Metropolitæ ſuam poteſtatem ſuper Epiſcopatus ſibi ſubjectos; Audiamus quid can. 9. Concilii Antiocheni ſtatutum ſit: *Epiſcopos qui ſunt in unaquaq; provincia ſcire oportet, Epiſcopum, qui metropoli præeſt, curam & ſolicitudinem totius provinciæ ſuſcipere; eo quod in Metropolim undequaq; concurrant omnes qui habent negotia. Vnde placuit, eum quoq; honore præcedere: reliquos autem Epiſcopos nihil magni momenti ſine ipſo agere, ſecundum antiquum à Patribus noſtris conſtitutum canonem! aut ea tantum, quæ ad uniuscuiusq; paræciam pertinent, & regiones, quæ ei ſubſunt. Vnumquemq; enim Epiſcopum poteſtatem habere ſuæ paræciæ, eamq; adminiſtrare, proſuopte quisq; ſtudio ac religione, & curam gerere totius regionis, quæ ſuæ urbi ſubeſt, ut ordinet presbyteros, & diaconos, & cum judicio ſingula diſponat: & nihil ultra facere aggrediatur ſine Metropolitano Epiſcopo, neq; ipſe ſine reliquorum ſententia.* In conciliis præſidebant. e.g. Amphilochius, Iconienſis Metropolita, in Synodo Sidetana. Phot. cod. LIII.

Poteſtas.

§. 49. Diſtinctius loquendo, Metropolitano competit poteſtas I. *conſtituendi* Epiſcopos; Nam ſi quis *præter ſententiam Metropolitani factus ſit Epiſcopus, hunc magna ſynodus ſtatuit, non oportere eſſe Epiſcopum.* can. 6. Nic. II. *Ordinandi* ſubjectarum Eccleſiarum Antiſtites can. XIX. Concil. Antioch vel certe *confirmandi*; Facta enim ordinatione, τὸ κύρος *confirmatio eorum, quæ in quaq; provincia geruntur, tribuatur Metropolitano.* per can. IV. Concil. Nicæni: Confer epiſtolam Siricii P.R. ad Anyſium Theſſalonicenſem Metropolitanum, & Bonifacii I literas ad Hilarium Narbonenſem; Ex recentioribus Salmaſ. c. 3. de prim. Pap. p. 35. & dicta § 22. ſect. I. III. *condendi* canones Eccleſiaſticos, quod patet ex canonibus Baſilii Metropol. Cæſareenſis, vide notas H. Valeſ. ad Socr. lib. II. c. 8. Et renovandi: quod idem Baſilius egit, revocans Chorepiſcopis

pis in memoriam examen ordinandorum. epiſt. 181. f. 959. D. Opus tamen erat concurſu reliquorum etiam Epiſcoporum Provinciæ; quod Photius tit. 1. cap. 4. Nomocan. probat ex Baſilii can. XLVII. & Gregorii Nyſſeni can. VI. circa medium. Dico *provinciæ*; Nam extra hanc nemini parebant tanquam ſuperiori, ne quidem Romano Epiſcopo. vid. Joh. Dallæ. lib. II. de uſu Patr. c. 6. p. 343.

§. 50. *Dividuntur* Metropolitani, juxta nonnullos, in ſimplices & eminentiores; *Simplices* illis ſunt, *qui unam tantum provinciam regunt; ſinguli enim præſunt Epiſcopis ſuæ provinciæ.* Eminentiores autem, ſeu *majores*, qui & Patriarchæ dicuntur, *multas ſimul junctas provincias adminiſtrant, & ſubjectos ſibi habent multos Metropolitanos*; diſtinctio eſt Hen. Valeſij lib. *III.* obſerv. Eccleſ. ad Socr. & Soz. c. 2. Videtur diſtinctio fundamentum habere in can. IV. & VI Concilii Nicæni; Nam in can. IV agitur, juxta Valeſium, de Metropolitanis ſimplicibus; in VI vero de compoſitis, ſeu eminentioribus, nempe Patriarchis, quos *Metropolitanos Metropolitanorum* appellat. Sed lubrica eſt hæc Valeſij ſententia, (quam & c. 5. & 12. habet) ex eo, quod putat, diœceſim ſpectare ad ſolos Patriarchas, ſtrictius ſic dictos, & provincias ad Metropolitas ſimplices; Nam in Concilio Conſtantinopolitano, ad quod cap. 5. provocat, Orientis etiam Epiſcopi, Antiocheno contradiſtincti, dicuntur *οἱ ὑπὲρ Διοικησιν ἐπίσκοποι, ſuper diœceſin Epiſcopi*; Laudantur etiam *οἱ τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπίσκοποι, Aſianæ diœceſis Epiſcopi*, qui tamen non erant Patriarchæ, eo quidem ſenſu, quo Valeſius vult in notis ad Socrat. lib. V. c. 8. ubi explicat canon. II Conc. Conſtantinopolitani, *notandum eſt*, aiens, *Diœceſin in hoc canone non ſignificare paræciam, nec provinciam, ut Græci Interpretes Zonaras ac Balſamon crediderunt, ſed multas ſimul junctas provincias, quæ uni rectori ſubjacent. Unde hic canon περὶ διοικήσεων inſcribitur. Sic enim diſerte dicit:* φυλαττέσθω δὲ τὸ προγεγραμμένον περὶ τῶν διοικήσεων κανόνος, ἵνα δηλον, ὡς τὰ καθ' ἑκάστην παρχίαν ἢ τῆς ἐπαρχίας σύνοδος διοικῇ. *Vides quis ſit titulus hujus canonis, & quomodo ἐπαρχίαν i. e. provinciam diſtinguat à Diœceſi. Non enim veritum eſt hoc canone, ne Epiſcopi ex una provincia ad aliam commeent ad ordinationes celebrandas. Id enim aliter fieri non poteſt.*

5. diviſio.

6

Verbi gratia, in Asiana Diœcesi non prohibent Patres, ne ex Lycia in Pamphyliam, neve ex Caria in Lydiam migrent ob negotia Ecclesiastica, sed tantum vetant, ne ex una Diœcesi in aliam transiliant. f. 60. B. Confirmatur ex literis Synodicis Concilii Arelatensis, c. 7. ab ipso Valesio allegatis. Nam in his *majores diœceses* Episcopo Romano assignantur, eæ vero, explicante Valesio, sunt *provinciæ.*

Patriarchæ. I. Nomen.

§. 51. *Patriarchæ.* Vox serius usurpari cœpit; Non enim legitur sive in canonibus antiquorum conciliorum, sive in Patribus fere usque ad finem seculi florentibus, quod quidem ego observaverim; & fatetur Hen. Valesius in notis ad lib. V. Socrat. c. 8. f. m. 60. B. *In secundo canone Synodi Constantinopolitanæ, quam hic designat Socrates, nulla fit mentio Patriarcharum. Eo enim tempore nondum usu receptum erat Patriarcharum vocabulum. Nulla item in eo canone divisio fit Provinciarum.* Et Joannes Launojus ad can. VI Concil. Nicæni. corol. 15. p. 85. *Patriarchæ nomen post Nicænam Synodum usurpari cœpit. Non est, si bene memini, apud Eusebium, Athanasium, Basilium, Gregorium utrumq;, Nyssenum & Nazianzenum, Epiphanium, sed est apud Socratem, qui Theodosio II Augusto decimum septimum consule, id est anno Christi 439. historiæ finem imposuit. Sic autem ille in libri V capite VIII loquitur de centum quinquaginta Episcopis, qui Constantinopoli Synodum celebrarunt &c.* Occurrit in literis Theodosij ad Chrysostomum, quem sic compellat: τῷ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ &c. *Universali Patriarchæ &c.* Et in historia Concilii I Constantinopolitani apud Socr. lib. V. hist. c. 8. Πατριάρχας καθίσαν *Patriarchas constituerunt.* De qua materia ex professo disputantes vide, ex Pontificiis, Remundum Rufum adversus Carolum Molinæum, tract. *de Ecclesiæ primitivæ statu, ejusq; sacerdotio*; Petav. lib. I. Eccles. hierarch. c 13. Hen. Vales. in not. ad Socr. lib. V. f. 60; Et observ. lib. *III.* editioni Socratis subjunctis. Joannem Launojum ad can. VI Concilii Nicæni; Ex Reformatis Carolum Molinæum adversus Rufum; & ejus hyperaspisten Franciscum Vilierum; Cham. Panstrat. Cath. lib. XIV. de P. R. c. 1. Cl. Salmas. de primat. Pap. c. 4. p. 44. seq. Joan. Croc. in Anti-Becan. t. 2. p. 528. seq. Gothofred. ad l. 3. cod. de Episc. M. Anton. de Dom. lib. *III.* de rep. c. 10.

§. 52.

§. 52. *Vocabulum* πατριάρχης componitur ex πατὴρ *pater*, & ἄρχων, *princeps, primarius, antecceſſor*, q.d. *primarius patrum.* i.e, Epiſcoporum, quem ordine primum reliqui,(qui *ordinis ſecundi* οἱ ἐκ τῦ δευτέρυ βήμυ à Conſtantino M. dicebantur in literis ad Syraculanum) revereri debebant , & obſervare. Uſu receptum erat vocabulum etiam apud Judæos, uti videre eſt ex l. 1. & 2. cod. de Epiſc. Sed nos h. l. accipimus illud, ſicut in Eccleſia Chriſtiana erat receptum. In hac ſignificabat hoc quidem ſeculo Epiſcopum inter alios priorem, id quod vox ipſa innuit, & colligitur ex Socrat lib. V. c. 8. quando agit de Patriarchis in Concilio Conſtantinopolitano creatis. In hac enim Synodo renovatæ ſunt antiquæ ſanctiones de diœceſibus & limitibus ſingulorum Metropolitanorum & Epiſcoporum, poſtquam per & propter perſecutiones hactenus confuſi illi fuiſſent: Patriarchas conſtituerunt, Provinciarum diviſione facta, ita ut nullus Epiſcopus ultra propriam diœceſin alienas Eccleſias invaderet. Id enim antea propter perſecutiones promiſcue factum fuerat. ita Socr. f. 265. C. H. Valeſius in notis ad h. l. ſcribit: *Obſervet hic ſtudioſus lector ſingularem uſum vocabuli* πατριαρχέω, *qua non ſumitur pro Patriarchatu ſed pro regimine ac gubernatione.* f. 60. C. Hæc ille ad verba Socratis, quibus refertur de Otrejo, quod μελιτινῆς τὴν πατριαρχίαν ἐκληρώσατο, *Melitinæ patriarchatum ſortitus ſit.* Vox utique *regimen & gubernationem* denotat, ſed Eccleſiaſticam, qualis eſt Epiſcoporū ſuas diœceſes habentium, & in his diœceſibus aliquos, quos regant, & gubernent, ut habent Metropolitani, vel Patriarchæ Epiſcopos & reliquum Clerum ſibi ſubordinatos. Probare vult Valeſius generaliorem illam vocis Patriarchia ſignificationem ex eo, quod idem Socrates dixerit, πατριάρχας κατέστησαν *Patriarchas conſtituerunt*; Accipimus quidem locum, ſed non putamus, eum probare, quod vir eruditus putat, *Neq; enim*, inquiens, *vult dicere, Patriarchas à Conſtantinopolitana Synodo eſſe conſtitutos. Quippe jam antea conſummata fuerat Patriarcharum poteſtas canone 6 Concilij Nicæni, ut ad illum canonem ſuſius demonſtravi.* l. c. Diſtingue inter Patriarcharum inſtitutionem, & reſtitutionem; Eſto, Nicænos Patres inſtituiſſe Patriarchas, Conſtantinopolitani tamen reſtituerunt eosdem; quod non obſcure innuunt ver-

ba allegata: τοῦτο γὰρ πρότερον διὰ τὰς διαγωγὰς ἐγένετο ἀδιαφόρως: q.d. Etsi limites olim fuerint Metropolitis, vel Patriarchis constituti, observari tamen illi non potuerunt, certè observati non sunt, propter persecutiones, ordinem istum turbantes.

§. 53. Concludit & instat Valesius: *Intelligit ergo Socrates non veros atq; ordinatos Patriarchas, sed extraordinarios Legatos, qui ad stabiliendam rectam fidem per singulas Diœceses fuerant destinati. Nam si veros Patriarchas intellexisset, unum dumtaxat in unaquaq; Diœcesi poneret. Nunc vero cum plures in unaquaq; nominet, verbi gratiâ, in Pontica Diœcesi Helladium & Gregorium; in Asiana Amphilochium & Optimum; apparet, eum non de veris atq; ordinariis Patriarchis locutum esse.* Resp. Veros atque ordinarios Patriarchas, & non *extraordinarios Legatos* intelligi, inde patet, quod sic Patriarchas constituerint, ut provincias inter ipsos distribuerent, in quibus isti ut Episcopi Ecclesias administrarent, sed intra certos limites; Talis Patriarcha evasit Helladius, Basilii in Episcopatu successor, atque ita non *extraordinarius legatus*, sed ordinarius Episcopus; Qualis & Gregorius Nyssenus erat, & Amphilochius Iconiensis; & Optimus Antiochenus; &c. Esto, Patriarchis istis commissum fuisse, ut in provinciis istis fidem & ordinem lapsum in integrũ restituerent, hoc tamen non derogat ordini Patriarchali, sed potius eum confirmat; Hoc enim potestatis Patriarchis vel maximè competit, ut fidem, & bonum ordinem in Diœcesibus suis servent. Sed nec diœcesis una obstat, quo minus duobus Patriarchis partito assignetur regenda. Sunt enim quædam Diœceses satis amplæ, ex pluribus constantes provinciis, quas omnes unius cura capere non potest; ut necesse sit, plures Patriarchas ipsi præesse. Cappadocia erat una provincia, & tamen duas Metropolitanas habuit Ecclesias, Cæsareanam & Tyaneam. Asianæ quoq; provinciæ erant duæ, duæ etiam Patriarchiæ, nempe Iconiensis, & Antiochena. Ante auctum Christianismum una per principales mundi plagas sufficiebat in singulis Metropolitana Ecclesia. In occidente Romana, in Oriente Antiochena, in meridie Alexandrina; & tamen successu temporis plures constitutæ sunt sedes Metropolitanæ, confusionis inter tot Episcopos vitandæ gratia.

§. 54.

Digitized by Google

§. 54. Alio nomine dicebantur *Metropolitani*; nempe in canone VI Concilii Nicæni, ubi agitur de privilegiis & consuetudinibus Romani, Alexandrini, & Antiocheni Episcoporum, & sancitur, ne quis Episcopus fiat χωρὶς γνώμης μητροπολίτου *sine sententia Metropolitæ*, quales nempe erant Romanus, Alexandrinus, & Antiochenus. *Papæ*; Nam Ursacius & Valens Julium Romanum appellant κύριον μακαριώτατον πάπαν *Dominum beatissimum Papam*: Athan. t. 1. f. 726. A. (Confer dicta super §. 18. sect. 2.) χρηστότητα *Clementiam* seu *Benignitatem*; l. c. Epiphanius hæres. LXVI. vocat *Archiepiscopos*. (4) Synonymia.

§. 55. *An Patriarchæ fuerint hoc seculo? saltem ante Concilium Constantinopolitanum?* quæritur. Repetimus distinctionem inter Patriarchas generalius & strictius sic dictos; §. 52. explicatam; Quæstio enim est de Patriarchis strictius sic dictis; quos Valesius §. 54. præced. appellaverat *Metropolitanos Metropolitanorum*; Deinde dist. inter rem ipsam, & vocem; de voce non tam est quæstio, quam de re ipsa; Hoc sensu Cl. Valesius affirmat quæstionem modo propositam: *Equidem fateor nomen Patriarcharum post Nicena Synodi tempora invaluisse. Verum res ipsa nihilominus extabat ante Concilium Nicænum*; Et affirmativam libro tertio observationum Ecclesiasticarum explicat, & probat, & vindicat adversus Joannem Launojum, & alios. (5) Existentia.

§. 56. *Probat* affirmativam ex can. VI Concilii Nicæni, utpote in quo fines Patriarcharum trium, Romani, Alexandrini, & Antiocheni, figantur, & jura stabiliantur, postquam canone IV Metropolitanorum simplicium privilegia fuissent descripta; Neque enim bis de eodem genere Episcoporum agi: canone hoc agi de Metropolitanis provinciarum; isto vero de Metropolitanis diœcesium. i. e. Patriarchis. Confirmat explicationem suam ex Zonara, qui *Metropolitanos h. l. interpretetur Patriarchas, qui sunt majores Metropolitani*: imo *ex omnibus tam antiquis, quam recentioribus, qui ante Launojum scripsere*: quorum singula testimonia in rem præsentem adducit.

§ 57. Joannes Launojus diss. ad can. VI. Concil Nicæni, corol. XV. distinguit inter tempora; Ante Concilium Constantinopolitanum œcumenicum negat, mentionem fieri Patriarcha-

triarcharum ; Fieri autem in concilio hoc, & quidem referente Socrate lib. V. c. 8. verba eruditiſſimi viri ſunt hæc : *Si Socratis locus bene conſideretur, non parum juvat eam intelligentiam, & notionem, quæ Nicænum Canonem VI informavimus. Nam ſi Conſtantinopolitana Synodus Patriarchas conſtituit, antea conſtituti non erant, quid clarius? ſed quis Socrate antiquior vel id negavit, quod Socrates aſſeruit, vel ea protulit, ex quibus id, quod Socrates aſſeruit, negetur? Vniverſi tacent, & tacendo Socrati & nobis conſentiunt.* Quod vero attinet *intelligentiam & notionem* canonis ſexti Nicæni, à Launojo factam, obſervat ille, *in antiquis Romanæ, Alexandrinæ, & Antiochenæ Eccleſiæ* (de quibus canon 6 agit) *conſuetudinibus, quas Nicænum Concilium aſſerit & confirmat, Patriarcharum proprium nihil poſſe inveniri*; E. nec de Patriarchis, qua talibus, ibi locorum agi: Concilium Nicænum nihil novi canone 6 ſtatuiſſe, ſed veteres conſuetudines tantum confirmaſſe ; pag. 82. idem ratiocinatur : Priſcam conſuetudinem fuiſſe & Romani quidem Epiſcopi, ordinationes facere in ſuburbicariis Eccleſiis; Alexandrini per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim; Antiocheni per partes orientis; Conſuetudines lege lata Nicænos patres can. 6. confirmaſſe. Subinde autem reſpondet ad ea, quæ pro ſua affirmativa Valeſius & ante ipſum Petrus de Marca, produxerant.

§. 18. Apparet ex enumeratis, quod nondum peroratalis ſit inter addictos Eccleſiæ Romanæ (ut ſunt P. de Marca, Launoius, & Valeſius) Doctores, quid de origine & progreſſu Patriarcharum habendum ſit; & diſſentiri in re ardua circa ipſa principia, & fundamenta. Noſtro judicio, ſi interponere licet, putamus, ambiguitatem vocabuli Patriarcha probe diſtinguendam & explicandam eſſe : vel enim Patriarcha denotat eum Epiſcopum, qui aliquot ſubſeſe habet Metropolitas, vel Epiſcopos ; vel eum, qui inſignem aliquam mundi plagam occupat, totum occidentem, vel orientem, vel meridiem : Iſto ſenſu concedimus fuiſſe Patriarchas in hoc ſeculo, hoc vero ſenſu negamus. Iſto vero ſenſu plures, quam tres, vel quatuor, erant Patriarchæ, Nam canone ſexto concilii Nicæni hæc leguntur verba : ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις, τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις : *ſimiliter autem & in Antiochia, & in aliis provinciis privilegia ſervantur Eccleſiis.* Ait, *in aliis*

Eccle-

Eccleſiis, nempe præter Antiochenam, Alexandrinam, & Romanam, quas ante expreſſerat; *Aliæ* igitur erant Eccleſiæ præter iſtas tres, quæ erant, ſicut iſtæ, & ſua habebant πρεσβεῖα *privilegia*, utique Patriarchalia, ſi de patriarchis, ut vult Valeſius cum ſequacibus, canon iſte agit. Talis Eccleſia præter iſtas tres fuit Carthaginenſis, cujus *Epiſcopus cunctarum Eccleſiarum* (nempe Africanarum) *dignatione Dei ſolicitudinem ſuſtinebat*, quod Cl. Launojus docet corol. VII è canone LV Eccleſiæ Africanæ; Regerit Valeſ. obſerv. lib. III. c. 13. licuiſſe hoc Carthaginenſi *in ſua tantum provincia i. e. in proconſulari*; non ultra; Reſp. nec ultra ſuburbicarias provincias ordinationes facere licuit Romano Epiſcopo, qui tamen Patriarcha venditatur. Certius eſt, quod ex canone II Concilii Conſtantinopolitani huc pertinet. De Patriarchis in hoc canone agi, ex Socr. lib. V. c. 8. ſupponimus; Et confirmamus ex Valeſij hypotheſibus, Epiſcopis & Metropolitis competere provincias; Patriarchis diœceſes; atqui de *diœceſibus* canon agit; Et taſes aſſignat Epiſcopis, non *Alexandrino* ſolum; ſed etiam *Orientis Epiſcopus*; & *Aſianæ diœceſis Epiſcopis*, & *Ponticæ diœceſeos*, & *Thraciæ*; Fuerint igitur & hi Patriarchæ. Atque ita indefinitus erat numerus Patriarcharum. vide M. Anton. de Dom. l. III. de rep. c. 10. n. 14. Salmaſius de prim. Pap. c. 8. p. 120. ſeqq:

§. 59. *Negamus* autem, eo ſenſu Patriarchas hoc ſeculo fuiſſe, quo ſequentibus ſeculis vox uſurpari cepit, Juſtiniani præſertim temporibus, obſervante Launojo corol. XV. p. 82. Ratio. I. quia nullis ex antiquitate idonea & genuina argumentis probari id poteſt; ut paulo ante vidimus. II. quia contrarium probatur ex eo, quod quilibet Metropolitanus integra ſua, & diſtincta, jura habuerit, in quibus alteri non fuit ſubjectus; Confirmatio geſtorum in provincia erat penes Metropolitanum; non autem alium ſuperiorem; can. IV Concilii Nicæni; *Aliæ* quoque, præter eminentiores, *Eccleſiæ* ſua habebant πρεσβεῖα *privilegia*, ut ſi quis e. g. præter ſententiam Metropolitani (harum aliarum Eccleſiarum) Epiſcopi factus fuiſſet Epiſcopus, pro tali non haberetur. can. VI. *Alexandrinus Epiſcopus, quæ ſunt in Ægypto μόνον tantum adminiſtret; Reſponde mihi, ad Alexandrinum Epiſcopum Paleſtina quid pertinet?* interrogat Hieronymus Joannem Hieroſolymitanum;

Neg

Neq; enim, ait Chryſoſtomus, *æquum eſt, ut qui in Ægypto ſunt, judicent eos, qui in Thracia*: epiſt. ad Innoc. I. citante ipſomet Bellarmino lib. 1. de P. R. c. 8. Sicut Orientales *ſolum* ea, quæ in Oriente: Aſiatici *tantum* Aſiatica *gubernent*. *Nec non & Ponticæ diœceſeos ea tantum, quæ ad Ponticam diœceſin pertinent, & Thracicæ, quæ ſunt in Thracia, gubernent: Non vocati autem Epiſcopi ſuper diœceſin, non accedant propter ordinationem, vel alias diſpenſationes faciendas.* per can. II. Concilii Conſtantinopolitani; His omnibus ſui termini figuntur, & præcipitur, *τὰς ὑπερόρους ἐκκλησίας μὴ ἐπιέναι ad Eccleſias extra ſuos terminos ſitas, ne accedant.* Sed manum de hac tabula.

§. 60. *Liceat* autem per nos Patriarchales appellare eas Eccleſias, quæ præ reliquis Metropolitanis eminebant: Negare enim nolumus, majorem ipſis dignitatem & auctoritatem accreviſſe ex reſpectu politico. Sicut Metropolitanis Eccleſiis ſubordinabantur Eccleſiæ ad Metropolin ſpectantes; ita etiam patriarchalibus, quæ erant in locis ad eminentiores illas Metropoles ſpectantibus. Habebant Eccleſiæ iſtæ Patriarchales ſua privilegia, & conſuetudines, quibus alias antecedebant; Et ea *κατὰ συνήθειαν ἢ παράδοσιν ἀρχαίαν ſecundum conſuetudinem & traditionem antiquam*; Can. VII Concil. Nicæn. ſeu, uti præcedente can. VI. dicebantur: *ἤθη ἀρχαῖα*; *mores antiquos*: Suberat tamen illis conſuetudinibus una etiam vel altera ratio; Quæ veto illa? Pſeudo Clemens ad Jacobum ſcilicet fratrem Domini ſcribens, eam adfert: *in illis civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos Archiflamines eorum, & primi legis doctores, erant, Epiſcoporum primates poni vel Patriarchas, qui reliquorum Epiſcoporum judicia, & majora, quoties neceſſe foret, negotia in fide agitarent.* Sed forex ille ipſe ſeſe prodit, oſtendente Launojo ad can. 6. Concil. Nicæ. corol. XV. Anacletus, alius Epiſcopus Romanus, in epiſtola III fundamentum quærit in Petri inſtitutione; Quod Apoſtolus Petrus ipſe fuerit Epiſcopus Romæ, Antiochiæque; & per diſcipulum ſuum Marcum Eccleſiam Alexandrinam fundarit; Sed & hic auctor ſuppoſititius, & ratio ipſius inepta, eſt; ſequeretur enim, plures fuiſſe Eccleſias patriarchales, utpote quod Pontificii tradant, Petrum hinc inde per ſuos emiſſarios diſcipulos, in Germania, Italia, Gallia,

Gallia &c. multas fundasse Ecclesias; transeo alias rationes; vide M. Anton. de Dom. lib. III. de rep. c. 10. §. 2. seqq: Alii ad confusionem inter Episcopos tollendam referunt originem, ut idem Antonius n. 9. Nec omnino male, si in genere loquamur: In specie vero quæ ratio fuerit, cur Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ, Constantinopoli denique dignitatem illam alligarent? de hoc potissimum quæritur: Dicimus: urbium politicam dignitatem in caussa fuisse. Apparet illud ex ratione, cur Constantinopolis Romanæ Ecclesiæ exæquata fuerit: διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην, *quod nova ea Roma esset.* can. III Concilii Constantinopolitani; Et ex epitheto μεγάλη, *magna*, quo urbes istæ appellabantur; inde passim legas: μεγάλη Ἀλεξάνδρεια; μεγάλη Ἀντιόχεια; *magna Alexandria, magna Antiochia* &c. Eustathius *Antiochiæ magnæ* subscripsit Concilio Nicæno; Concilium hoc scripsit literas μεγάλης Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ *magnæ Alexandrinorum Ecclesiæ*; indicio hoc est, magnitudinem urbium aliquid ad majorem Metropolium dignitatem contulisse. Consentit Baronius an. Chr. 39. n. 10. referens, ut *Petrus, Apostolorum princeps, totius Syriæ principi civitati atq; Metropoli* (Antiochiæ) *cui & Palæstina, ipsaque Hierosolyma subjaceret, præfectus fuerit Episcopus.* Excipit Bellarminus lib. 1. de P. R. cap. 24. sedem Imperatoriam etiam fuisse Nicomediæ, Treviris, Mediolani, quæ tamen urbes propterea non evaserint patriarchales: Resp. aliud est ad tempus, aliud fixas alicubi habere sedes, Ad tempus quidem habebant in illis locis Imperatores nonnulli, vel ipsorum vicarii, sedes suas, sed non fixas, & ordinarias, ut Romæ, Alexandriæ, &c.

§. 61. *Electio* Patriarcharum fiebat ab iisdem, à quibus & reliquorum Episcoporum, nempe tribus Ecclesiæ ordinibus, in quibus & populus erat: id quod pluribus in medium productis exemplis & testimoniis probatum dedimus supra; sect. 1. §. 27. Interdum quidem Synodus aliqua œcumenica Patriarcham eligebat, & vocabat, attamen (Si quidem rite ille vocatus fuerit, & valide) oportebat accedere saltem consensum Cleri, & populi. *Ordinatio* peragebatur ab Episcopis nonnullis provincialibus; quod ostendimus supra §. 55. sect. 1. Electio.

igitized by Google

Existimatio. §. 62. Electi, vocati, & constituti, illustre *officium* tenuerunt. Celebre est πατριαρχικὸν δίκαιον *jus Patriarchale*; vide Gothofred. ad l. 3. cod. de fide Cathol. Celebres etiam Ecclesiæ, quibus præerant, *Apostolicus primatus* laudatur à Theodoreto, verba faciente de Ecclesia Antiochena, lib. III. c. 17. Chrysostomus homil. III. ad pop. Antioch. Antiochiam appellat κεφάλαιον πάσης οἰκουμένης *caput totius orbis*: & populo tribuit τῆς οἰκουμένης ἅπασης καθῆσθαι *orbi præsidere universo*, homil. VII in Matth. Theodoretus lib. IV. de Hæres. scribit, concessam fuisse Ecclesiæ Constantinopolitanæ πρωτοθρόνιαν *præsidentiam*, *non inferiorem ipso terrarum orbe*, οἰκουμένης ἁπάσης; Hinc Episcopi ipsarum sic illis erant præfecti, *ut universo terrarum orbi*, quod de Athanasio scripsit Gregorius Nazianzenus in orat. de Athanasio. Eundem appellat Ἀρχιερέα τῶν ἱερέων *principem inter sacerdotes*: orat de Hieron. Confer paulo post dicenda in singulis Patriarchiis.

Potestas. §. 63. Potestas Patriarcharum non erat alia, quam aliorum Episcoporum, sive potestatem ordinis, sive jurisdictionis velis, excepto ordine, & gradu, & amplitudine, quoreliquis præstabant. Nondum loquimur de potestate Patriarcharum inter sese collatorum; de eo enim inferius, Deo volente, disputabimus; Sed de potestate, quæ Patriarchis competebat, ut illi cum aliis Episcopis conferebantur; Hanc dicimus non per essentiam, sed meris accidentibus fuisse discretam. Probatur ex canone sæpius laudato sexto Nicæno, ubi non Patriarchalibus solum (supponamus enim, de Patriarchis ibi locorum sermonem esse) sed etiam ἄλλαις ἐκκλησίαις *aliis Ecclesiis* sua πρεσβεῖα *privilegia* assignantur, & confirmantur. Sine licentia Patriarchæ nihil debebat agi ab Episcopis ipsius diœcesi subditis, l. c. sed nec sine Metropolitani cujusvis licentia licuit: can. IV. Et ita sese res habet etiam in aliis.

Amplitudo. §. 64. Amplius verò sese extendebat Patriarchæ regimen, utpote quod amplioribus regionibus, & pluribus Episcopis ille præesset; Canone II Concilii Constantinopolitani jubentur Antiocheno Episcopo in Oriente servari πρεσβεῖα sua *privilegia*; sicut & reliquis Patriarchis, ut Alexandrino per Ægyptum, Libyam, & Pentapolin, can. VI. Nicæno; Sine nutu, assensu, & auspiciis

Digitized by Google

plans of churches, and the reader will find that the
Greek cross is the most frequent, and the Latin cross
the next. The Greek cross is the most beautiful, and
the Latin cross the most convenient. The Greek cross
is the most beautiful, because it is the most symmetrical,
and the Latin cross the most convenient, because it is
the most adapted to the purposes of worship. The
Greek cross is the most beautiful, because it is the most
symmetrical, and the Latin cross the most convenient,
because it is the most adapted to the purposes of
worship. The Greek cross is the most beautiful, because
it is the most symmetrical, and the Latin cross the most
convenient, because it is the most adapted to the
purposes of worship.

The Greek cross is the most beautiful, because it is the
most symmetrical, and the Latin cross the most
convenient, because it is the most adapted to the
purposes of worship. The Greek cross is the most
beautiful, because it is the most symmetrical, and the
Latin cross the most convenient, because it is the most
adapted to the purposes of worship. The Greek cross is
the most beautiful, because it is the most symmetrical,
and the Latin cross the most convenient, because it is
the most adapted to the purposes of worship.

[1] [2] [3] [4] [5] [6] [7] [8] [9] [10] [11] [12] [13] [14] [15] [16] [17] [18] [19] [20] [21] [22] [23] [24] [25] [26] [27] [28] [29] [30] [31] [32] [33] [34] [35] [36] [37] [38] [39] [40] [41]

quam mea statuta, sed Apostolica ut essent firmata & custodita perfecit, secutus morem ordinemq; majorum.

Constantinopolitani elogia.

§. 69. II. *Constantinopolita.* Cur hanc Romanæ sedi immediatè subjungamus, ratio in promptu est, quia secundum eminentiæ gradum à Romana tenebat; Sic enim sonat canon III Concilii Constantinopolitani: *Τὸν μέν τοι κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ρ῾ώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην*: (Allegat hunc ipsum canonem Thomas Aquinas in IV sent. dist. 24. q. 3. art. II. sed vitiosè, uti ostendit Cl. Launoj. epist. ad Paulum RatVynum. t. 1. epp. p. 2.) *Constantinopolitanæ civitatis Episcopus habeat privilegia honoris post Romanum Episcopum, eo quod ipsa nova Roma.* Unde à Libanio Sophista vocatur *μετὰ τὴν μεγίστην πρώτη post maximam* (Romam) *prima* urbs. orat. pro templ. p. 9. Et in *βασιλικῷ* ad Constantium & Constantem appellat eandem *τῶν ἁπασῶν μεγίστης δευτέραν omnium maximæ secundam.* Et orat. in Julian. *μεγίστην μετὰ τὴν Ρ῾ώμην πόλιν, maximam post Romam urbem*: vide notas Gothofredi ad Liban. l. c. & ad exeges. vet. orb. p. 53 c. 33. Gregorius Nazianzenus, orat. XXIV. ipsam ait *urbem* esse, quæ *totius Europæ principatum teneat*; orat. XXXII magnifice eam extollit, dicens, *ἰδοὺ τε γὰρ ἑσπερίου λήξεως οἷον σύνδρομον; εἰς ἣν τὰ πανταχόθεν ἄκρα συντρέχει; κἀθεν ἔρχεται ὡς ἐμπορείου κοινοῦ τῆς πίστεως*; Alibi vocat: *Orbis oculum, terra mariq; potentissimam, orientalis atq; occiduæ oræ velut nodum & vinculum, ad quam extremi totius terræ fines concurrunt, & à qua velut à communi fidei emporio incipiunt.* orat. XXXV. f. 561. A. Confer notas Gothofredi ad l. 2. cod. de Episcopis.

Tituli.

§. 70. Episcopo urbis Chrysostomo cum aliquando literas scriberet Theodosius Imp. sic eas inscripsit: *τῷ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ, καὶ διδασκάλῳ, καὶ πνευματικῷ πατρὶ Ἰωάννῃ τῷ Χρυσοστόμῳ Θεοδόσιος βασιλεύς*: *universali patriarchæ, & Doctori, & spirituali patri Ioanni Chrysostomo Theodosius Imperator.* Raderus Jesuita in aul. Theodos. c. 13. putat legendum esse: *οἰκουμενικῷ διδασκάλῳ*, sed temeraria mutatione; vide Salmas. de prim. Pap. p. 278.

p. 278. 323. Capel. vindic. pro Casaub. lib. I. c. 7. advers. Bulenger.

Æqualitas.

§. 71. Paria faciebat cum Episcopo Romano, ita ut præter ordinem nihil hic illi concederet. Apparet ex canone 3 Concilii Constantinopolitani paulo ante allegato; Nam eadem πρεσβεῖα τιμῆς *privilegia honoris*, quæ Romano, ei adscribuntur, ratione reddita, *quod sit nova Roma*; Solo ordine inferior erat; Nam erat μετὰ τὸν τῆς ῥώμης ἐπίσκοπον *post Episcopum Romanum*. Confer Socrat. lib. V. hist. c 8. f. 265. C. D. Sciendum vero, hanc dignitatem ipsi non demum in Concilio Constantinopolitano fuisse concessam; Nam Julianus orat. 1. in Constantium, ait δευτέραν τετάχθαι *secundam esse* (à Roma) *ordinatam*; Et Libanius orat. funebri in Julian. aperte ait, jam sub Constantio Imp. Constantinopolin πρὸς τὴν Ῥώμην τοῖς ὅλοις εἰκασμένην; *Roma in omnibus exæquatam fuisse*: Confer notas Gothofredi ad Exegesin orb. c. XXXIII. p. 34. videtur igitur dignitas ista Constantinopolitanæ Ecclesiæ solum confirmata fuisse in Concilio Constantinopolitano; Sicut confirmata est à Justiniano novel. Constit. CXXXI. cap. 2. & Bellarminus l. c. ait, patriarchatus in Concilio Nicæno non *institutos*, sed *confirmatos* fuisse. Id quod notandum est contra ipsum Bellarm. qui lib. I. de P. R. c. 24. ausus est scribere, quod Episcopus Constantinopolitanus *conatus* quidem sit *Patriarchatum*, & quidem *secundum* inter Patriarchas *locum adipisci*; sed non ante Justiniani tempora eum à Romanis Pontificibus *impetraviſſe*; Nam ex dictis constat, diu vel ante Concilium Constantinopolitanum; nec ac Episcopo Romano, sed à Synodo Oecumenica, obtinuisse sedem Const. locum post Romanam secundum; Nec erat, cur à Pontificibus Romanis eum impetraret, quandoquidem ipsorum potestatis non erat, eum dare, vel denegare.

Diœcesis.

§. 72. *Diœcesis* comprehendebat Thraciam, Asiam minorem, & Pontum; quod discas ex his Theodoreti verbis, quibus refert, qualem se se Chrysostomus, Episcopus Constantinopolitanus, gesserit non solum Constantinopoli; sed *in Thracia etiam universa, quæ sex in provincias divisa est, & in Asia tota, quæ ab undecim præsidibus regitur: quin & Ponticam quoq; iisdem legibus ornavit,*

vit, quæ pares numero cum Asia rectores habet. lib. V. hist. c. 28. f. 742. B. Confer c. 23. fol. 737. D. Ad eas regiones referuntur etiam Hellespontus, & Bithynia, in quibus ordinandi jus jam ante Synodum Constantinopolitanam Episcopos Constantinopolitanos tenuisse, Valesius probare vult ex Socr. lib. II. c. 38. in not. f. 34.

Alexandrini §. 73. III. *Alexandrina*; Hieronymo adverſ. Vigilantium dicitur *ſedes Apoſtolica*: Sic & à Ruffino lib. II. hiſt c. 21. appellatur. *Sedes primaria*, à Gregorio Naz. orat. XXXI. f. 526. *ad Marci thronum* (Athanaſius) *evehitur, non minus pietatis, quam primariæ ſedis ſucceſſor.* Urbem laudat orat. XXXIII. f. 545. B. vocans eam Conſtantinopoli *vel parem vel primo certè poſt eam honoris numero collocandam, quæ cum omnibus rebus urbes omnes antecellit, tum nihil tam proprium habet, quam animorum fervorem, & quo d ineo præclariſſimum eſt, accerrimum erga Chriſtianam religionem ſtudium, ab electione illud quidem liberaq; voluntate principium ducens, cæterum à natura poſtea fixum, & confirmatum.* Ejus *diœceſis* in Concilio Nicæno can 6. confirmata eſt; nempe in Ægypto, Libya, & Pentapoli, *ut omnium horum haberet ἐξουσίαν poteſtatem*; perinde, ut Romanus in ſuas regiones ſuburbicarias; Sic Alexandrino in ſuas, modo dictas; Erat autem illa ipſius diœceſis jam olim, priusquam Nicæna Synodus eam confirmaret; Pentapolim ipſius fuiſſe, ex hiſtoria Sabellii patet; cum enim hic in Libya ſuperiore, nempe Pentapoli, turbas moviſſet, *Dionyſius*, Epiſcopus Alex. *ad cuius curam ea Eccleſia pertinebant, legatos miſit, qui auctores harum rerum ab illis pravis opinionibus retraherent*; referente Launojo apud Valeſ. obſerv. Eccleſ. lib. III. c. 6. Olim tamen tam ampla non videtur fuiſſe diœceſis Alexandrini, atque prima fronte apparet; Athanaſius enim alicubi in Ægypto ordinationes faciens, dicebatur præter ordinem egiſſe; Socrat. lib. II. c. 24. & not. Valeſij.

Antiocheni §. 74. IV. *Antiochena*: Appellatur ſic ab Antiochia Syriæ Metropoli; juxta fluvium Orontem ſita; diſtincta ab Antiochia Piſidiæ, de qua in Concilio Conſtantinopolitano actum eſt; Socrat. lib. V. hiſt. c. 8. f. 265. D. Urbs ea erat πρώτη πόλις βασίλεια *prima civitas regalis*; juxta ἐξηγ. ὀλ. λ. cap. XVII. §. 1. ἔνθα ἡ πόλις τῆς οἰκουμένης ἵζηται, *ubi Dominus etiam orbis ſedet*; l. c. Adde

alia

alia elogia: Appellatur enim & μεγάλη, μεγίστη, καλὴ *magna, maxima, & decora*, à Philostr. vit. Apol. c. 12. Liban. in Basil. p. 112. & orat. de profes. p. 86. *totius orientis metropolis*, ab Hieron. adverſ. Joann. Hieroſ. t. 3. f. 81. C. ἐπαρχία καὶ ἀνατολικὴ διοίκησις *provincia, & orientalis diſpoſitio*, in Synodica Conſtantinopolitana ad Occidentales Theod. lib. V. c. 9. *Apoſtolicus primatus*; lib. III. c. 17. πρεσβυτάτη καὶ ὄντως ἀποστολικὴ *antiquiſſima, & verè Apoſtolica* in literis Synodicis Concilii Conſtantinopolitani lib. V. c. 9. f. 717. C. *In qua primum venerandum Chriſtianorum nomen auditum eſt*; l. c. Ibi eſt *Apoſtolica cathedra*; Sozom. lib. 1. c. 2. f. 403. B. & 430. A. Confer §. 62. præmiſſa. *Civitatum ſub oriente poſitarum caput & mater*: à Chryſoſt. hom. III. ad pop. Antioch. vocatur. Sua habuit πρεσβεῖα *privilegia*; Can. VI. Concil. Nicæni; Imo eſt, qui eam poſt Romam & Conſtantinopolin collocet, nempe Auctor exegeſ. orb. c. XVII. §. 1. vide notas Gothofredi ad l. c. exegeſ. ſuamque ipſius *diœceſin*; Nempe Cœleſyriam, Meſopotamiam totam, Ciliciam utramque, Theodoriadem, Iſauriam, Euphratenſem, Oshroënam; vide Launoj. literas ad Raimundum Formentinum tom. VIII epp. p. 25. Habita Synodo Sidetana literæ Synodicæ ſcriptæ ſunt ad Epiſcopum Antiochenum, & *geſtorum* ipſi *ratio* (διδασκαλία) eſt reddita. Phot. cod. LII. Flavianus Antiochenus Epiſcopus Synodum habuit, cui interfuerunt Biza Seleuciæ, & Marutha gentis Supharenorum, & Sami, Epiſcopi.

§. 75. His accenſeri poteſt V. *Hieroſolymitana* ſedes, quam *quinto loco* collocamus cum Bell. lib. 1. de P. R. c. 24. Ideo autem accenſeri, quod de honore Patriarchali nonnihil participarit; Bellarminus l. c. ait, patriarchalem fuiſſe *nomine, non re, ſeu honore, non poteſtate*: Nonnihil tamen fuiſſe, diſcimus ex can. VII Concil. Nicæni; Sic enim ille: *Quoniam conſuetudo obtinuit, & antiqua traditio, ut Aelia Epiſcopus honoretur, habeat ordinem honoris, Metropoli propria dignitate ſervata.* Habes, ecce, ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς *ordinem honoris*; Non tamen patriarchalem dignitatem omnem; Nam Metropoli, quæ erat Cæſarea Palæſtinæ, οἰκεῖον ἀξίωμα *propria dignitas* ſervabatur; *nulli Archiepiſcopo, vel Epiſcopo præerat, imo ſubjectus erat Archiepiſcopo Cæſareenſi, qui erat Metropolitanus Palæſtinæ, &* Hieroſolyma

praterea Patriarcha Antiocheno, qui toti orienti præsidebat. ait Bell. l. c. Ut autem honoraretur *Episcopus Æliæ* (sic enim Hierosolymitanus appellatur) non erat juris alicujus divini, vel Apostolici, sed συνήθεια ἢ παράδοσις ἀρχαῖα *consuetudo & traditio antiqua*: Cui forte hæc ratio suberat, quod esset μήτηρ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν *mater omnium Ecclesiarum*; uti eam appellat Synodus Constantinopolitana in literis Synodicis ad occidentales; Theodor. lib. V. c. 9. *Sedes* item *Apostolica*, quæ sic vocatur à Russino lib. II. hist. c. 21. Sozom. lib. I. hist. c. 18. f. 430. A. Mirum autem est, quod reliquis sedibus Patriarchalibus non fuerit exæquata, non dicam prælata, quandoquidem Christus ipse in urbe ista docuerit, & miracula patrarit; *Sed & in Hierusalem primum fundata Ecclesia, totius orbis Ecclesias seminavit*; ait Hieron. comm. ad Jes. II. 3. & paulo post: *de illo* (Sionis) *fonte omnes nationes doctrina Dei significat* (Propheta) *irrigandas.* Bellarminus putat, ideo reliquis esse posthabitam, quod à Petro non fuerit fundata, sicut Romana, Alexandrina, & Antiochena: l. c. Atqui Hierosolymitana ab ipso Christo, Petri Domino, fundata est; Fuerit igitur istis Petrinis omnibus præferenda. Oportet ergo aliam fuisse causam, cur posthaberetur; Quæ illa? quia ad politicum respectum æstimium sedium Episcopalium referebatur. Hierosolyma autem non eum in politicis respectum habuit, quem reliquorum Episcoporum urbes: Quare illis posthabita est: Id quod in genere confitetur Baronius an XXXIX. §. 11. *Secundum eandem* (de qua §. 60. diximus) *quoq; (ut apparet) rationem, non ipsa Hierosolymorum Ecclesia est instituta Metropolis Palæstinæ, sed quod totius illius Provinciæ Metropolis Cæsarea maritima à Romanis esset effecta, illic etiam sedes Metropolitana ejusdem provinciæ est decreta, servato tamen aliquo Hierosolymorum Ecclesiæ honore.*

Controversia de œcumenico.

§. 76. Nobilis *quæstio* & controversia est *de Episcopo Romano*, an ille jam in hoc seculo inter Patriarchas ita fuerit eminentissimus, ut *œcumenicus* esset *Episcopus*, à quo post Deum omnis vis Ecclesiastica in reliquum Clerum, & Ecclesiam Christianam derivaretur? Parasiti Curiæ Romanæ quæstionem affirmant. Cordatiores autem Pontificii, & nos, cum ipsis, negamus. Ratio negationis nostræ est I. *defectus idoneæ probationis.* Non potuerunt Pontificii hactenus

Ratio I.

ctenus ſive ex aliquo conciliorum canone, ſive ex ſingulorum, non dicam conſentientium, Patrum ſcriptis affirmativam ſuam (ſive nomen Oecumenici Epiſcopi, ſive rem ipſam ſpectes,) ſolide probare; Quæ autem ex his, vel illis, producere ſolent, ea ſuo loco, & tempore confutabimus; Interea videat eruditus Lector epiſtolas Joannis Launoij, Bellarmino & aliis Monarchicis oppoſitas; Nam teſtimonia, pro Pontifice Romano adduci ſolita, accurate diſcuſſit. Noſtri autem Centuriatores, eundo per nobiliores ſeculi huius Patres, oſtenderunt ad oculum, nihil in ipſis pro œcumenico Pontificis dominatu inveniri.

§. 77. Imo *II contrarium ex Conciliorum decretis, & ſingulorum Patrum ſcriptis poteſt probari.* Nam quod (1) *Nomen* & titulum attinet, tantum abeſt, eum appellari œcumenicum Epiſcopum, ut ſic appellandum eſſe prohibuerit can. XXVI Concilii Carthaginenſis; citatus ſupra. Communis ipſi titulus erat ab urbe *Roma*, ubi reſidebat, ut *Romanus* diceretur, vel certè non alio titulo, quam qui aliis Epiſcopis eſſet communis; Notavit illud Hieronymus in epiſtola ad Evagrium, t. 3. f. 150. A. dicens: *Quid mihi profers unius urbis conſuetudinem?* Si Roma fuiſſet Domina orbis etiam in Eccleſiaſticis, Hieronymus eam *orbi* opponere non potuiſſet. Confer dicta §. 65. Cum Imperator Conſtantius inſqua Liberium, Romanum Epiſcopum, poſceret, reſpondit hic: *potiores ſunt Eccleſiæ leges, quam Romana habitatio.* dial. cum Conſt. Accedunt alii tituli, ut cum vocatur reliquorum *frater*, *collega*, *coepiſcopus*; quæ æqualitatis alicuius indicia ſunt; Marcellus Ancyranus Julium Epiſcopum Romanum vocat ſuum *comminiſtrum*, in literis, quæ exſtant apud Epiphan. hæreſ. LXXII. Ambroſius ep. LXXVIII Epiſcopum Romanum ſuum appellat *fratrem*; Liberius ipſe, licet Pontifex, tamen Luciferum Calaritanum vocat *Coepiſcopum* ſuum in epiſt. ad Euſeb. In alia, nempe ad Uſacium & Valentem, Orientales idem appellat ſuos *coepiſcopos*. Siricius, alius Pontifex Rom. epiſtolam IV *coepiſcopis* per Africam inſcribit. Fatemur quidé, illuſtria apud Patres nomina & titulos aſſignari Petro, & Epiſcopis Romanis, ſed non minus illuſtria tribuunt illi etiam reliquis Apoſtolis, atque Epiſcopis. Ambroſii judicio, *nec Paulus inferior Petro, quamvis ille Eccleſiæ fundamentum, &*

hic sapiens architectus. l. 2. de S. 3. sub fin. Chrysostomus tom. V. opp. edit. Savil. f. 209. Paulum Apostolum appellat *ἁπάντων ἀνθρώπων ἁμείνονα, τὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον, τὸν συμφωνοῦντα τῷ χριστῷ, τὸν τῆς ἐκκλησίας φυτουργὸν, σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ ἀποστόλων μείζονα: Omnium hominum praestantissimum, universi orbis doctorem, pronubum Christi, plantatorem Ecclesiæ, prudentem architectum, Apostolorum maximum.* Gregorius Nazianzenus Basilium orat. XIX. & XXVIII. vocat *στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας, καὶ πίστεως ὕρισμα: columnam & fundamentum Ecclesiæ, & fidei fulcrum*; Quibus elogiis eundem exornat epist. 38. *tanquam fidei columen, veritatis normam, Ecclesiæ formam*, &c. Et Cæsareensem Ecclesiam, cui ille præerat, laudat tanquam *ἀσειστον καὶ ἀνυπόδικον τῶν ἐκκλησιῶν μητέρα immobilem & nullis damnis obnoxiam Ecclesiarum matrem*: orat. XX. & in epist. XXII *omnium fere Ecclesiarum matrem, quæ à principio fuerit, & nunc sit, atq; censeatur, & ad quam tota Resp. Christiana oculos conjecerit, non secus ac circulus centro circumscriptus, non modo propter fidei integritatem, jam olim omnibus prædicatam, sed etiam ob concordiæ gratiam, divino haud dubie beneficio ipsi concessam.* Episcopum autem, nempe Basilium, *ἔξαρχον Exarchum*; Orat. XXI. Athanasium quoque vocat *στῦλον τῆς ἐκκλησίας, columnam Ecclesiæ, cornu salutis, & lapidem angularem.* Arsenius apol. II. Athanasij, hunc ait *Catholica Ecclesia per gratiam Dei præfectum esse.* Confer dicta sect. I. §. 3. seq. sect. II. §. 18. Imperatores, cum exemplum ponunt Episcoporum fidem, nominant non solum Damasum Episcopum Romanum; sed etiam Petrum Alexandrinum Episcopum l. 2. cod. de fid. Cathol. Imo l. 3. cod. de fid. Cath: Theodosius Episcopum Romanum omittit; & communionem imperat cum Nectario Constantinopolitano, Timotheo Alexandrino, Amphilochio Iconiensi, Optimo Antiocheno, Helladio Cæsareensi &c. Episcopis.

§. 78. Rem ipsam quod attinet, æqualis, non major, statuitur Episcopi Romani auctoritas; Patet ex Concilii Nicæni decantato canone sexto; ubi cuique Metropolitano, & aliis Ecclesiis, sui mores antiqui confirmantur, ut e. g. Alexandrinus in sua diœcesi habeat potestatem, quam & quantam Romanus in sua; Cumque Julius, captata ex litibus Orientalium, & patro-

Digitized by Google

patrocinio, orthodoxis præstito, ansam arripuisset, orientalibus imperandi, reclamarunt illi in Synodo Antiochena, & canonibus conceptis, πολυεκκλησίαν Episcopi Romani represserunt, non Ariani solum, sed & Catholici, vide Centur. Magd. IV. c. 7. f. 311. M. Anton. de Dom. lib. IV. de rep. c. 8. n. 10. 11. Vales. lib. I. observ. Eccles. c. 8. De Athanasio scribit Gregor. Naz. orat. XXXI. f. 532. *leges orbi terrarum præscripsit.* orat. XXXIII. f. 548. vocat *sacerdotum antistitem: sanctissimum orbis oculum, fidei columen, secundam Christi lucernam, & præcursorem.*

§. 79. *III.* Si quam eminentiam habuisset Episcopus Romanus præ cæteris, & super cæteros, habuisset eam, aut, ut Vicarius Christi Domini, aut ut successor Petri Apostolorum principis, & Ecclesiæ capitis; aut utroque respectu; Sed neutro habuit. Non priore modo; Quia Christus neminem habet successorem, uti ex oratione *III.* Athanasii adversus Arian: & Chrysostomo homil. XIII. in epist. ad Hebr. &c. probat M. Anton. de Dom. lib. I. de rep. c. I. §. 11. f. 3. Si quem autem Christus habuisset successorem, Jacobus, Domini frater, ille fuisset, πρῶτος τότε ἔλαχε τὸν καθίσραι τῆς ἐπισκοπῆς, ὦ πίστευκε χύριος τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς πρώτῳ, ὃς καὶ ἐκαλεῖτο ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου i. e. interprete Dionysio Petavio: *idem ille primus Episcopalem cathedram cepit, cum ei ante cæteros omnes suum in terris thronum Dominus tradidisset, qui quidem Domini frater est vulgo nominatus.* Epiph. hæres. LXXVIII. Sed nec posteriore modo. Sicut enim reliqui Apostoli non erant Domini, sed Ministri, docente eodé: Anton. c. 2. n. 11. f. 8. ita nec Petrus erat, æquali, non majore, atq; reliqui Apostoli, potestate præditus, c. 3. n. 5. f. 12. Eo quod πασῶν μείζων ἡ τῆς ἀποστολῆς ἀξία *omnium maxima sit Apostolatus dignitas*: Chrysost. homil. de utilit. lect. script. tom. VIII edit. Savil. f. 114. Etiam Paulus Apostolus τῆς οἰκουμένης ἀπελαμβάνετο πάσης, καὶ διεκυβέρνα τὰς ἐκκλησίας: *totum susceperit orbem, & gubernavit Ecclesias*: f. 115. Et reliqui Apostoli πάντες κοινῇ τὴν οἰκουμένην ἐκπεσοῦσης, *omnes in communi concreditum sibi habentes orbem*: l. c. Hieronymus in Ps. LXVII Petrum & Paulum vocat *principes Apostolorum*: & comm. in Jes. VI. ult. *de Apostolorum* (non unius Petri) *germine cuncta Ecclesia pullulabant.* Ambrosius in c. XXIV Luc. Apostolos omnes vocat *Vice-Dominos*; & in I. Cor. III. *Dei adjutores*

res & Chriſti vicarios: Hieronymus omnes Apoſtolos vocat Eccleſiæ *patres*: & Epiſcopos quosvis horum *filios*. comm. in Pſ. XLV. 17. citante ipſomet Bell. lib. I. de P. R. c. 7. Et fuerit Petrus reliquis Apoſtolis eminentior, eminentiam tamen illam ad Epiſcopos Romanos ipſum deriváſſe, μίγα λίαν ἄτοπον eſt apud ipſum; teſtimonia, quæ Antonius producit, diverſum clamant, quæ exſcribere nolumus.

§. 80. IV. Epiſcoporum ordo immediate terminatur in Jeſum, tanquam Dominum, & caput, uti videre eſt apud Dionyſium Areopag. de Eccleſ. hierarch. c. 5. quod argumentum ab exceptionibus Bellarminianis vindicat Forbeſ. inſtruct. Theol. lib. XVI c. 5.

§. 81. V. Epiſcopus Romanus infra *concilia* eſt. Probatur ex Synodi Romanæ Actis. Synodus enim in epiſt. 3. ad Gratianum & Valentinianum Impp. de Damaſo Epiſcopo Romano ita perſcribit: *ſeverioribus ſe dedit ipſe judiciis ſacerdotum*: & additur paulo poſt, quod *eius cauſſa concilio credatur*. Idem probatur ex literis Julii ad Orientales, qui, *id vere*, ſcripſit, *ad Synodi & Epiſcoporum, qui in Synodo fuerunt, contumeliam vergeret, ſi, quæ illi tanto ſtudio & cura, velut Deo præſente, egiſſent, à nobis ut vana futiliaq; abrogarentur*. cit. Launoj. epiſt. ad Sambœv. t. I. p. 25. Ex Concilii Capuenſis Actis, dum Siricius Epiſcopus R. ad Anyſium & alios Illyrici Epiſcopos clare ſcribit: *Vos enim totius, ut ſcripſimus, Synodi vice decernitis; nos quaſi ex Synodi auctoritate judicare non convenit*. citante eodem de Simon. obſerv. 17. p. m. 395: confer ejusdem epiſt. ad Sambœv. t. I. epp. p. m. 19. ſeqq: ubi ex profeſſo hac de re diſſerit. Idem ſubjectus eſt etiam Magiſtratui politico, quod ex Concilio Romano idem probat, l. c. p. 24. ſeqq. & in epiſt. ad Santeul. p. 12. ſeqq: ſed de hoc ſupra ſect. I. §. 124.

diſt. in inquilinos & peregrinos.

§. 82. Solent Epiſcopi porro diſtingui ratione loci in inquilinos, & peregrinos: can. XIX. Concilii Arelatenſis. Nam cap. XX. ſancitur: *Ut peregrino Epiſcopo locus ſatisfaciendi detur*. Qui autem ſint *peregrini* Epiſcopi, patet, nempe, qui aliunde advenerunt, nec locorum, ubi pro nunc degunt, Epiſcopi ſunt, ita ut eo vocati ſint, & officium ordinarie adminiſtrent.

§. 83.

Digitized by Google

Matthæum. Quod ſi Matthæus Apoſtolus, qui primus Euangelium ſcripſit, ſolum Chriſti Dominum ex Virgine natum, & non etiam Ioſephi filium eſſe dixiſſet, ſuſpicionem ſane aliquam, ſed non magnam, Ioſephi filium eſſe Chriſtum, ſuſpicari poſſemus. Nunc vero cum ſcripſerit, Ioſephum Virginis maritum, ex qua natus eſt Chriſtus, ſuſpicionem omnem, quæ ex Matthæi ſcripto oriri poſſet, ſuſtulit. Quod ſi Matthæus Apoſtolus, qui primus Euangelium ſcripſit, ſolum Chriſti Dominum ex Virgine natum, & non etiam Ioſephi filium eſſe dixiſſet, ſuſpicionem ſane aliquam, ſed non magnam, Ioſephi filium eſſe Chriſtum, ſuſpicari poſſemus. Nunc vero cum ſcripſerit, Ioſephum Virginis maritum, ex qua natus eſt Chriſtus, ſuſpicionem omnem, quæ ex Matthæi ſcripto oriri poſſet, ſuſtulit. Quod ſi Matthæus Apoſtolus, qui primus Euangelium ſcripſit, ſolum Chriſti Dominum ex Virgine natum, & non etiam Ioſephi filium eſſe dixiſſet, ſuſpicionem ſane aliquam, ſed non magnam, Ioſephi filium eſſe Chriſtum, ſuſpicari poſſemus. Nunc vero cum ſcripſerit, Ioſephum Virginis maritum, ex qua natus eſt Chriſtus, ſuſpicionem omnem, quæ ex Matthæi ſcripto oriri poſſet, ſuſtulit. Quod ſi Matthæus Apoſtolus, qui primus Euangelium ſcripſit, ſolum Chriſti Dominum ex Virgine natum, & non etiam Ioſephi filium eſſe dixiſſet, ſuſpicionem ſane aliquam, ſed non magnam, Ioſephi filium eſſe Chriſtum, ſuſpicari poſſemus. Nunc vero cum ſcripſerit, Ioſephum Virginis maritum, ex qua natus eſt Chriſtus, ſuſpicionem omnem, quæ ex Matthæi ſcripto oriri poſſet, ſuſtulit.

siasticos, & Laicos; *Ecclesiastici* sunt illi, quos descripsimus ex sententia Julij; *Laici* sunt, qui ministerio verbi & sacramentorum non funguntur, sed œconomiæ Ecclesiasticæ externæ curam gerunt, ut ordine & honeste omnia gerantur in Ecclesia Dei; De his notatu sunt digna B. Dn. D. Dannhavveri verba è Christeide continuata MSC. scribentis: *constitit autem huiusmodi presbyterium presbyteris & pastoribus, & non pastoribus seu Laicis. Geminum enim huiusmodi presbyterorum genus hactenus nobis persuasum fuit ex* 1. Tim. 5. 17. διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. *Fuisse enim in primitiva Ecclesia aliud etiam genus presbyterorum, gubernationi tantum attendentium, testatur Origenes tom.* 3. *contra Celsum, sicut habetur in eius Philocalia c.* 18. *ubi cum Celso exprobrat Doctoribus Christianis, quasi stolidos quererent auditores; respondet inter alia, christianos Doctores primo discernere & explorare suos auditores* καταβαλλομένους: *& ex probatis duos ordines statuere, unum incipientium (qui ab aliis catechumeni vocantur) alterum perfectiorum: & inter perfectiores (ait)* εἰσί τινες τεταγμένοι οἳς τὸ φιλομυθοῦντας βίους, καὶ τὰς ἀγωγὰς τῶν πεσόντων &c. *id est (Interprete Farino) Nonnulli præpositi sunt, qui in vitam & mores eorum qui admittuntur, inquirant, ut qui turpia committunt, eis communi cœtu interdicant: qui vero ab istis abhorrent, ex animo complexi, meliores quotidie reddant.* Hæc ille. Ecclesiastici *ordinabantur*, ritum describit Dionysius Areop. cap. V. Hier. Eccles. f. 312. D. *sacerdos*, inquiens, *utroq; poplite ante altare flexo, in capite habet dextram Pontificis, & hoc modo ab illo Pontifice, qui illum consecrat, sanctis invocationibus consecratur.*

Subdivisio. §. 86. Solent Ecclesiastici dividi in *urbicos*, & *vicanos*, seu rurales, uti videre est ex can. XIII concilij Neo Cæs. ubi mentio fit ἐπιχωρίων πρεσβυτέρων *Regionariorum Presbyterorum*, quod *in dominico civitatis offerre non possint, præsente Episcopo,* ἢ πρεσβυτέρων πόλεως, *aut Presbyteris urbis*: confer l. 33. cod. de Episc. ubi illi vocantur Clerici, *qui præsunt Ecclesiis, quæ in possessionibus diversorum, vicis etiam, vel quibuslibet locis, sunt constitutæ.* Et jussu Arcadij ordinatur, unde, quavè lege seu conditione, quo numero ordinati sint. Unde? nempe ex eo ipso vico, seu possessione, ubi officio fungendum est; qua conditione? *ut propriæ capitationis onus ac sarcinam recognoscant*; Deniq;

quo

quo numero? *pro magnitudine vel celebritate unicuiuq; vici; ex judicio Episcopi.* Nempe in Metrocomiis plures, quam in filialibus Ecclesiis erant constituendi. Athanas. apol. ad Const. t. 1. f. 802. C. Ex recentioribus Petav. lib. II. Hierarch. c. 11.

§. 87. *Officium* ipsorum in S. literis fundatum est. Dicta collegit Basilius regul. moral. LXXI. c. 1. t. 2. f. 371. C. Nempe 1. Tim. V. 1. Tit. 1. 5. Est potestas; Nam Dionys. Areop. cap. V. de Hier. §. 7. vocat τὴν τῶν ἱερέων δύναμιν, *sacerdotum potestatem.* Habet suas ἰδικὰς ἱερουργίας *peculiares operationes*, uti vocat idem Dionysius Areop. Eccles. Hier. c. V. §. 6. ἱερουργίας seu *operationes*, uti loquitur Basil. ep. ad Amphiloch. c. 27. quas cum præstant, dicuntur ἱερουργεῖν; à Dionys. λειτουργεῖν *ministrare*: à Basil. nempe προσφέρειν, ὁμιλεῖν, λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν, *offerre, sermocinari, ministrare aliquid sacrorum ministeriorum*; uti loquitur can. 1. concilij Ancyrani. confer Cent. IV. Magd. c. 7. f. m. 276. Officium.

§. 88. Distribui potest in potestatem ordinis, & jurisdictionis. *Ordinis*, ut est *prædicatio verbi*; qualem Presbyteri Alexandrini facere solebant usque ad tempora Arij. Socr. lib. V. c. 22. f. 287. 288. Arius Presbyter in Ecclesia Alexandrina scripturam explicabat: Theodor. lib. 1. c. 1. f. 523. C. Et administratio Sacramentorum, quod est *conficere Domini sacramenta*, sicut loquitur Epiphanius in literis ad Johan. Hierol. t. III. f. 71. B. Nempe baptismi: cuius administrationem Dionysius l. c. vocat τὰς φανὰς τῶν ἱερέων ἱερουργίας, *illustres sacerdotum operationes*: *Ante paucos menses circa dies Pentecostes, cum obscurato sole omnis mundus jamjamq; venturum judicem formidaret, quadraginta diversæ ætatis & sexus presbyteris tuis obtulimus baptizandos: Et certe quinq; Presbyteri erant in monasterio, qui suo jure poterant baptizare.* verba sunt Hieron. ad Pammach. t. 3. f. 82. C. Et Eucharistiæ. Basil. epist. ad Amphil. can. XXVII. t. 2. f. 770. A. quod est *exercere sacrificia, & laborare in hac parte ministerij, quæ Christianorum præcipua salus est*: scribente iterum Epiphanio l. c. In compendio dicas: *Synaxes celebrare*: cum Athan. t. 1. apol. f. 747. D. 781. B. C. Celebrant autem in Ecclesijs singulis, sibi assignatis, uti Alexandriæ, ubi presbyteri seu pastores parochialium Ecclesiarum nominantur, Arius, Colluthus, Carpo, Sarmata. Neque debebant ab illis abesse, saltem diutius non; can. XVI Concil. Sardic. Distinctio.

siasticos, & Laicos; *Ecclesiastici* sunt illi, quos descripsimus ex sententia Julij; *Laici* sunt, qui ministerio verbi & sacramentorum non funguntur, sed œconomiæ Ecclesiasticæ externæ curam gerunt, ut ordine & honeste omnia gerantur in Ecclesia Dei; De his notatu sunt digna B. Dn. D. Dannhavveri verba è Christeide continuata MSC. scribentis: *constitit autem huiusmodi presbyterium presbyteris & pastoribus, & non pastoribus seu Laicis. Geminum enim huiusmodi presbyterorum genus hactenus nobis persuasum fuit ex* 1. Tim. 5. 17. δι καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. *Fuisse enim in primitiva Ecclesia aliud etiam genus presbyterorum, gubernationi tantum attendentium, testatur Origenes tom.* 3. *contra Celsum, sicut habetur in eius Philocalia c.* 18. *ubi cum Celsus exprobrat Doctoribus Christianis, quasi stolidos quærerent auditores; respondet inter alia, christianos Doctores primo discernere & explorare suos auditores* προβασανίσαντες: *& ex probatis duos ordines statuere, unum incipientium (qui ab aliis catechumeni vocantur) alterum perfectiorum: & inter perfectiores (ait)* εἰσί τινες τεταγμένοι ἐπὶ τὸ φιλοπονεῖσθαι τοὺς βίους, καὶ τὰς ἀγωγὰς τῶν προσιόντων &c. *id est (Interprete Farino) Nonnulli præpositi sunt, qui in vitam & mores eorum qui admittuntur, inquirant, ut qui turpia committunt, eis communi cœtu interdicant: qui vero ab istis abhorrent, ex animo complexi, meliores quotidie reddant.* Hæc ille. Ecclesiastici *ordinabantur*, ritum describit Dionysius Areop. cap. V. Hier. Eccles. f. 312. D. *sacerdos*, inquiens, *utroq; poplite ante altare flexo, in capite habet dextram Pontificis, & hoc modo ab illo Pontifice, qui illum consecrat, sanctis invocationibus consecratur.*

Subdivisio. §. 86. Solent Ecclesiastici dividi in *urbicos*, & *vicanos*, seu rurales, uti videre est ex can. XIII concilij Neo Cæs. ubi mentio fit τῶν χωρείων πρεσβυτέρων *Regionariorum Presbyterorum*, quod *in dominico civitatis offerre non possint, præsente Episcopo,* ἢ πρεσβυτέρων πόλεως, *aut Presbyteris urbis*: confer l. 33. cod. de Episc. ubi illi vocantur Clerici, *qui præsunt Ecclesiis, quæ in possessionibus diversorum, vicis etiam, vel quibuslibet locis, sunt constitutæ.* Et jussu Arcadij ordinatur, unde, quavè lege seu conditione, quo numero ordinati sint. Unde? nempe ex eo ipso vico, seu possessione, ubi officio fungendum est; qua conditione? *ut propriæ capitationis onus ac sarcinam recognoscant*; Deniq;

quo

quo numero? *pro magnitudine vel celebritate unicuiusq; vici; ex judicio Episcopi.* Nempe in Metrocomiis plures, quam in filialibus Ecclesiis erant constituendi. Athanas. apol. ad Const. t. 1. f. 802. C. Ex recentioribus Petav. lib. II. Hierarch. c. 11.

§. 87. *Officium* ipsorum in S. literis fundatum est. Dicta collegit Basilius regul. moral. LXXI. c. 1. t. 2. f. 371. C. Nempe 1. Tim. V. 1. Tit. I. 5. Est potestas; Nam Dionys. Areop. cap. V. de Hier. §. 7. vocat τὴν τῶν ἱερέων δύναμιν, *sacerdotum potestatem.* Habet suas ἰδικὰς ἱερουργίας *peculiares operationes*, uti vocat idem Dionysius Areop. Eccles. Hier. c. V. §. 6. ἱερουργίας seu *operationes*, uti loquitur Basil. ep. ad Amphiloch. c. 27. quas cum præstant, dicuntur ἱερουργεῖν; à Dionys. λειτουργεῖν *ministrare*: à Basil. nempe προσφέρειν, ὁμιλεῖν, λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν, *offerre, sermocinari, ministrare aliquid sacrorum ministeriorum*: uti loquitur can. 1. concilij Ancyrani. confer Cent. IV. Magd. c. 7. f. m. 276. Officium.

§. 88. Distribui potest in potestatem ordinis, & jurisdictionis. *Ordinis*, ut est *praedicatio verbi*; qualem Presbyteri Alexandrini facere solebant usque ad tempora Arij. Socr. lib. V. c. 22. f. 287. 288. Arius Presbyter in Ecclesia Alexandrina scripturam explicabat: Theodor. lib. 1. c. 1. f. 523. C. Et administratio Sacramentorum, quod est *conficere Domini sacramenta*, sicut loquitur Epiphanius in literis ad Johan. Hierol. t. III. f. 71. B. Nempe baptismi: cuius administrationem Dionysius l. c. vocat τὰς φανὰς τῶν ἱερέων ἱερουργίας, *illustres sacerdotum operationes*: *Ante paucos menses circa dies Pentecostes, cum obscurato sole omnis mundus jamjamq; venturum judicem formidaret, quadraginta diversæ ætatis & sexus presbyteris tuis obtulimus baptizandos: Et certe quinq; Presbyteri erant in monasterio, qui suo jure poterant baptizare.* verba sunt Hieron. ad Pammach. t. 3. f. 82. C. Et Eucharistiæ. Basil. epist. ad Amphil. can. XXVII. t. 2. f. 770. A. quod est *exercere sacrificia, & laborare in hac parte ministerij, quæ Christianorum præcipua salus est*: scribente iterum Epiphanio l. c. In compendio dicas: *Synaxes celebrare*: cum Athan. t. 1. apol. f. 747. D. 781. B. C. Celebrant autem in Ecclesijs singulis, sibi assignatis, uti Alexandriæ, ubi presbyteri seu pastores parochialium Ecclesiarum nominantur, Arius, Colluthus, Carpo, Sarmata. Neque debebant ab illis abesse, saltem diutius non; can. XVI Concil. Sardic. Distinctio.

Ordo. §. 89. *Ordo* autem erat in administratione; ut præsenti Episcopo Presbyter loco cederet. Est enim ordo hic sub Episcopali, juxta Dionys. Areop. cap. IV. hier. Eccles. §. 6. nisi iste ultro velit Presbytero locum synaxin celebrandi concedere; ut concessit Augustino suum locum Valerius, Presbytero Episcopus Hipponensis; & Aurelius Presbyteris aliis; referente Spondan. an. 391. n. 3. Ita nec vicanis licuit in Dominico urbis operari sacris, præsentibus vel Episcopo, vel Presbyteris loci, nisi ex venia concessa; ordinante Concilio Neocæs. can. XIII.

Iurisdictio. §. 90. *Iurisdictio* vulgo solet dividi in internam, & externam: *Interna* concernit *potestatem clavium*, ligantis & solventis; quo de actum est supra sect. I. §. 110. seqq: *Externa* eo magis decrevit, quo magis crevit potestas Episcoporum; *Presbyteris civitatis, sine literis Episcopi, in aliena parœcia nihil licebat agere*, can. 13. Concil. Ancyrani. Confer dicta §. 28. sect. 2.

Adjuncta. §. 91. Competebat tamen ipsis aliqualis auctoritas, & dignitas. *Cathedras* suas habebant; utpote quod per can. I. Concilii Ancyrani eis permittatur τῆς μὲν τιμῆς τῆς ἐν τῇ καθέδρᾳ μετέχειν *honorem quidem sedi retinere*: Basilius ad Amphil. can. 27. f. in. 770. A. Presbyterum delinquentem sinit esse *cathedræ participem*, utut à reliquo officio aliquandiu ipsum suspendat. Gregorius Nazianz. monet Basilium, Presbyter Episcopum, ut secum saltem ut cum Presbytero agat. epist. XXXIII. Diaconis collati, priores sedem, seu stationes obtinebant: sanxit enim Concil. Laodic. can. XX. *quod non oportet Diaconum ante Presbyterum sedere, sed sedere cum jussu Presbyteri.* Presbyter Diacono porrigat S. Cœnam; non contra: can. XVIII. Concilii Nicæni. Succenset Hieronymus Diaconis, vel patronis eorum, qui Diaconum Presbytero æquabant: *Audio*, scribens ad Evagrium, *quendam in tantam erupisse vecordiam, ut Diaconos Presbyteris, i.e. Episcopis ante ferret. Nam cum Apostolus perspicue doceat, eosdem esse Presbyteros, quos Episcopos; quid patitur mensarum & viduarum minister, ut supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisq; conficitur.* t. 3. f. 149. D. Confer Blondel. apol. pro Hieron. sect. III. p. 140. Dicebantur *Sancti*, ut Evagrius Presbyter apud Hieronym. epist. ad Flor. t. I. f. 23. C.

§. 92.

Digitized by Google

§. 92. *Presbyteriſſæ.* Græcè πρεσβύτιδες; Earum mentio fit can. 11. Concilii Laodiceni. Et in lege Licinii, qua præcepit, *ne Epiſcopi divinæ religionis præcepta mulieribus traderent: ſed ut mulieres ad id electæ, docendis mulieribus præficerentur.* Euſeb. lib. 1. de vit. Conſt. M. c. 53. f. 435. B. Alio nomine dicebantur πρωτοκαθήμεναι *præſidentes*; l. c. Concil. Laodic. nempe à ſede honoratiore, quam habebant in publicis cœtibus. Seniores autem dicebantur ab ætate adultiore, explicante Epiphanio Hæreſ. LXXIX. παρατηρητέον δὲ, ὅτι ἄχρι διακονισσῶν τὸ ἐκκλησιαστικὸν ὑπεδείξθη τάγμα, χήρας τε κἀκείνας, καὶ τούτων τὰς ἐπὶ γεγοτίας πρεσβύτιδας, *obſervandum eſt, Diaconiſſis Eccleſiaſticum ordinem indigniſſe, quas etiam viduas nominavit, & ex his adhuc ætate provectiores* πρεσβύτιδας *viduas ſeniores.* unde Libanius eas vocat μητέρας γερῶν *matres vetularum*; Tiſamen. p. 452. Forte etiam à maritis ſuis, Presbyteris, fatente Scholiaſte ad can. XI. Concil. Laodic. f. 122 t. 2. concil. fin. Confer Claud Eſpenc. digreſ. lib. 1. c. 17. Canon Laodicenus vetat, tales Presbyteriſſas ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι *in Eccleſia conſtitui.* Gratianus recenſens canonem diſt. XXXII ca. mulieres, explicat: *tanquam ordinatas conſtitui non debere*: forte, ut officio verbi & ſacramentorum non fungantur; quale quid inter Montaniſtas fiebat. Alia enim ipſarum miniſteria non putaverim fuiſſe prohibita, nempe, ut juniorum viduarum, vel virginum curam gererent, eas informarent, curarent, gubernarent &c. Plura vide inferius dicenda de Diaconiſſis; Nam ſunt, qui easdem faciunt Presbyteriſſas, & Diaconiſſas. vide Gothofr. notas ad leg. 27. cod. de Epiſc. Presbyteriſſæ.

§. 93. *Diaconi.* Spectabant & hi ad Clericos; Nam ἐν κλήρῳ *in Clero* erant, juxta can. XIV. Concilii Ancyrani; Breviarium Meletii κληρικοῖς *Clericis* eosdem accenſet: apud Athan. t. 1. f. 789. C. Presbyteris autem erant ſubordinati; Nam tertium gradum in ordine Eccleſiaſtico tenebant. ſeu, uti loquitur Optat. Milev. lib. 1. adv. Parm. *in tertio ſacerdotio erant conſtituti.* vide præmiſſa §. 90. De Diaconis ex profeſſo ſcripſerunt ex vetuſtioribus Hieronymus, vel quiſquis auctor eſt de VII gradibus Eccleſiæ; Ex recentioribus M. Ant. de Dom. lib. II. c. 4. n. 45. ſeqq: Claudius Eſpenc. f. 141. opp. Cellot. lib. VI. Eccleſ. Hierarch. cap. 13. Diaconi.

Digitized by Google

Vox. §. 94. *Vox* ipsa sumitur vel latius, in sensu appellativo; vel strictius, in sensu quasi proprio. *Latius*, accepta pro quovis ministro; Ita Diaconi erant non solum Apostoli; sed ipse etiam Christus, juxta Chrysost. homil. in Philip. I. 1. & Greg. Nyssen. in orat. de Stephano Protomart. t. 3. opp. f. 356. C. *Strictius*, pro gradu Ministerii, Presbyteralem proxime contingente: quo sensu accipit Hieronymus in epistola ad Evagrium, quando Presbyteris vel Episcopis eos facit inferiores; Alio nomine dicebantur *Levitæ* ab Athanas. t. 1. Apol. f. 856. D. & Prudentio in hymno Laurentii; quem vocat *Levitam sublimen gradu*; Vox est translata ex V. T. in N. T. dum Levitis comparantur Diaconi; scribit ad Evagrium Hieronymus; f. 150. B. A Diaconis appellabatur διακόνιον, *locus in circuitu Ecclesiæ conservandis vasis Dominicis & ornamentis Ecclesiæ deputatus*, explicante Spelmanno in glossario, tit. Diaconus f. 170. Mentio loci fit in Concilii Laodicenì can. XXI *Quod non oportet ministros locum habere in secretario, & Dominica vasa contingere*, ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας ἔχειν χώραν ἐν τῷ διακονικῷ, καὶ ἁπλῶς διοπτικῶν σκευῶν.

Definitio. §. 95. *Definitio*, juxta Hieronymum, est: Diaconus est *mensarum & viduarum minister*. Epist. ad Evagrium, ab officio primævo, quod erat, eleemosynas curare, & dispensare, explicante ex Actis Basilio reg. Moral. LXXI. c. 2. f. 372. A. Sed quia hoc & seculo Diaconorum alia ministeria fuisse leguntur, alia quoque divisio: ipsorum definitio concinnanda erit, eaque ex dicendis; *Dividebantur* in Archidiaconos & Diaconos; *Archidiaconorum* mentio fit apud Dionysium Areop. de Eccles. hier. c. VII. n. II. f. 351. Optatum Milev. lib. 1. adversus Parm. Nam Cæcilianum vocat *Archidiaconum*. Habuit & Edessena Ecclesia Archidiaconos, ut erat Ephrem, vid. lib. de pœnit. c. 5.

Ordinatio. § 96. *Ordinabantur* Diaconi; quem actum describit Dionysius Areop. Eccles. Hier. c IV. n. II. f. m. 312. C. *Diaconus*, inquiens, *unum genu flectens ante divinum altare, supra caput habet dextram Pontificis ipsam consecrantis, & ab eo consecratur invocationibus ad ministrorum consecrationem accommodatis.* Sicut & officium ipsorum erat τάξις, *ordo*, can. 2. Concil. Ancyrani; Τάξις λειτουργῶν *ordo ministrorum*, seu Diaconorum, uti interpretatur Corderius verba

Dionys.

Digitized by Google

Dionys. Areop. c. IV. §. 6. λειτουργικὴ διακόσμησις, l. c. καὶ καθαρτικὴ: *Ministerialis, & purgatorius ordo.* π. II. ἱερατικὸν τάγμα: *sacer ordo*: Ordinabantur autem ab Episcopis, ut videre est ex literis Epiphanii ad Joannem Hierosolymitanum apud Hieron. t. 3. f. 71. C. Refert enim, ut Diaconum in aliquo ministerio ordinavit.

§. 97. *Officium* dicitur τιμὴ *honor*, appellante concilio Ancyrano, can. 2. *pars Cleri*, can. 14. In quo habebant ἱερὸν λειτουργίας *sacrum ministerium*. can. 2. Ancyr. Quod in hoc ipso canone exprimitur, nempe, τῆς τὸ ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν *sive panem vel calicem offerendi, vel prædicandi*: Ad quam prædicationem referri potest *lectio*, quam expressit Athanasius apol. ad Constant. t. 1. f. 717. A. *manebam*, scribens, *sedens in cathedra mea, Diacono jusso, ut Psalmum recitaret, simulq; populus auscultaret. Quoniam in seculum misericordia eius: & post recitationem quisq; domum abiret.* Et Hieron. epist. ad Sabin. *Evangelium*, scribit, *Christi, quasi Diaconus lectitabas.* Et cura librorum sacrorum, unde lectio fiebat, quales ad se deferri à Diacono jussit Constantinus M. lib. IV. de vit. Const. M. c. 36. Alterum officium etiam Epiphanius expressit, dum in literis ad Joannem Hierosolymitanum scripsit, eos *ministrare in sanctis sacrificiis*: nempe distribuendo symbola sacra: hæres. LXXXIX. f. 510. confer. can. XIV. concili Nicæni. Neque in hoc solum sacramento, sed etiam in *Baptismo*: unde vocatur τάξις καθαρτικὴ *ordo expiationis*, à Dionysio Areop. c. V. hier. §. 6. Et mox explicat actum: *In sacra Dei regeneratione Diaconi eum, qui ad illam accedit, antiqua veste exuunt atq; discalceant, & ad occidentem abrenuntiandi causa sistunt, rursusq; traducunt ad orientem (sunt enim purgantis ordinis atq; virtutis) hortantes eos qui accedunt, ut prioris vitæ indumenta penitus deponant; Erroriscq; pristini tenebris patefactis, docent eos, ut obscuris rebus ablegatis, se se transferant ad ea quæ illuminant.* f. 309. D. Unde Hieronymus adversus Lucif. t. 3. f. 63. C. meminit eorum, qui *in minoribus urbibus per Presbyteros & diaconos baptizati sunt.* Et confirmat exemplo Philippi Diaconi, qui Eunuchum baptizavit. Actor. VIII. 38. Inserviebant igitur Presbyteris; Et Episcopis, qui ipsos constituebant ad ἱερὰς πύλας *sacras portas* templorum, ut introeuntes observarent, & discernerent, quinam essent digni conspectu mysteriorum divinorum; quive indigni; illi admittendi, hi arcendi; succurrebant & pœnitentibus; Officium.

vide M. Anton. de Dom. lib. VI. de rep. c. 23. Presbyteris distribuebant mensuras; observante Henrico Spelmanno in glossar. f. 169. tit. Diaconus Fidelium eleemosynas celebrat: *Publicè enim Diaconus in Ecclesiis recitat offerentium nomina*; scribit Hieron. com. in Ezech. XVIII. f. 206. D. Episcopis ferebant literas: vide Athanas. apol. t. 1. f. 836. C. D. Basil. ep. CCLXI. CCLXXIV. In sepultura mortuorum recitabant dicta scripturæ, & hymnos canebant, referente Dionysio Areop. c. VII. Eccles. hier. A. f. 361.

§. 98. Habebant autem Diaconi sua ἴδια μέτρα *proprias mensuras*, uti loquitur can. XVIII. concilii Nicæni; sacra symbola distribuebant quidem, sed non consecrabant; can. XV concil. Arelatensis; neque enim decebat ipsos *offerre*, confer Epiph. hæres. LXXIX. f. 510. Sed nec Presbyteris præbere cœnam. can. XVIII. concil. Nic. aut *sacra contingere oblata* ante Episcopum l. c. addita ratione: *In sua Diaconi mensura maneant, scientes, quod ministri sint Episcoporum, & Presbyteris inferiores existant: accipiant autem suo ordine Eucharistiam post Presbyteros, vel Episcopo dante & Presbytero*: pergit; *sed nec sedere in medio Presbyterorum diaconis liceat, id enim fit propter canonem & ordinem. Si quis autem obedire noluerit post has definitiones desinat esse diaconus.* Confer can. XVIII. concil. Arelat. *de Diaconibus.* Fatetur tamen Ambrosius, vel quisquis auctor est commentariorum in epist. Ephes. c. IV. in primitiva Ecclesia etiam Diaconis licuisse verbum, & sacramenta administrare.

Diaconissæ. §. 99. *Diaconissæ.* Mentio harum fit hinc inde: vide concilii Nicæn. can. XIX. Laodiceni can. XI. Leg. 27. Cod. de Episc. &c. Non quidem illæ ordinabantur, attamen imposita manu consecrabantur, seu benedicebantur, uti ad can. XIX concilii Nicæni observat Justellus p. 155. not. Et innuit Epiphanius in literis ad Joann. Hieros. t. 3. f. 71. C. *nullas*, inquiens, *ordinavi Diaconissas*: Describitur Diaconissa, *quæ ab Ecclesia in diaconatum suscepta est*, à Basil. ad Amphiloch. epist. 11. can. 24. f. 769. C. *Officium* exprimitur ab Epiphanio compend. doctr. f. 530. *Diaconissæ constituuntur in ministerium mulierum solum, propter reverentiam, si opus fuerit, balnei gratia aut visitationis & inspectionis corporum. Et ipsæ sint etiam, quæ in unis nuptiis continenter se habuerunt, aut ab unis nuptiis viduitatem servarint, aut semper virgines sint.* Sic igitur ministerium verbi & sacramentorum

ipsis

ipsis non competebat : *Observandum, quod diaconissis solum indiguit Ecclesiasticus ordo; viduasq; eas nominavit, & ex his adhuc seniores, aniculas; nusquam autem presbyteridas aut sacrificulas constituit. Nam neq; Diaconis in Ecclesia concreditum est, ut aliquod mysterium perficiant, sed solum, ut administrent & exequantur commissa.* &c. hæres. LXXIX. f. 510. nisi privatim : sicut illa apud Theodoret. lib. III. hist. Eccles. c. 10. juvenem Ethnicum informavit, & informatum ad fidem Christianam traduxit. Hinc notat Hieronymus ad Rom. XVI. (ubi Apostolus commendat Phœben quæ in ministerio Ecclesiæ Cenchreensis) *sicut etiam nunc in orientalibus diaconissæ mulieres, in suo sexu ministrare videntur in baptismo, sive in ministerio verbi : quia privatim docuisse fœminas invenimus, sicut Priscillam, cujus vir Aquila vocabatur.* Ætas justa requirebatur, nempe LX. annus ætatis, juxta leg. 27. cod. de Episc. Hieronym. comm. in cap. II. Jes. Epistol. ad Salvinam. Rationem reddit Basilius epist ad Amphiloch. 2. ἵνα ἐν τῷ πάθει τὴν ἀκαθαρσίας παύσωσιν, *donec cessarit passio impuritatis*; confer notas Gothofredi; & Spondan. an 390. n. 9. Marc. Anton. de Dom. lib. VI. c. n. 14. Espenc. f. 167. Opp. Quid de *Crinibus* ipsarum non abscindendis, nempe religionis ergò, can. 17. concilii Gangrensis; & Testamentis condendis Imperator sanciverit, Gothofred. adleg. cit. observavit.

§. 100. Sequuntur *inferioris ordinis Clerici*, uti appellantur à Constantino M. leg. 7. cod. de Episcop. vel *inferioris loci*, l. 41. Sumitur autem h. l. vox clericus admodum latè; alias enim utique distinguendum est inter τάγμα *ordinem*, & κλῆρον; ille enim Clericos comprehendebat; hic vero quoscunque, qui Ecclesiis à ministerio erant. Cl. Vales. not. ad Socrat. lib. V. f. 67. D. Et ante ipsum M. Anton. de Dom. lib. II. de rep. c. 4 n. 62. seqq. Legimus tamen, etiam inferiores hos gradus appellari τάγμα *ordinem*; e. g. Lectores; apud Socrat. lib. V. c. 22. f. 287. B. ordini Clericorum accensentur *Custodes* locorum sanctorum : l. 26. cod. de Episc. *in Clero* esse dicuntur etiam illi, qui neque Episcopi, neque Presbyteri, neque Diaconi sunt, per can. 3. concilii Nicæni, leg. 7. cod. de Episc. In quibus sunt *Subdiaconi*, quorum mentio fit, uti hinc inde, ita apud Athan. apol. t. 1. f. 850. B. Dicuntur alio nomine ὑπηρέται *ministri*; Concilij Laodiceni can. XXII, XXIII. XXIV. *Officij* ipsorum erat sub-

Inferiores gradus.

Custodes.

Subdiaconi

subservire Diaconis,& vices ipsorum in quibusdam gerere; observabant fores templorum,uti ex cann.XXII& XLIII concilij Laodiceni videre est. Contra, *non licebat ipsis vasa sacra inter Diaconos tangere:* can. XXI. aut sacramenta distribuere. can. XXV. vide Cellot. lib. VI.de Hierarch.c.14. M. Anton. de Dom. lib.II.de rep.c. 4.

§. 101. Reliqui ministri diverso ordine subjunguntur. Constantinus M.leg. 7. cod. de Episc. Lectores Hypodiaconis præponit; leg. 24. his illi postponuntur; sicut & Epiphanius in compend. doctrin.f. 530 subdiaconis subjungit *Lectores*, exorcistas &c. Alij *Acoluthos* præmittunt; alii alios, credo propterea, quod arbitrarius sit ordo. *Lectorum* frequenter mentio fit apud auctores. vide concil. Laodic. can. XXIII. Hieron. de 7. grad. t.2. f.46. Basil. epist. III.ad Amphiloch. can. 69. &c. Exstant etiam exempla Lectorum.c. 9. Julianus (postea Imperator) fuit Lector Nicomediæ. Socrat. lib. II. hist. c. 1. Non autem ipse solum , sed etiam frater ipsius Gallus; referente Sozom. lib. V. c. f. 593. D. Basilius Cæsareæ *sacrosanctos libros populo lectitavit, qui eorum explanator erat.* Greg. Naz. orat. 30. in laudem Basil. etiam Gregorius Nyssenus *sacros populo libros lectitabat* ; Greg. Naz. epist. XLIII. f. 166. A. Sisinnius inter Novatianos: lib. V. c. 10.f. 267.C. Laodiceæ erat Apolinaris.Soz. lib. VI. hist. c.25. Dicuntur autem *lectores divinorum apicum*, à Constantino M.l. 7.cod. de Episc. Ex Laicis etiam assumebantur, & poterant manere Laici; uti patet ex diatypol. IV.concil. I. Nicæn. Neque crediderim, Gallum & Julianum, regios juvenes, cum ad lecturam applicarentur, Clericorum ordini sese propterea dedisse; putaverim potius, sacrum hoc exercitium fuisse, ad tempus demandatum, ut pietati assuescerent, & vitæ sanctiori. *Officium* dicebatur diaconium ab Optat. Milev. lib. I. adversf. Parmen. p. 23. consistebat in legendo: Basil. can. LXIX. ad Amphil. Ep. III. t. 2. f. 776. D. & interpretando in linguam vernaculam; Epiphan. in comp doctr. f. 530. quale quid præstitit Procopius quidam Ecclesiæ Schythopolitanæ Lector: *Tria ministeria præbebat: unum in legendi officio, alterum in Syri interpretatione sermonis, & tertium ad verbi dæmones manus impositione consummans.* uti patet ex ipsius Actis apud Hen. Valesium not. ad Euseb. f. 172. B. Et simul, quod Valesius notavit: *Apud veteres Christianos, ac præcipue in minoribus oppidis, cum exiguus esset numerus*

Lectores.

Digitized by Google

rus Clericorum, unus idemq; Clericus duorum aut trium munere fungebatur. Hinc est, quod in Actu Procopii martyris, quæ superius retuli, Procopius in Ecclesia Scythopolitana tribus simul officiis perfunctus esse dicitur; Lectoris scilicet, interpretis & exorcistæ. Eodem igitur modo Romanus in Cæsariensi Ecclesia diaconi simul & exorcistæ partibus fungebatur. f.174. C. Adhibebantur etiam ad disputationes de fide; ut Sisinnius Socrat. lib. V. c. 10. f.267. C.D. Gregorius Naz. orat. XXXV. f.561 laudat in ipsis *moderationem & concinnitatem*: Poterant esse conjugati, salvo officio. Epiphan. in compend. doctrin. f.530. Basil. epist. III. ad Amphiloch. can. 69. f. 776. D. Confer Claud. Espencæ. f.150. opp.

§. 102. *Exorcistæ*: q.d. Ejuratores; Eorum meminit Epi- Exorcistæ.
phan. compend. doctr. f.530 Hieronymus autem de VII grad. Eccles. eorum mentionem non facit, cum tamen de ordinibus Ecclesiæ ex professo agat; *Officium* ipsorum explicare satagit H. Vales. not. ad lib. de Martyr. Palæst. c. 2. f.174. D. Si velimus dicere, quod res est, precibus suo officio fungebantur, destinati energumenis tractandis, sicut alii aliis negociis.

§. 103. De *Acoluthis*, seu ceroferariis, uti hodie vocantur, Acoluthi.
aliqua etiam fit mentio in scriptoribus hujus seculi; sed non putamus, operæ pretium esse, de illis, uti nec de *ostiariis*, multum verborum facere; Appellaveris hos *custodes Ecclesiarum vel sanctorum locorum*, ex leg. XXVI. cod. de Episc. lata, ut ministri illi *à personalibus muneribus excusentur*. Dionysius Areop. epist. VIII. f.282. A. *Ordinatis*, ait, *Monachis adytorum postes sunt assignatæ, juxta quas etiam initiantur & adstant, non ad custodiam earundem, sed ut agnoscant tam se, quam ordinē suum, magis populo præ sacerdotibus propinquare.* Ex recentioribus consuli possunt Cl. Espenc. f.150. opp. Et Scriptores officiorum sic dictorum divinorum. Ad ostiarios referri possunt custodes locorum Sanctorum, seu Ecclesiarum, quos privilegio donavit Theodosius, l. 26. cod. de Episc. vide notas Gothofredi.

§. 104. De *Cantoribus* ut aliquid dicamus, magis est ope- Cantores.
ræ pretium. Eorum mentio fit in Concilio Laodiceno can. XXIII. *Quod non oportet lectores aut cantores orarium ferre, & sic legere vel canere.* Dicuntur & *Psaltæ*, à Socrat. lib. V. c. 22. f. 287. B. παροβολεῖς

Psalmorum pronunciatores, qui prima Psalmorum verba præcinebant, populo reliqua succinente; explicante H. Vales. ad l. c. Socrat. f. 71. A. Materia igitur cantionum erat scriptura sacra; an & libri apocryphi? vide Cl. Espencæ. f. 153. Athanasius ita voluit cantari, veluti verba pronunciarentur; allegante Augustino lib. X. confess. c. 33. & ex hoc Filesac. lib. II. tit. Cant. c. 8. Select. Admittebantur autem & Laici ad cantionum tale officium. Diatyp. IV. Concil. Nicæni.

Laboratores.

§. 105. *Laboratores* agmen claudant, Græce dicuntur κοπιαταὶ, *copiatæ* apud Latinos *Græcissantes*, leg. XV. cod. de Episc. *Bissellones*, νεκροβάπται: in glossis Philoxeni, & describuntur ab Epiphanio: κοπιαταὶ οἱ τὰ σώματα περιτυλίττοντες τῶν κοιμωμένων: Sunt enim illi, *qui corpora eorum, qui obdormierant, obvolvebant, ac cooperiebantur*: comp. doctr. f. 530. videntur esse illi, qui alio nomine *fossores*, in Actis Zenophili apud Baron. an. 303. n. 12. vel *fossarii*, ab Hieron. de 7. grad. Eccles. dicuntur, qui eos Tobiæ comparat. Nam & ille in sepeliendis mortuis officiosus fuerat. Et Epist. XLIII describit: *Clerici, quibus id officii erat, cruentum linteo cadaver obvolvunt, & fossam humum lapidibus construentes ex more tumulum parant.* Constantini M. auspiciis in ordinem certum redacti sunt, dum ex omnibus collegiis & officinis elegit 950 hominum, qui corpora defunctorum curarent; quibus addidit alios 150, ut numero essent 1100; exemptos, salarii loco, ab omnibus oneribus publicis; Ecclesiastico eos ordini subjecit, certis etiam reditibus additis, uti ex novel. XLIII. 59. probare vult Spondan. an. 336. n. 14. Analogum quid inter Pontificios censet esse *confraternitatem mortis*, vel *charitatis*; uti inter Gallos nominatur. Confer Lorin. comm. ad Act. V. 6. Gothofred. not. ad l. XV. cod. de Episc.

Coadjutores.

§. 106. *Coadjutores* quoque suos habebant, nempe senio confecti, & gerendo porro officio impares. E. g. Gregorius Nazianzenus parentis sui coadjutor fuit: uti apparet ex oratione ejus XVII.

Seculi

SECULI QUARTI
Artic. II. Sect. III.
De
MINISTERIO SCHOLASTICO.

Argumentum.

DAtur aliquod Miniſterium Scholaſticum, diviſum in œconomicum, ſcholaſticum ſpecialius ſic dictum, & Eccleſiaſticum. Oeconomicum *occupatum erat in liberis domi educandis, quoad pietatem, probos mores, bonas literas & artes: Media erant alia perſonalia, ut parentes, Miniſtri, & Monachi, nutrices, ancillæ; realia alia pietatis, morum, & literarum; commune medium eſt diſciplina:* Academicum *in præcipuis mundiplagis, habebat ſuos Doctores & Sophiſtas, Lectiones, quas à precibus auſpicabantur, ſeculares, ut grammaticas, Rhetoricas, poeticas, Logicas, & philoſophicas reliquas, & ſacras; Facultates Iuridicam, & Medicam, Salarium debitum, & privilegia, diſciplinam Scholaſticam, quietem. Naevos.* Eccleſiaſticum *occupatum erat in Catecheſi tradenda; unde Catechetæ, Presbyteri, & Diaconi: Catechumeni, incipientes & proficientes; Catechizatio & ejus gradus; & mora.*

§. I.

DE Miniſterio *Eccleſiaſtico*, ut in ſuggeſtu illud, vel alio in loco publico verſatur, hactenus diſſeruimus; Dicendum eſt aliquid etiam de *Scholaſtico* Miniſterio, quod Eccleſiaſtico manum quaſi porrigit, & ad finem ſuum conſequendum fructuosè cooperatur. De miniſterio Scholaſtico.

§. 2. Melioris ordinis gratia diſtribuamus hoc miniſterium, in œconomicum, Scholaſticum ſpecialius ſic dictum, & Eccleſiaſticum. *Oeconomicum* voco, quod in domibus privatis exercetur, in gratiam liberorum probe educandorum & informandorũ: *Non eſt parvi apud Deum meriti, bene filios educare,* Oeconomico.

Quæ sit differentia inter ens & res.

Quæ sit differentia inter ens & aliquid.

Quæ sit differentia inter ens & unum.

Quæ sit differentia inter ens & bonum.

Quæ sit differentia inter ens & verum.

Quæ sit differentia inter ens & quid.

Quæ sit differentia inter ens & essentiam.

Quæ sit differentia inter ens & existentiam.

Quæ sit differentia inter ens & subsistentiam.

Quæ sit differentia inter ens & substantiam.

Quæ sit differentia inter ens & accidens.

Quæ sit differentia inter ens & hoc aliquid.

Quæ sit differentia inter ens & ens per se.

Quæ sit differentia inter ens & ens per accidens.

Quæ sit differentia inter ens & ens in actu.

Quæ sit differentia inter ens & ens in potentia.

Quæ sit differentia inter ens & ens rationis.

Quæ sit differentia inter ens & ens reale.

Quæ sit differentia inter ens & ens completum.

Quæ sit differentia inter ens & ens incompletum.

Quæ sit differentia inter ens & ens primum.

Quæ sit differentia inter ens & ens secundum.

Quæ sit differentia inter ens & ens simpliciter.

Quæ sit differentia inter ens & ens secundum quid.

Quæ sit differentia inter ens & ens absolutum.

Quæ sit differentia inter ens & ens respectivum.

Quæ sit differentia inter ens & ens increatum.

Quæ sit differentia inter ens & ens creatum.

Quæ sit differentia inter ens & ens finitum.

Quæ sit differentia inter ens & ens infinitum.

Quæ sit differentia inter ens & ens universale.

Quæ sit differentia inter ens & ens particulare.

Quæ sit differentia inter ens & ens singulare.

Quæ sit differentia inter ens & ens primum.

Quæ sit differentia inter ens & ens secundum.

Quæ sit differentia inter ens & ens simpliciter.

Quæ sit differentia inter ens & ens secundum quid.

Quæ sit differentia inter ens & ens absolutum.

Quæ sit differentia inter ens & ens respectivum.

Quæ sit differentia inter ens & ens increatum.

Quæ sit differentia inter ens & ens creatum.

Quæ sit differentia inter ens & ens finitum.

Quæ sit differentia inter ens & ens infinitum.

Quæ sit differentia inter ens & ens universale.

Quæ sit differentia inter ens & ens particulare.

Quæ sit differentia inter ens & ens singulare.

Ætius percepta Grammatica legit Evangelistas apud Athanasium, Anazarbi Episcopum; ab Antonio Tarsensi Apostoli epistolas edoctus est; Leontius Antiochenus Presbyter Prophetas, ac potissimum Ezechielem, ipsi explicuit. Gallus & Julianus, regii sanguinis juvenes, traditi sunt informandi Theologis. Sozom. lib. V. c. 2. In specie refert de Juliano f. 593. B. *cum parentibus Christianæ religioni addictissimis ortus esset, à puero juxta Ecclesiæ ritum initiatus & sacris literis institutus; sub Episcopis deniq; & Ecclesiasticis viris educatus fuerat.* Confer Baron. an. 337. n. 58. Imo Hieronymus & Patribus legendis vult applicari; quibus vero? Audiamus: *Cypriani opuscula semper in manu teneat. Athanasii epistolas, & Hilarii libros inoffenso decurrat pede. Illorum tractatibus, illorum delectetur ingeniis, in quorum libris pietas fidei non vacillet; cæteros si legat, ut magis judicet quam sequatur.* Et ad Gaudent. f. 45. B. *Discat memoriter psalterium, & usq; ad annos pubertatis, libros Salomonis, Evangelia, Apostolos & Prophetas sui cordis thesaurum faciat.* Hæc ille à puellis requirit, & illis quidem, quæ ascetica vitæ assuefaciendæ erant, nos vero requirimus talia, pro modulo tamen ætatis, donorum, facultatum, à quavis puella, multo magis autem à pueris & adolescentibus.

Mores; §. 4. *Mores.* Doceantur liberi suos parentes nosse, diligere, & venerari; *Cum avum viderit, in pectus ejus transiliat: de collo pendeat, nolenti Alleluja decantet, rapiat eam avia: patrem risibus agnoscat: sit omnibus amabilis: & universa propinquitas rosam ex se natam gaudeat. Discat statim quam habeat & alteram aviam, quam amitam: cui Imperatori, cui exercitui tyruncula nutriatur. Illas desideret: ad illas tibi minitetur abscessum.* ita Hieronymus vult Paulam assuefieri; f. 26. C. Et Pacatulam: *de matris pendeat collo, rapiat oscula propinquorum:* f. 44. D. Discant castitatem, temperantiam: *Discat jam nunc & vinum non bibere, in quo est luxuria.* Quanquam ne quid nimis: *ante annos robustæ ætatis periculosa est teneris & gravis abstinentia: Usq; ad id tempus, si necessitas postulaverit, & balneas adeat: & vino utatur modico propter stomachum: & carnium edulio sustentetur: ne prius deficiant pedes, quam currere incipiant.* Epist. ad Læt. f. 27. A. Et B. *Displicent mihi (in teneris maxime ætatibus) longa & immoderata jejunia, in quibus junguntur hebdomades, oleum in cibo, ac poma*

ma vetantur, &c. modestiam; In quibus virtutibus præcipuè occupantur epistolæ duæ Hieronymi hactenus allegatæ, ut prolixum foret, omnia huc referre; Docet Hieronymus, quid agere, quidve omittere debeant liberi, imprimis fœminini sexus; quidve alii circa ipsos omittere, nempe quidquid sive hominum, sive dictorum, sive factorum, sive gestuum, occasionem impudicitiæ, vel alii intemperantiæ præbere possit; Sed de hoc in mediis. *Non multo vino dedita: non, juxta Apostolum, otiosa atq; verbosa, sed sobria, gravis, lanifica; & ea tantum loquens, quæ animum puellarem ad virtutem instituant.* Epist. ad Gaud. f. 45. B. Etiam in vestitu sit honestas: *cave ne aures ejus perfores, ne cerussa & purpurisso consecrata Christo ora depingas: collum auro & margaritis premas, nec caput gemmis oneres, nec capillum irrusses, & ei aliquid de Gehennæ ignibus auspiceris. Habeat alias margaritas, quibus postea conditis emptura est pretiosissimum margaritum:* ad Læt. f. 26. C. & f. 27. B. *Talia vestimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus vestita corpora nudentur.*

§. 5. *Literæ.* A primis elementis incipiendum est, ut ea discant nosse, & pingere; Alexandri Alex. Episcopi auspiciis Athanasius puer à *Notario integre instructus* est, referente Ruffin. lib. I. hist. c. 14. Modum monstrat Hieronymus epist. ad Læt. f. 26. B. Fiant ei literæ vel buxeæ vel eburneæ, & suis nominibus appellentur; ludat in eis, ut & lusus ipse eruditio sit. Et non solum ordinem teneat literarum, ut memoria nominum in cantico transeat: sed & ipse inter se crebro ordo turbetur, & mediis ultima, primis media misceantur: ut eas non sono tantum, sed & visu noverit. Cum vero cœperit trementi manu stilum in cera ducere, vel alterius superposita manu, teneri vegantur articuli, vel in tabella sculpantur elementa, ut per eosdem sulcos inclusa marginibus trahantur vestigia: ut foras non queant evagari. Et de Pacatula: *Modo literarum elementa cognoscat, jungat syllabas, discat nomina, verba consociet, atq; ut voce tinnula ista meditetur.* fol. 44. D. Doceatur & pronunciare recte: *Unde & tibi est providendum, ne ineptis blanditiis fœminarum dimidiata dicere verba filia consuescat: & in auro atq; purpura ludere: quorum alterum linguæ, alterum moribus officit; ne discat in tenero, quod ei postea dediscendum est.* Literæ.

Ejus-

Ejusdem monitum est, f. 26. B. & f. 27. A. *Discat græcorum versuum numerum, sequatur statim & latina eruditio, quasi non ab initio os tenerum composuerit, in peregrinum sonum, lingua corrumpitur, & externis vitiis sermo patrius sordidatur.* Ædesius & Frumentius pueri erant, qui auspiciis Tyrii cujusdam Philosophi *meditabantur & lectiones suas parabant.* Ruff. lib. I. hist. c. 9. His jactis quasi fundamentis, quid porro discere habeat ætas hæc, in studio pietatis §. 3. præoccupatum est.

fusus & colus; §. 6. Præter literas puella doceatur etiam fusum, columq; tractare; juxta Hieronym. ad Læt. f. 27. B. Et ad Gaudent. f. 44. D.

Media vel personalia ut Parentes, &c. §. 7. *Media* ad fines hosce, & similes, perveniendi, sunt vel personalia, vel realia; *Personalia*, ut parentes, vel, quos illi liberis informandis, & educandis præficiunt, nutrices, ancillæ, præceptores, famuli; *Parentes*; Quibus competit, curam gerere liberorum suorum, verbis ipsos, & exemplo erudire, vel ordinare, qui tale quid faciant. Hieronymus in gratiam Lætæ matris scripsit insignem epistolam, ex qua disceret, filiolam probe educare; Manum admovebant etiam Sorores, ut Macrina Petro fratri erudiendo: *Hunc* enim, *quæ inter liberos* (refert Nyssen. in vit. Macr. t. 2. f. 185. D.) *erat natu maxima, paulo post ejus ortum ab ubere nutricis sublatum ipsa statim enutriit, καὶ ὅλη πᾶσαν τὴν ψυχὴν τῇ ἀληθείᾳ ἅμα γε παίδευσιν, τοῖς ἱεροῖς τῶν μαθημάτων ἐκ νηπίου αὐτὴν ἐκπαιδεύσασα &c. excellentiq; disciplina educavit, sacris institutis à puero ipsum erudiens, adeo ut nihil otii concesserit, quo posset studiis inanibus vacare. Nam illi se & patrem, & Magistrum & custodem & matrem, & ad optima quæq; consultricem præbuit, talemq; reddidit, ut puer adhuc ad excelsum Philosophiæ gradum ascenderit.* Uti exemplis quibusdam §. 3. præced. docuimus. Philosophi: Macropius Tyrius philosophus *habebat duos pueruios, quos liberalibus literis instituebat.* Ruffin. lib 1. c. 9. & illi quidem, vel alii, idoneis donis præditi: *Magister probe ætatis & vitæ atq; eruditionis est eligendus.* Hieron. ad Læt. f. 26. Dicas: cur eruditionis in tam tenella ætate? Resp. *Non sunt contemnenda quasi parva, sine quibus magna constare non possunt* Hieronymus ipse se offert præceptorem: *Ipse, si Paulam miseris, & magistrum & nutritium spondeo, gestabo humeris, balbutientia senex verba formabo, mul-*

bo, multo glorioſior mundi philoſopho, qui non regem Macedonum, Babylonio periturum veneno, ſed ancillam & ſponſam Chriſti erudiam, regnis cœleſtibus offerendam. ad Læt. f. 27. D. Theodoſius Imperator ſuo Arcadio, filio primogenito, Arſenium Diaconum præceptorem præfecit; *Miniſtri* igitur Eccleſiæ erudiendæ & educandæ juventuti vacabant; Cavendum autem erat, ſi puellæ eſſent aliquanto adultiores, & diſcipulæ, ne tales præceptores apud adultas ſuſpicionem alicujus illicitæ familiaritatis præberent; Cautela hæc, & monitum eſt ejusdem Hieronymi: ad Gaudent. f. 45. B: Hujus ſuſpicionis vitandæ gratia, præſtabat, fæmellis fæminas, maſculis maſculos informandis præfici: Quales vero? Audi eundem ad Læt. f. 27. A. *Præponatur ei probæ fidei ac morum & pudicitiæ virgo veteranа, quæ illam doceat, & aſſueſcat exemplo ad orationes, & Pſalmos, nocte conſurgere, mane hymnos canere, tertia, ſexta, nona hora ſtare in acie quaſi bellatricem Chriſti, accenſaq; lucerna reddere ſacrificium veſpertinum.* Huncin finem inſtituta ſunt *monaſteria* virginum, in quibus ſub inſpectione alicujus honeſtæ matronæ puellæ educabantur: quod conſilium Lætæ ſuppeditat Hieronymus, cum illam interrogantem introducit: *Quomodo hæc omnia mulier ſecularis in tanta frequentia hominum Romæ cuſtodire potero?* & Reſp. *Noli ſubire onus, quod ferre non potes, ſed poſtquam ablactaveris eam cum Iſaac, & veſticris cum Samuele, mitte avia, & amita: Redde pretioſiſſimam gemmam cubiculo Mariæ, & cunis Ieſu vagientis impone: Nutriatur in monaſterio, ſit inter virginum choros.* f. 27. C. In hoc loco *jurare non diſcat, mentiri ſacrilegium putet, neſciat ſeculum, vivat Angelicè, ſit in carne ſine carne, omne genus hominum ſui ſimile putet.* l. c. Miniſtri.

§. 8. Sed etiam circa *nutrices*, famulos, famulasve talis circumſpectio erat adhibenda, monente Hieron. ad Læt. f. 26. B. & f. 27. A. & ad Gaudent. f. 45. B. ſub fin. Nutrices.

§. 9. *Realia*, & quidem *pietatis*; Eſt ſcriptura ſacra & frequens ejus lectio, quæ quo ordine ſit facienda, ex Hieronymo §. 3. præced. audivimus; Templorum viſitatio; *Poſtquam grandiuſcula eſſe cœperit, & in exemplum Sponſi ſui creſcere ſapientia, ætate, & gratia apud Deum & homines, pergat ad templum veri patris cum parentibus ſuis, ſed cum illo non egrediatur è templo.* epiſt. ad Læt. f. 26. D. vel realia, ut pietatis.

ubi plurimum conducit temperantia: *Sic comedat, ut semper esuriat, ut statim post cibum possit legere & psallere.* f.27.B.

Morum. §. 10. *Morum*: In his multum conducit exemplum parentum: *Te habeat Magistrum, te rudis miretur infantia. Nihil in te & in patre tuo videat, quod si fecerit, peccet. Mementote, vos parentes virginis magis eam exemplis docere posse, quam voce.* Sic Hieron. ad Lætam matrem. f.27. A. Et diligens eorum observantia, ubi locorum, & penes quos sint liberi, *Nusquam absq; te procedat in publicum. Basilicas martyrum & Ecclesias sine matre non adeat.* l.c. Et B. *Si quando ad suburbana pergis, domi filiam non relinquas, ne sciat sine te, nec possit vivere, & cum sola fuerit, pertimescat.* Hoc fine balnea dissuadet: *Scio præcepisse quosdam, ne virgo Christi cum Eunuchis lavet, nec cum maritatis fœminis, quia alii non deponunt animos virorum, alia tumentibus uteris præferunt fœditatē.* l.c. privatis parietes cōmendat, ut intra hos sese contineant, puellæ præsertim: *Nunquam exeat foras, ne inveniant eam qui circumeunt civitatem, ne percutiant, & vulnerent, & auferant theristrum pudicitiæ, & nudam in sanguine derelinquant.* ad Læt. f.26. D. & ad Gaudent. f.45. B. *Nec liberius procedat ad publicum, nec semper Ecclesiarum quærat celebritatem. In cubiculo suo totas delicias habeat;* & levioris musicæ contemptum: *Surda sit ad organa; Tibia, lyra, cithara, cur facta sint, nesciat.* f.27. A. dissuadet otium: *Non juxta Apostolum otiosa atq; verbosa, sed sobria, gravis, lanifica, & ea tantum loquens, quæ animum puellarem ad virtutem instituant.* f.45. B.

Literarum. §. 11. *Literarum.* In his addiscendis multum confert amor, qui tædium pellit: *Cavendum imprimis, ne oderit studia, ne amaritudo eorum, præcepta in infantia, ultra rudes annos transeat.* Hieron. ad Læt. f.26. B. Excitatur autem amor præmiis, & laudibus; *Syllabas jungat ad præmium, & quibus illa ætas deliniri potest, munusculis invitetur.* & paulo post: *non objurganda est, si tardior sit, sed laudibus excitandum est ingenium, ut & vicisse gaudeat, & victa doleat.* Et ad Gaudent. f.44. D. *Proponantur ei crustula, mulsa præmia, & quidquid gustu suave est, quod vernat in floribus, quod rutilat in gemmis, quod blanditur in pupp is, acceptura festinet.* Laudem acuunt sociæ: *Habeat & in discendo socias, quibus invideat, quarum laudibus mordeatur.* ad Læt. f.26. B. Facilis sit methodus, & quasi ludibunda, qualis illa est

quam

quam ex buxeis literis instituendam esse, Hieronymus suasit. § 5. Otium etiam ad lusum concedatur; *Post laborem* (ad Gaudent. f. 44. idem scribit) *lusibus gestiat.*

§. 12. *Disciplina* commune medium & remedium est in juventute recte informanda. Arsenius Arcadii præceptor non veritus est Imperatoris filium primogenitum verberare, etsi malam gratiam ab ipso reportarit. vide Spond. an. 383. 5. Hieronymo displicet *nimium disciplinæ vincula laxata, & præceps indulgentia præceptoris*: Epist. ad Læt. f. 25. D. Disciplina:

§. 13. Præter Scholas domesticas & privatas erant etiam *publicæ*, σαδυνάεια dictæ; Socr. lib. II. c. 1. in quibus juventus in literis secularibus & sacris informabatur. Deprehendimus tales in plagis mundi insignioribus, orientali, meridiana, & occidentali. In Palæstina: *Ego artis oratoriæ amore inflammatus in Palæstinæ Academiis tum florentibus pedem fixi*; dicit Gregorius Naz. in laudem Cæsarii; putat autem Cæsaream, ubi Thespesium Oratorem egregium audiverat; Præter quam erat etiam *Berythus*, referente Euseb. lib. 1. de Martyr. c. 4. f. 323. illustrat nota Valesiana f. 176. D. confer Gothofredi notas ad vet. orb. descript. p. 13. §. 3. *Cæsareæ* in Cappadocia: ut refert Gregorius Naz. f. 497. A. de Basilio. In *Ponto*; ubi Basilius doctus est. l. c. *Nicomediæ* in Bithynia Socr. lib. II. hist. c. 46. *Ephesi* Joniæ. c. 1. *Constantinopoli* Thraciæ: l. c. laudante ex vetustioribus Gregorio Naz. orat. XXX. in Basil. f. 497. referente de Basilio, *Byzantium urbem totius orientis principatum tenentem (Excellentissimis enim oratoribus Philosophisq; florebat, quorum brevi optimæ quæq; ingenij celeritate atq; magnitudine collegit) atq; inde Athenas, h. e. literarum domicilium à Deo atq; inexplebili, eademq; laudanda, doctrinæ cupiditate mittebatur.* Ex recentioribus Aurelio Perusino in Epit. ad Baron. an. 330. p. 199. *ludi in ea* (Byzantio) *literarij, & scientiarum omnium florentissima Academia instituta est, ipsiq; ludimagistri, ac liberalium artium Professores undiq; magnis stipendiis accersiti, privilegiis atq; immunitatibus donati sunt.* Sozomenus refert, quod Julianus, ubi Constantinopolim venisset, ἐκεῖσε διδασκάλοις ἰδίοις *magistrorum qui illic erant auditoria frequentarit*: lib. V. c. 2. *Athenis* Græciæ; l. c. Quas *literarum domicilium* vocat Naz. orat. XXX. in Basil. f. 497. Eximias alias lau- Academiæ ubi?

des lege apud Libanium de vita sua; in Basilico, oratione funebri in Julianum; Eunapium in vitis Sophistarum; In Ægypto *Alexandriæ*; de qua vide Gothofr. not. ad notit. orb. p. 22. Cornel. à Lap. comm. ad Nah. f. 501. Nyssenus ad Theophil. Alex. t. III. f. 261. B. scribit: *Non secularis tantum sapientiæ ferax est magna civitas Alexandrinorum, sed & ipsius veræ, atq; genuinæ sapientiæ fontes apud vos jam inde à principio manant.* *Romæ* in Italia; Hieronym. ad Rustic. f. 20. D. In *Galliis*, ubi literis operam dedit Rusticus Monachus; vide epist. Hieron ad Rustic. f. 20. D. *Augustoduni*, loco admodum celebri. vid. Gothofr. not. ad vet. orb. c. 50. p. 44. confer Cent. IV. Magd. c. 7. f. m. 286. Specialissimi loci erant *Basilicæ*, uti in historia Galli & Juliani fratrum commemorat Socrat. lib. III. c. 1. dicens: *εἰς τὴν βασιλικὴν, ἔνθα τότε τὰ παιδευτήρια ἦν &c. in basilicam, ubi tunc scholæ erant*; scil. Julianus deducebatur.

Doctores.

§. 14. Scholæ hæ suos habebant *Doctores*; quos describit Basilius epist. CCI f. 987. B. *Nos Dominus ἐν δευτέρᾳ τάξει πατέρων in secundarium parentum ordinem Christianis constituit, dum nobis puerorum in se credentium formationem, quæ per pietatem est, concredidit.* Unde discas officium legitimorum præceptorum; sicut etiam ex his: *Parentes quidem suorum decet cura liberorum, & agricolas plantarum seminumq; studia; magistros quoq; discipulorum solicitudo, maximè quando per ingenii dexteritatem optimam spem de se præbent.* Ep. CCX. f. 997. B. Auctoritate publica constituebantur, ut videre est ex l. Magistros. & l. si quis cod. de Profess. & Med. Dividi possunt in Christianos, & Ethnicos. Inter Christianos etiam Ministri Ecclesiæ hoc officio fungebantur. Athanasius perceptis literis à parentibus *restituitur sacerdoti* erudiendus. Ruffin. lib. 1. hist. c. 14. celebriores erant Apolinares, Pater, & Filius: *Nam cum uterq; humaniorum disciplinarum peritia esset instructus, pater quidem grammaticæ, filius autem Rhetoricæ, amboplurimum utilitatis eo tempore Christianis attulerunt.* ita Socr. lib. III. hist. c. 16. f. 187. B. Eundem, & alios laudat Hieron. ad Pammach. & Ocean. de error. Origen. t. 3. f. 86. C. *Didymus Alexandrinus*, cujus audiendi gratia Hieronymus in Ægyptum sese contulit; vide Spond an. 386. n. 9. Protogenes Edessenus Presbyter: Theod. lib. IV. c. 15. f. 681. Hieronymus comm. in Jes. VI. 1. memorat, quod *Constantinopoli apud virum elo-*

quen-

igitized by Google

quentißimum Gregorium Nazianzenum, tunc ejusdem urbis Episcopum, sanctarum scripturarum studiis fuerit enutritus. Ethnici, docendis literis secularibus intenti, dicebantur vulgo *Sophistæ*; Vocem & officium describit Hesychius: Σοφιστὴς πᾶς τεχνίτης, πᾶσαν τέχνην σοφίαν ἔλεγον: *Sophista omnis artifex; omnem artem sapientiam dixerunt.* Cœpit autem hæc vox hoc quoque seculo in sequiorem partem accipi, ut fere hodie sumitur, vide notas Gothofredi ad exeg. orb. p. 22. Inter Ethnicos celebres erant *Helladius* & *Ammonius*, Socrat. lib. V. hist. c. 16. Alexandrini Doctores; & ante ipsos alii, laudante Exegesi. orbis. p.m. 19. c. XVIII. Notatu insuper dignum, quod ultimis verbis dicit: *quinq; sua per suam disciplinam ornans perficit negotia.* secus nempe ac Græci; notante eodē Gothofr: *Ægyptii singuli singularis seu unius disciplinæ tantum & artis professores & artifices erant, quod etiam Vopiscus in vita Saturnini ostendit. In quo Ægyptii à Græcis diversi fuere, quos ceu πολυπράγμονας & ἀπθίτας antiquitas notavit; quo spectat & illud, quod etiam in Christianos jactatum dixi: γεγῖνὸς ἀπθίτης. Magis adhuc istud: Quemvis hominem secum attulit ad nos Græculus esuriens, in cœlum jusseris ibit.* pag. 23. not. *Eugenius.* c. 25. *Libanius* Sophista, ad quem exstant aliquot epistolæ Basilii n. 142. seqq: Ut mirer ferè, Basilium tot suorum Christianorum insidioso huic Ethnico, & seductori, erudiendos commendasse: Prudentius cavit Constantius, quod Ecebolium Christianum Juliano erudiendo dederit præceptorem: *Id enim prudenter* (refert Socr. lib. III. c. 1. f. 165. B.) *ab imperatore prospectum fuerat, ne ille paganum sophistam audiens ad gentilium superstitionem delaberetur.* Fuerit igitur Libanius ἱερὸς μυσῶν σηκὸς *sacrum musarū domicilium*, laudante ipsum Basil. ep. 156. attamen seductor erat juventutis Christianæ. Qua ipsa de causa etiam Atheniensis schola erat periculosa saltem imparatis Auditoribus: vide: Gregorius Naz. f. 500. A. opp. Celebris erat & *Maximus* philosophus, sed intentus & ipse corrumpendis Christianis, nempe Juliano; Audiamus Socratem lib III. c. 1. f. 165. C. *Cum* (Julianus) *in Rhetorica proficeret, advenit Nicomediam Maximus Philosophus &c.* cujus mores mox describit, & addit: *apud hunc Iulianus cum Philosophiæ rudimenta & quendam quasi gustum percepisset, statim religionem* (Ethnicam) *præceptoris imitari cœpit.* Soz. lib. V. c. 21. *Eugenius* quoq; παιδικὸς παι-

Ῥωμαίων λόγων *Romanarum præceptor erat literarum* : Socr. lib. V. c. 25. Adde Proæresios, Epiphanios, Musonios, Hemerios, & alios Athenarum Sophistas.

Lectiones, à precibus auspicandæ vel seculares, ut philologicæ,

§. 15. *Lectiones* Scholasticæ dividi possunt in seculares, & sacras, utræque autem à *precibus* erant auspicandæ. Basilius, etiam grammatica præcepta discipulis traditurus, penetrantem orationem præmisit, quæ habetur tom. III. opp. f. 171. C.

§. 16. Nempe *pietas* discipulis ante omnia erat inculcanda: Nos de vobis tanto majorem curam habemus, meliorem vero spem, ὅσον δ' εὐσέβεια πάσης μὲν τέχνης, quanto pietas omni quidem arte, cunctis adhæc animantibus simul & fructibus præstantior existit, quam in teneris adhuc purisque vestris mentibus insitam radicitus à me & eductam videre optamus, & in ætatem perfectam maturosque fructus progredientem, vestra interim discendi cupiditate ταῖς ἐμαῖς precibus votisque nostris adjuta. Basil. epist. 210. f. 997. B. Iis vero solis, qui in pietate acquirenda piam industriam collocant spes errore nunquam elusa est, neque finis conatum labefactavit, stabili firmoque cœlorum regno succedente. ep. 211. f. 999. A. Seculares literæ dicebantur ἑλλήνων παιδεία *Græcorum disciplina*, seu eruditio ab Euseb. lib. 1. de Martyr. Palæst. c. 4. *primæ ac puriles disciplinæ* : à Gregor. Nazianz. orat. XXX. f. 497. Sic ille *artes liberales* vocat. Receptæ erant in scholis etiam Christianorum; quod videas ex interdicto Juliani Imp. vetuit enim Christianorum juventutem posthac illis literis imbui; Socrat. lib. III. c. 16. A. B. Et defenduntur non solum à Socrate, sed etiam ab Hieronymo ad Oratorem Magnum, & Gregor. Nazianz. orat. XXX. in Basil. f. 496. B. Basil. hom. XXIV. t. 1. f. 370.

Grammatica.

§. 17. Inter seculares lectiones primum locum occupat *Grammatica*: Athanasius puer primo omnium à *Grammatico instructus* est, referente Ruffino lib. 1. hist. c. 14. cujus præcepta habet ille ipse, modo laudatus, Basilius, l. c. Longum foret eas huc referre, videri possunt apud ipsum; Inter celebriores Grammaticos erant Helladius & Ammonius primum Alexandriæ, deinde Romæ: Socrat. lib. V. c. 16. Marcianus Novatianus Constantinopoli; lib. IV. c. 9. Didymus quoque Alexandrinus literas illas didicit.

Digitized by Google

didicit. c. 25. Ad hanc disciplinam spectat *ars scribendi*, seu Calligraphia, quæ & ipsa docenda est accuratè: *Sermones naturam habent volucrem, quapropter σημείων χρῆζωσι literarum notis utuntur homines, ut sermonum avolantium velocitatem, qui scribit, prehendat. Tu igitur puer τὰ γραμμάτα τέλεια ποίει notas literarum perfectas ducito, καὶ τὴν τάξιν ἀκολούθως κατάστησον formasq; recto ordine collocato. Modicus namq; error scribentis, plurimum de sermone deterit; Diligentia vero scribentis quod dictum est integrè perficitur & absolvitur.* ita Basil. epist. CLXXVIII. Grammaticæ affinis est etiam *Rhetorica*, & *Poëtica*; quas disciplinas Apolinares præcipue excoluisse, paulo ante audivimus: Trivit easdem Julianus, postea Imperator: *Iulianus, ubi adoleviſſet, Constantinopoli παιδευτηρίων ἤρξατο liberalibus disciplinis est institutus.* ita Socrat. lib. III. c. 1. f. 165. A. Confer Basil. epist. CCVIII. CCIX. Augustinus Romam venit ad docendam Rhetoricam; Spond. an. 384. n. 5. Ecebolius Sophista præceptor fuerat Rhetoricæ, & Doctor Juliani. Socrat. lib. II. c. 1. f. 165. Basilius: *Quis in Rhetorica, illa vim ignu spirante, cum eo comparandus, quamvis à Rhetorum moribus longe dissideret? Quis in Grammatica, quæ Græcas phrases dolat, historias componit, quæ metris adstat, & carminibus legem imponit?* Sic de Basilio Greg. Naz. orat. de laud. Basil. cit. Ramirez. Spicil. tr. 1. c. 51. §. IX. f. 264. m. a. Philosophicas disciplinas didicit etiam laudatus ante Didymus; refer. Socr. lib. IV. c. 26. f. 240. D. Celebertima hoc nomine erat Alexandria: *ὅλης τῆς οἰκουμένης σχεδὸν ἀληθοῦς φιλοσοφίας ἐκείνη μόνη ἀπορεῖ, ἐν ᾗ ἐνεσκήνωται πλεῖστα γένη τῶν φιλοσόφων: totius orbis terræ pene de veritate Philosophiæ ipsa sola abundat, in qua inveniuntur plurima genera Philosophorum.* ἐξηγ. ὅλ. τῆς κόσ. c. XVIII. p. m. 23. Paulo ante universam Ægyptum à Philosophia eximie laudaverat: verba citavimus, §. 14. *Finis* harum disciplinarum apud Christianos erat Theologia: Basilius liberales artes docetur, atque ad cultum Dei eruditur, & „ ut uno verbo complectar, per primas ac pueriles disciplinas ad fu- „ turam perfectionem ducitur. Nam, qui vel vitæ probitate solum, vel doctrina præstant, atque ab altera deseruntur, ij mihi nihil à luscis differre videntur, qui cum in magna calamitate, tum „ vero in majore deformitate sunt, sive alios inspiciant, sive a baliis „ inspectentur. At quibus utraque laude clarere, ac velut ambi- „ dextris

Calligraphia.

Rhetorica & Poetica.

Philosophia

„ dextris esse contigit, hi nimirum omnibus numeris absoluti sunt,
„ ac deinceps jam alterius vitæ beatitudine perfruuntur. Greg. Naz.
f. 497. A. Et B. de eodem: In artibus porro & disciplinis secunda-
„ riam duntaxat curam operamque ponebat: hoc nimirum fructus
„ ex iis colligens, ut earum adjumentis ad nostram philosophiam
„ uteretur: quandoquidé earum facultas ad explicanda animi sensa
necessario comparanda est. Idem Philosophicas disciplinas compa-
rat *aſinabus* Saulis, quas quæsiverit Athenis, & invenerit regnum,
„ scil. cœlorum; Et *spoliis* Ægypti: Vasa aurea, atque argentea ab Æ-
„ gyptiis accommodato pete, cum his te itineri committe, ex alie-
„ nis facultatibus viaticum tibi para, immo ex tuis potius, servitu-
„ tis enim & lateribus operis merces tibi debetur, callide aliquid
„ circa mercedis flagitationem comminiscere, præclare extorque.
Naz. orat. 2. pasch. Explicatio Nicetæ est: Per Ægyptias etiam opes,
„ moralis & naturalis, & ea quæ in differendo versatur philosophia
„ designari potest, atque omnes illæ disciplinæ, in quarum studium
„ incumbunt, qui ab Ecclesia alieni sunt. Eos igitur, qui liberam
„ vitam per virtutem consectantur, externæ quoque doctrinæ opes
„ sibi comparare, jubet Theologus: atque ab alienigenis, quo ad
„ fidem attinet, mutui nomine exceptas possidere, ut in tempore
„ profuturas, nempe cum res ita nata fuerit, ut spiritualibus hisce
„ opibus Ecclesiæ arca exornanda sit. Cum *idolis Labanis*, quæ
Jacobi familia secum abstulit. l. c.

Ordo. §. 18. *Philosophicæ disciplinæ* cum discretione discendæ sunt, ut necessariæ minus necessariis, & fructuosæ infructuosis, vel non adeo fructuosis præferantur. Exemplo sit Hero Philosophus, de
„ quo refert Greg. Naz. orat. XXXIII. f. 546. D. Hujus (*inquiens*
„ *practicæ*) Philosophiæ fructus non sermone conditæ civitates
„ (Scindapsi quidam, ut ipsi ajunt, & tragelaphi, quæ lingua sola
„ constituit,) nec prædicamenta quædam & analyses, & syllogismo-
„ rum compositiones, nec symbamata, & paralymbamata, atque
„ argutatrix illa, & captiosa sapientia, nec lineæ quædam nusquá
„ existentes, nec syderum nexus habitusque adversus Dei provi-
„ dentiam excogitati. Hæc enim ille secundæ loco numeroque
„ semper habuit, atque hactenus quasi per ludum attigit, nec ab il-
„ lis, qui se earum rerum scientiam tenere profitentur, illudi atque
exagi-

exagitari posset. Primarium autem, & antiquissimum ejus studium hoc erat, apud præfectos & magistratus jura proferre, cum omni libertate reges alloqui; & quæ porro practica & utilia recenset. Subjungit: *Hæc* (practica) *vero nonne syllogismis & lineis frustroq; circa syderum contemplationem studia multum anteponet, quisquis mente sana fuerit? Illud secum reputans, quod si ad syllogismorum conclusionem, vel ad Geometriam, vel ad Astronomiam omnes studium suum atq; operam contulerint, nihil ea res vitæ humanæ profutura sit, quin potius omnia dissolvi atq; extingui necesse erit: contra, si ea officia, quæ à me commemorata sunt, de medio sublata fuerint, summa omnium rerum perturbatio & confusio secutura sit.* f. 547. A.

§. 19. *Sacræ* quoque *litera* docebantur, studio Apolinarii: Apollinaris *enim* Syrus, multiplici eruditione & ingenio, quo valebat, opportune usus, pro Homeri carmine Hebræorum antiquitatem usque ad regnum Saulis, Heroico carmine conscripsit, & universum opus in quatuor ac viginti partes distribuit, ac singulis libris ex Græcorum literis cognomentum indidit, juxta earum numerum atque ordinem. Scripsit etiam comœdias instar fabularum Menandri. Euripidis quoque Tragœdias, & Pindari lyram imitatus est. Denique, ut compendio dicam, ἐκ τῶν θείων γεγραφῶν λαβὼν sumptis ex sacra scriptura argumentis liberaliū disciplinarum, brevi tempore lucubrationes composuit & numero & præstantia æquales iis, qui apud Græcos in eo genere celebres extitere, seu genium, seu dictionem, seu formam, seu dispositionem operis spectes. referente Sozom. lib. V. c. 18. f. 623. C. In his sese Basilius & Julianus, studiosi adhuc, exercuerunt: Sic enim iste ad hunc scribit: *Revoco ad hæc in animum studium tuum, quo ἐκ τῶν βίβλων γράμματα sacra & optima studia unà Athenis didicimus, & ad divinas literas legendas unà accessimus, & tu quidem nihil ignorabas.* epist. 208. f. 996. A. Et epist. 209. f. 997. A. *Etenim memoria repeto, nos una bonas didicisse literas, simul ad hæc divinitus inspiratam scripturam percurrisse (διεξήλθομεν τὰς θεοπνεύστους γραφὰς) nec hoc te fugit.* Mirandum autem, Romæ nullam fuisse sacrarum literarum hoc quidem seculo scholam, uti fatetur, sed calva excusatione palliare allaborat, Spondanus, an. 535. n. 15. tanquam loco earum *puritas Apostolici fontis ibidem jugiter scaturientis, atq; in*

vel sacræ.

universum orbem aquas limpidas derivantis, fuisset; An enim sub Agapeto, sub quo schola erecta sunt, Apostolicus ille fons exaruerat? Alexandria igitur palmam Romæ præripuit, utpote in qua schola jam ab antiquissimis temporibus Theologica erat; de qua Eusebius lib. V. hist. c. 10. f. m. 175. refert: A. „ Per idem tempus fidelium scholæ præerat vir doctrinæ causa celeberrimus, nomine „ Pantænus, quippe jam inde à priscis temporibus sacrarum litera„ rum schola in ea civitate fuerat instituta: quæ quidem nostra ad„ huc ætate perseverat, & ab hominibus tum eloquentia, tum divi„ narum literarum studio instructissimis obtineri dicitur. Videtur & Cæsarea Cappadociæ hoc laudis meruisse. Refert enim Sozom. lib. V. c. 2. f. 593. quod Gallus & Julianus, regii sanguinis juvenes, eo fuerint ablegati: ἔνθα δὴ διατριβάς τε ἀγωγῆς βασιλικῆς ἠξιοῦντο, καὶ μαθήμασι καὶ γυμνασίοις τοῖς παθ' ἡλικίαν ἐχρῶντο, καὶ λόγων διδασκάλοις, καὶ τοῖς ὑφηγηταῖς τῶν ἁγίων γεγραμμένων καὶ κλήρῳ ἐγκαταλεγῆναι καὶ ἀναγινώσκειν τῷ λαῷ τὰς ἐκκλησιαστικὰς βίβλους. *Illic* (in villa publica, haud procul Cæsarea distante) *ambo regali cultu educati sunt, atq; instituti: ibi disciplinis & exercitationibus, ipsorum ætati convenientibus, imbuti: ibi denique ab humaniorum artium magistris, & à doctoribus sacrarum literarum ita sunt eruditi, ut inclerum adscriberentur, & Ecclesiasticos libros populo prælegerent.* Confer verba Nazianzeni §. 13. præmissa.

Iuridicæ. §. 20. *Studium juris* floruit potissimum Berythi in Phœnicia: Celebratur enim in ἐξηγ. ὁλ. τῆ κόσμ. c. XVII. §. 3. p. 13. καὶ ἡ ἀκροατήρια τῶν νόμων ἔχουσα quod ibi etiam *juris auditoria* fuerint, *per quam omnia judicia Romanorum*, scilicet fuerint nota: *Inde enim viri docti in omnem orbem terrarum adsedent judicibus, & scientes leges custodiunt provincias, quibus mittuntur legum ordinationes.* Ad quæ verba hæc notavit Gothofredus p. 13. not. *Iuris studio, schola, & professione clara jamdiu & deinceps Berytus fuit; quod etiam docet lex. 1. C. qui ætate &c.* Sic ille, pluribus aliis locis, probationis & illustrationis ergo, subjectis. Sed & Constantinopoli, uti patet ex codice Justin. lib. XII. tit. 15.

Medicæ. §. 21. *Medica ars* sedem suam habuit Alexandriæ in Ægypto, *adeo, ut pro omni experimento sufficiat medico, ad commendandam artis auctoritatem, si Alexandriæ se dixerit eruditum*: ut cum Ammia-

no

no Marcellino loquamur. Auctor ἐξηγήσ. c. XVIII. p.m.23. Alexandriam laudans, inter alia etiam à medicina ipsam commendat, dicens: ἢ Ἀσκληπιὸς &c. & *Æsculapius &c.*

§. 22. *Salarium* & propria commoda à cordatis præceptoribus non quidem primò respiciuntur, sed utilitas discipulorum: Scribit Libanius ad Basilium, cum ipsi pauperculum studiosum commendasset; epist. CXLV. f. 939. B. Attamen debentur ipsis pro labore fideliter exantlato, & dabantur etiam large, donec seculum hoc laberetur; Quod doceat nos Lipsius in Lovanio, lib. III. c. 7. Postquam enim veterum liberalitatem erga Professores & Præceptores laudasset, subdit p. 109. *Manserunt stipendia ista ad Symmachi ævum (Valentiniani, Theodosij, Arcadij Principum) cum rebus labentibus, artiumq; etiam contemptu*, Romanæ juventutis Magistris, inquit, (Symmachus lib. V. ep. 33.) detracta sunt subsidia solennis alimoniæ. Huc pertinent *privilegia* Doctoribus publicis concessa ab Impp. de quibus lege codicem de Profes. & Med. & confer Cent. IV. Magd. c. 7. f. m. 288. Salaria. Privilegia.

§. 23. *Disciplina* Scholastica non insuper habebatur. Instar, sed ludicrum, nec ex omni parte laudandum, erat. Athenis cum novitios initiarent veterani; Refert illud Gregorius Naz. orat. in laudem Basilii, XXX. f. 498. & quidem his verbis: *Attica hæc illis consuetudo est, ludusq; rei seriæ admixtus* &c. Prolixe reliqua recenset, quæ apud ipsum vide. Disciplina.

§. 24. Magis probaverim, quod Romæ quietior fuerit studiorum locus, laudante Augustino lib. 5. confess. c. 8. Egisti porro mecum (*sic ille ad Deum*) ut mihi persuaderetur Romam pergere, & potius ibi docere, quod docebam Carthagine. *Quæ vero caussa?* Illa erat tunc caussa maxima, & pene sola, quod audieram, quietius ibi studere adolescentes, & ordinatiore disciplinæ coërcitione sedari: ne in ejus scholam, quo Magistro non utuntur, passim & protervè irruant, nec eos admitti omnino, nisi ille permiserit.

§. 25. Simul patet hinc, scholas suis quoque sive *naevis*, sive *vitiis* laborasse. In his præter dicta numeraverim invidiam veteranorum erga novitios, qualem refert Nazianzenus in laud. Basilii orat. XXX. f. 498. D. Nonnulli, *inquiens*, jampridem Nævi.

» dem cum ipso (*loquitur de Basilio*) familiaritate & amicitia conjun-
» cti, utpote ex patre ac veteri sodalitio (Nam in illius schola insti-
» tuti fuerant) ad ipsum per amicitiæ speciem accedentes (invidia
» autem non benevolentia ducebantur) contentiosis potius quam
» doctis & argutis interrogationibus eum urgebant, ac primo im-
» petu subjicere conabantur; tum quod egregiam ipsius indolem
» jam pridem nossent, tum quod ipsi tantum honoris eo tempore
» haberi permolestè ferrent. Grave enim minimeque ferendum
» esse, eos, qui philosophica pallia priores induissent, atque in ra-
» tione scitè & facunde dicendi elaborassent, extero & novitio ne-
» quaquam anteferri. Fatetur Gregorius, sese ejusmodi alastorum specie captum pro ipsis adversus Basilium stetisse, *Ego autem*, inquiens, *ille Athenarum amans ac studiosus (non enim eorum invidiam senseram, frontis integumento fidem habens) Athenarum gloriam in ipsis convulsam celerrimèq; contemptam indigno animo ferens, succumbentes adolescentes jam & terga vertentes reducta disputatione suffulciebam, atque auxilij mei momentum afferens (in talibus autem rebus vel perexigua accessio quidvis potest) æqualia, ut ille ait, prælii capita constitui. At*, pergit, *ubi disputationis arcanum intellexi, quod jam ne contineri quidem poterat, sed jam perspicuè detegebatur, repente mutato consilio remigationem ad puppim converti, ab illius partibus stans, dubiamq; victoriam reddidi.* In hac morum corruptione, præstat unum vel alterum ex melioribus sibi deligere amicum, cæteros facete missos: *Nec enim*, Nazianzenus iterum refert, *cum flagitiosissimis ac petulantissimis quibusq; sodalium nostrorum consuetudinem habebamus, sed cum optimis & honestissimis, nec cum pugnacissimis, sed cum tranquillissimis & pacatissimis, iisq; quorum consuetudo maximos fructus afferebat.*

Ecclesiasticum in Catechesi occupatum

§. 26. *Ecclesiasticum* quoque *Ministerium* Scholastico officio fungebatur non solum eo modo, quo diximus, sed etiam in *Catechesi* tradenda. Κατηχεῖν significat viva voce aliquem docere, ut ipse eruditus reddat interrogatus tandem responsum. Hinc est *Catechesis*, κατήχησις, norma & forma ipsa docendi; Et est vel rudior, vel elaboratior, & plenior; Rudior complectitur κεφαλαιώδεις εἰσαγωγὰς *summa rudimentorum fidei capita*; appellante Cyrillo Catech. IV. f. 26. C. vel, uti f. 36. vocat, εἰσαγωγικὰ μαθήματα, *introductiones institutionum*; Elaboratior autem subtiliora fidei

dei capita; quæ Cyrillus vocat φωτεινότερον καὶ εὐανθέστερον λειμῶνα *splendidiorem & fragrantiorem paradisi campum*; Dionysius confert *sancto sanctorum*, in quo *arcana Dei revereamur*; de Eccles. Hier. c. 1. n. 1. confer dicta sect. I. §. 90.

§. 27. *Catechetæ* dicuntur illi, qui Catechetica præcepta tradunt: λόγον ἐξ ἀρχῆς σπείροντες, *verbum a principio seminantes*; describente Athanas. orat. III adversus Arian. f. 405. Hoc vero præstabant consueti Ecclesiarum ministri, Episcopi nempe, Presbyteri, atque Diaconi. *Episcopi*, ut erat Gregorius Nazianzenus, cujus oratio XL in eo tota est, ut Catechumenos instruat, & impellat ad suscipiendum baptismum; Gregorius Nyssenus Episcopus scripsit Catecheticum majorem, quem non immerito penum Christiana scientia refertissimum dixeris; Cyrilli Episcopi Hierosolymitani Catecheses illuminatorum & Mystagogica in vulgus notæ sunt. Augustinus adhuc *Presbyter* scripsit de fide & symbolo, in gratiam Catechumenorum. Schola Alexandrina jam inde à Marco usq; ad hoc seculum, & tempora Hieronymi, habuit Magistros κατηχήσεων *Presbyteros*. Cyrillus adhuc *Diaconus* præfectus est erudiendis Catechumenis, & putatur à nonnullis Diaconus adhuc Catecheses suas scripsisse. Confer ex vetustioribus Dionysium Areop. c. VI. Eccles. Hier. f. m. 329. ubi officium & objecta Diaconorum prolixe exponit; sicut & cap. V. præced. fecerat, nempe in eo situm, ut circa Catechumenos informandos, & instruendos essent occupati: Eleganter autem describit, quod à Ministris seu diaconis Catechumenus τοῖς μαιευτικοῖς λογίοις πρὸς ζωτικὴν ἀπότεξιν μορφῶται τε καὶ διαπλάττηται: *ad vitalem partum verbis obstetricantibus formetur, & effingatur*. Ex recentioribus Cellot. Hierarch. lib. VI. c. 25.

ut. Catechetæ

Episcopi

Presbyteri, & Diaconi.

§. 28. *Catechumeni* Catechetarum discipuli & Auditores erant. Alii enim Christianorum incipientes, alii proficientes, alii consummati. *Incipientes* dicebantur & *Audientes*, eo quod rudes à principiis Christianæ fidei audire jubebantur docentes, ut discerent prius, quam de rebus fidei ipsi loquerentur. *Proficientes* dicebantur etiam *competentes*, eo quod in mysteriis fidei addiscendis eo profecerant, ut petere baptismum possent: Sic explicat Isidorus Hispal. lib. II. de offic. Eccles. p. 119. *Post catechume-*

Catechumeni. vel incipientes. vel proficientes.

nos secundus Competentium gradus est. Competentes autem sunt, qui cum post doctrinam fidei, post continentiam vitæ, ad gratiam Christi percipiendam festinant, ideoq; appellati sunt Competentes, i.e. gratiam Christi petentes. Nam Catechumeni tantum audiunt, nec dum petunt; Sunt enim quasi hospites, & vicini fidelium, deforis audiunt mysteria, audiunt gratiam, sed adhuc non appellantur fideles; Competentes autem jam petunt, jam accipiunt, jam Catechizantur, i.e. imbuuntur instructione fidei, & Sacramentorum. Denique *consummati* dicebantur etiam *Electi*, nempe admissi ad baptismum suscipiendum; uti videre est ex Siricii epist. 1. ad Himmer. Tarrac. c 2. t. 1. Concil.

Catechizationis gradus;

§. 29. *Catechizatio* suos habebat *gradus*: incipiens à paucioribus, facilioribus, & maxime necessariis, progrediens subinde ad plura, difficiliora, & sublimiora, donec Catechumeni capaces essent Sacramentorum suscipiendorum. *Præcepta* autem est à Christo, quando baptismum instituit, & suos discipulos jussit omnes gentes docere, & discipulos sibi facere; Quod Christi præceptum Basilius lib. 1. c. 1. de Baptism. per totum urget &

initium.

explicat. *Initium* fiebat à *dogmatibus ἀναγκαίοις necessariis*, uti vocat Cyrillus Catech. IV. f. 24. qualia recenset dogmata de DEO, Christo, ejusque generatione ex virgine, passione, morte, & sepultura, & resurrectione, ascensione & futuro judicio; De Spiritu S. de anima, corpore, cibis & resurrectione hominis; quæ dogmata summatim in Symbolo Apostolico comprehenduntur, extracto ex S. Scripturis, unde & hunc articulum inter dogmata Cat-

& progressus.

echetica refert. *Progressus* fiebat ad sublimiora; quod videmus ex Gregorii Nysseni Oratione M. Catechetica t. 3. f. 43. Tractat enim accuratius articulum de DEO, in essentia uno, & trino in personis, de incarnatione Filii Dei, de peccato & ejus pœna, morte; de merito Christi, de attributis divinis & humanis: de redemptione hominis, de libero ipsius arbitrio; de baptismo denique, & ejus effectu. Hos & similes articulos recenset etiam Basilius lib. 1. de bapt. c. 1. f. 642. C. *Complementum* erant Catecheses Mystagogicæ; quas vocat Cyrillus, *περὶ τὰς νεοφωτίστους ad recens illuminatos*, Catech. Myst. 1. f. 227. Quinque illarum sunt; in 1 explicat Symbola baptismalia: in 2 baptismum ipsum; in 3 Chrisma; in 4 Eucharistiam; in 5 novam obedientiam. In talibus

bus qui erant exercitati, dicebantur *epopta*, & describuntur à Dionysio Areop. epist. IX. f. 798. B. *Studiosi sanctitatis, utpote expediti ab omni puerili cogitatione in sacris Symbolis, & qui acie mentis & ingenii facultate, ad contemplandum idonea, veritatem simplicem, & supra naturam symbolorum collocatam assequi possunt.* Priusquam vero huc veniretur, obstabant quandoque præconceptæ quorundam Catechumenorum opiniones, prius removendæ, idoneis cuique argumentis, consilium dante Gregorio Nysseno orat. Catech. præfat. f. 44. tom. 3. A. *Oportet, sicut dictum est, verba facere, intuendo ad hominum opiniones, convenienter errori singulorum, proferendo in qualibet disputatione quædam principia & propositiones rationi consentaneas, ut per ea, quæ ambo fatentur (διὰ τῶν παρ' ἀμφοτέροις ὁμολογουμένων) & de quibus constat, consequenter aperiatur quid cogitent & sentiant.* Officium hoc erat Diaconorum, ut præpararent homines ad usum & conspectum sacramentorum. vid Dionys. Areop. c. VI. Hier. Eccles. §. 1.

§. 30. Operæ pretium erat Catechesibus immorari, ut solide imbiberentur, & in succum & sanguinem converterentur. *Perseveres in Catechesibus, etiamsi longo sermone producantur, ne forte aliquando mens tua deficiat.* Monitum est Cyrilli præfat. Catech. f. 15. B. Neque subsistendum in vestibulo, sed ad intimiora etiam mysteria penetrandum erat: *Qui enim pie infinita persequitur, etsi non contingat aliquando, tamen proficiet prodeundo.* ita Hilarius lib. II. de Trin. f m. 16. Ratio inter alias etiam ea est, quod tentemur ab hæreticis, oportet igitur instructos nos esse accuratiore armorum notitia: *Compellimur* (ait idem f. 13.) *Hæreticorum & blasphemantium vitio, illicita agere, ardua scandere, ineffabilia eloqui, inconcessa præsumere; & cum sola fide expleri quæ præcepta sunt oporteret, adorare scilicet Patrem, & cum eo venerari Filium, Sancto Spiritu abundare, cogimur sermonis nostri humilitatem ad ea, quæ inenarrabilia sunt, extendere, & in vitium vitio coarctamur alieno; ut quæ contineri religione mentium oportuisset, nunc in periculum humani eloquii proferantur.* Attamen nec statim summa hæc & sublimiora fidei capita attingenda erant; *Non idem tamen doctrinæ modus convenit omnibus Auditoribus, sed pro religionum diversitate mutanda & accommodanda erit Catechesis, orationis quidem eundem sibi proponendo scopum, & ad eum*

& perseverantia.

eum intuendo, sed non eodem modo probando & confirmando: ratiorem subjungit ab exemplis, quorum quædam recenset, *Alius enim*, inquiens, *opinionibus est anticipatus, qui stat à partibus Iudæorum, & alius, qui favet Græcis, Anomœusq; & Manichæus, & Marcionistæ, & Valentiniani, & Basilidiani, & cæteri aberrantes assectæ sectarum & hæresum, singuli propriam anticipatam habentes opinionem, efficiunt, ut sit necessario decertandum adversus ea quæ opinantur.* verba sunt Gregorii Nysseni orat. Catech. M. t. III. f. 43. C. Cum quibus conferri possunt, quæ habet Nazianzenus orat. XL in Baptism. f. m. 647. B. 648. C. ex professo de ordine hoc disputans; Et Basilius ad Amphiloch. de Spir. Sanct. c. 27. f. 211. & reg. III. fusius disp. t. 2. f. 420. D. & ante hos Eusebius lib. XII. de præp. Evang. c. 7. seqq. qui ordinem hunc ex ipso Platone confirmat. Item Dionysius Areopag. de Eccles. Hierarch. c. 1. Cyrillus Hierosol. præfat. in Catech. f. 16. seqq.

Seculi Quarti

Artic. II. Sect. IV.

De

EPISCOPIS SEDIUM PATRIARCHALIUM.

Argumentum.

Explicantur nomina, res gestæ, & fata, Episcoporum Romanorum, Constantinopolitanorum, Antiochenorum, Alexandrinorum, & & in his Athanasii, qui & prolixius vindicatur; & Hierosolymitanorum, omissis aliorum Episcoporum & Ecclesiæ Ministrorum descriptionibus: usus hujus loci.

§. I.

§. I.

POstquam de ministerio in genere diximus, & specialius de variis ejus ordinibus, sive gradibus operæ pretium erit, de singulis quoque Episcopis, & eminentiorum quidem sedium, quædam recensere; De omnibus enim omnium locorum antistitibus verba facere, & in hoc quidem compendio nostro historico, ut prolixius foret, propter copiam personarum; ita Lectori forte tædiosum, nec adeo fructuosum; Hoc, quod de multis nihil memoria fere dignum sit annotatum; illud, quod, quæ lectu digna sunt, hinc inde allegata legerit.

§. 2. I. *Romani Episcopi* fuerunt (1) *Marcellus* Marcellini successor, adeoque illi invicem distincti, quanquam juxta solos Latinos; ut est Optatus Milev. lib. II. adv. Parm. p.m. 40. dum refert, *Marcellino Marcellum* successisse; Et Augustinum epist. CLXV. p.m. 868 qui eadem scribit; Nam Græci, e.g. Euseb. Cæsareensis in chronico. & Niceph. Episc. in Chron. & Nic. Callist. hist. lib. 6. c. 34. *eumdem eum putant cum Marcellino*, notante Baronio Martyrol. ad d. 16. Januarij. Dissensus est etiam in annis successionis; Nam liber de Romanis Pontificibus, Damaso auctori vulgo adscriptus, numerat annos septem, menses sex, dies 25. quibus sedes Pontificia post Marcellinum vacarit; id quod Baronius an. 304. n. 26. pro *commento* habet, auctori ipsi contrario, vel pro loci depravatione: pro quo legendum, *menses sex, & dies 25*. Alij, & in his Platina, in vita Marcelli, contenti sunt 25 diebus; Quid Baronius? *quod vacationis Marcellini mensium atq; dierum numerus ab aliis diversus ponitur, & tempus, quo Marcellus sedit, variè notatur, haud quid certum de his affirmari posse videtur.* Sicut autem tempus Marcelli huius incertum est, ita etiam res gestæ; Neque enim in probatis historiis quicquam de ipso memoria dignum refertur; In cacabulo, uti Platina legit, vel Catabulo, ut Baronius, sub Maxentio (non sub Maximiano, ut aliis placet) *pedore & situ mortuus* esse, traditur, eiusque memoria colitur d. 16. Januarij.

Episcopi I. Romani. ut Marcellus.

Digitized by Google

Eusebius.

§. 3. (2) *Eusebius.* Subjungitur ab Optato, & Augustino loc. cit. Marcello; A Theodoreto lib 1. hist. c. 3. plane tacetur. Ab Eusebio in Chronicis refertur ad annum XX Diocletiani, qui annus CCCV Christi putatur, ibidemque refertur sedisse menses VII. Contra Baronius eum refert ad annum Christi 309; Et sedisse ait annos tres; obiisse enim an. 311. (n. 40.) ubi idem fatetur, *nimis discrepans ab his tempus repertri adscriptum in tabulis Ecclesiasticis, nimirum annorum sex, mensis unius, & dierum trium.* Baronio *magis placuit, sequi indicem Cresconianum, in quo Eusebij sedes* duorum *annorum, mensis unius, & dierum 25 spatio notata habetur.* Onuphrius numerat menses 7 d. 27. Platina *sex annos, mensem unum, & dies tres* seligit. Quæ qui concilient invicem, viderint, quorum interest. Ejus tanquam *Confessoris* memoria celebratur die 26 Septembris. *Quod pertinet ad res ab eo gestas, obscura plane, inopia scriptorum, vel scriptarum rerum inopia, ejus memoria est*: ingenue fatetur Baronius n. 41. & refutat, ut & Onuphrius ad Platinam, quæ de inventione crucis sub hoc papa retulerat liber de Pontificibus Romanis. Conferdicta Articul. 1. § 140.

Miltiades.

§. 4. (3) *Melchiades,* qui & *Miltiades,* & rectius quidem, juxta Onuphrium in notis ad Platin. dicitur, juxta Chronicon Eusebianum, Episcopus Romanus factus est anno Christi 305; sed juxta Baronium anno 311; *Consulatu Maximini nono uig, ad Maxentium, secundo consulem, qui fuit mense Septembru, Volusiano & Ruffino Coss.* ut quidem habet liber de Pontificibus Romanis, sed *omnia plane inversa,* judicio Baronii. n. 43. *Gesta* quædam ipsius leguntur apud Augustinum, lib. ad Donatist. post col. c. 12. in fin. & c 13. nempe, quod, Presbyter adhuc, miserit *Diaconos cum literis Maxentij Imp. & Prefecti Pratorio ad Prefectum urbis, ut reciperet loca, quæ fuerant à Christianis tempore persecutionis ablata*; quamvis hæc ex relatione Donatistarum. Episcopus factus, occupatus fuit in caussa Cæciliani adversus Donatistas asserenda, Constantino M. id negocii ipsi deferente, vide literas Imperatoris ad hunc Episcopum apud Euseb. lib. X. hist. c. 1. Id quod magnam ipsi invidiam conflavit apud Donatistas; Nam in Traditorum numerum & ipsum retulerunt, sine tamen ullo fundamento, ut patuit in Collatione Carthaginensi. *Maximini jussu Martyrio coronatum* fuisse, tradit

Pla-

Digitized by Google

Platina; ſed Onuphrius in annotat. diſſentit, quandoquidem ſub Conſtantino M. adhuc ſuperfuerit Miltiades; nec vel Optatus, vel Euſebius vel Damaſus de ipſius martyrio quicquam narrarint. *Elogium* habet Auguſtin. ep. 162.

§. 5. (4) *Sylveſter.* I. Succeſſit Miltiadi, ut eſt apud Optatum Milev. Auguſtinum epiſt. 165; Theodoret. lib. 1. hiſt. c. 2. Et quidem juxta computum Baronii anno 314. & ſedit uſque ad an. 335. quo obiit, juxta eundem, & Epitomatores, adeoque ſediſſet annos XXI. Contra Platina refert, *ſediſſe annos tres & viginti, menſes decem, dies* 11. Plures numerat Nicephorus Chronologus; numerat enim annos 28; pauciores Euſebius & Hieronymus in chronico, nempe annos tantum 19; Medii ſunt, qui annos 24 & menſes aliquot agnoſcunt: recenſente ipſomet Baronio an. 335. n. 58. qui ei tribuit *menſes novem, minus diebus novem*, præter annos XXI. Quod *Acta* ipſius attinet, *vix pauca injuria temporis tanti Pontificis memoriæ commendata reperimus*; ita ut *res ipſius geſtæ in terris nobis obſcuræ ſint*: conquerente eodem annaliſta an. 335. n. 59; Quæ de ipſo vulgo referuntur, concernunt vel *officium* ejus, ut quod Concilio Arelatenſi priori ſuos legatos intereſſe voluerit, ut ex fragmentis docet Balduinus ad Optatum Milev. Quæ certiora ſunt illis à Baronio ad an. 318. n. 88 & 89 relatis, tanquam Sylveſter auditis Arii motibus, non quieverit, ſed & hæreſin ſurgentem ſupprimere, & fratres invicem conciliare, ſategerit; Nam unde hæc habet Baronius? forte ex veterum aliquo monumento? nullo. Unde ergo? Scilicet ex verbis Chriſti ad Petrum: *Tu aliquando converſus confirma fratres tuos*! Pontifices ergo Romani vi dicti hujus omnibus ſe Eccleſiæ negociis immiſcuerint, quod quis crediderit? Similis farinæ eſt, quod tradit n. 8. 9. Sylveſtri hujus auſpiciis Hoſium in Orientem & meridiem fuiſſe miſſum; Nam nec hujus vola vel veſtigium in antiquitate exſtat. Quod vero inde iſte probare vult, quia Oſius fuit *Apoſtolicæ ſedis legatus*, hoc vero eſt incertum per æque incertum probare. Conſtantinus M. habens jus Epiſcopale nemo alius, legatum illum miſit, juxta unanimem hiſtoriæ huius ſeculi conſenſum. In Creſconiana collectione habentur literæ Nicænorum Patrum ad Sylveſtrum, & hujus ad iſtos; Sed iſtæ ita corruptæ ſunt, ut Baronius *emendare* Sylveſter.

scil. eas coactus fuerit; de his vero fateri, quod sint & ipsæ *mendosissimæ, & ob consules perperam positos commentitiæ*, an. 325. n. 171. Cujus farinæ sunt & *Acta* Conciliorum Romanorum à Sylvestro habitorum; Nam præterquam quod *fragmenta* qualiacunque solum supersint de eo, quod habitum esse dicitur anno 325; insuper compilator ejusdem hinc inde *hallucinatus* est. *Attexitur* huic *aliud Concilium Romanum ab eodem Sylvestro Pontifice celebratum, ut illic dicitur, eodem tempore, quo Nicææ magnum concilium ageretur, XIII Kalend. Iulij; sed haud certa fide & ratione consistere posse videtur* Baronio n. 201. ita ut *uno aliquo mendacio tota illa narratio suspecta reddatur*. l. c. Confer præmissa artic. 1. §. 82. p. 68. 69. & quæ de *Actis* Sylvestri dicta sunt §. 127. p. 214. unde judicium ferre poteris de iis, quæ concernerent *virtutem* ejus, præsertim in miraculis edendis. Verumenimvero diffiteri non potuit Baronius, Actorum istorum cætera admirator, *acta nonnihil corrupta esse, & aliquibus superadditis depravata, cum nonnulla mendaciter scripta habeant, veritati historicæ superapposita, atq; conficta, quod nemo jure inficias ire poterit*. an. 324. n. 97. Huc refert, quæ de dracone Sylvestri virtute domito referunt, ex quo ungue reliquum leonem discas. Fabulam de *donatione* ipsi à *Constantino M.* facta protrivimus artic. 1. §. 88. p. 79. Nec certiora sunt, quæ Hadrianus Papa ad Carolum M. de hoc ipso Sylvestro scripsit, utpote ex corruptis istis Actis desumpta. *Memoria* ejus celebratur d. 31 Xbris: ut videre est apud Baronium dicta die in Martyrol. Eo autem elogiorum ejus progreditur, ut in annal. an 335. n. 59. scribere non sit veritus: *extitit* (Sylvester) *auctoritate Christus*!

Marcus. §. 6. (5) *Marcus* successit Sylvestro, juxta Optatum & Augustinum locis sæpius citatis; anno 335. juxta Baronium; sed quot annos, vel menses sederit, inter auctores non convenit: Chronicon Hieronymi octo solum menses ei tribuit, quorsum & Sozomenus digitum intendit, ad *exiguum tempus* sedem ipsum tenuisse referens, lib. II. c. 20. Platina ipsi assignat annos duos, & menses octo, dies 20; quam diversitatem refert, sed non conciliat, Baronius an. 336. n. 61. Quædam de ipso refert liber de Pontificibus Romanis, sed quæ ipsi Baronio displicent, utpote parum è re Pontificia, ut quod refert de constitutione Episcopi Ostiensis, qui con-

ed by Google

consecret Episcopos urbis. Ego in eundem censum retulerim, quæ de *pallio* idem liber habet.

§. 7. (6) *Iulius* I. Marco successit, juxta Optatum, Augustinum &c. Seditque annos 16; Si quidem Episcopus factus est anno 336, & mortuus, anno 352, ut vult Baronius. Illustrius est ipsius, quam antecessorum, nomen in Actis hujus seculi, partim propter *scripta*, de quibus supra, artic. 1. tit. Julius dictum est; partim, & maximè quidem, propter *res gestas* in caussa orthodoxorum, adversus Arianos præcipuè. Cum enim Ariani in oriente dominarentur, Julius in occidente orthodoxiæ patrocinabatur, recipiens, & fovens ejus professores, ab Arianis vim & injuriam passos: Tales erant Athanasius, Marcellus, Episcopi ex Oriente & Ægypto profugi; Hos ille recipiebat, defendebat, literis scriptis commendabat; Arianos contra, ut Gregorium Alexandrinum, repudiabat, excommunicabat, pœnitentes in communionem Ecclesiasticam recipiebat, ut exemplo Ursacii & Valentis declarari potest; Colligebat concilia, nempe aliquot Romana, quintum, sextum, & septimum, (ut vidimus artic. 1. §. 82. p. 69.) in eadem causa occupatus. Unde mirum non est, quod Arianos adeo adversarios habuerit, ut ipsum etiam excommunicarent in concilio Philippopolitano. Veras hasce laudes ut denegare ipsi nolumus, ita vice versa nec dissimulare volumus, hac occasione, nempe certamine inter orientales eum studiose usum, vel potius abusum, esse ad extendendas, & latius quidem, fimbrias suas, tanquam Orientalis Ecclesia, & eius Doctores, Cathedræ Romanæ subessent, cui tamen plus potestatis in Orientales non competebat, quam fratri in fratres: Unde factum est, ut Orientales in Concilio Antiocheno collecti, non Ariani solum, sed & Homousiani, atque adeo orthodoxi (vide dicta ad concilium hoc supra artic. 1. §. 82. p. 52. seq.) scriptis literis fastum ipsius nonnihil castigarent, & editis canonibus reprimerent. Confer dicta artic. II. sect. 2. §. 78. Quædam præterea privilegia, vel ἐξοχὰς, ei tribuunt Papæo-Monarchici scriptores, sed falsò eas ipsi tribui, dabit, Deo volente, examen objectionum, quas pro sese, suoque Papa, facere solent, inferius instituendum. Iulius I.

Liberius.

§. 8. (7) *Liberius.* Successit Julio; Nam hic, juxta Chronicon Hieronymi, fuit Episcopus Romanus *tricesimus tertius*; iste vero, *quartus*, anno Constantii Imp. XII Christi 350. Baronius & Spondanus ponunt annum 352. Platina refert sedisse ipsum annos sex, menses tres, dies quatuor: Contra, Bullarium Romanum, & alii, numerant annos XV. menses IV. dies 17. Marianus Scotus XVIIII; Fuit autem & hic inter celebriores hujus seculi Episcopos Romanos, qui aliquandiu orthodoxiam, & eius professores, strenuè fovit, adeo, ut maluerit exsilium pati, quam in Conc. Mediolanensi adversus Athanasium, urgente licet Imperatore, subscribere: *victus tamen exilii tædio in hæreticam pravitatē* tandem *subscripsit*: referente Hieronymo in Chronico, de quo, ut & de scriptis, supra artic. 1. tit. Liberius, pluribus dictum est. Confer Launoj. t. 5. epist. ad Felicem Philippæum Brossæum, & Sand. l. 2. hist. enucl. p. 105.

Felix.

§. 9. (8) Liberio substitutus est quidam *Felix*, hactenus Diaconus, favore Arianorum, auspiciis Constantii Imp. Ministerio Ursacii & Valentis Episcopp. Acacium addit Hieronymus in Catalogo, titulo Acacius. Confer Chron. an. Chr. 350. Socrat. lib. II. hist. c. 37. Soz. lib. IV. c. 11. f. 552. Sand. l. c. post Athanasium in epistola ad Solitarios, & Ruffin. lib. 1. c. 22. Excitatis palam est, Felicem, si non omnino Arianum, Syncretistam saltem fuisse, dum communicavit cum Arianis adversus Athanasium. Certe hinc *factum est, ut in Ecclesiam, dum intus esset, nemo civium Romanorum sit ingressus*, referente Theodor. lib. II. c. 14. Sedit, juxta Bellar. Chronol. annum 1, menses 3, vivente Liberio. An autem omnino Episcopus Romanus fuerit? quæstio est; cum videatur ipsius ordinatio, utpote ab Arianis facta, *nullarum virium* fuisse, juxta Spond. an. 355. n. 10.

Leo.

§. 10. Felici quis successerit, etiam sub judice his est. Nam Conradus Halberstadensis narrat, Felici successisse quendam *Leonem*, quem etiam *Arianum* fuisse refert, & Hilarii Pictavensis adversarium; vide fabellam de hoc Indicam apud Cent. Magdeb. IV. c. 10. f. m. 747: Vulgo subjiciunt Felici Liberium, ab exilio

Damasus & Vrsicinus.

reducem, & utrique *Damasum*. cujus & patria, & ætas controversa sunt; sicut & controversa fuit electio, utpote qui adversarium & æmulum habuit quendam *Vrsicinum* vel Ursinum, inter

quem

quem & istum tanta exarsit controversia, ὥστε ἐν τῇ παροιμίᾳ πολλοὺς διαφθαρῆναι, *ut ex ea concertatione plurimi interierint*, referente Socr. lib. IV. c. 29. Hieronymus in Chronico anno 11 Valentiniani refert: *Romanæ Ecclesiæ tricesimus quintus ordinatur Episcopus Damasus, & non post multum temporis intervallum Vrsinus à quibusdam Episcopis constitutus Sicinnium cum suis invadit: quo Damasianæ partis populo confluente crudelissimæ interfectiones diversi sexus perpetratæ:* De eodem facto verba Spondani sunt hæc: *Magnos tunc obortos esse tumultus, imo & multas cædes in eadem basilica Sicinini factas, Rufinus, Socrates, Sozom. Nicephorus, aliiq; testantur. Quin & ipse Ammianus, homo Ethnicus, de his agens, asserit, in ea uno die reperta esse centum triginta septem cadavera peremptorum; ita ut Viventius Præfectus urbis, hæc corrigere aut mollire non sufficiens, vi magna coactus secesserit in suburbanum.* §. 3. Certarunt autem de Episcopatu Romano, quem ordinantibus quibusdam ἀσήμοις καὶ ἀνεπιφάνοις *obscuris Episcopis* Ursinus ad sese raptabat. Disputari posset, uter genuinus extiterit Episcopus? Damasus, an Ursicinus? Certe Nicephorus in Chronico extra numerum Episcoporum Romanorum collocat Damasum; forte quod cruento modo (interfectis nempe 137 hominibus) Episcopatum adversus Ursicinum obtinuisset, Marcellinus Presbyter refert, Ursicinum creatum esse Episcopum ante Damasum, idque in eo libro, quem una cum Faustino Diacono obtulit postea Imperatori Theodosio; Spondanus equidem elevat fidem Marcellini, quod fuerit bis schismaticus, & Ursicini assecla; quid tum? probandum, quod falso ea retulerit; certè non præsumitur, ausus Imperatori Theodosio librum offerre; & σύγχρονος ille facto fuit, quare (nisi alia obstiterint,) major ipsi fides debetur præ recentioribus. Christ. Sandius Enucl. hist. lib. 2. p. 151, Ursinum hunc transformat in Liberianum, & Arianismũ, Hieronymo teste, eum sapuisse tradit, quod Pontificiis refutandum relinquimus. Nec suspicione caret Damasus: scribit enim Marcellinus Presb. de Schis. Ursic. citante Spondano an. 367. §. 3. quod fuerit *ex partibus Felicis*; Felicem autem Arianum, certe Syncretistam fuisse, paulo ante ostendimus; *Pars igitur adversa indigne ferens, ex communione Felicis electum esse Pontificem, una cum Diaconis Romanæ Ecclesiæ conspirans, collectáq; factiosorum hominum*

nnm

num manu, occupans basilicam Sicinini in Regione quinta urbis juxta forum Exquilinum, Vrsicinum Diaconum creavit Romanum Episcopum. scribit idem Spondanus. Quid si ideo id fecissent, quod cum socio Ariani nihil negocii habere voluerint? Damasus etiam adulterii fuit accusatus, quare *virgo* non fuisset, ut quidem Hieronymus eum salutat; Neque habitus sapiebat simplicitatem Apostolicam, ut quidem Marcellinus historicus Ethnicus eum describit, ut *ditatus* fuerit ille, & alii Clerici Romani, *Matronarum oblationibus, processerintq; vehiculis insidentes, circumspectè vestiti, epulas curantes profusas, adeo, ut eorum convivia regales superarint epulas*: & fuerit, qui dixerit: *Facite me Romanæ urbis Episcopum, & ero protinus Christianus.* Quod quidem vehementer placet Spondano, utpote olens pinguiorem culinam! Fertur autem ab anno 367 sedisse octodecim annos. Utiliter usus est Hieronymi opera in re literaria, Biblica præsertim; Et hinc celebriores inter Pontifices huius quidem seculi computatus est. Quæ templa erexisse, quotque Presbyteros, & Diaconos creasse referatur, videre est apud Platinam in eius vita.

Siricius. §. II. *Siricius Damaso successit; Hodie, qui noster est socius; cum quo nobis totus orbis commercio formatarum in una communionis societate concordat.* verba sunt Optati Milevit. lib. II. adv. Parm. Prosper in Chronico refert ad annum VI Imperii Gratiani & Valentiniani, qui est CCCXXXV post N. Ch. *Romanæ Ecclesiæ*, inquiens, *post Damasum tricesimus sextus Sericus præfuit Annis XVI.* Appellat Sericum, alii, & vulgo quidem, Siricium. Sandius loc. cit. putat Ursinum & Siricium eundem esse, eo quod Prosper Damasi successorem vocet Ursinum; sed falsum est, quod Prosper Ursinum vocet successorem Damasi; Sericum enim, seu Siricium vocat; Ursinum vero ait electum esse à quibusdam Episcopum paulo post Damasum electum; qui propterea Siricius esse non potest; hic enim octodecim post annos electus est. Hermannus vero Contractus Damaso substituit Ursinum, *Romæ*, referens, *post Damasum Vrsinus* XXXVI *Papa sedit annis* XIV. concilient hæc cum aliis, qui salvam volunt auctoritatem Hermanni Contracti, & seriem Pontificum Romanorum. Nam Hermannus Siricii nullam plane mentionem facit. Ex Presbytero electus est Romanus Episcopus *non sine tumultu Vrsicini*

cini schismatici, quod ex literis Valentiniani Imperatoris ad Pinianum Præfectum docet Baronius an. 385. n. 5. verba sunt hæc: *quoniam religiosum Siricium Antistitem sanctitatis sic præesse sacerdotio voluerunt, ut Vrsinum improbum acclamationibus vicissim, nostro cum gaudio memoratus Episcopus ipse permaneat*: Observa obiter, Imperatorem Romanum habuisse potestatem confirmandi Episcopi Romani. Eruditos viros non adeo æstimasse videtur; Sub eius enim Episcopatu Hieronymus Roma recessit, quod *Pharisæorum conclamasset senatus, ut nullus scriba vel fictus, sed omnis quasi indicto sibi prælio doctrinarum adversus eum* (Hieronymum) *imperitia factio conjurasset*; quæ sunt ipsius Hieronymi verba præfat. in vers. Didym. de Spir. Sancto; præmiserat: *Cum in Babylone versarer, & purpurate meretricis essem colonus, & jure Quiritum viverem, volui garrire aliquid de Spiritu Sancto, & cœptum opusculum eiusdem urbis Pontifici dedicare; & ecce olla illa, quæ in Hieremia post baculum cernitur, à facie Aquilonis cœpit ardere*; An etiam Siricium putet? videtur quod sic; Siquidem *omnes* ea mente fuerunt. Certe Hieronymo non adeo bene cum Siricio convenit in caussa Joviniani, quippe quod Siricius, nec immerito, censuerit, Hieronymum matrimono in ea controversia fuisse iniquiorem. vide Baron. an. 390. n. 58. & 61. An pari dexteritate versatus sit in caussa Evagrii & Flaviani, Episcoporum Antiochenorum? quæritur; Negat Theodoretus, lib. V. c. 23. docens, ut Siricius Evagrio adversus Flavianum invitis canonibus fuerit patrocinatus. Confer Baron. an. 389. n. 64. de scriptis, quæ diximus artic. 1. §. 278.

§. 12. Siricio successit *Anastasius*, anno 398; de quo in seculo seq. Deo volente. *Nicea* cuiusdam *Romaciana* urbis Episcopi meminit circa hæc tempora Gennadius in catalogo, c. 22. & putat Sandius hist. enucl. l. 2. intelligi *Romana civitatis Episcopum*. Anastasius.

§. 13. II. *Constantinopolitani*. In his fuit 1. *Metrophanes*, de quo nihil adeo memoratu dignum in historicis occurrit. 2. *Alexander*. Celebris fuit non tam eruditione, quam virtutibus, & donis quibusdam Apostolicis; Nam contra Arium precibus magis, quam argumentis disceptavit, & obtinuit quod è re Ecclesiæ erat; Nam paulo post Arius extinctus est. Idem Philosophum II. Constantinopolitani. Metrophanes. Alexander.

disputaturientem ita increpuisse fertur, ut obmutesceret. vide Socr. l. 2. c. 6. Cent. Magd. IV. c. 10. f. m. 648. 649. qui subjungunt *Pantoleontα* quendam, sed unde auctorum, non addunt; videtur esse fictitius. 3. *Eusebius* Nicomediensis, Arianorum signifer, factionis istius favore intrusus est in sedem Episcopalem; postea depositus, iterum tamen receptus est in gratiam, oblato pœnitentiæ libello; Antequam hoc fieret 4. *Amphion* constitutus erat Episcopus, Eusebio recepto cedere loco coactus. Ab orthodoxis autem commendante Alexandro morituriente 5. *Paulus* in locum Alexandri electus fuerat; Presbyter ille fuerat, eruditus, didacticus, pius, & purus doctrina, de quo dissertationes extant Hen. Valesij, subjunctæ editioni novissimæ Socratis & Sozomeni. Adversarios nactus est Arianos, qui Macedonium elegerant, & eo tandem rem deduxerunt, ut Paulus, post molesta exilia, tandem strangularetur. vide Athan. apol. ad Constant. t. 1. f. 705. B. 813. B. Socr. lib. II. hist. c. 26. Spond. an. 340. n. 5. an. 351. n. 11. Post mortem corpus ipsius honorificè translatũ est, referente Soer. lib. V. c. 9. 6. *Macedonius*, ut intravit, ita regnavit, violento nempe modo; Nam orthodoxos persecutus est, ut quondam tyranni, vide l. II c. 27. Tandem Episcopatu abdicatus est, Et novam in hæresin incidit, πνευματομαχῶν effectus, unde factum, ut in concilio Constantinopolitano tanquam Hæresiarcha condemnaretur. vide Baronium ad annum 360. n. 18. & an. 381. n. 17. seqq: 7. *Eudoxius* ab Arianis Macedonio substitutus est, hæreticus hæretico; Eudoxius enim Arianus fuit, & Ætianus quidem, item Eunomianus; Sedit annos XIX. Eo mortuo Electus est 8. *Evagrius* ab orthodoxis, ordinatus ab Eustathio Antiocheno; *Demophilus* vero ab Arianis; sed jussu Valentis uterque relegatus est. vide Socr. lib. IV. c. 14. V. 3. Basil. epist. CCLIV. in locum ejus Ariani constituerunt quendam *Marinum*; & hoc decedente *Dorotheum* Antiochenum, refer. Socr. lib. V. c. 12. 9. *Gregorius* Nazianz hactenus Sasimorũ Episcopus, ab Imperatore & à Synodo Constantinopolitana evocatus est Constantinopolis Episcopus; interfuit etiam Synodo, & Episcopatum, licet ægre, suscepit; sed non diu tenuit, dum Ægyptii quendam *Maximum*, olim Cynicum Philosophum, ipsi substituerent; Quod cum acrem concitasset controversiam,

An Pantoleon? Eusebius. Amphion. Paulus. Macedonius Eudoxius. Evagrius. Demophilus, Martinus. Dorotheus. Gregorius Naz. Maximus.

versiam, Nazianzenus abdicato pacis ergo Episcopatu Constantinopolitano post transactum fere Constantinopoli triennium ad suos rediit. Neque tamen etiam Maximus sedem fixam tenuit; Nam abdicatus ea est; vide ipsa Nazianzeni scripta, orationes quasdam, & carmen de vita sua; ex recentioribus Spond. ad an. 378. n. 14. an. 379. n. 3. an. 381. n. 3. seq. Arianis sine dubio hæ lites perplacuerunt; iis enim cessit Nazianzenus, cujus fide Ecclesia Constantinopolitana ab Arianis fæcibus repurgari, & nitori orthodoxiæ restitui cœperat. Nazianzeni elogia legas supra Art. 1. §. 163. seqq: 10. *Nectarius*. Fuerat hic hactenus secularis, adhuc Catechumenus, rerum Theologicarum imperitus, sed specie venerabilis, & præ omnibus candidatis placuit Theodosio Imperatori, adeo, ut Episcopum eum nominaret. vide Socrat. lib. V. c. 8. Soz. lib. VII. c. 8. & 9. post Gregorium Naz. in vit. cui *vivum cadaver* audit, adeo ineptum censebat ad Episcopatum, & tantum quidem. Confer dicta sup. artic. 1. §. 243. Nectarius.

§. 14. III. *Antiocheni*. Sub initium seculi fuit quidam *Tyrannus* dictus, cui successit *Vitalis*, & huic *Philogonius*, referente Theodor. lib. 1. hist. c. 2. dum ait: *Antiochiæ post Tyrannum, cum Ecclesiis iam redditæ pax esset, Episcopatum tenuit Vitalis, qui in Palea dirutam à Tyranno Ecclesiam ædificavit. Huic autem in administratione successit Philogonius, qui & ædificio illi quod deerat adiecit, & in veritatis defensione Licinij temporibus singulare studium declaravit.* Vitalem (qui Tyranno successit anno Christi 312, computante Baronio, an. cit. n. III.) eximie commendat Epiphanius Hæres. LXXVII. f. m. 488. Philogonium vero Chrysostomus peculiari oratione. Successorem habuit *Paulinum*, anno 319, cujus meminit Hieronymus in Chronico, ut erret Theodoretus, quando Eustathium ait Philogonio successisse, scil. immediate, lib. 1. c. 6. Quinque annos sedit Paulinus ille, & successorem habuit, juxta Soz. quidem lib. 1. c. 2. *Romanum*, juxta Philostorgium vero, apud Nicet. lib. III. thes. c. 15. V. 9. Eustathius præcessit *Paulinum*, & hic fuit Tyri antea Episcopus. vid. Sand. l. 2. enucl. hist. p. 41. Nos, Hieronymum, Nicephorum Chronol. secuti, Paulino subjungimus *Eustathium* anno Christi CCCXXIV, qui obiit an. CCCXL, *Episcopi* autem & *Sacerdotes, Christiq; amans populus universus, communibus* III. Antiocheni ut Tyrannus. Vitalis. Philogonius. Paulinus. Eustathius.

munibus eum suffragiis elegerunt, uti verba repetam Theodoreti; vulgo *Magnus* est dictus, à magnitudine rerum gestarum, & calamitatum; Fuit enim acerrimus Antagonista Arianorum, & ideo multum ab iis vexatus, honorificam ejus mentionem facit Athanasius apol.t.1.f.812. cætera vide supra exposita, artic. 1.§.143. Eustathio Ariani successerunt; Sic enim Hieronymus in Chronico, an.Ch.CCCXXIX.Constant. M.XXII refert: *Antiochiæ post Tyrannum vicesimus ordinatur Episcopus Vitalis; post quem vicesimus primus Philogonus; cui succedit vicesimus secundus Paulinus; post quem vicesimus tertius Eustathius: Quo in exilium ob fidem truso, usq; in præsentem diem Ariani Ecclesiam occupaverunt, i. e. Eulalius, Eusebius, Euphronius, Placillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzoius, Dorotheus; rursum Meletius. Quorum idcirco tempora non digessi, quod eos hostes potius, quam Episcopos Christi, iudicavi.* Suffragatur Athanasio, qui ad Solit. scripsit: *post exilium Episcopi* (Eustathii) *non solum in Ecclesiam introduxerunt Arianos Clericos, sed & plerosq; ex ijs Episcopos creaverunt, ut eos in sua impietate socios coniuratosq; haberent; Ex quorum numero est Leontius ille castratus, qui nunc Episcopatum tenet, & ante eum eodem in loco Stephanus tenuit.* Confer orat.1. adv. Arian. Socrates refert, sedem post Eustathium vacasse octodecim annos, lib.1.c.24. postquam Eusebius Cæsareensis Eustathio substitui renuisset: (quem tamen Hieronymus in Chronico vocat Episcopum Antiochenum) substitutum tandem fuisse *Euphronium* Arianum. Constantinus M. voluerat substitui aut Gregorium Arethusium, aut Euphronium Cappadocem; hic igitur successit. Philostorgius apud Niceram, l c. ait, *Eulalium* Paulino, & hunc Eustathio successisse. Hieronymus in Chron. Euphronio *Placillum* (alii Flaccillum, alii aliter appellant) subjungit. *Stephanum* Concilium Sardicense utpote Arianum condemnavit, vid. Athan. apol. t.1. f.855. D. *Eudoxium*, hactenus Germaniciæ in Syria Episcopum, Cubicularii Constantii Imp. intruserunt, *Leontio* vita defuncto; fovit autem Ætium Hæresiarcham, unde de ipsius religione facile est judicatu; Historiam refert Socr. lib.2.c.37. Eudoxio huic in sedem Constantinopolitanam translato Ariani substituerunt *Meletium*, hactenus Sebastiæ Episcopum, &, ut ipsi quidem putarant, suæ opinioni faventem; sed secus evenit;

Euphronius.

Eulalius.

Stephanus.

Eudoxius.

Leontius.

Nam

Philip preacheth
Christ in Samaria.

8 And Philip went down to the city of Samaria, and preached Christ vnto them.

Simon Magus
reproued.

9 But there was a certaine man called Simon, which before time in the same city vsed sorcerie, and bewitched the people of Samaria, giuing out himselfe to be some great one:

10 To whom they all gaue heede, from the least to the greatest, saying, This man is the great power of God.

11 And to him they had regard, because that of long time he had bewitched them with sorceries.

12 But when they beleeued Philip preaching the things concerning the kingdome of God, and the name of Iesus Christ, they were baptized both men and women.

13 Then Simon himselfe beleeued also: and when he was baptized, he continued with Philip, and wondred, beholding the miracles and signes which were done.

14 Now when the Apostles which were at Ierusalem heard that Samaria had receiued the word of God, they sent vnto them Peter and Iohn:

15 Who when they were come downe, prayed for them, that they might receiue the holy Ghost:

16 (For as yet he was fallen vpon none of them, only they were baptized in the name of the Lord Iesus.)

17 Then laid they their hands on them, and they receiued the holy Ghost.

18 And when Simon saw that through laying on of the Apostles hands the holy Ghost was giuen, he offered them money,

19 Saying, Giue me also this power, that on whomsoeuer I lay hands, he may receiue the holy Ghost.

20 But Peter said vnto him, Thy money perish with thee, because thou hast thought that the gift of God may be purchased with money.

21 Thou hast neither part nor fellowship in this matter: for thy heart is not right in the sight of God.

22 Repent therefore of this thy wickedness, and pray God if perhaps the thought of thine heart may be forgiuen thee.

23 For I perceiue that thou art in the gall of bitternesse, and in the bond of iniquitie.

24 Then answered Simon, and said, Pray ye for me to the Lord, that none of these things which ye haue spoken come vpon me.

25 And they, when they had testified and preached the word of the Lord, returned to Ierusalem, and preached the Gospel in many townes of the Samaritans.

Philip preacheth
to the Eunuch.

26 And the Angel of the Lord spake vnto Philip, saying, Arise, and goe toward the South, vnto the way that goeth downe from Ierusalem vnto Gaza, which is desert.

27 And he arose and went: and behold, a man of Ethiopia, an Eunuch of great authoritie vnder Candace queene of the Ethiopians, who had the charge of all her treasure, and had come to Ierusalem for to worship,

28 Returned, and sate in his chariot, and read Esaias the Prophet.

29 Then the Spirit said vnto Philip, Goe neere, and ioyne thy selfe to this chariot.

30 And Philip ran thither to him, and heard him read the Prophet Esaias, and said, Vnderstandest thou what thou readest?

31 And he said, How can I, except some man should guide me? And he desired Philip that he would come vp and sit with him.

32 The place of the Scripture which he read was this, He was led as a sheepe to the slaughter, and like a lambe dumme before his shearer, so opened he not his mouth:

33 In his humiliation his iudgement was taken away: and who shall declare his generation? for his life is taken from the earth.

34 And the Eunuch answered Philip, and said, I pray thee, of whom speaketh the Prophet this? of himselfe, or of some other man?

35 Then Philip opened his mouth, and began at the same Scripture, and preached vnto him Iesus.

36 And as they went on their way, they came vnto a certaine water: and the Eunuch said, See, here is water, what doth let me to be baptized?

37 And Philip said, If thou beleeuest with all thine heart, thou mayest. And he answered and said, I beleeue that Iesus Christ is the Sonne of God.

38 And he commanded the chariot to stand still: and they went downe both into the water, both Philip and the Eunuch, and he baptized him.

39 And when they were come vp out of the water, the Spirit of the Lord caught away Philip, that the Eunuch saw him no more: and he went on his way reioycing.

40 But Philip was found at Azotus: and passing through, he preached in all the cities, till he came to Cesarea.

Paul is converted.

9 And Saul yet breathing threatning and slaughter against the disciples of the Lord, went vnto the high Priest,

2 And desired of him letters to Damascus to the Synagogues, that if he found any of this way, whether they were men or women, he might bring them bound vnto Ierusalem.

3 And as he iourneyed, he came neere Damascus: and suddenly there shined round about him a light from heauen.

4 And he fell to the ground, and heard a voice saying vnto him, Saul, Saul, why persecutest thou me?

5 And he said, Who art thou, Lord? And the Lord said, I am Iesus whom thou persecutest: it is hard for thee to kicke against the pricke.

6 And he trembling and astonished said, Lord, what wilt thou haue me to do? And the Lord said vnto him, Arise, and goe into the city, and it shall be told thee what thou must do.

7 And the men which iourneyed with him stood speechlesse, hearing a voice, but seeing no man.

8 And Saul arose from the earth, and when his eyes were opened, he saw no man: but they led him by the hand, and brought him into Damascus.

9 And he was three dayes without sight, and neither did eate nor drinke.

10 And there was a certaine disciple at Damascus, named Ananias, and to him said the Lord in a vision, Ananias. And he said, Behold, I am here, Lord.

11 And the Lord said vnto him, Arise, and goe into the street which is called Straight, and inquire in the house of Iudas for one called Saul of Tarsus: for behold, he prayeth,

12 And hath seene in a vision a man named Ananias, coming in, and putting his hand on him, that he might receiue his sight.

13 Then Ananias answered, Lord, I haue heard by many of this man, how much euill he hath done to thy Saints at Ierusalem:

14 And here he hath authoritie of the chiefe Priests to binde all that call on thy name.

15 But the Lord said vnto him, Goe thy way: for he is a chosen vessell vnto me, to beare my name before the Gentiles, and kings, and the children of Israel.

16 For I will shew him how great things he must suffer for my name.

17 And Ananias went his way, and entred into the house, and putting his hands on him said, Brother Saul, the Lord hath sent me, euen Iesus that appeared vnto thee in the way as thou camest, that thou mightest receiue thy sight, and be filled with the holy Ghost.

18 And immediately there fell from his eyes as it had been scales, and he receiued sight forthwith, and arose and was baptized.

19 And when he had taken meate, he was strengthened. Then was Saul certaine dayes with the disciples which were at Damascus.

Paul preacheth
at Damascus.

20 And straightway he preached Christ in the Synagogues, that he is the Sonne of God.

21 But all that heard him were amazed, and said, Is not this he that destroyed them which called on this name in Ierusalem, and came hither for that intent, that he might bring them bound vnto the chiefe Priests?

22 But Saul increased the more in strength, and confounded the Iewes which dwelt at Damascus, proouing that this is very Christ.

23 And after that many dayes were fulfilled, the Iewes tooke counsell to kill him.

24 But their laying wait was known of Saul: and they watched the gates both day and night, that they might kill him.

25 Then the disciples tooke him by night, and let him down by the wall in a basket.

Paul commeth to
Ierusalem.

26 And when Saul was come to Ierusalem, he assayed to ioyne himselfe to the disciples: but they were all afraid of him, and beleeued not that he was a disciple.

27 But Barnabas tooke him, and brought him to the Apostles, and declared vnto them how he had seene the Lord in the way, and that he had spoken to him, and how he had preached boldly at Damascus in the name of Iesus.

28 And he was with them comming in and going out at Ierusalem.

29 And he spake boldly in the name of the Lord Iesus, and disputed against the Grecians: but they went about to slay him.

30 Which when the brethren knew, they brought him down to Cesarea, and sent him forth to Tarsus.

31 Then had the Churches rest throughout all Iudea, and Galilee, and Samaria, and were edified, and walking in the feare of the Lord, and in the comfort of the holy Ghost, were multiplied.

Peter healeth
Eneas.

32 And it came to passe as Peter passed throughout all quarters, he came also downe to the Saints which dwelt at Lydda.

33 And there he found a certaine man named Eneas, which had kept his bed eight yeeres, and was sicke of the palsie.

34 And Peter said vnto him, Eneas, Iesus Christ maketh thee whole: arise, and make thy bed. And he arose straightway.

35 And all that dwelt at Lydda and Saron saw him, and turned to the Lord.

Peter raiseth
Dorcas.

36 Now there was at Ioppa a certaine disciple named Tabitha, which by interpretation is called Dorcas: this woman was full of good workes and almes deedes which she did.

37 And it came to passe in those dayes, that she was sicke, and died: whom when they had washed, they laid her in a chamber.

38 And forasmuch as Lydda was nigh to Ioppa, and the disciples had heard that Peter was there, they sent vnto him two men, desiring him that he would not delay to come to them.

39 Then Peter arose and went with them: when he was come, they brought him into the chamber: and all the widowes stood by him weeping, and shewing the coates and garments which Dorcas made while she was with them.

40 But Peter put them all forth, and kneeled downe, and prayed: and turning him to the body, said, Tabitha, arise. And she opened her eyes: and when she saw Peter, she sate vp.

41 And he gaue her his hand, and lift her vp: and when he had called the Saints and widowes, he presented her aliue.

42 And it was known throughout all Ioppa: and many beleeued in the Lord.

43 And it came to passe, that he tarried many dayes in Ioppa with one Simon a Tanner.

veteribus collegit Christ. Sandius, & proposuit Hist. Enucleat. lib. II. p. 44. seq. Athanasio intentatas.

Qui vindicatur à calumniis 1. Officii.

§. 16. Calumniatur autem 1. ipsius *officium*, tanquam legitimè non fuisset vocatus, *vi dolo ordinationem suam promovit, suffragatoribus multum renuentibus*, ait Sand. p. 44. Et allegat testimonium Sozomeni lib. II. c. 16. (mihi est c. 17.) sed hoc ipso forex se prodit; Refert enim Sozomenus, qui talia tradiderint de Athanasio, nempe Ariani, οἱ ἀπὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως λέγουσιν, *ij qui sunt de Arij hæresi ita dicunt*: Imo ne quidem Ariani dicere ausi sunt, quæ Sandius; Ariani enim dixerunt, *septem Episcopos ex eorum numero violato iureiurando, præter reliquorum omnium voluntatem clam ordinasse Athanasium*; contra dicit Sandius: *Athanasius, cum circa tempus vespertinum in Ecclesiam, quæ vocatur Dionysii, concessisset, duobus quibusdam Ægyptiis Episcopis reperta, occlusisq; firmissime portis, cum consentientibus sibi ordinationem suam ita vi dolo promovit, suffragatoribus quidem multum renuentibus, revera tamen, quod Athanasio videbatur, impletum est.* De his vero Sozomenus ne γρύ quidem habet. Philostorgius quidem ea habet, sed quis ille? Eunomianus Hæreticus, τῷ ψεύδει ὄργανον *Mendacij instrumentum* (uti eum vocat Photius.) δυσσεβὲς *impium*. Porro dissimulat Neo-Arianus, quæ in favorem Athanasii ex Apolinario Sozomenus retulit, ut *fugam paraverit Athanasius, & per vim ab Alexandro coactus fuerit, ut sacerdotium susciperet*, postquam θείοις παραγγέλμασιν *divinis iussionibus* impulsus fuisset Alexander, ut Athanasium nominaret & designaret Episcopum successorem. Dissimulat etiam, quæ Synodus Alexandrina, ex omnibus Ægypti, Libyæ & Pentapolis Episcopis collecta, ad illam Arianorum calumniam refellendam reposuerit, nempe τὴν κατ' αὐτὸν Ἀθανασίου ὑπὸ πάντων ὅτι καλοῦ μαρτυρουμένην: (quæ Epistolæ Encyclicæ verba sunt apud Athan. apol. II. f. 565. 566.) *ordinationem Athanasii omnium bonorum testimonio comprobatam fuisse*; Atque hujus Synodi mentionem facit etiam Epiphanius in hæresi Melet. LXVIII. referens, quod Synodus fuerit collecta, ἐν ᾗ ἀπεδόθη αὐτῷ ὁ θρόνος τῷ ἀξίῳ *& thronus ei, tanquam digno, fuerit traditus*. Antiquam igitur calumniam mature diluendam curavit Athanasius & Ecclesia coæva.

§. 17.

Digitized by Google

§. 17. Porro accusat Athanasium, *quod à Synodo damnatus, absq; consensu & sententia communis concilij gradum sacerdotij denuo susceperit*: Allegat Socr. lib. II. c. 38. Theodor. II 3. Sozom. III. 2. 3. 5. Sed Socrates citato quidem loco nihil ejus habet, occupatus in Actis Synodi Seleucienſis referendis. Theodoretus autem refert, ut Athanasius Constanti Imp. Arianorum adversus sese machinationes detexerit, rogaveritque, ut Synodum promoveret; & permoverit, ut ad Constantium fratrem scriberet, qui propterea Synodum Sardicensem convocarit; quæ (c. 6.) Athanasii de *innocentia* fuerit *testificata, & quæ ab Eusebio acta fuerant ψεύδη καὶ συκοφαντίας εἶναι mendacia & calumnias esse*, judicarit, quæ verba sunt Epistolæ Synodicæ; Soz. narrat c. 2. quod Constantinus junior Imp. ἐπίτρεψεν αὐτῷ τὴν πάλιν *redeundi licentiam Athanasio concesserit*, literis ad populum Alexandrinum datis: quibus ille fretus, *Ecclesias Ægypti iterum administravit*. Quod indigne ferentes Ariani περὶ βασιλέα διέβαλον αὐτὸν *apud imperatorem eum calumniati sunt, ὡς ταπεινὸν, καὶ οὐδὲ τὰς νόμους τῆς ἐκκλησίας ἑαυτῷ τὸν πάλιν διατηρήσαντα, δίχα κρίσεως ἐπανελθόντα, tanquam seditiosum, quodq; contra leges Ecclesiasticas, absq; ullorum Episcoporum judicio, semetipse suo arbitrio restituisset.* Sed qui *seipse* restituerit, cum ab Imperatore fuerit restitutus, Sicut ab Imperatore fuerat relegatus? Synodi auctoritas in hoc casu nulla erat, utpote Arianæ; αὐτοὶ ἔθεντο διορισμὸν *ipsi* (Ariani) *posuerant ei hanc legem, ne Alexandrinam Ecclesiam prius reciperet, quam id ipsi permissum fuisset à Synodo*, i. e. ad Calendas Græcas! c. 5. Qui enim reciperet à Synodo, qualis Antiochena illa, Ariana scilicet! Eusebius & Theognis Ariani Episcopi *Imperatoris jussu ab exilio revocati* τὰς ἐκκλησίας ἑαυτῶν ἀπέλαβον *Ecclesias suas receperunt*, nulla prævia Synodo; referente Socr. lib. I. c. 14. Cur igitur non licuisset Athanasio jussu Imperatoris, etsi nulla prævia Synodo, suam recipere?

§. 18. II. *Mores*, tanquam sceleratos, & adversos tabulæ decalogi *priori*; Arguit enim ipsum Sacrilegij commissi, eo *quod in altare insultarit, mensam Domini everterit, poculum mysticum confregerit, sacrosancta scripturæ libros combusserit*. p. 46. B. Atqui Macario, Athanasij Presbytero, hæc Ariani affingebant; sed & huic falso: Nam probando *languescebant, ac prope jam deficiebant*, referente Socrate

2. Morum, adversus tab. I. ut Sacrilegii &

crate lib. 1. c. 31. quare ad aliã fraudem conversi mittebant de suis aliquot, & cum his ipsum Macarij accusatorem, qui in agro Mareotico in factũ inquirerent, qui ἐκ μονομερῶς ὑπομνήματα ποιήσαντες, *ex una tantũ parte Actis confectis* redierunt, hoc ipso suppeditans, quod suspecti fuerint imo nulli, inquisitores. Accusat etiam *Magiæ*, quando lib. 2 p. 97. scribit: *Accedit, quod & Vincent. hist. XIII. 131. S. Georgij adversarium vocitet Athanasium Magum, qui S. Georgio venenum hauriendum dedit; Constat autem, & gentiles (Ammian. Marcellin lib. 15.) & Arianos sapissimè Athanasium magiæ insimulasse, & Athanasium Georgij adversarium fuisse, & tandem Athanasium Georgio veneno necem quæsisse &c.* Fatetur ipse Sandius, Gelasium di. 15. ca. 5. Rom. *apocryphum declarasse historiam & passionem Georgij martyris*; Quale igitur principium est, unde crimen hoc sancto viro impingit, tale & ipsum crimen est, nempe purum putum figmentum, & mendacium, simile reliquis, quæ persecutores Ethnici, & infesti Ariani ex odio erga Athanasium commenti sunt. Si sufficit sceleris aliquem *insimulasse*, quis erit innocens? Probandum est, *Athanasium Georgio veneno necem quæsisse*, non temere & nude asserendum. Si quid tale attentasset Athanasius, Ariani id non tacuissent, qui minima quæque in ipso solebant observare, & invidiosè traducere. Quo autẽ mortis genere Georgius perierit, refert Socrat. lib. III. c. 2. Soz. lib. V. c. 7. nempe, quod in seditione, Mithræ, à Georgio illo prostituti, gratia excitata, gentiles *Georgium ab Ecclesia abstractum, & ad Camelum alligatum, tractumq; ac dilaceratum, sivul cum ipsa Camelo incenderint*: Hoccine est veneno tollere? Athanasium fecisse, quod Mithræ cultores Ethnici fecerunt? Ariani quidem in vulgus famam sparserunt, *hæc adversus Georgium admissa esse ab iis, qui Athanasij causa illum odio prosequebantur*: Cæterum ex ipsis Imperatoris Juliani literis calumniam hanc refutat historicus, referens, *Sũmor populum*, ad quem Imperator scripserit, non Athanasij fautores, hoc fecisse, & fecisse non religione sua motos, sed *iniquitate* Georgij, omnibus molesta. De Arsenij brachio, ad magiam exercendam amputato, paulo post dicemus.

Magiæ.

2. Tab. ut ab inobedientia contra Magistratum.

§. 19. *Posteriori.* Tanquam debitum Magistratui respectum seu honorem denegasset, & seditiosè multa egisset. E. g. *quod, quo Imperatori insidias pararet, Philumeno cuidam scrinium auro refertum miserit: quod exactiones in Ægypto instituerit, de quibus colle-*

&am

tam pecuniam ſuppeditet cuidam ſtudenti novis rebus; quod minatus fuerit imperatori, ſe frumenti curationem impediturum eſſe, & vetiturum, ne frumentum, uti ſolebat, Alexandria Conſtantinopolim veheretur, &c. Quod vocatus ad Concilium Cæſaream Palæſtinæ non venerit, ad Tyrium quidem venerit, ſed coactus, & hominum multitudine ſtipatus, quod Arium & ſequaces recipere & admittere in Eccleſiam noluerit, etſi mandante imperatore, &c. Allegat Ruffinum l.1. c.15. hiſt. Socr. l.23.27. 29.30.35. Theod. l.26. II 8. Soz II. 22. 23. 25. Philoſt. II. 12. Sed protritæ hæ ſunt, & dudum quidem, calumniæ. Nam 1. quod de auro criminatur, diſcuſſum eſt à Socrate l.1 c. 27. f. m. 64. A. ſcribente: *aliam* (Euſebiani) *contexunt* (adverſus Athanaſium) *calumniam, eamq; priore illa longe graviorem, quaſi Athanaſius adverſus Principem conſpirans loculum auro plenum Philumeno cuidam miſiſſet. Sed cum Imperator ipſe de hoc crimine quidem cognoviſſet Pſamathiæ, quod eſt Suburbanum Nicomediæ,* διαγνὺς καὶ ἀθῷον εὑρὼν Ἀθανάσιον, *& innocentem eſſe Athanaſium comperiſſet, honorificè eum dimiſit, datis ad Alexandrinorum Eccleſiam literis, quibus teſtabatur,* ὅτι αὐτῶν ὁ ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος ψευδῶς διεβέβλητο, *quod ipſorum Epiſcopus falſo in crimen vocatus fuiſſet.* Hæc ipſa Imperatoris verba calumniam iſtam ſatis confundunt.

§. 20. Ejusdem commatis eſt altera accuſatio, de qua exaudiendus eſt Theod. lib. I. c. 25. Refert ille, quis Athanaſium accuſari curaverit, nempe Meletius, ille in Nicæna Synodo abdicatus; adeoque Athanaſio infeſtus; qualis ergo accuſatio? συκοφαντίαν *calumniam* vocat Theodoretus; Quæ patuit, cum Conſtantinopoli ſe defendiſſet Athanaſius; Nam διήλεγξε τῶν κατηγόρων τὸ ψεῦδος, *accuſatorum falſitatem redarguit, & divinitus ſibi commiſſam Eccleſiã recepit.* Nec eſt, cur ſoli Theodoreto credamus; quandoquidem ipſæ Imperatoris Conſtantini literæ id ipſum abunde teſtentur, ſcribentis: οὐδὲν ἰσχύσαν οἱ πονηροὶ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν, *nihil valuerunt mali adverſus Epiſcopum veſtrum*; Sic ille ad Alexandrinos, & plura alia pro Athanaſio.

§. 21. Similis farinæ fuit tertia accuſatio; Nam διαβολὴν *calumniam* eam vocat Socr. lib. I. c. 35. quæ quidem videbatur locum invenisse apud Conſtantinum (ἀλλὰ γὰρ ἰσχύει διαβολή; ὅταν ὁ διαβάλλων ἀξιόπιστος ᾖ; *Nam maximam vim habet calumnia, ubi ſi de*

dignus habetur calumniator) utpote qui in Gallias Athanasium relegavit: sed ex alia caussa id factum esse Socrates addit; nempe, *imperatorem eo consilio illud egisse, ut Ecclesia adunitatem & concordiam revocaretur, quandoquidem Athanasius communicare cum Ario ejusq; sectatoribus prorsus recusarat.* Constantinus Junior in literis ad Alexandrinos eam refert caussam, quod Athanasius periculo & violentiæ adversariorum ita fuerit subtractus; Theod. lib. 1. c. 1. quod parens suus, Constantinus M. in animo habuerit, eundem inde revocare, l. c.

§. 22. Si Athanasius ad Palæstinam & Tyriam Synodos venire renuit, caussas habuit prægnantes; *Eusebium* enim *& socios tanquam inimicos rejecit, cum diceret,* μὴ δεῖν ὑπ' ἀντιδίκων κρίνεσθαι *non debere quenquam ab adversariis judicari*; hanc νομικὴν παραγραφὴν *legitimam exceptionem* vocat Socrat. hist. lib. 1. c. 31. Altera exceptio erat, quod *accusator Ischyras Presbyteri dignitatem adeptus* esset. Eaque valebat etiam in legatis Mareoticis; Missi enim eo erant οὓς παρεγράψατο, *quos rejecerat Athanasius*, ut non immerito exclamarit σκευωρίαν εἶναι καὶ δόλον τὰ γινόμενα, *fraudem insidiasq; esse ea, quæ gerebantur*: quandoquidem accusator Macarii in vinculis detenti inter commissarios illos erat. Quis denique vitio verterit Athanasio, si Arium, i. e. lupum in Ecclesiam intromittere noluit?

Accedit §. 23. Præterea calumniantur Athanasium, tanquam *Arsenii, Episcopi Meletiani interfecti brachium amputaverit, & apud se ad Magiam exercendam retinuerit; quod impetum in Ischyram fecerit, & in carcerem eum deturbarit, & vinculis constringendum curarit, quod Callinicum à militibus custodiri, verberibus cædi, & in judicium adductum tandem vita privari curasset: quod Buplum, Pachomium, Isaacum, Achillem, & Hermæonem Episcopos verberarit; quod homines in vincula conjectos adegerit in suam sententiam, quod Constantem in Constantium Imp. fratrem in fratrem concitarit.* p. 82. sed ex prima accusatione videre est, cujus generis sint reliquæ; primam autem Athan. ipse ita confudit, ut calumniatores sui meram inde ignominiam reportarint. Stitit enim in medio concilio Arseniũ istum vivũ & manus & brachia utraq; integrum (Historiam prolixè refert Socr. l. 1. c. 27. & 29.) & effecit, ut Achabus, seu Joannes, accusator ἐν τῷ Συρίᾳ διέτριβε

in

in ipſo tumultu aufugeret. c. 30. Iſchyram quoque ſubornarant Ariani, ut vim ab Athanaſio ſe paſſum eſſe mentiretur, promiſſo loco præmii Epiſcopatu; utque ſpeciem fraus & calumnia haberet, miſerunt in agrum Mareoticum, qui in factum inquirerent; ſed quos? hoſtes Arianos; qui *ex una tantum parte confectu actis, quaſi veriſſima eſſent quæ accuſator detulerat, Tyrum reverſi ſunt*: Juxta hæc acta Tyrii Synodici, & ipſi Ariani, καθαίρεσιν ἐψηφίσαντο *depoſitionis ſententiam adverſus eum tulerunt*: c. 32. Quare Athanaſius merito inde diſceſſit, & ad Imperatorem appellavit. Imperator citavit ejus adverſarios, ut Conſtantinopoli coram ſeſe rationem judicii redderent; comparuerunt illi quidem, ſed priotibus accuſationibus, utpote invalidis, omiſſis, novam contexuerunt, de qua paulo ante. c. 35. Reliquarum accuſationum idem alias quidem ſtante pede ἀπελύσατο, τῶν δὲ πρὸς ἐπίσκεψιν ἐπιτρέψαι ἠτήσατο, *diluit, aliarum vero diluendarum ſpatium petiit*: uti refert Sozom. lib. II. c. 25. Nec immerito; videbat enim *accuſatores ſuos* τοῖς δικασταῖς κεχαρισμένους *judicum gratia ſubnixos eſſe, & multos contra ſe teſtes ex Arii ac Meletii* (adverſariorum ſuorum) *ſectatoribus comparatos, & calumniatoribus ſuis veniam dari in iis criminibus, in quibus ipſe ſuperior eſſet*: Metuebat inſuper vim, quare *amici judicio eum clam ſubduxerunt; & ille conſiderans, ſe in urbe Tyro abſq; periculo morari non poſſe, nec tutum ſibi fore, adverſus tantam accuſatorum multitudinem coram inimicis judicibus cauſſa dicere, Conſtantinopolim abceſſit.* Certe Callinicus inter eos fuit, ut & Euſion, & Eudæmon, qui mentiti ſunt, quaſi *Athanaſius Ægyptios lineam veſtem pendere Alexandrinæ Eccleſiæ juſſiſſet.* Quam criminationem Alypius & Macarius Presbyteri *ſtatim reſtinxere*; & Imperatorem docuere, *falſa eſſe, quæ contra Athanaſium dicerentur*; quare præſumendum eſt, mentitum eſſe eundem, cum de vi illata conqueſtus eſt. Taceo, quod Philoſtorgius, & Sabinus, unde accuſationes tales depromptæ ſunt, fuerint, & iſte quidem Eunomianus; hic Macedonianus, i. e. uterque à religione Athanaſii alienus.

§. 24. Deſcendimus ad quartum genus calumniarum, quod eſt deſumptum ab impudicitia, tanquam libidinoſus, ſcortator, & adulter Athanaſius extitiſſet. Ferunt enim, *Latuiſſe ipſum apud virginem* quandam *formoſam*; Sand. p. 136. & adulterium ab impudicitia.

commisisse cum quadam muliere, p. 48. Cæterum, nondum probatum est, Athanasium per septennium Alexandriæ latuisse, nedum apud virginem formosam; Cum enim Gregorius Alexandrinis obtrusus fuisset Episcopus, Athanasius ὅπι τὸν Ρ'ώμην ἀπέδραμε *Romam se contulit*, referente Socrate lib. II. c. XI. Et *quidem post diuturnos labores egrè tandem in Italiam pervenit.* c. 15. Inde Alexandriam quidem rediit Athanasius, sicut Paulus Constantinopolin, alii aliò, sed ἀπὸ ἑαυτῶν ἐκκλησίας καταλαμβάνουσι, *suas ipsorummet Ecclesias recoeperunt*, quod non est apud virgines delitescere: imo resciverunt reditum Ariani, sicut & Julii Romani literas viderunt, quibus Athanasii reditus comprehendebatur, & Synodum ideo habuerunt, & pristinos contra Athanasium tumultus resuscitarunt: uti l. c. Socratis legere est. Alteram calumniam refellunt ipsa ea, quæ Sandius adducit; adducit enim Timothei Presbyteri quæstionem, meretrici propositã: *Egone te per vim compressi?* & addit illam, *annon tu quæso?* respondisse; quæ tamen antea Athanas. accusaverat. Regerit quidem Sandius, ex Philostorgii lib. II. c. 12. idonei scilicet auctoris, scortillum istud ab Athanasio fuisse conductum, eo fine, ut Eusebium accusaret de scortatione; Sed quî prostibulum istud in Eusebium fuerit conductum, si Athanasium, vel loco Athanasii Timotheum, accusassset? Excipit Sandius; *dicendum, ita convenisse inter Timotheum & Athanasium, ut iste scortum stupraret, diceretq; ei, se esse Athanasium; ut ex unius huius criminis fictitii falsitate, de aliorum falsitate sine ulla ulteriori inquisitione judicium ferretur.* p. 49. Sed qui tale quid dicendum de tantis viris, sine probatione? Ingeniosus profecto est Sandius in fingendis artibus meretriciis. Atqui, ait, *id confirmatur*; quæso, unde? *quia Sozomenus dicit, ita clam ante inter eos convenisse*; Quid convenisse? an, ut Timotheus scortum stupraret, & diceret, se esse Athanasium? Ita dicere oportet Sandium, vi connexionis; Hæc vero grandis de Sozomeno calumnia foret; quippe qui loquitur de eo, quod ex composito Timotheus interrogarit scortum, num ipse eam per vim compressisset? nequaquam vero, quod stuprarit, & sese pro Athanasio venditarit, & de hoc cum Athanasio convenerit.

§. 25.

§. 25. Nondum satis est calumniarum. Nam porro eum insimulant, quod *vestem lineam Ecclesiæ Alexandrinæ pro tributo* ab Ægyptiis dari *præceperit*; p 45. n.2. Sand. Quodq; *vendiderit frumenti congiarium Ecclesiæ Alexandrinæ, quæ jam pridem Constantinus ad pauperes alendos suppeditaverat, inq; suum ipsius quæstum converterit.* p.81. Sed priorem accusationem diximus (§. 23. præced.) retusam fuisse à duobus Presbyteris, ita ut *accusatores* Athanasii *imperator per literas reprehenderit*: Socr. lib. 1. c. 27. Ad alteram accusationem responderunt Ægyptii Episcopi; postquam enim Athanasius, apud imperatorem calumniosè delatus, fuga sibi consuluisset, & Romam sese contulisset, epistolæ ad Julium ab Episcopis Ægypti missæ supervenerunt, *quibus illi perspicuè docebant*, ψευδῆ εἶναι τὰ κατ' Ἀθανασίου λεγόμενα, *falsa esse, quæ Athanasio* objicerentur. Hæc Socrates refert lib. II. c. 17. postquam præmisisset calumniam à Sandio recoctam. a furto f

§. 26. Mendacia quoque, delationes, calumnias Athanasio crimini dat Arianorum advocatus, seu historicum mavis, Sandius. Refert enim, quod muliebre scortum in Eusebium subornarit, & ea ipsa applicat Eusebio, quæ superius de Athanasio & Timotheo §. 24. recensuimus. Quod *nomen Ischyræ, tanquam in imagines Imperatoris lapides conjecisset, ad Hyginum Ægypti præfectum falso detulerit*: Cæterum, quod prius attinet, reclamant omnes uno ore historici hujus seculi, uno Philostorgio Eunomiano excepto, referentes, Eusebianos adversus Athanasium tale scortum conduxisse, nec ausos fuisse turpem calumniam in literas referre, seu Actis Concilii inserere, ne posteri fraudem & malitiam ipsorum nossent. Hinc integrum erat iisdem, postea Athanasio talia affingere, quæ ipsi perpetraverant. vide not. Gothofredi ad lib. II. Philostorg. c. 12. p. m. 76. Ischyræ acta quo loco sint habenda, adeoque & præsens inde petita fabella, in præmissis ex Soz. lib. II. c. 25. dictum est. ä mendaciis.

§. 27. Agmen claudat *S. Georgius Cappadox, Martyr & Eques*; quem refert Sandius lib. II. p. 96. quod fuerit antagonista illius Draconis, qui filiæ Regis, i. e. Ecclesiæ Alexandrinæ, fuerit inimicus, i. e. Athanasius. De Georgio ex Breviario Romano, hæc verba refert: *Hic nos salvat à peccatis, ut in cœlo cum beatis possimus* ä Georgio Cappadoce!

ſimus quieſcere. Virgo filia Regu (addit Sandius) *pro qua pugnavit, fuit Eccleſia Alexandrina; Draco quem transfodit fuit Athanaſius, quem Ariani draconem ferè appellabant.* Allegat ſuffragia Gotfridi, Hornii, & aliorum. Fueritne Georgius ille Eques, & Athanaſius draco, hujus loci non eſt, ut diſputemus; Fuerit ea utriusque perſona (quod non eſt improbabile) plus tamen non obtinebit Sandius, niſi Arianos, i.e. hoſtes Athanaſium appellaſſe draconem; ſuum vero Georgium equitem & Martyrem creaſſe, qui draconis adverſarius fuerit; & Pontificios ſanctum hunc in ſuum Breviarium & Martyrologia imprudenter, ut alios, recepiſſe; jure vero ita ipſos feciſſe, nondum evictum eſt: Demus etiam jus, ſed illud, quod fuit Simſonis, de quo exſtat vaticinium Jacobi Gen. XLIX. 17: *Erit Dan* שָׁפִיפֹן *ſerpens ſuper viam, ceraſtes ſuper ſemitam, mordens calcaneos equi, & ceciðit equitans eum retrorſum.* Quam gloriam non eſt cur Georgio invideamus. Ex dictis facile judicatu eſt de reliquis Athanaſio affictis.

§. 28. Ex præmiſſis diſcere eſt, quod Ariani ſubinde alios Epiſcopos Eccleſiæ Alexandrinæ obtruſerint; primo Epiſcopum deſignarunt *Euſebium Emiſenum*; qui tamen *eo profectus non eſt, propterea quod Athanaſius à populo Alexandrino plurimum diligeretur*, referente Socr. lib. II. c. 9. Quare Antiocheni Ariani alium delegerunt, *Gregorium* nempe, quem Syrianus dux armatâ manu Alexandriam deduxit, & in Epiſcopali ſede collocavit, fugato Athanaſio. c. 11. Neque tamen fixa ipſi fuit ſedes; Nam *οἱ ἀριανίζοντες μεθιστῶσιν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας γρηγόριον ὡς μισούμενον*, *Ariani Gregorium ab Alexandrina ſede removerunt, utpote omnibus inviſum ob incendium Eccleſiæ*; c. 14. Subſtituerunt autem *Georgium Cappadocem*, inſignem Arianum, & juratum Athanaſii hoſtem. Quantum turbarum, tumultuum, perſecutionum & injuriarum excitarit, & perpetrarit lupus hic, diſcere eſt ex Apologia Athanaſii, tum potiſſimo tempore præſentis, quam allegat Socrates lib. II. hiſt. Eccleſ. c. 28. dignum tandem ſceleribus ſuis exitum ſortitus eſt, camelo impoſitus, vel raptus, & combuſtus Socr. l. III. c. 2. Poſt hæc Athanaſ. in priſtinam ſtationem rediit, c. 4. Ariani vero Georgio ſubſtituerunt *Lucium* quendam itidé ſuæ ſectæ addictum; An & ſectæ Marcelli & Photini? Sandius ait, affirmare id noſtrũ D. Pappum,

Gregorius.

Georgius.

Lucius.

Digitized by Google

pum, p. m. in Hist. Eccles. sed ubi? non indicat; *gravissime* ideo ipsum *errare* censet; sed non errat, qui ait, Arianis cum Photinianis convenire in eo, quod Filius Patri non sit ὁμοούσιος. Athanasio autem sua tandem vita, & officio gloriosè defuncto successit *Petrus*, anno CCCLXXI. postquam Athanasius *annos sex & quadraginta non sine ingentibus periculis Episcopatum administrasset*, verba sunt Socratis lib. IV. c. 20. Fuit autem, ejusdem judicio, Petrus ille ἀνὴρ δ' ἁγαθὸς καὶ εὐλόγιμος *Vir religiosus & eruditus*, sed Arianis odio; quare eum *comprehensum in vincula conjecerunt*; Lucium vero suum operose foverunt, id quod literis ex vinculis datis docuit ipse Petrus, earum idem Socrates lib. cit. c. 22. facit mentionem. Elapsus autem est carcere, & Romam ad ὁμόψηφον Episcopum confugit, referente Soz. lib. VI. c. 20. Inde Alexandriam, Damasi literis instructus, rediit, quo facto, Lucius à populo pulsus est; *Sed cum* (Petrus) *brevi tempore post hæc superstes fuisset, ex hac vita migravit, Timotheum fratrem sedis suæ successorem relinquens*, ut est apud Socr. lib. IV. c. 37. contigisse hoc anno 380, Baronii & Spondani computus est. Succedit autem non loco solum, sed etiam doctrina; Nam præerat *consubstantialis fidem profitentibus*, lib. V. c. 3. Et inter professores hujus fidei referebatur etiam in Concilio Constantinopolitano. c. 8. Refert Sozomenus lib. VI. hist. c. 29. quod vitam Apollos Anachoretæ, & aliorum, scripserit. Theodoretus lib. V. c. 8. 9. (10) p. 152. refert, quod Timotheus hic fuerit *Apollinarij discipulus & sectator*; & Gregorio Nazianzeno abdicato Maximum Cynicum ordinarit Episcopum Constantinopolit. Damasus contra Timotheo dicam scripsit, edita epistola, qua Apolinarem & Timotheum sectatorem notabat. Timotheo, anno Christi 385, vita defuncto successit *Theophilus*, referente Theodoreto lib. V. c. 12. Cujus vitam prolixe scripserunt nostri Centuriatores lib. seu Cent. IV. c. 10. f. m. 607. seqq. non dissimulatis ipsius vitiis; *Vehemens enim*, ajunt, *supra omnem fuit moderationem, & implacabilis iræ, odiiq; tenacissimus, ambitiosus, alienarum virtutum obtrectator, invidus, & hostis, inconstans, & interdum temerarie mendax, assentator astutus, contentiosus, turbis & seditionibus gaudens, audax, avarus, & pecuniæ cumulandæ nimium intentus. Quibus vitiis omnium*

Petrus.

Timotheus.

Theophilus.

in

in ſe propemodum hominum odia & maleyolentiam convertit. Confer dicta Artic. I. §. 292.

V. Hieroſolymitani.

§. 29. V. *Hieroſolymitani.* In his 1. *Hermon*, cujus mentionem facit Theodoretus lib. I. hiſt. c. 2. Sicut & 2. *Macarii*, quem ad Epiſcopatum perveniſſe anno 312 ait Baronius n. 112. Hieronymus vero in Chronico anno 318; quidquid hujus ſit, id certum, quod orthodoxus fuerit, ut apparuit in Synodis aliquot contra Arianos habitis, & ab ipſo frequentatis, religioſus, apud principes & alios præſtantes viros gratioſus, & nomine celebris. Hermon, Macarius.

Maximus.

Succeſſor ipſi, adhuc vivo, & non repugnanti à populo conſtitutus 3. *Maximus*, olim ſub Maximino confeſſor, & hactenus Epiſcopus Dioſpolitanus, anno 331. ſemel lapſus ex imprudentia in cauſſa Athanaſii, monente Paphnutio reſipuit, & poſthac ipſius fautor evaſit & manſit; quare ab Arianis, Acacio & Patrophilo, Epiſcopatu motus eſt; mortuus eſſe anno Chriſti 351 videtur Cent. Magd. IV. c. 10. f. m. 506. Succeſſorem habuit 4. *Cyrillum*, de quo, & aliis Epiſcopis Hieroſolymitanis, notanda ſunt verba Hieronymi in Chronico, an. XI Conſtantii, Chriſti 349. *Quadrageſimus Maximus poſt Macarium Ieroſolymarum Epiſcopus moritur. Poſt quem Eccleſiam Ariani invadunt. i. e. Cyrillus, Eutychius: rurſum Cyrillus, Ireneus: Tertio Cyrillus, Hilarius: quarto Cyrillus. Quorum Cyrillus, quum à Maximo Presbyter fuiſſet ordinatus, & poſt mortem eius ei ab Acacio Epiſcopo Cæſareenſi, & cæteris Epiſcopis Arianis Epiſcopatus permitteretur, ſi ordinationem Maximi repudiaſſet, Diaconus in Eccleſia adminiſtravit: ob quam impietatem ſacerdotii mercede penſatus Heraclium, quem moriens Maximus in ſuum locum ſubſtituerat, pari fraude ſolicitatus, de Epiſcopo in Presbyterum regradavit.* Hactenus Hieronymus, *obſcure & perplexe*, judicio Cent. IV. Magd. c. 10. f. 504. ubi plura de Cyrillo vide, ſicut & ſupra artic. I. §. 93. 94. Cyrillus. Alii.

Vſus.

§. 30. Pergendum eſſet ad alios quoque aliarum ſedium Epiſcopos, niſi prolixitas obſtaret; Tantum enim occurrit hinc inde Epiſcoporum, ut vel ſoli illi juſtum volumen requirerent. Sufficiat de Epiſcopis eminentiorũ ſedium, Romana præcipuè, quædam hactenus delibaſſe, ut appareat I. *Succeſſiones* & in dubio interdum eſſe, & non ſolorum Romanorum Epiſc. eſſe. II. Succeſſiſſe

cessisse orthodoxis interdum etiam *heterodoxos*, etiam in sedibus sic dictis Apostolicis, ut Romana & Antiochena præsertim à Pontificiis censentur: Quare argumentum à successione meræ locali non valeat ad probandam successionem etiam doctrinalem & moralem.

SECULI QUARTI

Articulus III.

De

PRINCIPIO FIDEI VERO ET FALSO IN GENERE:

Sectio I.

Argumentum.

Fides nostra principium requirit, quod describitur: & quodnam sit, explicatur, nempe scriptura in rebus credendis, & faciendis, & enunciandis, licitis tamen terminis technicis: & salvo sensu genuino. Scriptura igitur regula est rerum Theologicarum. Probatur ab attributis principii seu regulæ, quæ sunt, esse primum, verum, unum, addita distinctione inter φύσιν, & consequentias: & solutione objectionum. Hinc sequitur, fidei principium non esse traditiones, ἀγράφους, sive Judæorum sive Christianorum; Neq; Patres, ubi duo extrema cavenda sunt, & distinguendum est inter res ipsas, & loquendi formulas. Causse & rationes, cur Patres non possint esse fidei principium, auctoritates, & exempla. Neq; consuetudo; Neq; præscriptio longi temporis; Neq; Ecclesia, sive per eam intelligas statum Politicum, sive Ecclesiasticum, sive Oeconomicum, seu popularem: sive representativam, sive Synthericam; Neq; ratio humana, quod tamen cum distinctione accipiendum. Rationes subjunguntur; Neque sensus; Neque miracula; Neque apparitiones Angelorum.

§. I.

Fides debet habere principium.

IN rebus divinis nemo debet temere credere, sed fidei suæ principium habere. Disputat hac de re Athanasius t. 2. opp. f. m. 325. B. πρὸς τὰς λελεύονται ἁπλῶς πιστεύειν τοῖς λέγουσιν, καὶ μὴ καταυοεῖν τὸ πρέπον ἢ ἀπρεπές. *Adversus eos, qui volunt, simpliciter, ea quæ dicta sunt, credendum, nec considerandum, quid conveniat, & quid non conveniat.* Erat enim hæresis non ita pridem tum nata, quæ ἤκουσε, φησὶν, ἁπλῶς τὰ λεγόμενα, καὶ μηδεὶς ἐξεταζέτω τί πρέπει ἐν αὐτοῖς, ἢ τί ἀπρεπές. *Amplectiminí, inquiebat, simpliciter, quæ dicuntur, nec inquirat quisquam vestrum, quid in iis conveniens sit; quid inconveniens?* Rationis loco videtur allegasse naturam fidei, quæ simpliciter credat, nullis persuasa argumentis: *Fidem nominat* (hæresis) τὴν ἀβασάνιστον ὅτι τοῖς ἀτάκτοις καὶ ἀναποδείκτοις ὅτι βλαβῇ συγκατάθεσιν: *inconsideratam, assensionem atq; approbationem inconstantium, nullisq; demonstrationibus suffultorum, dogmatum:* Hoc vero perabsurdum orthodoxo videbatur: *Credamne sine judicio?* interrogat, *nec inquiram, quid aut fieri possit, aut utile sit, aut deceat? aut Deo gratum? aut naturæ congruum? aut veritati consonum? aut efficiatur ex proposito* (τῷ σκοπῷ ἀκόλουθο) *& sit consequens? aut mysterio congruat? aut pietate dignum sit?* i. e. quod sit fundamentum suum non habeat in scriptura, vel in natura, vel in analogia fidei, vel in ratione? Paulo post veram impudentis postulati causam aperit, nempe malam, quam foveat, causam, Hinc fieri, ut examen reformident: παραιτεῖται τὴν ἐξέτασιν, ἵνα φύγῃ τὸν ἔλεγχον: *deprecatur examen, ne convincatur erroris:* alii vero seducantur: *quis in posterum amplius veritatis viam inveniet? quis non facile in præcipitium Hæreticorum dogmatum incidet? non considerans novorum dogmatum inconvenientiam; nec veritatis exigens convenientiam?* Hæc ille, & plura alia egregie in hunc sensum. Eadem de materia disputaverat paulo superius *adversus eos, qui nec quærendum, nec loquendum ex scriptura, præcipiunt: sed in sua fide acquiescendum.* f. 294. D. quo-

Digitized by Google

quorum sententiam mox uberius explicat, dicens: *omne sacrarum literarum studium supervacaneū esse contendunt, tum quod propria cuiq; fides sufficiat; tum quod inquisitio obscuriores nobis res ipsas reddat.* fol. 295. A. Huic sententiæ suam ille opponit, dicens: *Nos vero & mysterii veritati, & ejus, qui verissime dixit, quem qui quærit inventurum, auxilio confidentes, & quærimus, ut oportet, & inveniemus quæ oportet, & demonstramus quæ dicimus, & ad verum scopum sermonis attendimus, ut & domesticis persuadeamus, adversarios refellamus, & nosmetipsos in inquisitionem lucrifaciamus: ut denique non inconstans dogma proponamus, μετὰ ἀποδείξεως λέγομεν, καὶ μετὰ πεποιθήσεως γινώσκειν ἀκούομεν.* Observanda hæc erant adversus Ethnicos, calumniantes Christianam religionem, quasi cœca fide duceretur; Quo fine contra gentes orationem habuit Athanas. *ne quis*, inquiens, *vilem disciplinam nostri dogmatis existimet, aut fidē in Christū nullis rationibus innixam suspicetur: qualia in calumniam Ethnici objiciunt, nobis insultantes & rictu late diducto cachinnantes.* t. 1. f. 2. A. Et adversus Simpliciſtas, quos vocant; Quos interrogat Hieronymus, dicens: *Quæ est ista, quæso, simplicitas, nescire quid credas?* adv. Lucifer. t. 3. f. 64. A.

§. 2. Principium fidei alio nomine dicitur *fons*, ab Athanas. epist. XXXIX fest. & in Synopsi f. 61: *πίστεως ἀκροθίνια, ἄγκυροι, καὶ ἐρείσματα: fidei primitiæ quædam, ancoræ, & fundamenta:* Alibi, nempe ad Marcel. f. 967. D. *τύπον καὶ χαρακτῆρα: figuram & notam* vocat. Cyrillus Catech. XIV. f. m. 151. *petram fidei*; Ambrosius lib. 1. offic. c. 23. *regulam Ecclesiasticam.* Fidei vero nomine venit non solum quæ credit, sed etiam quæ creditur, & quidem *πᾶν ῥῆμα ἢ πρᾶγμα quidquid dicimus, vel facimus*, id omne *πιστὸν credibile reddi* debet alicunde, uti loquitur Basilius Moral. reg. XXVI. addito fine: *εἰς πληροφορίαν μὲν τῶν ἀγαθῶν, ἔκπληξιν δὲ τῶν πονηρῶν ad confirmationem fidei bonorum, & confusionem malorum.* Eodem sensu cap. 2. dividit in *γινόμενα καὶ λεγόμενα*, in *facta*, & *dicta*, & perinde, ut ante, requirit *βεβαίωσιν confirmationem*, adeoque principium. Descriptio Principii.

§. 3. Constituto, *quod* aliquod fidei principium sit habendum, quæritur: *quodnam illud sit?* Respondent Patres hujus seculi magno consensu; Verbum Dei in sacris literis contentum. Athanasius Quodnam illud sit? Scriptura S. in rebus credendis.

nasius orat. adverſ. gent. t. 1. f. 49. B. ſcribit: ἡμεῖς πεθαῤῥητότερα ταῦτα *nos bona cum fiducia hæc ſcribimus*: quare hoc? præmiſerat: ταῦτα δὲ καὶ πόσα διότι τοῦς θεοπνεύστοις γεγραπται φανερώτερον καὶ μᾶλλον μεῖζον κηρύττει: *quoniam ab omni divina ſcriptura manifeſtius ac locupletius deprædicantur.* Idem de incarnatione verbi poſtquam diſputaſſet, provocavit ad ſcripturas, dicens: ὅθεν τὸν αὐτὸν Σωτῆρος θεολόγον ἐνδρῶν πιστῶς τε δύναται ἐπιτυγχάνων τοῖς ἐκείνων γεγραμμένοις: *poterit quis fidem horum nanciſci ex ſcriptis Theologi ac Salvatoris*: i. e. ex S. literis: f. 62. C. Conferad Adelph. t. 1. f. 1159. Et t. II. f. 296. B. *Nolo nobis credatur, ſcriptura reciteturi*: rotunde ait Ambroſ. c. 3. de incarn. & lib. II. Hexaëm. f. 224. E. *Ea, quæ ſunt aliena ab ſtudio noſtro, & à divinæ lectionis ſerie, iis qui foris ſunt, relinquamus. Nos inhæreamus ſcripturarum cæleſtium magiſterio.* Baſilius Reg. Moral. XXVI. f. 307. A. *Quidquid*, ait, *vel dicimus, vel facimus id teſtimonio divinarum literarum confirmari debet, ad confirmationem fidei bonorum, & confuſionem malorum.* Et in epiſt. LXXX. ad Euſtathium Medicum: *Stemus*, ait, *arbitratui inſpiratæ à Deo ſcripturæ, & apud quos inveniuntur dogmata divinis oraculis conſona, illi omnino veritatis adjudicetur ſententia*, ἡ διότι τοῦς ἡμῖν διαπεπράγε γεγραπται. Confer Homil. d. pœn. f. 612. t. 1. Reg. LIV. f. 328. & cap. 2. f. 330. C. Reg. LXII. f. 342. D. Reg. Compend. interrog. I. f. 523. t. 2. Hilarius lib. IV. de Trin. f. 37. *Nemini*, ait, *dubium eſſe oportet, ad divinarum rerum cognitionem divinis uti verbis. Neque enim ſcientiam cæleſtium pro ſemet humana imbecillitas conſequitur, neque inviſibilium intelligentiam ipſe ſibi corporalium ſenſus aſſumet.* Phœbadius contr. Arian. c. 45. p. 38. *Hoc*, inquit, *credimus, hoc tenemus, quia hoc accepimus à Prophetis, hoc nobis Evangelia locuta ſunt, hoc Apoſtoli tradiderunt, hoc martyres in paſſione confeſſi ſunt: in hoc mentibus fidei etiam hæremus, contra quod etiam ſi Angelus de cælo annuntiaverit, anathema ſit.* Confer Euſeb. lib. XII. de præp. Evang. c. 1. f. 573. D. Cyrill. Hieroſ. Catech. V. f. 44. D. XIV. f. 151. B. Pacian. epiſt. III. adv. Sympron. Dionyſ. Areop. de cœl. Hier. c. 1. §. 3. qui vocat παλαιὰν ἱεροθεσίαν *primitivam rituum ſacrorum inſtitutionem.* E recentioribus vid. M. Anton. de Dom. lib. VII. de rep. c. 1.

Faciendis. §. 4. Scriptura non ſolum in credendis, ſed etiam in faciendis principium eſt. *Omnis* enim *divina ſcriptura magiſtra eſt virtutis*

turis, & veræ fidei scribit Athanas. ad Marcel. Et in epist. XXXIX (oper. t. 2. f. 39. D. *Hi sunt igitur salutis fontes: è quibus oracula qui sitit haurire, ex his solis veræ pietatis doctrinam annunciare, eisq; quicquam nec addere; nec demere decet.* Sicille post enumeratos libros Biblicos. Probatur ex Jes. VIII. 20. *ad legem.* quæ verba sic Ἐπὶ ἔξεται Hieronym. ad l. c. *Si vultu nosse quæ dubia sunt, magis vos legi, & testimoniis tradite scripturarum* f. 18. F. Adde seqq. In apophegmatibus Patrum ab Ephrem annotatorum, n. 2. est hoc responsum: *quodcunque aggressus fueris opus, divino cumprimis scripturæ testimonio illud confirma.* f. m. 504. Exemplo Christi, qui doctrinam suam oraculis propheticis confirmavit, id quod Titus Bostrenus lib. III. adv. Manich. ex professo probavit. Ratione ipsa; Historico enim de sua gente, & patria, referenti, utique credendum est: *Nec enim aliunde, opinor, quam ex propriis eorum quoq; fontibus res Hebræorum hauriendæ sunt, cum Ægyptiacas ab Ægyptios, & à Phœnicibus Phœnicias petierimus, Græcasq; similiter ab iis, qui nominis apud Græcos celebritate floruerunt, adeoq. à Philosophis, non autem ab iis qui in philosophia hospites ac peregrini essent, quæ ad Philosophiæ rationes ac decreta pertinebant; Quos tu vero justius de Medicinæ præceptis, quam artis illius peritos consulas? Eodem plane jure statuo, res Hebræorum non aliis quam Hebræorum ex literis esse reperendas.* verba sunt Eusebii lib. VII de præp. Evangel. c. 8. f. 306. B. C. confer lib. VIII. c. 1. f. 348.

§. 5. Neque solum in rebus, sed etiam in loquendi formulis. *Habet Ecclesia piæ suas prædicationes & sanctas,* ait Hilar. lib. I. de Trin. f. 8. Et *si quis aliis verbis demonstrare hoc, quam quibus à Deo dictum est, volet: aut ipse non intelliget, aut legentibus non intelligendum relinquit,* eodem judice lib. VII. f. 95. *Cum igitur Sancta Scriptura amplius de Trinitate non dicat, nisi Deum patrem esse Salvatoris, & filium generatum esse à Patre: hoc tantummodo debemus sentire quod scriptum est. Et ostenso, quod Spiritus Sanctus increatus, consequenter intelligere, quod, cuius non est creata substantia, recte patri filioq; societur.* ita Didymus Alex. lib. III. de Spir. S. E. *Maneat & propheticæ prærogativa sermonis,* juxta Ambros. lib. 2. Hexaëm. c. 1. Multus in eodem est Athanasius: *Temerarium deinde maximè cum loqui nequeas, comminisci super arcanis illis novas dictiones contra scripturas.* ait: παρὰ τὰς θείας γραφὰς, *præter eas, quæ in scripturis continentur.* Ad Serap. t. I. Et loquendis;

f.192. D. Et in decret. Nicæn. f. 262. Cum Ariani verba ex S. literis petiissent, respondit: *Certè id æquum esse nec ego abnuerim, eo quod signa indiciaq; veritatis perfectiora ex scripturis sanctis quam aliunde depromantur.* & orat. II. f. 340. C. *Vox illa in scripturis usurpata non est, ac proinde suspecta, utpote quæ in se multiplicem contineat significationem: adeo, ut qui ad ejus vocabuli interrogationem respondere velit, in multa animum cogitationemq; circumferat. Patris contra nomen simplex est, & familiare scripturis sanctis, & verius, filiumq; significat.* conf. orat. IV. f. 510. B. & de Syn. Arimin. & Seleuc. f. 874. & Epist. ad Marcel. f. 982. C. Ad Serap. f. 19. t. 2. f. 20. A. ne quid dicam de dialogis. II. & III. f. 213. D. Phœbad. adv. Arian. c. 4. Hieron. in epist. ad Paulin. t. 4. f. 3.

Exceptis terminis technicis.

§. 6. Quod tamen non ita accipiendum est, quasi ne technicis quidem terminis præter scripturam uti liceat, *Hoc enim tempore communi omnium vestrum proposito, simul ac meo, arbitratus sum convenire, si impositum mihi à vestra, quæ est in Christo, charitate, negocium cum ea, quæ sanæ fidei congrueret, simplicitate conficerem, eaq; dicerem, quæ à sanctis literis accepissem: etsi in his quidem & nominibus & verbis usurpandis parcus essem, quæ ut voce ipsa cum divinis literis non conveniret, qui in ea haberetur, sensum tenerent,* λέξεσι μὲν ἀλλαις οὐκ ἐμφέρεται τῇ θείᾳ γραφῇ διάνοιάν γε μὴν ἐκείνην τὴν ἐγκειμένην ἐν τῇ γραφῇ διασώζει. ita Basil. de ver. ac pia fid. t. 2. f. 250. C. In quem sensum & Athanasius scribit: *impiè agere quocunq; modo id agas, prohibitum est, etiamsi versi coloribus verbis, & persuasibilibus sophismatis cultum ornatumq; addas; pie autem agere, fas, & sanctum apud omnes habetur: etiamsi quis peregrinis ad id vocibus utatur, modo pium sensum contineant, & eas id, quod animo concepit, pie indicare studeat.* de decet. Syn. Nicæn. f. 266. D. t. 1. Nec curandæ sunt querelæ heterodoxorum, quasi ἄτερ γραφῆς loquamur; Hoc enim illi queruntur, non ex aliqua erga scripturam reverentia, sed ex metu malæ suæ causæ, quæ talibus terminis confunditur: *Sed tamen cognoscet, quisquis est studiosus animi, has voces, tametsi in scripturis non reperiantur, habere tamen eam sententiam, quam scripturæ volunt, & hoc ipsum eas sonare apud illos, quibus aures ad pietatem sunt integræ, & minimè vitiatæ: hoc ita esse, facile animadvertas, istosq; ut homines inscitos, indoctosq; veritati refragari, jam antea à nobis demonstratum est.* Ita Athanas. f. 270. B. confer. fol. 278. A.

278. A. 282. De synod. Arim. f. 913. D. *Horum igitur infidelitas in anceps nos periculum pertrahit, ut necesse sit, de tantis ac tam reconditis rebus aliquid ultra præscriptum cœleste proferre. Dixerat Dominus baptizandas gentes in nomine Patris & filii & Spiritus S. Forma fidei certa est: sed quantum ad hæreticos, omnis sensus incertus est. Ergo non præceptis aliquid addendum est, sed modus est constituendus audaciæ; ut quia malignitas, instinctu diabolicæ fraudulentiæ excitata, veritatem rerum per naturæ nomina eludit, nos naturas nominum proferamus: & æditis, prout in verbis habebimus, dignitate atq; officio patris, & filij & Spiritus S. non frustrentur naturæ proprietatibus nominum, sed intra naturæ significationem nominibus coarctentur.* Ita Hilarius lib. II. de Trin. f. 14. Et Epiphanius: *Quemadmodum enim serpens odit odorem bituminis, & spirationem cervi, & suffitum gagatæ lapidis, & fumum styracis, sic etiam Arius & Sabellius odio habent verbum confessionis coessentialis in veritate.* hæres. LXIX. f. 385. Insignem usum hæc habent etiam in παιδείᾳ, dum media pædagogica apud simpliciores præmittenda sunt: *simulatq; huiusmodi rudimenta superarint, habitumq; mentis ad maiora capienda probe comparârint, exquisitam ipsis eorum cognitionem tradamus, quæ perfectissimæ ceteraq; omnia complexæ Iesu Christi servatoris ac Domini Deiq; nostri œconomiæ mysteria pertinebant. Hanc igitur præparationem ab iis auspicemur, quæ tam à Græcis, quam à Iudæis, ac reliquis omnibus, qui subtilius in mores institutumq; nostrum inquirunt, commemorari possent.* Ita Euseb. lib. I. de præp. Evang. c. 1. f. 4. C. Crojus notavit aliquot loca scripturæ, à Patribus allegata, phrasi quidem diversa, sed sensu eadem. Observ. in N. T. c. 18. p. 135.

§. 7. Decet uti scripturis in genuino suo sensu, si velis eas tibi, vel mihi, esse principium; secus non scriptura, sed aliud aliquid principium statuitur. Athanasius, vel Athanasianus aliquis, in concilio Nicæno obtulit sese cum Ario disputare, *μόνον φιλαλήθως ποιήσωμεν τὴν συνέξετασιν, καὶ μὴ φιλονεικότερον πρὸς τὰ προφερόμενα, ἀλλὰ τῷ πλησίον διάπνευσα ῥήματα διανοθῶμεν* modo studio veritatis hanc disquisitionem subeamus, & non verbis divinis, quæ ultro citroq; adferatur, pervicaciam adhibeamus. t. 1. opp. f. 113. A. B. Cumque Arius ad scripturam sese offerret, Athanasius regessit: *Si mihi dederis ex divinitus inspiratis scripturis testimonium, non recusavero, id unum cave, ne ea mihi adducas, quæ nuper ad vestram libidinem scripsisti; Ea enim non* Sensu etiam genuino.

feram

ram, gnatus scil. παντρίας Hæreticæ. f. 122. D. Eadem querela est etiam Hilarij; ait enim: *Hic eorum error est, hæc mortifera institutio: ad cuius confirmationem corrupto intelligentiæ sensu divinorum dictorum testimonia usurpant, & de his sub occasione humanæ ignorantiæ mentiuntur.* lib. IV. de Trin. f. 37. Hæc vero nos eo extendere nolumus, quasi scriptura principium non fuerit, nisi omnia eius mysteria ad unguem intellexerimus: vid. Athan. orat. III. adv. Arian. f. 406. V. Alibi, cum idem, vel alius sub ipsius nomine, sibi objecisset: *sunt non nulla* (in scripturis) *quæ captum nostrum superant*; respondet: t. 2. dial. f. 296. A. ἀλλὰ ζητητέον ὡς ἐοικτά.

Regula controvers.

§. 8. Fluit hinc, scripturam esse *regulam* controversiarum Theologicarum decidendarum: In quam sententiam Optatus Milevit. lib. V. adv. Parmen. p. 138 præclarè scripsit, Nempe, scripturam esse vocem judicis supremi, per scripturam nobiscum loquentis. Eadem erit judex in die extremo: *Verba scripturæ divinitus inspiratæ ante Christi tribunal statuentur*, Ps. L. 17. *Itaq; hu, quæ nobis per scripturam dicuntur, mente pervigili necesse est ut intendamus.* Ita Basil. in Ps. XXXVII. f. 235. A. Quare *cesset humana suspicio, utriusq; partis præsumptio sileat; quis sit peccator solus judicet Deus. Legimus XXXVIII Psalmo sub secundo diapsalmate, spiritum sanctum dixisse: Peccatori autem dixit Deus.* Sic idem Optatus lib. IV. p. 117. c. 18.

Probatur. 1. quia est primum

§. 9. Principium genuinum debet esse 1. *primum*, ita ut in ipsum omnia alia resolvantur. Insigne monitum est Cyrilli Catech. XII. f. 106. B. *Si, nisi & de virgine, & de loco, & de tempore, & de modo, didiceris ex scripturis divinis, non recipias ab homine testimonium; Qui enim nunc adest & docet, suspectus, vel dubius, esse potest:* τὸν δὲ πρὸ χιλίων ἢ πλειόνων τῶν ἐτῶν προφητεύσαντα, *qui autem ante mille & amplius annos prophetavit, quis mentis compos suspectum eum habuerit? Si igitur Christi adventus causam requiris,* ἀνάδραμε ἐπὶ τὸ πρῶτον τῶν γραφῶν βιβλίον, *recurre ad primum scripturarum librum.*

2. verum.

Hæc ille. (2) *verum:* ἀδύνατον γὰρ τὸν προφήτην ψεύσασθαι: *impossibile est Prophetam* (in scriptis suis) *mentiri*, ait Athanas. de incarn. Idem vel alius sub ipsius nomine, de pas. & cruce f. 1020. t. 1. disputans pro libertate actionum humanarum, suppositâ Prophetarum infallibili certitudine, ἔδει, ait, τοῦτον μὴ ψεύσασθαι, *non oportuit hunc mentiri.* Repetit f. 1021. A. Idem de Evangelica historia

asserit

aſſerit Euſebius lib. VI. de dem. Evang. c. 21. f. 301. A. *Huit rei.* inquiens, *& divina prophetiæ prædictio, & ab omni mendacio alieniſſimum ſacrorum Evangeliorum teſtimonium indubitatam fidem facit.* Ratio quidem non ſemper capit, quomodo verum ſit, quod Deus dicit; fidelis tamen credit verum id eſſe ideo, quia Deus dixit: *Dominum audio, & quia his credo quæ ſcripta ſunt, ſcio jam poſt reſurrectionem frequenter videndum ſe in corpore præbuiſſe, multis non credentibus.* ita Hilarius ad Conſtant. f. 206. Cujus πληροφορία alibi in hæc verba erumpit: *Ignoſce omnipotens Deus, quia in his* (de Trinitate dictis) *nec emendari poſſum, nec commoveri; tarde mihi hos impiiſſimos, quantum ego arbitror, doctores ætas nunc huius ſeculi protulit.* Et paulo poſt: *Et in eo me judica, ſi crimen mihi eſt, nimirum me per Filium tuum & legi, & Prophetis, & Apoſtolis credidiſſe.* lib VI. de Trin. f. 67. hæc ille, de Myſterio Trinitatis, & fide in illud agens innuens, *ſcripturam & primum, & verum eſſe principium fidei.* Baſilius lib. II. de Baptiſm. f. 679. t. 1. dictis ſcripturæ id ipſum confirmat.

§. 10. (3) *Vnicum.* Scriptura ita eſt adæquatum fidei principium, ut credendum non ſit, fide ſcilicet divina, niſi quod in ipſa revelatum eſt. In hanc ſententiam proſtant plurima Patrum teſtimonia e g: Ἐπειδὴ σιωπᾶται ἐν ταῖς γραφαῖς, δῆλόν ἐστι, μὴ γεγενῆσθαι ταῦτα ἐφ' ἡμῶν: *quoniam tacitum eſt de ea re in ſcripturis, certum eſt, eam prius non eveniſſe*: ait Athanaſ. de incarn. t. 1. f. m. 92. A. In eandem ſententiam diſputat f. 621. B. adverſus hoſtes humanitatis Chriſti: *Non enim*, inquiens, *alius quiſpiam ſcriptus eſt homo in cælo fuiſſe, præter Adam, qui ex terra eſt, ut & ex cælo habeat corpus, & filius hominis ſit præter Adam. Ideo Matthæus filium Abrahæ & Davidis ſecundum carnem ſcripſit: Lucas vero eum filium Adæ & Dei in deducenda ſtirpe oſtendit. Si igitur diſcipuli eſtis Evangeliorum, ne loquamini contra Deum iniquitatem, ſed per ſcripturas incedite.* εἰ δὲ ἕτερα παρὰ τὰ γεγραμμένα λαβεῖν βούλεσθε, *ſi vero diverſa à ſcripturis fabulari vultis, cur nobiſcum concertatis, qui neq; loqui, neq; audire ſuſtinemus, quod extraneum ſit ab iſtis? dicente Domino.* (Joh. VIII) quod ſi vos manſeritis in meo ſermone, revera liberi eritis. Ecce, rejicit ἕτερα παρὰ τὰ γεγραμμένα: *alia, quæ ſunt præter ſacram ſcripturam*, ut indigna, quæ fide divina credantur. Talia multa exſtant ſub Athanaſii ſaltem nomine in dialogis, II. f. 185. C. 186. A. & B.

3. Vnicum.

189. B. 190. B. & C. 199. D. V. 259. A. In invect. f. 308. B. Hilarius lib. II. de Trin. f. 19. *Vnum*, ait, *hoc est immobile fundamentum, una hæc est felix fidei petra, Petri ore confessa: Tu es filius Dei vivi, tanta in se sustinens argumenta veritatis, quanta perversitatum quæstiones & infidelitatis calumniæ movebuntur.* Hoc vero in S. literis exstat, quare sunt unicum fidei fundamentum: Scripserat f. 14. *ne sit ultra præfinitionem Dei* (in scripturis expressam) *de Deo sermo.* Eodem tendunt, quæ disputat lib. VI. f. 70. *Quæro*, inquiens, *quod testimonium Patris de eo fuerit? Revolve Evangelica volumina, & totum eorum opus recense. Da testimonium Patris, præterquam quod auditum est: Hic est filius meus dilectus in quo complacui.* Et lib. VIII. f. 113. *credendi necessitatem dicti Dominici auctoritas sola præstat.* Et contr. Constant. f. 213: *quæ extra Evangelium sunt, non defendam.* Conser lib. VII. de Trin. f. 83. Eusebius lib. II. de dem. Evangel. proœm f. 43. D. disputans contra Judæos, *ut gentes*, ait, *ab iis, quæ in Christo expectantur, bonis excludant, quasi ab iis, quæ uni Israel, non autem etiam gentibus promissa sint, non item æque justeq; illis est concedendum* πρὸς τὴν τῶν θείων γραφῶν τοῦτο φέρουσι μαρτυρίαν, *utpote cum hoc illi præter divinorum librorum auctoritatem jactent.* Idem lib. IV. de præp. Evang. c. 5. f. 141. D. negat, Diabolum esse bonum dicendum, addita ratione: Cyrillus Hieros. Catech. XI. f. 97. *Quis est*, interrogat, *alius, qui cognoscat profunda Dei, nisi Spiritus S. cuius eloquia sunt divinæ scripturæ? Neq; tamen vel ipse Spiritus Sanctus de filij ex patre generatione in scripturis locutus est. Cur igitur curiosè inquiris ea, quæ nec spiritus solus locutus est in scripturis? Quæ ea, quæ scripta sunt, non nosti,* τὰ μὴ γεγραμμένα πολυπραγμονεῖς, *in hu, quæ scripta non sunt, ne sis curiosus.* Et Catech. XVI. f. 176. A. *Dicimus nos de Spiritu Sancto ea tantum quæ scripta sunt; si quid autem scriptum non est, non scrutabimur curiosè. Ipse Spiritus Sanctus elocutus est scripturas, ipse etiam de seipso dixit, quantum voluit, aut quatenus fuimus capaces. Dicantur igitur quæ ipse dicit; Nam quæ ille non dixit, nos non audeamus:* ὅσα γὰρ οὐκ εἶπεν, ἡμεῖς οὐ τολμῶμεν. Et f. 188. A. *Naturam autem vel subsistentiam spiritus ne curiose scruteris; si enim ea descripta esset, diceremus;* εἰ γέγραπται, μὴ τολμήσωμεν, *quod autem scriptum non est, dicere non audeamus.* Epiphanius, differens de vocibus ingenitus & genitus, eas reprobat, ratione reddita, quod in scripturis non occurrant:

Dici-

Dicimus, quod nuſquam reperitur, quod filius ſuum patrem dixerit ingenitum, ſed ſemper Patrem dixit Deum, & ſemper ſeipſum Filium Dei. hæreſ. LXIX. f. 418. Hieronymus interrogatus: ergo & nos poſt reſurrectionem comeſturi ſumus? R. *Neſcio, non enim ſcriptum eſt.* adv. Erro. Joh. Hieroſ. t. 3. f. 81. D. Et adv. Helvid. f. 6. A. *Vt hæc, quæ ſcripta ſunt, non negamus; ita ea, quæ non ſunt ſcripta, renuimus. Natum Deum eſſe de virgine, credimus; quia legimus; Mariam nupſiſſe poſt partum, non credimus, quia non legimus.* Conf. ad Matth. XXIII. f. 34. F. Ambroſ. lib III. Hexaëm. c. 3. ait: *quod aperte ſcripturarum auctoritate non didici, quaſi ſecretum prætereo.* Baſilio auctore, *nullo modo eſt aliter docendum, quam quomodo accepimus ab Evangelio*, uno verbo: ὡ δεῖ ἑτεροδιδασκαλεῖν: reg. LXX. mor. c. 5. f. 355. D. Similia habet reg. LXXX. f. 381. A. 383. c. 11. C. *Non curo niſi legem Dei, quam didici; ipſam cuſtodio, pro ipſa moriar, in ipſa conſumnior, præter quam non eſt alia.* ita Martyr apud Baron. an. 303. n. 41.

§. 11. Diſtinguendum tamen erit inter ſcripturæ literam ſeu ῥητὸν, & διάνοιαν, ſeu ἔννοιαν, uti vocatur dial. I. adverſ. Maced. t. 2. opp. Athan. f. 276. quam exprimunt conſequentiæ; Neque enim de nuda & cruda ſolum litera loquimur, ſed etiam de διανοίᾳ & conſequentiis. Athanaſius in diſputatione cum Arrio, poſtulatus probare, quod Spiritus S. ſit conſubſtantialis Deo, attulit dicta ſcripturæ, quæ quidem totidem verbis id non exprimebant, conſequenter tamen id docebant. t. 1. f. 134. c. 145. Idem in orat. II. contr. Arian. f. 318. A. *De creatione*, inquit *mentionem faciens* (Apoſtolus) *conſequenter ſcribit de creatorie in creando potentia, quæ eſt verbum Dei, per quod omnia creata ſunt.* ἀκολούθως γράφει, ait Baſil. epiſt. can. ad Amphiloch. t. 2. opp. f. m. 767. A. docet, *Quod adhibendus ſit animus rei, quæ per intelligentiam cernitur, & ſententiæ ſcripturæ, quæ poteſt ex conſequentia inveniri.* ὧν δυνατὸν ἐξευρεῖν διὰ ἀκολούθου. Quorſum referri poteſt, quod reg. LXX. c. 8. docet in defectu ſcripturæ, melius ſequendũ eſſe; Idq; probat exemplo Pauli, 1. Cor. VII conſilio de virginitate præbito. Epiphan. quoq; hæreſ. 76. f. m. 450. adv. Ætium diſputans, dicit, quod (terminus ingenitus,) *non habeatur in divina quidem ſcriptura, verum à recta ac pia ratiocinatione, & ex ipſa intelligentia, de Deo pie hoc cogitare, ac dicere congruum ſit.* Scripturæ etiam conjungendæ ſunt, ut quod alicubi

Diſtinguitur.

cubi deest, aliunde suppleatur. vid. Athanas. ad Serap. t. 1. fol. 188. B.

Object. §. 12. *Objicias*: qui scriptura fuerit fidei principium, & sola quidem, cum tamen tot diversis interpretationibus obnoxia sit?

R. R. Athanasius orat. I. adv. Arian. t. 1. f. 286. D. *Quotquot sunt hæreses, nihil habent in suis impiis figmentis constituendi, quod commune sit cum S. Scriptura; neq; id eos latet, qui huiusmodi errores tuentur, quam longe, imo quam omnino illa hæresis dissentiat à S. scriptura: sed tamen ad dolum simpliciorum, de quibus proverbia mentionem faciunt: simplex credit omni sermoni, præ se ferunt, se studiose persequi, ac proferre dictiones, veluti Diabolus ipsorum pater, ut ex illis dictionibus rectum sensum habere videantur, eumq; ubi persuaserint, eo miseros deducunt, ut diversa, alienaq; à scripturis sentiant.* Vitium igitur non est scripturæ, sed hominum, scriptura abutentium. Et orat. II. f. 360. *decipiunt* (Hæretici) *stultos, dum quidem in speciem veri voces scripturæ prætexunt: pro vera tamen sententia venenum suæ hæreseos aspergunt.* Eadem legas de hum. Christ. nat. f. 595. D. & de Synod. Arim. & Seleuc. f. 908. Hilarius subscribit, dicens: *Extiterunt enim plures, qui cœlestium verborum simplicitatem pro voluntatis suæ sensu, non pro veritatis ipsius absolutione, susciperent, aliter interpretantes quam dictorum virtus postularet.* lib II. de Trin. f. 13. & lib. VIII. f. 109. *Non patet ad occasionem impietatis pius sermo, & apostolica fides non est extra prædicationis diligentiam.* Basilius docet, Hæreticos potius ex S. literis agnosci, & confundi: reg. moral. XXVIII. f. 308. t. 2. C. ἀπὸ τῶν δεδομένων ἡμῖν παρὰ τῆς γραφῆς χαρακτῆρος γνωρίζειν ἕκαστον. *Ex datis nobis ab divinis literis signis agnosci debet unusquisq; qualis sit.*

Antithesis 1. *Traditiones:* dist. (1.) inter traditiones ἐγγράφους & ἀγράφους: §. 13. Si igitur scriptura sacra principium fidei est, & unicum quidem, consequitur inde 1. *Traditiones ἀγράφους non scriptas* fidei divinæ principium non esse. *Distinguimus* autem traditiones; Aliæ enim sunt ἔγγραφοι *scriptæ*, sive quoad literas, sive quoad sensum, in verbo Dei: aliæ autem ἄγραφοι non-scriptæ, neque κατὰ γράμμα, seu *literam*; neque κατὰ διάνοιαν, seu *sensum*. Sermo nobis est de ἀγράφοις, quæ sunt præter, vel contra scripturam; De quibus loquitur Hieronymus comm. ad Hag. I. 11. *quæ absq; auctoritate & testimonio scripturarum quasi traditione Apostolica sponte reperiunt, atq; confingunt, percutit gladius Dei*, non de ἐγγράφοις, utpo-

te

te quas ejusdem cum scripturis valoris esse censemus. Dionysius Areopag. de Eccles. Hier. c. 1. §. 4. scripturas sacras vocat λόγια θεοπαράδοτα *oracula divinitus tradita.* Julius Firmicus Maternus de error. profan. cap. 9. laudat *Evangelica traditionis secreta*, & intelligit scripta Evangelistarum. Athanasius de incarn. t. 1. f. 592. B. C. ad orationem Filii Dei appellat τὴν παραδοθεῖσαν πίστιν *fidem traditam*; nempe ab Apostolo 1. Tim. III. 16. unde vocat ἀποστολικὴν παράδοσιν *Apostolicam traditionem.* Talis traditio est Dei simplicitas, quam idem Athanasius didicit ἐκ τῶν ἱερῶν καὶ θείων γραφῶν *ex sanctis & divinis scripturis*, καὶ τῶν καθ' ἑξῆς διαδεξαμένων τὴν ἐπισκοπὴν *postmodum & ab Episcopis, qui hoc per manus tradiderunt*: disp. adv. Arium. f. 136. A. Doctrina orthodoxa de ὁμοουσίᾳ personarum divinarum, est fides ἀπὸ τῶν πάλαι καλῶς θείας γραφὰς ὁμολογηθεῖσα: *à patribus secundum divinas scripturas tradita*, juxta eundem Athan. epist. ad Epictet. f. 582. Confer Epist. ad orthod. f. 943. D. De Spir. S. ad Serapion. f. 207. De judic. multitud. t. 2. f. 293. Epist. XXXIX. ἑορτας. f. 38. ubi catalogum librorum canonicorum etiam inter traditiones refert; de quo videndi sunt etiam Cyril. Hieros. Catech. IV. f. 37. B. Et Epiphan. Hæres. IX. Cyrillus Hieros. l. c. f. 45. dogmata in scripturis contenta disertè ad traditiones refert: *videte*, inquiens, *ut servetis traditiones, quas nunc accepistis, & in latitudine cordis eas describite, & cum pietate illas custodiatis.* postquam f. 44. B. dixisset: *Habeas fidem in illum, ut deinceps eam accipias ab illo, quæ super humanas vires operatur. Fidem vero in disciplina & promissione posside; & custodi illam à sola Ecclesia tibi nunc traditam, & ex omni scriptura munitam.* ait παραδιδομένην *traditam*: Et tamen τὴν ἐκ πάσης γραφῆς ὠχυρωμένην *ex omni scriptura roboratam.* Basilius articulum de Trinitate ex traditione probat. de Sp. S. c. 29. t. 2. f. 217. Idem igitur est traditum, & in sacris literis revelatum. Id quod pluribus testimoniis illustrare voluimus adversus eos, qui imperitis imponere solent vocabulo traditionis, tanquam non accipiendum illud sit, nisi de iis, quæ sunt præter, vel etiam contra, scripturam.

§. 14. Sunt etiam aliæ traditiones Judæorum, aliæ Christianorum. De judæorum traditionibus Hieronymus t. IV. opp. f. m. 77. C. scribit: *Quantæ traditiones Pharisæorum sint, quas hodie*

2. inter Iudaicas & Christianas.

hodie vocant διατυπώσεις, *& quam aniles fabulæ, evolvere nequeo. Neq; enim libri patitur magnitudo: & pleraq; tam turpia sunt, ut erubescam dicere.* Conferri potest Epiphanius Hæres. XXXIII adv. Ptolemaitas. Nobis nunc non est de Judæorum, sed Christianorum traditionibus quæstio; Et quidem sive hermeneuticis, sive dogmatibus; Nam quod cæremoniales, & historicas attinet, si in sua ἀδιαφορία, & fide humana relinquuntur, nobis non improbantur. In cæremonialibus numero formulas Ecclesiasticas, quibus orthodoxi jamantiquitus usi sunt, præsertim ad fidem suam, & orthodoxiam contestandam: Talis e. g. formula est δοξολογία: σὺν τῷ πνεύματι: *gloria cum spiritu*: de qua auditu digna sunt verba Basilii: *Sane contra id, quod dicunt, glorificationem cum spiritu, & carere testimonio, nec in scripturis extare, illud dicimus: Si nihil aliud est receptum absq; scripturis, ne hoc quidem recipiatur; Sin plurima arcana citra scriptum recepta sunt nobis, cum aliis pluribus & hoc recipiamus.* de Spir. Sanct. c. 29. Sic ille adversus Arianos, Macedonianos; & alios πνευματομάχους, qui gloriæ Spiritus Sancti, in Ecclesiis celebrari solitæ, derogatum ibant, sub eo prætextu, quod in S. literis de ea formula nihil scriptum habeatur. Licet enim eo modo in S. literis non legatur, res ipsa tamen legitur; Formula vero in arbitrio Ecclesiæ sita est, & traditionem merito veneratur: ἦν οἱ ἐξ ἀρχῆς διατυπώσαντες παραδόντες τοῖς ἐφεξῆς, συμπροιόντα ἀεὶ τῷ χρόνῳ τῆς χρήσεως, διὰ μακρᾶς τῆς συνηθείας ἰσχυροτέραν ἐγκατερρίζωσαν: *quam qui ab initio præscripserunt, tradiderunt q; posteris, usu semper simul cum tempore progrediente, per longam consuetudinem Ecclesiis irradicarunt.* Quæ ejusdem verba sunt. In hunc censum retuleris etiam ὁμούσιον vocabulum, quod & ipsum ex traditione superioris seculi merito acceperunt: Catalogum librorum Canonicorum, quem *Apostoli, & veteres Episcopi, Ecclesiæ Antistites* παραδόντες *tradiderunt*, referente Cyril. Hieros. Catech. IV. f. 37. B.

Probatur. §. 15. Constituto, & declarato, quæ traditiones intelligantur, quæ minus, docendum est, Patres illas ἀγράφους, imo ἀνεγγράφους, pro fidei neque articulis, neque principio habuisse. Basilius Moral. reg. XII. c. 2. præclare scribit: ὅτι οὐ δεῖ παραδόσεσιν ἀνθρώπων ἀκολουθεῖν ἐπ' ἀδιαστόλῳ ἐντολῇ θεοῦ: *quod nullo modo humanas traditiones sequi debe-*

debemus, it aut pro illis defendendis præcepta divina abrogemus. f. 294. A. t. 1. Alibi nempe lib. 1. de Bapt. c. 2. volebat homines liberati, ut à diabolicis concupiscentiis, & mundanis fastigiis, ita etiam *τῶν ἀνθρωπίνων παραδόσεων humanis traditionibus; si vel modice à debito, properantibus voluntatis divino studio impediant.* Hieronymus in c. l. Hagg. verbum Dei commendat, utpote quo *percutiuntur omnia, quæ quasi traditione Apostolica sponte reperiunt & confingunt Hæretici, absq; testimonio scripturarum.* Si enim promiscue Traditiones recipiendæ fuerint, vicerint Judæi Traditionarij, de quibus Hieron. q. X. Algas. t. 4. f. 77. C. verba paulo ante citavimus. Hæretici, utpote quod & ipsi ad traditiones provocent. Cajani Hæretici monstra errorum fingebant, sub prætextu, accepisse sese ea ex Apostolo Paulo, in tertium cœlum olim abrepto. Epiph. Hæres. XXXVIII. f. 131. Audæani, alij Hæretici, gloriabantur & ipsi de traditione, in controversia paschali, referente eodem Hæres. LXX. f. 397. *ad hoc asserunt falso iidem Audiani Apostolorum constitutionem, quæ apud multos in ambiguo est, sed non reprobata.* In controversia de rebaptizandis vel non rebaptizandis iis, quos Hæretici baptizarant, *quod facimus?* interrogat Hieronymus: *Ita & nobis majores nostri, & illu* (Africanis) *sui tradidere majores:* respondet dial. adv. Lucif. t. 3. opp. f. 66. C. de tempore jejunij utraque dissentientium pars traditionem pro sese allegavit. vid. ex veteribus Hieron. epist. XXVIII. ex recentioribus Coriolan. sum. Concil. f. 170. Ipse Hieronymus traditionem per antiquam de cellulis LXX interpretum exsibilavit, vid. prologum in Pentateuchum: Socrates lib. I. hist. Eccles. c. 12. & 13. quædam narrat de Novatianis, per traditionem accepta ab Acetio, illo ipso, qui concilio Nicæno interfuerat. Antiqua traditio est, Zachariam Barachiæ filium, inter templum & altare occisum, fuisse Parentem Joannis Baptistæ; quæ invenitur apud Origen. tract. XXVI in Matth. (ad quem traditio hæc ex majoribus venit, ipso dicente) Basilium homil. XXVIII de hum. Christ. gener. Nyssenum homil. de nativ. Cyrillum Alex. lib. adv. Antropom. Petrum Alex. in epist. &c. quam Corderius Caten. LXV. Patr. in Lucam, tanquam *communem Græcorum Patrum sententiam* recenset; quam & recentiores nonnulli suam fecerunt; & tamen ea traditio Corderio, Guidoni, Perpin. Barrachio, & aliis Papistis, non placet, vel Gerh. harmon. contin. c. 158. p. 222. D.

222. D. Dorsch. Theol. Zach. part. I. procem. p. 2. §. 3. Multa, quæ olim traditionis erant, hodie in Ecclesia Pontificia exspirarunt, *velut in lavacro ter caput mergitare, deinde egressos lactis & mellis prægustare concordiam ad Infantiæ significationem, die Dominico & per omnem Pentecosten, nec de geniculis adorare, & jejunium solvere*, scribit Hieron. adverſ. Lucifer. f. 63. C. t. 3. Et tamen hæc, & similia alia *per traditionem in Ecclesiis prisco eo tempore observabantur, & auctoritatem scriptæ legis sibi usurpaverant.*

II Patres. (2) Extrema cavenda.

§. 16. Hæc omnia probatiora, & clariora erunt, si ostenderimus Nec II. *Patres esse fidei principium.* Patres dicuntur non solum ab ætate, quod antiquiores sint, sed etiam doctrina, ideo, & vel maximè, quod antecessores juniorũ sint doctrina, adeo ut de patribus gloriari non possit, nisi ille, qui ipsorum doctrinam & fidem sectatur: *Quomodo poterant eos appellare suos Patres, quorum confessionem bene & Apostolice scriptam non recipiunt?* interrogat Athanas. epist. ad Afric. t. 1. f. 937. D. Et de synod. Arim. f. 922. D. postquam allegasset verba Ignatij Antiocheni, patrum antiquissimi, & alios Patrum laudasset, optasseq; scripta eorum habere, tanquam orthodoxiæ conformia, *idenim par est*, ait, *& decet, ut sentiamus, & istiusmodi bonam conscientiam erga patres nostros retineamus, modo non nothi simus, sed ab illis traditiones habeamus, & simus ab illis pietatis institutione imbuti.* ἕως μὴ νόθοι ἐγχέομεν, ait, innuens, tum demum nos esse genuinos patrum liberos, si doctrinam ipsorum genuinam sectemur. In patribus autem *duo extrema* cavenda sunt, defectus, & excessus. *Defectus*, cum plane spernuntur: quo de contemptu conqueritur Basilius epist. LXI. scribens: καταφρονοῦσι τὰ τῶν πατέρων δόγματα: *Patrum dogmata contemnuntur, Apostolorum traditiones nullo numero habentur, recentiorum hominum inventa in Ecclesiis dominantur.* t. 2. f. 837. C. Et licet aliquando quis erraverit in uno, vel in altero, non tamen omnia eius reijcienda sunt: *Nec enim propter* (Origenis) *dogmatum pravitatem, si quos commentarios in scripturas sanctas utiles edidit, penitus respuendi sunt.* ita Hier. de Origene ad Tranquil. t. III. f. 143. C. *Excessus* eorum vel omnia probat, vel certè aliqua, quæ potius improbanda essent, & tamen sub eo prætextu probantur, quia à patribus profecta sunt. de quo paulo post ex professo.

Defectus

&

Excessus.

§. 17.

§. 17. *Medium* tenuere beati! Reverendi enim sunt Patres; quod Πᾶν τὸ ἀρχαιότητι διαφέρον, αἰδέσιμον: *omne, quod antiquitate præcellit, venerabile est*: censet Basil. homil. de jejun. t. 1. f. 322. D. sine dubio loquitur de antiquitate Ecclesiastica, seu de iis, quæ in Ecclesia visibili valuerunt, & de Doctoribus in ea æstimatis: *Quid enim? parva nobis de Apostolicis viris, parva de primis sacerdotibus, parva de beatissimo Cypriano martyre, atq; doctore cauit auctoritas? An volumus docere doctorem? an sapientiores illo sumus, & spiritu carnis afflamur adversus eum, quem æterni Dei testem, nobis cruor, & clarissimæ passionis corona produxit?* ita quærit Pacianus adv. Sympron. epist. 1. f. m. 95. D. Distinguendum tamen est pretiosum à vili, omnia probanda, & bonum tenendum est: *Laudavi (Origenem) interpretem, non dogmatisten; ingeniũm, non fidem; Philosophum, non Apostolum*, discretio est Hieronymi ad Pammach. & Ocean. t. 3. f. 86. Et apol. adv. Ruffin. t. 3. f. 110. B. *In Tertulliano laudamus ingenium, sed damnamus hæresin; in Origene miramur scientiam scripturarum, & tamen dogmatum non recipimus falsitatem; In Didymo vero & memoriam prædicamus, & super Trinitate fidei puritatem, sed in cæteris, quæ Origeni male credidit, nos ab eo retrahimus. Magistrorum enim non vitia imitanda sunt, sed virtutes.* Provocarat ad exemplum Cyprianí: *Et Beatus Cyrianus*, inquiens, *Tertulliano Magistro utitur, ut eius scripta probant, cumq; eruditi & ardentis viri delectetur ingenio, Montanum cum illo Maximillamq; non sequitur.* f. 86. B. Ad Tranquillinum scribit: *Ego Origenem propter eruditionem sic interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, Novatum, Arnobium, Apollinarium, & nonnullos Ecclesiasticos scriptores, Græcos pariter & Latinos, ut bona eorum eligamus, vitemusq; contraria, juxta Apostolum dicentem: omnia probate, quæ bona sunt, tenete.* f. 143 B. Accidit, ut sive verba, sive sententia, à mente sua aliena Patribus assignentur, quò in casu à calumniis omnino vindicandi sunt. Ruffinus apologiam adornavit pro Origene adversus corruptores librorum eius. vide Hieronymum t. 2. opp. f. 114. D. Sed utinam in eodem crimine ipsemet versatus non fuisset: utpote qui *tanta licentia in scriptis Origenis, Eusebij, & aliorum, quæ de Græcis Latina fecit, versatus est, ut nulla in eius interpretationibus pagina occurrat, in qua non aliquid truncarit, vel addiderit, vel interpolaverit.* judicio Dallæi de us. PP. lib. 1. c. 4. p. m. 65. Neq; ipse solum non; sed nec Hieronym., ipsius licet cæteta adversa-

rius, qui *ipse passim agnoscit, se Origenem vertisse in Latinum, sed ita, ut noxia quaq; truncaverit, & mala inbrunorum interpretatione subtraxerit; Quod, si quid intelligo, significat, si quid cum sententia, quæ tum temporis apud Christianos obtinebat, pugnaret, rudibusq; offensioni esse posset, id ab ipso expunctum & amputatum fuisse in Versione quam adornasset; eandemq; interpretandi methodum sequutos fuisse Hilarium, & Eusebium Episcopum Vercellensem docet; Alibi, proœmio in librum Eusebij de locis Hebraicis, profitetur, se omisisse, quæ digna memoria non sunt visa, & plerasq; mutasse.* referente eodem Dallæo p. 66. Cum Ariani in partes vocarent Dionysium Alex. superioris seculi Doctorem eximium, Athanasius eius innocentiam vindicavit ab illis calumniis, tom. I. f. 548. scriptam ab Alexandrino isto ad Romanum Dionysium epistolam laudans, de Syn. Arim. & Seleuc. t. 1. f. 918. C. Confer de sent. Dionys. t 1. f. 549. A.

Collationes

§. 18. Quo in casu multum conducit, si Patrum scripta invicem conferantur, & obscura, vel dubia, ex claris, & certis locis explicentur: *Scripsisse Dionysium istius generis epistolam agnoscimus, veram non hanc solam, sed plurimas abeo postmodum scriptas esse dicimus, quas ab istis quoq; legi oportuit, ut ex omnibus simul, non ex unica duntaxat, judicium de ejus fide constitui posset.* Sic Athanasius idem de eodem f. 551. C. Patres interdum uni tantum scopo intenti sunt, & eo unicè mentem intendunt, hinc fit, ut in aliis secus sentire videantur, id quod illi ipsi Dionysio contigisse, Athanasius observavit; Dum enim Sabellium impugnat, ὁμοουσίαν Trinitatis videbatur oblitus esse. f. 554. C. Idem Athanasius causam egit etiam Patrum Antiochenorum adversus Arianos eosdem. Nam & Antiochenos adversus Samosatenum pugnantes calumniati sunt, tanquam in suis castris militassent. De Syn. Arim. & Seleuc. f. 917. seqq: Laudavit etiam Nicænos, quod vel terminos Antiochenorum retinuissent: f. 873. & 918. A. Quibus vestigiis institit Hieronymus, scribens: *Scito, nobis nihil esse antiquius, quam Christi jura servare, nec Patrum transire terminos.* ad Theophil. Salvis igitur Christi juribus nec Patrum termini transeundi sunt. *Quod aliud nullum disciplinæ genus legum suarum pietati consentaneum agnosceret, præter eam Theologicæ rationem, quæ jam inde à primis illis gentis suæ Parentibus ad sua usq; tempora permanasset. Itaq; à Deo ipso patriam*

triam priscorum Hebræorum Theologiam sequutus auspicatur. ita Euseb. lib. VII de præp. c. 9. f. 313. C. Idem Hieronymus falsè castigavit quendam Novatorem, scribens ad Pammachium: *Cur post 40 annos docere nos niteris, quod ante nescivimus?* Et rursus: *cur profert in medium, quam Petrus & Paulus edere noluerunt?* pergit: *usq; in hanc diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit!* innuens, in quibusdam casibus argumentum ab antiquitate etiam negativè valere.

§. 19. *Terminis* Patres interdum usi sunt, qui usum insignem habuerunt etiam in recentiore Ecclesia: e.g. termino ἀγέννητος, *increatus*, usus est Ignatius Martyr. & alij vetustiores, eum igitur urget Athanasius, t. 1. opp. f. 922. A. de Syn. Arim. & Seleuc. Cui parallelus locus est in ep. ad Afric. Episc. f. 937. B. *quod Episcopi, non voces ipsi excogitarint, sed eas à patribus contestatas acceperint, & scriptis suis inseruerint, siquidem prisci Episcopi abhinc annis prope centum & triginta, tum qui Romæ, tum qui in nostra civitate Pontificatum gessere, accusaverint eos, qui filium creaturam dicerent, aut qui negarent eum consubstantialem patri:* ἐκ πλείονων ἐχόντες τὴν μαρτυρίαν; Græca sonant. Conser f. 616. ubi adversus Apolinaristas ex Patribus disputat. Cum de nominibus discretivis inter orthodoxos & Novatianos disputaretur, scripsit Pacianus ep. 2. ad Sympronianum f. 98. E: *Interroga seculum, frater, totosq; ex ordine annos, an nobis nomen hoc hæserit, an Cypriani populus aliud quam Catholicus nominatus sit?* Æstimavit eosdem etiam Basilius, quando celebriores ipsorum laudat in materia de Spiritu Sancto, quod *cum* vocem. usurparint. de Spir. Sanct. c. 29. Termini.

§. 20. Oriuntur *quæstiones facti*, cum quæritur, quæ fuerit antiquitatis de re controversa sententia? quo in casu juvat nosse, *orthodoxæ Ecclesiæ non esse eam sententiam, neq; majores nostros ita sensisse*, uti verbis utat Athanasii ad Epict. t. 1. opp. f. 584. Quæritur etiam de fide codicum, integri, an corrupti; genuini, an adulterini illi sint? tum verò antiquitatis testimonium implorandum est: *Non ita scriptum esse*, cauillabatur Macedonianus, respondebat orthodoxius: *Si ostendero, scriptum esse? per inhabitantem, non tibi persuasum fuerit, ejusdem esse naturæ Spiritum, atq; Patrem, & Filium?* Regerebat ille: *An verò, si unum & alterum mendosum exemplar apud vos inveniatur,* Testimonia

unde illud mihi perſuaſerit? reſp. orth. *Poſſumus oſtendere ita in cunctis vetuſtis exemplaribus eſſe.* Athan. t. 2. dial. III. f. 228. D.

(2) *Exceſſus improbatur,*

§. 21. *Exceſſus* eſt, Patrum (1) qualecunque ſilentium in periculoſum veritatis præjudicium convertere, quale quid Origenianos feciſſe, auctor eſt Hieronymus t. 3. f. 86. Cum enim juberentur Origeni dicam ſcribere, reſponderunt: *nihil hoc à Patribus ſtatutum eſt.* Pergit ille referre: *Quidam Conſtantius: quomodo, inquit, damnabimus, quos Synodus Nicena non tetigit? Quæ etiam damnavit Arrium, damnaſſet utiq; & Origenem, ſi illius dogmata reprobaſſet.* Sed acute ait Hieronymus: *Scilicet uno medicamine omnes ſimul morbos debere curari. Et idcirco Spiritus Sancti neganda majeſtas eſt: quia in illa Synodo ſuper ſubſtantia ejus ſilentium fuit. De Ario tunc, non de Origene, quæſtio fuit: de filio, non de Spiritu Sancto. Confeſſi ſunt, quod negabatur, tacuerunt, de quo nemo quærebat.* (2) Ipſorum erroribus in tantum patrocinari, ut non emendentur: *Quia juxta ſententiam Salvatoris, volo operariis bum, qui non perit, & antiquam divinorum voluminum viam ſentibus virgultiq; purgare, error mihi geminus inſtigitur: corrector vitiorum falſarius dicor, & errores non auferre, ſed ſerere. Tanta eſt vetuſtatis conſuetudo, ut etiam confeſſa plerisq; vitia placeant, dum magis pulchros habere volunt codices, quam emendatos.* Querela eſt ejuſdem Hieronymi. præf. in Job. t. IV. f. 10. C. (3) Dicta facere principium fidei, ſive in dogmaticis, ſive in hermeneuticis.

1. *Rationibus in genere,*

§ 22. Probatur 1 *Rationibus*: Optime ſcribit Hieronymus ad Pammach. & Ocean. t. III. opp. f. 86. C. *Unumquodq; non perſonarum, ſed rerum, ponderе judicandum eſt.* Et ad Paulinum: *Noli igitur, frater charißime, annorum nos æſtimare numero, nec ſapientiã canos reputes, ſed canos ſapientiam.* t. 1. f. 46. C. Exemplo illuſtrat: *Paulus Apoſtolus*, inquiens, *& vas electionis de perſecutore mutatus, noviſſimus in ordine, primus in meritis eſt, quia, extremus licet, plus omnibus laboravit.* Et, ſi auctoritas valet, valeat divina: *Quamvis*, inquit, *grandis authoritatis ſint & eloquentiæ, & ipſorum umbras os opprimat qui Iſrael virum ſive mentem videntem Deum tranſtulerunt, nos magis ſcripturæ, & Angeli, vel Dei, qui ipſum Iſrael vocavit, auctoritate ducimur, quam cujuslibet eloquentiæ ſecularis.* Baſilius in eandem ſententiam c. 7. de Spir. Sanct. f. 157. B. t. 2. diſputat. Perſonæ enim ſuis

2. & ſpecie

eſto-

erroribus ſunt obnoxiæ, & ſcripta ipſarum ſuis laborant nævis, & defectibus ; Utrumque ſupra artic. 1. multis exemplis probatum eſt. Origenes, Lactantius, Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Paulinus Nolanus, Euſebius Emiſenus, Cæſarius Arelatenſis, Eligius Noviomenſis, Alcuinus, & alii, ſtatuerunt, omnes etiam ſanctiſſimos homines per ſupremum ignem purgatum iri ; loca annotavit Dallæ. de uſu Patr. lib. II. c. 4. p. 291. 292. hic vero *manifeſtus error* eſt, judicio Bell. lib. 2. de purg. c 1.

3 Patrum erroribus.

§. 23. Habemus Patres ipſos confitentes reos, dum ſuam ipſi agnoverunt infirmitatem : ut Didymus Alex. lib. II. de Spir. Sanct. f. 199. A. ſcribens : *Satis hæc abundèq; juxta ingenij noſtri paupertatem de præſenti Evangelij capitulo dixiſſe ſufficiat. Si quibus autem Dominus revelaverit, & in viciniam veritatis adducti ſunt, magiq; poſſunt cernere veritatem, diſputationi illorum concedamus meliora, quibus ille ſuffragatur, qui eſt Spiritus veritatis ; & petimus eos, qui lecturi ſunt, ut ignoſcant imperitiæ, ſtudioq; dent veniam, cupienti totum Deo offerre quod potuit, licet ſuam non quiverit implere voluntatem.* Cyrillus Hieroſol. Catech. IV. f. 30. B. *Nam*, dicens, *divinorum ſanctorumq; fidei ſacramentorum nihil, ne minimum quidem, abſq; divinis ſcripturis tradi debet, neq; ſimplici probabilitate, neq; verborum ornatu traduci. Ne mihi quidem ea tibi proferenti ſimpliciter fidem adhibeas, niſi de divinis ſcripturis eorum, quæ dicam, demonſtrationem accipias. Nam fidei noſtræ ſalus & conſervatio non orationis facundia nititur, ſed ſcripturarum divinarum comprobatione.* Et f. 44. Catech. V. D. *Habere hanc doctrinam tanquam viaticum omni tempore vitæ, & præter hanc aliam non ſuſpicere, decet. Nec ſi nos ipſi mutati contrarium his, quæ docemus nunc, adſtruamus : Neq; ſi Angelus contrarius, in Angelum lucis transmutatus, ſeducere te voluerit.* Et Catech. XII. f. 106. A. *Non meis commentis attende ; poſſes enim forte decipi, ſed niſi Prophetarum de ſingulis acceperis teſtimonia, ne credas aſſertionibus.* Hieronymus, qui emendationes ſuas in verſionem LXX interpp. factas, confert, non auro, vel argento, ſed pellibus & caprarum pilis, ad tabernaculum Moſaicum collatis : in apol. adv. Ruffin. f. 102. Idem præf. ad c. XIII. Jeſ. t. 5. f. 79. C. ſuorum ſcriptorum *plenam emendationem lectoris judicio reſervat.* Comment. II. in Hab. *Hæc*, inquit,

confeſſione propria.

cubi deest, aliunde suppleatur. vid. Athanas. ad Serap. t. 1. fol. 188. B.

Object. §. 12. *Objicias*: qui scriptura fuerit fidei principium, & sola quidem, cum tamen tot diversis interpretationibus obnoxia sit?

R. R. Athanasius orat. I. adv. Arian. t. 1. f. 286. D. *Quotquot sunt hæreses, nihil habent in suis impiis figmentis constituendu, quod commune sit cum S. Scriptura; neq; id eos latet, qui huiusmodi errores tuentur, quam longe, imo quam omnino illa hæresis dissentiat à S. scriptura: sed tamen ad dolum simpliciorum, de quibus proverbia mentionem faciunt: simplex credit omni sermoni, præ se ferunt, se studiose persequi, ac proferre dictiones, veluti Diabolus ipsorum pater, ut ex illis dictionibus rectum sensum habere videantur, eumq; ubi persuaserint, eo miseros deducunt, ut diversa, alienaq; à scripturis sentiant.* Vitium igitur non est scripturæ, sed hominum, scriptura abutentium. Et orat. II. f. 360. *decipiunt* (Hæretici) *stultos, dum quidem in speciem veri voces scripturæ prætexunt: pro vera tamen sententia venenum suæ hæreseos aspergunt.* Eadem legas de hum. Christ. nat. f. 595. D. & de Synod. Arim. & Seleuc. f. 908. Hilarius subscribit, dicens: *Extiterunt enim plures, qui cœlestium verborum simplicitatem pro voluntatis suæ sensu, non pro veritatis ipsius absolutione, susciperent, aliter interpretantes quam dictorum virtus postularet.* lib II. de Trin. f. 13. & lib. VIII. f. 109. *Non patet ad occasionem impietatis pius sermo, & apostolica fides non est extra prædicationis diligentiam.* Basilius docet, Hæreticos potius ex S. literis agnosci, & confundi: reg. moral. XXVIII. f. 308. t. 2. C. ἀπὸ τῶν δεδομένων ἡμῖν παρὰ τῆς γραφῆς χαρακτῆρα γνωρίζειν ἕκαστον. *Ex datis nobis ab divinis literis signis agnosci debet unusquisq; qualis sit.*

Antithesis 1. *Traditiones:* dist. (1.) inter traditiones ἐγγράφους & ἀγράφους: §. 13. Si igitur scriptura sacra principium fidei est, & unicum quidem, consequitur inde 1. *Traditiones ἀγράφους non scriptas* fidei divinæ principium non esse. *Distinguimus* autem traditiones; Aliæ enim sunt ἔγγραφοι *scriptæ*, sive quoad literas, sive quoad sensum, in verbo Dei: aliæ autem ἄγραφοι non-scriptæ, neque κατὰ γράμμα, seu *literam*; neque κατὰ διάνοιαν, seu *sensum*. Sermo nobis est de ἀγράφοις, quæ sunt præter, vel contra scripturam; De quibus loquitur Hieronymus comm. ad Hag. I. 11. *quæ absq; auctoritate & testimoniis scripturarum quasi traditione Apostolica sponte reperiunt, atq; confingunt, percutit gladius Dei*, non de ἐγγράφοις, utpo-

te

te quas ejusdem cum scripturis valoris esse censemus. Dionysius Areopag. de Eccles. Hier. c. 1. §. 4. scripturas sacras vocat λόγια θεσπῳδοῦντα *oracula divinitus tradita.* Julius Firmicus Maternus de error. profan. cap. 9. laudat *Evangelica traditionis secreta*, & intelligit scripta Evangelistarum. Athanasius de incarn. t. 1. f. 592. B. C. ad orationem Filii Dei appellat τὴν παράδοσιν πίστιν *fidem traditam*; nempe ab Apostolo 1. Tim. III. 16. unde vocat ἀποστολικὴν παράδοσιν *Apostolicam traditionem.* Talis traditio est Dei simplicitas, quam idem Athanasius didicit ἐκ τῶν ἱερῶν καὶ θείων γραφῶν *ex sanctis & divinis scripturis*, καὶ τῶν καθ' ἑξῆς διαδεξαμένων τὴν ὑπηρεσίαν *postmodum & ab Episcopis, qui hoc per manus tradiderunt*: disp. adv. Arium. f. 136. A. Doctrina orthodoxa de ὁμοουσίᾳ personarum divinarum, est fides πατέρων καὶ τῶν θείων γραφῶν ὁμολογηθεῖσα: *à patribus secundum divinas scripturas tradita*, juxta eundem Athan. epist. ad Epictet. f. 582. Confer Epist. ad orthod. f. 943. D. De Spir. S. ad Serapion. f. 207. De judic. multitud. t. 2. f. 293. Epist. XXXIX. festal. f. 38. ubi catalogum librorum canonicorum etiam inter traditiones refert; de quo videndi sunt etiam Cyril. Hieros. Catech. IV. f. 37. B. Et Epiphan. Hæres. IX. Cyrillus Hieros. l. c. f. 45. dogmata in scripturis contenta disertè ad traditiones refert: *videte*, inquiens, *ut servetis traditiones, quas nunc accepistis, & in latitudine cordis eas describite, & cum pietate illas custodiatis.* postquam f. 44. B. dixisset: *Habeas fidem in illum, ut deinceps eam accipias ab illo, quæ super humanas vires operatur. Fidem vero in disciplina & promissione posside; & custodi illam à sola Ecclesia tibi nunc traditam, & ex omni scriptura munitam.* ait παραδιδομένην *traditam*: Et tamen τὴν ἐκ πάσης γραφῆς ὠχυρωμένην *ex omni scriptura roboratam.* Basilius articulum de Trinitate ex traditione probat. de Sp. S. c. 29. t. 2. f. 217. Idem igitur est traditum, & in sacris literis revelatum. Id quod pluribus testimoniis illustrare voluimus adversus eos, qui imperitis imponere solent vocabulo traditionis, tanquam non accipiendum illud sit, nisi de iis, quæ sunt præter, vel etiam contra, scripturam.

§. 14. Sunt etiam aliæ traditiones Judæorum, aliæ Christianorum. De judæorum traditionibus Hieronymus t. IV. opp. f. m. 77. C. scribit: *Quanta traditiones Pharisæorum sint, quas hodie*

2. inter Iudaicas & Christianas.

hodie vocant δευτερώσεις, & quam aniles fabulæ, evolvere nequeo. Neq; enim libri patitur magnitudo: & pleraq; tam turpia sunt, ut erubescam dicere. Conferri potest Epiphanius Hæres. XXXIII adv. Ptolemaitas. Nobis nunc non est de Judæorum, sed Christianorum traditionibus quæstio; Et quidem sive hermeneuticis, sive dogmatibus; Nam quod cæremoniales, & historicas attinet, si in sua ἀδιαφορίᾳ, & fide humana relinquuntur, nobis non improbantur. In cæremonialibus numero formulas Ecclesiasticas, quibus orthodoxi jamantiquitus usi sunt, præsertim ad fidem suam, & orthodoxiam contestandam: Talis e. g. formula est δοξολογία: σὺν τῷ πνεύματι: *gloria cum spiritu*: de qua auditu digna sunt verba Basilii: *Sane contra id, quod dicunt, glorificationem cum spiritu, & carere testimonio, nec in scripturis extare, illud dicimus: Si nihil aliud est receptum absq; scripturis, ne hoc quidem recipiatur; Sin plurima arcana citra scriptum recepta sunt nobis, cum aliis pluribus & hoc recipiamus.* de Spir. Sanct. c. 29. Sic ille adversus Arianos, Macedonianos; & alios πνευματομάχους, qui gloriæ Spiritus Sancti, in Ecclesiis celebrari solitæ, derogatum ibant, sub eo prætextu, quod in S. literis de ea formula nihil scriptum habeatur. Licet enim eo modo in S. literis non legatur, res ipsa tamen legitur; Formula vero in arbitrio Ecclesiæ sita est, & traditionem merito veneratur: ὧν οἱ ἐξ ἀρχῆς διατυξάμενοι παραδόντες τοῖς ἐφεξῆς, συμπροϊόντος ἀεὶ τοῦ χρόνου τῆς χρήσεως, διὰ μακρᾶς τῆς συνηθείας ἰσχὺν ἐκκλησίαις ἐγκατερρίζωσαν: *quam qui ab initio præscripserunt, tradiderunt q; posteris, usu semper simul cum tempore progrediente, per longam consuetudinem Ecclesiis irradicarunt.* Quæ ejusdem verba sunt. In hunc censum retulerim etiam ὁμούσιον vocabulum, quod & ipsum extraditione superioris seculi merito acceperunt: Catalogum librorum Canonicorum, quem *Apostoli, & veteres Episcopi, Ecclesiæ Antistites* παραδόντες *tradiderunt*, referente Cyril. Hieros. Catech. IV. f. 37. B.

Probatur. §. 15. Constituto, & declarato, quæ traditiones intelligantur, quæ minus, docendum est, Patres illas ἀγράφους, imo ἀνεγγράφους, pro fidei neque articulis, neque principio habuisse. Basilius Moral. reg. XII. c. 2. præclare scribit: ὅτι οὐ δεῖ παραδόσεσιν ἀνθρώπων ἀκολουθεῖν ἐπ' ἀθετήσει ἐντολῆς θεοῦ: *quod nullo modo humanas traditiones sequi debe-*

debemus, it aut pro illis defendendis præcepta divina abrogemus. f. 294. A. t. 1. Alibi nempe lib. 1. de Bapt. c. 2. volebat homines liberari, ut à diabolicis concupiscentiis, & mundanis fastigiis, ita etiam τῶν ἀνθρωπίνων παραδόσεων *humanis traditionibus; si vel modice à debito, properantibus voluntatis divino studio impediant.* Hieronymus in c. l. Hagg. verbum Dei commendat, utpote quo *percutiuntur omnia, quæ quasi traditione Apostolica sponte reperiunt & confingunt Hæretici, absq; testimonio scripturarum.* Si enim promiscue Traditiones recipiendæ fuerint, vicerint Judæi Traditionarij, de quibus Hieron. q. X. Algas. t. 4. f. 77. C. verba paulo ante citavimus. Hæretici, utpote quod & ipsi ad traditiones provocent. Cajani Hæretici monstra errorum fingebant, sub prætextu, accepisse sese ea ex Apostolo Paulo, in tertium cœlum olim abrepto. Epiph. Hæres. XXXVIII. f. 131. Audæani, alij Hæretici, gloriabantur & ipsi de traditione, in controversia paschali, referente eodem Hæres. LXX. f. 397. *ad hoc afferunt falso iidem Audiani Apostolorum constitutionem, quæ apud multos in ambiguo est, sed non reprobata.* In controversia de rebaptizandis vel non rebaptizandis iis, quos Hæretici baptizarant, *quod facimus?* interrogat Hieronymus: *ita & nobis majores nostri, & illis* (Africanis) *sui tradidere majores:* respondet dial. adv. Lucif. t. 3. opp. f. 66. C. de tempore jejunij utraque dissentientium pars traditionem pro sese allegavit. vid. ex veteribus Hieron. epist. XXVIII. ex recentioribus Coriolan. sum. Concil. f. 170. Ipse Hieronymus traditionem per-antiquam de cellulis LXX interpretum exsibilavit, vid. prologum in Pentateuchum: Socrates lib. I. hist. Eccles. c. 12. & 13. quædam narrat de Novatianis, per traditionem accepta ab Acetio, illo ipso, qui concilio Nicæno interfuerat. Antiqua traditio est, Zachariam Barachiæ filium, inter templum & altare occisum, fuisse Parentem Joannis Baptistæ; quæ invenitur apud Origen. tract. XXVI in Matth. (ad quem traditio hæc ex majoribus venit, ipso dicente) Basilium homil. XXVIII de hum. Christ. gener. Nyssenum homil. de nativ. Cyrillum Alex. lib. adv. Antropom. Petrum Alex. in epist. &c. quam Corderius Caten. LXV. Patr. in Lucam, tanquam *communem Græcorum Patrum sententiam* recenset; quam & recentiores nonnulli suam fecerunt; & tamen ea traditio Corderio, Guidoni, Perpin. Barrachio, & aliis Papistis, non placet, vel Gerh. harmon. coutin, c. 158. p. 222. D.

222. D. Dorsch. Theol. Zach. part. I, proœm. p. 2. §. 3. Multa, quæ olim traditionis erant, hodie in Ecclesia Pontificia exspirarunt, *velut in lavacro ter caput mergitare, deinde egressos lactis & mellis prægustare concordiam ad Infantiæ significationem, die Dominico & per omnem Pentecosten, nec de geniculis adorare, & jejunium soluere*, scribit Hieron. adverſ. Lucifer. f. 63. C. t. 3. Et tamen hæc, & similia alia *per traditionem in Ecclesiis prisco eo tempore observabantur*, & *auctoritatem scriptæ legis sibi usurpaverant.*

II Patres. (2) Extrema cavenda.

§. 16. Hæc omnia probatiora, & clariora erunt, si ostenderimus Nec II. *Patres esse fidei principium.* Patres dicuntur non solum ab ætate, quod antiquiores sint, sed etiam doctrina, ideo, & vel maximè, quod antecessores juniorũ sint doctrina, adeo ut de patribus gloriari non possit, nisi ille, qui ipsorum doctrinam & fidem sectatur: *Quomodo poterant eos appellare suos Patres, quorum confessionem bene & Apostolice scriptam non recipiunt?* interrogat Athanas. epist. ad Afric. t. 1. f. 937. D. Et de synod. Arim. f. 922. D. postquam allegasset verba Ignatij Antiocheni, patrum antiquissimi, & alios Patrum laudasset, optasseteq; scripta eorum habere, tanquam orthodoxiæ conformia, *idenim par est*, ait, *& decet, ut sentiamus, & istiusmodi bonam conscientiam erga patres nostros retineamus, modo non nothi simus, sed ab illis traditiones habeamus, & simus ab illis pietatis institutione imbuti.* ἕως μὴ νόθοι γνησίως ὦμεν, ait, innuens, tum demum nos esse genuinos patrum liberos, si doctrinam ipsorum genuinam sectemur. In patribus autem *duo extrema* cavenda sunt, defectus, & excessus. *Defectus*, cum plane spernuntur: quo de contemptu conqueritur Basilius epist. LXI. scribens: καταφρονοῦσι τὰ τῶν πατέρων δόγματα: *Patrum dogmata contemnuntur, Apostolorum traditiones nullo numero habentur, recentiorum hominum inventa in Ecclesiis dominantur.* t. 2. f. 837. C. Et licet aliquando quis erraverit in uno, vel in altero, non tamen omnia eius reijcienda sunt: *Nec enim propter* (Origenis) *dogmatum pravitatem, si quos commentarios in scripturas sanctas utiles edidit, penitus respuendi sunt.* ita Hier. de Origene ad Tranquil. t. III. f. 143. C. *Excessus* eorum vel omnia probat, vel certè aliqua, quæ potius improbanda essent, & tamen sub eo prætextu probantur, quia à patribus profecta sunt. de quo paulo post ex professo.

Defectus

& Excessus.

§. 17.

Digitized by Google

§. 17. *Medium* tenuere beati! Reverendi enim sunt Patres; quod
Πᾶν τὸ ἀρχαιότητι διαφέρον, αἰδέσιμον: *omne, quod antiquitate præcellit,* medium!
venerabile est: censet Basil. homil. de jejun. t. 1. f. 322. D. sine dubio loquitur de antiquitate Ecclesiastica, seu de iis, quæ in Ecclesia visibili valuerunt, & de Doctoribus in ea æstimatis: *Quid* enim? *parva nobis de Apostolicis viris, parva de primis sacerdotibus, parva de beatissimo Cypriano martyre, atq; doctore cauit auctoritas? An volumus docere doctorem? an sapientiores illo sumus, & spiritu carnis afflamur adversus eum, quem æterni Dei testem, nobis cruor, & clarissimæ passionis corona produxit?* ita quærit Pacianus adv. Sympron. epist. 1. f. m. 95. D. Distinguendum tamen est pretiosum à vili, omnia probanda, & bonum tenendum est: *Laudavi (Origenem) interpretem, non dogmatisten; ingenium, non fidem; Philosophum, non Apostolum,* discretio est Hieronymi ad Pammach. & Ocean. t. 3. f. 86. Et apol. adv. Ruffin. t. 3. f. 110. B. *In Tertulliano laudamus ingenium, sed damnamus hæresin; in Origene miramur scientiam scripturarum, & tamen dogmatum non recipimus falsitatem; In Didymo vero & memoriam prædicamus, & super Trinitate fidei puritatem, sed in cæteris, quæ Origeni male credidit, nos ab eo retrahimus. Magistrorum enim non vitia imitanda sunt, sed virtutes.* Provocarat ad exemplum Cyptiani: *Et Beatus Cyrianus,* inquiens, *Tertulliano Magistro utitur, ut eius scripta probant, cumq; eruditi & ardentis viri delectetur ingenio, Montanum cum illo Maximillamq; non sequitur.* f. 86. B. Ad Tranquillinum scribit: *Ego Origenem propter eruditionem sic interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, Novatum, Arnobium, Apollinarium, & nonnullos Ecclesiasticos scriptores, Græcos pariter & Latinos, ut bona eorum eligamus, vitemusq; contraria, juxta Apostolum dicentem: omnia probate, quæ bona sunt, tenete.* f. 143 B. Accidit, ut sive verba, sive sententia, à mente sua aliena Patribus assignentur, quo in casu à calumniis omnino vindicandi sunt. Ruffinus apologiam adornavit pro Origene adversus corruptores librorum eius. vide Hieronymum t. 2. opp. f. 114. D. Sed utinam in eodem crimine ipsemet versatus non fuisset: utpote qui *tanta licentia in scriptis Origenis, Eusebij, & aliorum, quæ de Græcis Latina fecit, versatus est, ut nulla in eius interpretationibus pagina occurrat, in qua non aliquid truncarit, vel addiderit, vel interpolaverit.* judicio Dallæi de us. PP. lib. 1. c. 4. p. m. 65. Neq; ipse solum non; sed nec Hieronym., ipsius licet cæteta adversa-

rius, qui *ipse passim agnoscit, se Origenem vertisse in Latinum, sed ita, ut noxia quaq; truncaverit, & mala imbrunorum interpretatione subtraxerit; Quod, si quid intelligo, significat, si quid cum sententia, quæ tum temporis apud Christianos obtinebat, pugnaret, rudibusq; offensioni esse posset, id ab ipso expunctum & amputatum fuisse in Versione quam adornasset; eandemq; interpretandi methodum secutos fuisse Hilarium, & Eusebium Episcopum Vercellensem docet; Alibi, proœmio in librum Eusebij de locis Hebraicis, profitetur, se omisisse, quæ digna memoria non sunt visa, & pleraq; mutasse.* referente eodem Dallæo p. 66. Cum Ariani in partes vocarent Dionysium Alex. superioris seculi Doctorem eximium, Athanasius eius innocentiam vindicavit ab illis calumniis, tom. I. f. 548. scriptam ab Alexandrino isto ad Romanum Dionysium epistolam laudans, de Syn. Arim. & Seleuc. t. 1. f. 918. C. Confer de sent. Dionys. t 1. f. 549. A.

Collationes §. 18. Quo in casu multum conducit, si Patrum scripta invicem conferantur, & obscura, vel dubia, ex claris, & certis locis explicentur: *Scripsisse Dionysium istius generis epistolam agnoscimus, veram non hanc solam, sed plurimas abeo postmodum scriptas esse dicimus, quas ab istis quoq; legi oportuit, ut ex omnibus simul, non ex unica duntaxat, judicium de ejus fide constitui posset.* Sic Athanasius idem de eodem f. 551. C. Patres interdum uni tantum scopo intenti sunt, & eo unicè mentem intendunt, hinc fit, ut in aliis secus sentire videantur, id quod illi ipsi Dionysio contigisse, Athanasius observavit; Dum enim Sabellium impugnat, ὁμοουσίαν Trinitatis videbatur oblitus esse. f. 554. C. Idem Athanasius causam egit etiam Patrum Antiochenorum adversus Arianos eosdem. Nam & Antiochenos adversus Samosatenum pugnantes calumniati sunt, tanquam in suis castris militassent. De Syn. Arim. & Seleuc. f. 917. seqq: Laudavit etiam Nicænos, quod vel terminos Antiochenorum retinuissent: f. 873. & 918. A. Quibus vestigiis institit Hieronymus, scribens: *Scito, nobis nihil esse antiquius, quam Christi jura servare, nec Patrum transire terminos.* ad Theophil. Salvis igitur Christi juribus nec Patrum termini transeundi sunt. *Quod aliud nullum disciplina genus legum suarum pietati consentaneum agnosceret, præter eam Theologicæ rationem, quæ jam inde à primis illis gentis suæ Parentibus ad sua usq; tempora permanasset. Itaq; à Deo ipso patriam*

triam priscorum Hebræorum Theologiam sequutus auspicatur. ita Euseb. lib. VII. de præp. c. 9. f. 313. C. Idem Hieronymus falsè castigavit quendam Novatorem, scribens ad Pammachium: *Cur post 40 annos docere nos niteris, quod ante nescivimus?* Et tursus: *cur profert in medium, quam Petrus & Paulus edere noluerunt?* pergit: *usq; in hanc diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit!* innuens, in quibusdam casibus argumentum ab antiquitate etiam negativè valere.

§. 19. *Terminis* Patres interdum usi sunt, qui usum insignem habuerunt etiam in recentiore Ecclesia: e.g. termino ἀγέννητος, *increatus*, usus est Ignatius Martyr. & alij vetustiores, eum igitur urget Athanasius, t. 1. opp. f. 922. A. de Syn. Arim. & Seleuc. Cui parallelus locus est in ep. ad Afric. Episc. f. 937. B. *quod Episcopi, non voces ipsi excogitarint, sed eas à patribus contestatas acceperint, & scriptis suis inseruerint, siquidem prisci Episcopi abhinc annis prope centum & triginta, tum qui Romæ, tum qui in nostra civitate Pontificatum gessere, accusaverint eos, qui filium creaturam dicerent, aut qui negarent eum consubstantialem patri: ἐκ πλείονων ἔχοντες τὴν μαρτυρίαν?* Græca sonant. Conter f. 616. ubi adversus Apolinaristas ex Patribus disputat. Cum de nominibus discretivis inter orthodoxos & Novatianos disputaretur, scripsit Pacianus ep. 2. ad Sympronianum f. 98. E: *Interroga seculum, frater, totosq; ex ordine annos, an nobis nomen hoc hæserit, an Cypriani populus aliud quam Catholicus nominatus sit?* Æstimavit eosdem etiam Basilius, quando celebriores ipsorum laudat in materia de Spiritu Sancto, quod *cum* vocem. usurparint. de Spir. Sanct. c. 29. Termini.

§. 20. Oriuntur *quæstiones facti*, cum quæritur, quæ fuerit antiquitatis de re controversa sententia? quo in casu juvat nosse, *orthodoxæ Ecclesiæ non esse eam sententiam, neq; majores nostros ita sensisse*, uti verbis utar Athanasii ad Epict. t. 1. opp. f. 584. Quæritur etiam de fide codicum, integri, an corrupti; genuini, an adulterini illi sint? tum verò antiquitatis testimonium implorandum est: *Non ita scriptum esse*, cauillabatur Macedonianus, respondebat orthodoxius: *Si ostendero, scriptum esse? per inhabitantem, non tibi persuasum fuerit, ejusdem esse naturæ Spiritum, atq; Patrem, & Filium?* Regerebat ille: *An verò, si unum & alterum mendosum exemplar apud vos inveniatur,* Testimonia.

erroribus ſunt obnoxiæ, & ſcripta ipſarum ſuis laborant nævis, & defectibus ; Utrumque ſupra artic. 1. multis exemplis probatum eſt. Origenes, Lactantius, Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Paulinus Nolanus, Euſebius Emiſenus, Cæſarius Arelatenſis, Eligius Noviomenſis, Alcuinus, & alii, ſtatuerunt, omnes etiam ſanctiſſimos homines per ſupremum ignem purgatum iri ; loca annotavit Dallæ. de uſu Patr. lib. II. c. 4. p. 291. 292. hic verò *manifeſtus error* eſt, judicio Bell. lib. 2. de purg. c 1. à Patrum erroribus.

§. 23. Habemus Patres ipſos confitentes reos, dum ſuam ipſi agnoverunt infirmitatem : ut Didymus Alex. lib. II. de Spir. Sanct. f. 199. A. ſcribens : *Satis hæc abundèq; juxta ingenij noſtri paupertatem de præſenti Evangelij capitulo dixiſſe ſufficiat. Si quibus autem Dominus revelaverit, & in viciniam veritatis adducti ſunt, magisq; poſſunt cernere veritatem, diſputationi illorum concedamus meliora, quibus ille ſuffragatur, qui eſt Spiritus veritatis ; & petimus eos, qui lecturi ſunt, ut ignoſcant imperitiæ, ſtudioq; dent veniam, cupienti eorum Deo offerre quod potuit, licet ſuam non quiverit implere voluntatem.* Cyrillus Hieroſol. Catech. IV. f. 30. B. *Nam*, dicens, *divinorum ſanctorumq; fidei ſacramentorum nihil, ne minimum quidem, absq; divinis ſcripturis tradi debet, neq; ſimplici probabilitate, neq; verborum ornatu traduci. Ne mihi quidem ea tibi proferenti ſimpliciter fidem adhibeas, niſi de divinis ſcripturis eorum, quæ dicam, demonſtrationem accipias. Nam fidei noſtræ ſalus & conſervatio non orationis facundia nititur, ſed ſcripturarum divinarum comprobatione.* Et f. 44: Catech. V. D. *Habere hanc doctrinam tanquam viaticum omni tempore vitæ, & præter hanc aliam non ſuſpicere, decet. Nec ſi nos ipſi mutati contrarium his, quæ docemus nunc, adſtruamus : Neq; ſi Angelus contrarius, in Angelum lucis transmutatus, ſeducere te voluerit.* Et Catech. XII. f. 106. A. *Non meis commentis attende ; poſſes enim forte decipi, ſed niſi Prophetarum de ſingulis acceperis teſtimonia, ne credas aſſertionibus.* Hieronymus, qui emendationes ſuas in verſionem LXX interpp. factas, confert, non auro, vel argento, ſed pellibus & caprarum pilis, ad tabernaculum Moſaicum collatis : in apol. adv. Ruffin. f. 102. Idem præf. ad c. XIII. Jeſ. t. 5. f. 79. C. ſuorum ſcriptorum *plenam emendationem lectoris judicio reſervat.* Comment. II. in Hab. *Hæc*, inquit, confeſſione propria.

à me breviter dicta ſunt. Si quis autem his ſaniora & veriora repererit, illi magis explanationi præbete conſenſum. Et in Sophon. *Hæc diximus, ut potuimus, interpretationi allegoricæ ſervientes. Si quis autem magis veriſimilia & habentia rationem, quam à nobis ſunt diſſerta, repererit, illius magis lector auctoritate ducatur.* Conf. cõm. in Zach Ambroſius quoq; ſuorum libellorum cenſuram Sabini cuiusdam indicio ſubmiſit. lib. VII. ep. 40. Baſilius perinde ut iſte: *Ego quidem*, inquit, *dictum hoc ad iſtum modum per ſecundariam argumentationem intellexi & expoſui. Si vero quisquam eſt, qui meliora adferat, aut noſtra pie corrigat, is & dicat, & corrigat, & Dominus illi pro vobis retribuat.* epiſt. CXLI. f. 931. D. Confer Athanaſ. in illud: quicunque dixerit. t. 1. f. 1003. B.

Affectibus. §. 24. Suis patres laborarunt *affectibus*; Nam in calore diſputandi, & concionandi longius interdum provecti ſunt. In diſputando: *Hoc non dogmaticè, ſed contentioſe* (ἐ δογματικῶς ἀλλ' ἀγωνιστικῶς) *in diſputatione adverſus Ælianum dictum eſſe.* ait de Gregorio Thaum. Baſilius ep. 64. f. 849. B. t. 2. Arripuerunt quandoque quidquid ullo modo ad ſuam cauſſam facere putabant, Id quod ingenue fatetur Hieron. ad Pammach. t. 2. ſcribens: *Simul dicimus, plura eſſe videlicet genera dicendi, & inter cætera, aliud eſſe γυμναστικῶς ſcribere, aliud δογματικῶς: In priori vagam eſſe diſputationem, & adverſario reſpondentem nunc hæc, nunc illa, proponere, argumentari ut libet, aliud loqui, aliud agere, panem, ut dicitur, oſtendere, lapidem tenere. In ſequenti autem aperta frons, &, ut ita dicam, ingenuitas neceſſaria eſt Aliud eſt quærere, aliud definire, in altero docendum eſt. Tu me ſtantem in prælio, & de vita periclitantem ſtudioſus magiſter doceas: Noli ex obliquo, & unde non putaris vulnus infligere, directo percute gladio, turpe tibi eſt hoſtem dolis ferire, non viribus: Quaſi non hæc ars ſumma pugnantium ſit, alibi minari, alibi percutere.* Hæc ille & plura alia in hunc ſenſum. Ut vel ipſe Pamachius, Hieronymo cætera addictiſſimus, rigorem tamen ejus reprehenderit, & librum aliquem ſubduxerit. vide ep. Hier. ad Pam. t. 3. f. 53. C. Placet nobis judicium Dallæi d. Patr. p. 177. *Hic mos apud patres frequens eſt, maxime apud Tertullianum, Ambroſium, & Hieronymum, qui cum ingenio ſint fervido ac concitato, quam in partem propendent, eo tanto impetu ferantur, ut, quos quidem laudant, eos inter Angelos; quos vero vituperant, inter Diabolos*

bolos collocare videantur: Ita, quæ credenda putant, non aliter commendant, quam si totidem essent Christianismi fundamenta; quæ rejiciunt & refutant, non aliter explodunt, quam si merum atheismum spirarent. In explicandis scripturæ dictis ad *accessorias & collaterales*, ut Perronius alicubi loquitur, significationes nonnunquam delabuntur. In concipiendis scriptis suis interdum festinarunt nimium; ut Hieronym., qui de epist. ad Fabiolam prolixè perscripta fatetur, se eam *ad unam lucubratiunculam, cum jam fauis solveretur è littore, & nautæ crebrius inclamarent, propero sermone dictavisse.* Idem commentarium in libros Salomonis vocat *tridui opus*; Idem de alio suo opere dicit: *Extemporalis est dictatio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profusa, ut notariorum manus lingua præcurreret, & signa ac facta verborum volubilitas sermonum obrueret.* Epist. XLVII. Sic etiam comentarios in Matthæum excusat. Neq; tamen ea festinatio semper ex ipsorum culpa erat, sed etiam amicorum interdum. Hieron. epist. ad Pammach. pro libb. contra Jovin. *Non sum, ait, tantæ felicitatis, quantæ plerique hujus temporis tractatores, ut nugas meas, quando voluerim emendare, possim. Statim ut aliquid scripsero, aut amatores mei, aut invidi, diverso quidem studio, sed pari certamine, in vulgus nostra disseminant; & vel in laude; vel in vituperatione nimij sunt; non meritum stili, sed suum stomachum sequentes.* t. 3. f. 53. C.

à Festinatione.

§. 25. Commentarios suos interdum derivarunt, vel etiam consarcinarunt, ex aliorum, interdum heterodoxorum, scriptis, ut nescias, quid ex sua, quidve ex aliena, mente scripserint: *Commentarij quid operis habent? alterius dicta edisserunt, quæ obscurè dicta sunt plano sermone manifestant, multorum sententias replicant, & dicunt: Hunc locum quidam sic edisserunt, alij sic interpretantur, illi sensum suum & intelligentiam his testimonijs, & hac nituntur ratione firmare; ut prudens lector, cum diversas explanationes legerit, & multorum vel probanda vel improbanda didicerit, judicet, quid verius sit, & quam bonus trapezita adulterinæ monetæ pecuniam reprobet. Num diverse interpretationis, & contrariorum inter se sensuum tenebitur reus, qui in uno opere, quod edisserit, expositiones posuerit plurimorum?* ita Hieron. ad Pammach. & Marcel. t. 2. & alibi: *Hic est commentariorum mos, & explanationum regula, ut opiniones edisserant; Et hoc non solum sanctarum interpretes scripturarum, sed secularium quoq; literarum explanatores*

à Commentariorum transcriptione.

sores faciunt, tam Latinæ linguæ, quam Græcæ. apol. adverſ. Ruffin.

Securitate. §. 26. Ante mota certamina ſecure interdum locuti ſunt, & ſcripſerunt. Specioſam profecto cauſſam habuiſſent Ariani, Eunomiani, Photiniani, ſi ſemper juxta phraſeologiam veterum de controverſiis ſuis judicandum fuiſſet. Tum enim pro ſeſe habuiſſent Juſtinum Martyrem, Athenagoram, Tatianum, Theophilum, Irenæum, Clementem Alexandrinum, & Romanum, Origenem, Dionyſium Alex. Gregorium Thaumaturgum, Methodium, Lucianum Martyrem, Tertullianum, Lactantium, Zenonem Veronenſem &c. quorum anomalas & ſcandaloſas phraſes, ſi non & ſententias, ingenue notavit Petav. lib. 1. de Trin. c. 5. Etiam Hieron. incautius interdum locutus eſt, nec negavit, dicens: *Fateor errorem, non debui diligentem dicere, ſed blaſphemum. Quod ſi feciſſem, & aliquo ſciſſem vaticinio, te iſtiusmodi nenias ſectaturum, etiam calumniæ verba vitaſſem:* Nihil nunc dicam de corruptelis, eorundem ſcriptis aliunde illatis.

& corruptelis.

II. Auctoritatibus. Eccleſiaſt. §. 27. II. *Auctoritatibus*, cum Eccleſiaſticis, tum politicis: *Eccleſiaſticis*; Nam Patres ipſi aliorum ſive coævorum, ſive antiquiorum, nec ſingulorum modo, ſed etiam plurium ſimul, licet etiam in conciliis collectorum, auctoritate ſtare noluerunt. E.g. Athanaſius, Arianis ad Alexandrinum Dionyſium provocantibus, reſpondit: Si bene fidunt ſuæ ſectæ, verbisque quæ loquuntur, nudam nobis ſuam hæreſin proferant oſtendantq;. Si quid pro ea defendenda, vel ex ſacris literis, vel ex aliqua humana ſaltem ratione, quæ quidem pia ſit, deducere poſſint: aut ſi non poſſint, taceant. de ſent. Dionyſ. f. 549. B. t. 1. Ambroſius de incarn. ſacram. c. 3. *nolo nobis credatur*, ait, *ſcriptura recitetur.* Hilarius, cum incidiſſet in mentionem commentarii, à Tertulliano in orationem Dominicam olim conſcripti, *aptiſſimum* quidem vocat *volumen*, *ſed conſequens error*, addit, *hominis detraxit ſcriptis probabilibus auctoritatem.* Comm. in Matth. can. V. f. m. 261. Baſilius ſcribens ad Maximum Philoſophum epiſt. XLI. f. m. 802. t. 2. C. de Dionyſio, (confer Athanaſ. t. 1. opp. f. 919. de Syn. Arim.) *Non omnia*, ait, *viri hujus laudamus. Ipſe propemodum, quantum nobis liquet, primus hominibus impie-*

impietatis istius Anomœanæ, quæ jam passim obstrepit, seminaria præbuit. Causam vero hujus non puto animi malitiam esse, sed quod vehementer cœpit oblectari Sabellio. Hæcille, non attento, quod Athanasius apologiam pro ipso scripserit. Phœbadius, cum Osii auctoritas sibi objiceretur, cordate respondit: *Non sum nescius, his omnibus discussis & in lucem intelligentiæ publicæ propositis, antiquissimi sacerdotis & promtæ semper fidei Osi nomen, quasi quendam in nos arietem, temperari quo condictionis temeritas propulsetur; sed hanc contra nos erigentibus machinam brevi admodum sermone respondeo: Non potest ejus auctoritate præscribi, qui aut nunc errat, aut semper erravit.* adv. Arian. c. 45. p. 38. & p. 39. *Præiudicatæ opinionis auctoritas nihil valebit, quia contra scipsam ipsa consistit. Et sane legimus: iustitia iusti non salvabit eum in quacunq; die exerraverit.* Hieronymus præcipuè liber esse voluit à præjudiciis majorum, & patrum, quare totiesin scriptis suis à vetustioribus dissentit. Cum Ruffinus Origenem excusatum iret, tanquam ejus scripta ab Hæreticis fuissent corrupta, perinde ut Clementis Romani, Alexandrini, Dionysii Alex. ille negavit Conseq. cum errores in ipsorum scriptis possint aliunde fuisse: unde ergo? *Si me causas vitiorum nescire respondero, non statim illos hæreticos iudicabo.* ita ille adv. Ruffin. t. 3. f. m. 100. B. Solos Ἀυτόπτας pro infallibilibus habuit: *Scio,* scribens ad Theophilum, *me aliter habere Apostolos, aliter reliquos tractatores; Illos semper vera dicere, istos in quibusdam ut homines aberrare.* t. 3. f. 84. Epist. LXII. & epist. CLII: *Nec juxta Pythagoræ discipulos præiudicata doctoris opinio, sed doctrinæ ratio, ponderanda est.* pergit: *Meum propositum est, antiquos legere, probare singula, retinere quæ bona sunt, & à fide Ecclesiæ Catholicæ non recedere.* Et ep. LXXVI. *Ego Origenem propter eruditionem sic interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, Novatum, Arnobium, Apollinarium, & nonnullos Ecclesiasticos scriptores, Græcos pariter & Latinos, ut bona eorum eligamus, vitemusq; contraria: iuxta Apostolum, dicentem, omnia probate, quæ bona sunt tenete.* t. 3. f. 143. B. Et quis omnia huius viri in hunc sensum dicta huc congesserit? Confer Præfat. in Job. t. IV. f. 10. C. Adv. Helvid. f. 5. D. Ad Avit. f. 68. Ad Vigil. f. 142. tom. 3. & præmissa.

§. 28. Ex allegatis dictis, Hieronymi præcipue, apparet, recentiores à vetustioribus patribus impune nonnunquã dissentire, nec

uno tantum, sed pluribus simul. Sententia fuit Justini Martyris dial. cum Tryph. Irenæi lib. III. c. 25. Clementis Alexandrini lib. 1. strom. Eusebii lib. VIII. de præp. Evang. c. 1. Epiphanii de mens. & ponder. septuaginta interpretes vertisse totam scripturam V. T. Contra stetit sententia Hieronymi; is enim statuit, solum Pentateuchum eos vertisse. qq. Hebr. & in c. 5. Ezech. & in c. 2. Mich. Idem Hieronymus sugillat præcipuos Arii antagonistas epist. CXLVI. in explicatione dicti Ps XLV. 1. ad Damasum scribens: *Quidam superstitiose magis, quam vere, non considerantes textum Psalmi: eructavit cor meum verbum bonum, ex persona Patris arbitrantur intelligi.* Item in excusando Petri lapsu, dicentes: *Petrum non Deum negasse, sed hominem; & esse sensum: Nescio hominem, quia scio Deum.* Sic illi; Quid contra Hieronymus? *Hoc quam frivolum sit, ait, prudens lector intelligit. Sic defendunt Apostolum, ut Deum mendacij reum faciant. Si enim iste non negavit, ergo mentitus est Dominus, qui dixerat: Amen, dico tibi &c.* Chiliasmo faverunt Papias, Justinus Martyr, Irenæus, Tertullianus, Lactantius, Victorinus Petabionensis, Apolinarius, Sulpitius Severus, & *magna Catholicorum hominum pars*, & tamen Hieronymus dissensit ab ipsis omnibus; vid. præfat. in lib. XVIII Jes. Lib. IV in Jerem. & præfat. ad commentarios Victorini in Apocalypsin. Catal. tit. Papias. &c. Ex recentioribus Sixt. Senens. lib. V Bibl. an. 233. VI. an. 347. Animas ante diem extremum videre Deum à facie ad faciem *ingens numerus illustrium Ecclesiæ Patrum videtur* negasse, juxta eundem Sixtum, annot. 345. nominat autem Jacobum Apostolum, Irenæum, Justinum Martyrem, Tertullianum, Clementem Romanum, Origenem, Lactantium, Victorinum, Prudentium, Ambrosium, Joannem Chrysostomum, Auctorem operis imperfecti, Oecumenium, Theophylactum, Euthymium Zigabenum, Bernardum, & Joannem XXII ipsum Pontificem Romanum. Contrarium sensit Hieronymus, uti patet ex epistola ad Marcel. t. 1. f. 70. B. & 71. A. Quanquam alibi idem in eandem sententiam iviisse videatur post Novatianum & Hilarium; & ante Paulinum Nolanum, Claudianum Mamerti Viennensis Episcopi fratrem, & Mosen BarCepham; loca annotavit Joh. Dallæ. lib. II. de usu Patr. c. 4. p. m. 290.

§. 29.

Digitized by Google

§. 29. *Politicis* etiam auctoritatibus probatur. Ludi gladiatorii erant antiquissimi, & tamen Constantinus M. eos vetuit: Socrat. lib. 1. hist. c. 18. Hierapolitani Ethnici ab antiquissimis temporibus solebant aliis suasmet uxores prostituere; Sed *institutum hoc* ἐξ ἀρχαίου κεκτῆσθαι *quod ab ultima vetustate apud illos obtinuerat, imperator* λῦσαι *abolere studuit. Sublato enim per honestam legem turpissima consuetudinis flagitio, id perfecit, ut seipsas nossent familiæ.* f. 49. A. B. & politicis.

§. 30. *III. Exemplis* approbatis. Habuerunt etiam gentiles suos majores, & patres in superstitione sua, *suus cuiq; mos, suum cuiq; jus est. Jam si longa ætas auctoritatem religionibus faciat, servanda est tot seculis fides, & sequendi sunt nobis parentes, qui feliciter secuti sunt suos.* ita Symmachus, ipsorum patronus; apud Prud. adverf. Symm. nihilominus secessionem ab ipsis fecerunt, Christiani facti, & hæc ipsorum secessio ab omnibus probis hactenus probata est. Symmachum prolixe refutat Prudentius; Eusebius gratulatur sibi, & illis, quod πάτριον ἀπάντων θεσπιμώτατον, Hæbræorum i. e. Christianorũ doctrinam potiorem habuerint *omnibus patriis institutis*: lib. VII de præp. Evang. c. 1. Eo etiam allaboravit ille, toto tractatu de præparatione Evangelica, ut gentiles deserta patria superstitione ad novellam Christianorum concederent. Sicut inde demonstratione Evangelica adversus Judæos, ut & illi patrum suorum, & veterum oblivisc erentur: *Id mihi quidem Evangelicæ Præparationis, qua hoc opere instituitur, initio commode posuisse videor, iis, qui in ipsius lectione versabuntur, excutiendum, judicioq; suo ponderandum, ut cæteri nobiscum omnes, quos adhuc rerum istarum cognitio latuit, intelligant, quales tandem à multis retro seculis, quibusq; nati parentibus, quantis implicati malis, quanta demum impietatis ac divini Numinis ignoratione, tanquam alta quadam crapula obruti, tollere oculos aliquando, tamq; funesta servitute liberari unius Evangelicæ doctrinæ ri, beneficioq;, potuerimus, quam profecto non alia ratione sumus, quam Iesu Christi servatoris Deiq; nostri adventu, consequuti;* scribit l. 2. c. 5. de præp. Evang. f. 69. C. Et cum scopum nonnihil obtinuisset, ipsis patrum ritus deserentibus, dixit: *cum eorum etiam, qui arctiore antea superstitione tenebantur, plurimi jam quasi ex alto diuturnæ crapulæ veterno ad animi sanitatem redeuntes, & in media antiquæ noctis caligine vientis oculos aperientes,* III. Exemplis.

rientes, profundam erroris patrij vaſaniam agnovrint. Ipſi quoq; ſuiq; tandem ac rationis compotes, novam aliquando priſca relicta viam inierint; Et alij quidem velut hoſtibus obviam ſtrenue prodeuntes totam illam fabularum colluviem deſputare, majores ſuos effuſo quoq; riſu cachinniſq; proſecuti, f. 68. D. c. 4. confer. lib. IV. c. 4. Prudentius l. c. ad abſurdum deducit Ethnicismi patronos; ſequi hinc, etiam ſcelera & vitia majorũ recentioribus imitanda fore, ſi promiſcue patriæ religioni & cœtui inhærendum foret. contra — *placeat damnare gradatim*

quidquid poſterius ſucceſſor repperit uſu.

Dat inſtantias ab exemplis domeſticis, quibus veteta cum recentioribus commutarint, interrogans:

Quid mihi tu ritus ſolitos, Romane ſenator,
Objecta; cum ſcita Patrum, populiſq; frequentes
In tabulis placiti ſententia ſtexa novarit.

v. 309. l. 2. ad verſ. Symmach. & verſ. 361.

Cernis, ut antiqui ſemper veſtigia moris
Greſſibus incertis variè titubaſſe probentur,
Ad ſciſcendo Deos Majoribus incompertos?
Seq; peregrina ſub religione dicaſſe?
Nec ritus ſervaſſe ſuos? quodcunq; ſacrorum eſt,
Exulat, externumq; inimicam venit in urbem;
Fruſtra igitur ſolitis prava obſervatio inhæres!

Contra, fuerunt inter Ethnicos, qui *in eos, qui rejecto vetere inſtituto, novum aliquid inveherent,* ἠράσαντο, *h. e. diras effunderent,* ἀράμενοι τὰ ξυμφόμενα *i. e. ſuffitiones ipſas, imprecationes, diraſq; nominarent.* lib. I. de præp. Evang. f. 29. A. Et Licinius Imp. manum cum Conſtantino M. conſeruturus, ad commilitones Ethnicos ait: *Viri Amici & commilitones, hi quidem, quos colimus,* πάτριοι μὲν οἱ Θεοὶ, ὧν ἐκ προγόνων τὴν ἀρχὴν παρειλήφότες σέβειν, τιμᾶμεν, *& quos ab ultimis uſq; majoribus colendos accepimus, Dij ſunt patrij; Iſte vero, qui adverſarum nobis partium copias ducit,* τὰ πάτρια ἔθη παραβαίνων, *moribus inſtitutiq; majorum violatis, ad impiam nullos credentium Deos opinionem deſcivit, peregrinum quendam, neſcio unde quæſitum, temere amplexus Deum.* referente Euſeb. lib. II. de vit. Conſt. M. c. 5. f. 446. A. Bene ergo homines vetera ſpernunt, ſi recentiora fuerunt meliora: de quo ſcribit contra Ethnicos Julius Firmicus Maternus. c. 18.

Hieron-

Hieronymus apol. II. adverſ. Ruffin. t. 3. f. m. 103. D. à cibis ſumit inſtantiam: *Si ubi ergo*, inquiens, *editio mea à veteribus diſcrepat, interroga quemlibet Hebræorum, & liquido providebis, me ab amulis fruſtra lacerari: qui malunt contemnere videri præclara, quam diſcere, perverſiſſimi homines. Nam cum novas ſemper experiant voluptates, & gulæ eorum vitiua maria non ſufficiant, cur in ſolo ſtudio ſcripturarum veteri ſapore contenti ſunt?* Niſi probanda forent talia exempla, bene fecerit Eleuſius Cyzicenus in Concilio Seleucienſi, provocando ad vetuſtiores, præſertim in Concilio Antiocheno olim collectos. Socr. lib. II. c. 40. f. 150. D. Et Audæani in controverſia paſchali, quippe provocantes ad antiquiſſimos quoſque Patres. vide Epiphan. hæreſ. LXX. f. 396. Luciferiani ad exemplum Cypriani & Africanorum. vid. Hieronym. dial. adv. Lucifer. t. 3. fol. 66. D.

§. 31. Antiquitati affinis eſt (III) *conſuetudo* vetuſta. Et hanc negamus eſſe fidei principium. Diſtinguenda autem eſt conſuetudo: alia enim eſt boni, alia mali, alia indifferentis: *Conſuetudo enim eſt, quæ aut vitia, aut virtutes alit*: juxta Hieron. ad Demetr. t. 2. f. 8. opp. Bonæ conſuetudines fovendæ ſunt; Rerum adiaphorarum non temere abrogandæ, aut deſerendæ ſunt: ὅτι δεῖ τῆς ἄνω τῶν κατ' ἑκάστην χώραν ὑπάρχειν, *quia oportet morem cuiusq; regionis ſequi*, monente Amphilochio apud Baſilium epiſt. can. 1. Id quod Baſilius obſervari voluit in controverſia de Anabaptiſmo: *Si hoc (ἀναβαπτισμὸς) univerſalis œconomiæ ſit impedimento futurum, rurſus conſuetudine utendum eſt, & ſequi oportet patres, qui, quæ ad nos pertinent, providerunt.* ſcribit l. c. f. 759. C. quanquam exemplum non adeo congruum ſit, eo quod rationes ſuppetant, cur baptiſmus non ſit reiterandus. *Malæ* autem conſuetudines plane abrogandæ ſunt. Diſputat hac de re Euſebius lib. IV. de præp. Evang. c. 1. f. 130. confutans tertium genus Theologiæ Ethnicæ, politicum: *Illud autem*, dicit, *eſt, quod, quia per ſingulas civitates ac regiones conſtitutum fuit, civile ábiis nuncupatur; eoq; præſertim legum vi præſidioq; defenditur, ὡς ἂν παλαιὸν ὁμοῦ καὶ πάτριον, quod non antiquum modo patriumq; ſit, verum etiam eorum, quos ipſi Deorum in loco numeroq; ponunt, virtus atq; potentia, hoc tanquam rei per ſe ipſam loquentis teſtimonio declaretur.* Et D. *Tertium hoc, quod, utpote antiquiſſimum & civile,*

III. Nec conſuetudo.

vile, ipsorum etiam Principum legibus retinere & observare jubemur; Nec poetarum, inquiunt, nec Philosophorum ullus attingat; sed qui jam olim tam in agris, quam in urbibus ritus obtinuit, ad eum constanter omnes, patriis addicti legibus adhæreſcant. Hæc ille. *Ratio* est periculum inde emergens: *Nihil* enim *tam turpe ac fugiendum est, quin, si in consuetudinem abierit, præclarum & expetendum videatur*: juxta Nyssen. de virg. vertente Jac. Bill. lib. 1. observ. sacr. c. 1. Exemplo sit Ethnicissimus: *Temporis* enim *antiquitas, vimq; legis obtinens consuetudo, stultitiæ* (Ethnicæ) *opem attulere*: ait Greg. Naz. orat. XXXIII. f. 545. B. Cui parallelus locus est, qui exstat orat. II. de Theol. f. m. 39. Et de corrupta Constantinopoli conqueritur idem, quod in ea ἴσχυσεν ἐγχώριον εἰς νόμου τέλει: *longa consuetudo legis vim obtinuerit.* Loquitur autem de Arianismo, in ea prævalescente. carm. de vit. Confer quæ canit Prudentius l. 2. adverſ. Symmachum, pro annosa consuetudine pugnantem. v. 277. p. 291.

Exempla. §. 32. Prostant *exempla* plurima consuetudinum in Ecclesia & politia sublatarum, & quidem non tacito neglectu, sed auctoritate summa & publica. *Agapæ* jam ab Apostolorum temporibus usque ad hæc tempora erant in usu, & tamen, cum abusus accessissent, auctoritate Concilii Laodiceni can. 28. abrogatæ sunt: Sancitum enim est: *quod non oportet ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, in Dominicis aut Ecclesiis Agapen facere, & in domo Dei comedere, vel accubitus sternere.* Confer Spond. an. 397. n. 17. Moris erat quondam, ut Christiani die Dominico, & à paschate usque ad Pentecosten stantes orarent, vid. Just. q. & R. 115. Tertul. de cor. milit. c. 3. Epiphanius in conclusione Panarii; Hieron. dial. adv. Lucif. ipso Nicæno concilio ritum can. XX. confirmante; Et tamen in Ecclesia Romana moderna ritus obsolevit. Abrogatæ sunt etiam *vigiliæ* per concilium Eliberit. can. XXXV. Prohibetur enim, *ne femina postha in cœmeterio pervigilent, eo quod sæpe sub obtentu orationis scelera latentes committant*: Sic illi de *traditione Apostolica*, uti vocat Hieron. adversus Vigilantium. t. 3. f. 56. C. ubi admodum occupatus est in asserendis vigiliis Consuetudinis erat in Ecclesia Orientali Catechumenos præter pascha & Pentecosten in festo Epiphaniorum baptizare. uti patet ex Gregor. Naz. orat. XXXIX. & Chrysost. orat.

orat. de Baptis. citante Launoj. de prisc. Bapt. temp. c. 13. p. 190: & tamen Siricius Episcopus Romanus, temeritatis accusat eos, *qui in Natalitiis Christi & in Theophaniis passim ac libere baptizabant*; citante eodem corol. 3. p. 202. Neq; hodie in Ecclesia Romana observantur in baptismo conferendo ea solum solennia tempora, quæ olim, Epiphaniorum, Natalitior. Paschatis, Pentecostes, Johannis Baptistæ. vide corol. XIX. Baptizatis lavare pedes solebant; At Ecclesia Rom. eum ritū non observavit, notante Ambrosio lib. III. de Sacram. c. 1 f. m. 334. B. dicente: *Non ignoramus, quod Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequimur, & formam. Hanc tamen consuetudinem non habet, ut pedes lavet. Vide ergo, ne forte propter multitudinem declinavit. Sunt tamen qui dicant, & excusare conentur, quia hoc in ministerio faciendum est, non in baptismate, non in regeneratione, sed quasi hospiti pedes lavandi sint. Aliud est humilitatis, aliud sanctificationis. Denique audi, quia mysterium est, & sanctificatio. Nisi lavero tibi pedes, non habebis mecum partem. Hoc ideo dico, non quod alios reprehendam, sed mea officia ipse commendem. In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam. Sed tamen & nos homines sensum habemus. Ideo quod alibi rectius servatur, & nos recte custodimus. Ipsum sequimur Apostolum Petrum, ipsius inhæremus devotioni. Ad hoc Ecclesia Romana quid respondet? Vtiq; ipse autor est nobis huius assertionis Petrus Apostolus, qui sacerdos fuit Ecclesiæ Romanæ. Ipse Petrus ait: Domine non solum pedes, sed etiam manus & caput. Vide fidem. Quod ante excusavit, humilitatis fuit, quod postea se obtulit, devotionis & fidei.* Consuetudinis Romæ erat, ut *fideles semper corpus Christi acciperent*; sed id non adeo placuit Hieronymo, quia componere non poterat cum usu conjugali: *Nobis cura est, non quid unusquisq; possit, aut velit, sed quid scripturæ præcipiant, dicere.* Transeo lubens alia exempla, vid. Dallæ. de usu Patr. lib. II. c. 6. Unicum addo ex re politica, quod Theodosius consuetudinem, adulteras majori scelere puniendi, scilicet in lupanar eas detrudendo, abrogarit. Socrat. lib. V. c. 18. f. 278. B.

§. 33. Neque *auctoritas humana* majorem vim conciliat consuetudini. Cum enim consuetudo Ecclesiæ Romanæ sequior objiceretur Hieronymo, in materia de Episcoporum & Presbyterorum

Digitized by Google

rum paritate, respondit ille: *Quid mihi profers unius urbis consuetudinem? Si auctoritas quæritur, major est orbis urbe.* Epist. ad Evagr. Similiter Basilius in quæstione de tribus hypostasibus, cum aliorum contraria consuetudo ipsi opponeretur, respondit, interrogando: „ Quid ergo ad hoc dicimus? non putamus æquum esse, ut quæ apud „ ipsos obtinuit loquendi consuetudo, pro lege ac canone habeatur „ recte doctrinæ, si enim ad probandam doctrinam rectam valet con- „ suetudo, licet & nobis omnino prævalentem apud nos consuetudi- „ nem ex adverso opponere; quod si nostram hanc consuetudinem ipsi „ refigent, nobis plane licet illos imitari. Sic ille ad Eustathium Medicum epist. LXXX. t. 2. f. 901. B.

Neque IV. præscriptio.

§. 34. Neque IV. *præscriptio* longi temporis. Præscriptio alia est personarum, alia temporum: De præscriptione personæ loquitur Phœbadius contra Arian. c. 45. p. m. 38. *Non potest*, inquiens, *eius* (Hosij) *auctoritate præscribi, qui aut nunc errat, aut semper erravit.* Et paulo post: *Non mihi eius auctoritate præscribitur*: Et iterum: *præjudicatæ opinionis auctoritas nihil valebit, quia contra seipsam ipsa constitit. Et sane legimus: Iustitia justi non salvabit eum, in quacunq; die exerraverit.* De tempore loquitur Ambrosius epist. LXXXII f. 182. G. ad Vercell. Longa temporis præscriptone receptum erat in Ecclesia, ne Neophyti ordinarentur, ordinatus tamen est Ambrosius Neophytus, nec Ecclesia improbavit: *Qui resistebam*, scribit, *ne ordinarer: postremo cum cogerer, saltem ordinatio protelaretur. sed non valuit præscriptio, prævaluit impressio. Tamen ordinationem meam Occidentales Episcopi iudicio, orientales etiam exemplo, probarunt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur superbia. Si dilatio ordinationi defuit, Ius cogentis est, si non deest humilitas competens sacerdotio: ubi causa non hæret, vitium non imputatur.* Ephrem Syrus in Noam habuit orationem *de non æmulandis peccatoribus, qui se temporis prætextu defendunt, atq; excusant.* In scholiis subjectis ijdem arguuntur: *In peccatis enim excusationem peccatores prætendere consueverunt propter peccandi consuetudinem, vel peccantium multitudinem*: f. 623. tom. III. opp. Est tamen, cum præscriptio suum usum habet. nempe, si de facto quæstio est: Cum Novatianus diceret: *age*, inquiens, *certemus exemplis, & ratione pugnemus*, respondit Pacianus Catholicus: *Ego hac usq; securus, ipsa Ecclesiæ serie, congregationis antiqua*

tique pace contentus. epist. III. ad Sympron. f. m. 102. B. Cum inter Hieronymum & Luciferianos controversia esset, de rebaptizandis iis, qui baptismum ab Hæreticis accepissent, Hieronymus præscriptione se tuebatur, quod tale quid hactenus in Ecclesia Dei contigisse non legeretur. dial. adv. Lucifer. t. 3. f. 66. D.

§. 35. Neq; V. *Ecclesia*, sicut illa constat ex tribus statibus, politico, Ecclesiastico, œconomico, seu populari, aut in conciliis repræsentatur. *Politico*: Cum Constantius Imp. Episcopis imperaret, ut subscriberent condemnationi Athanasij Episcopi, regerebant: Esse hoc contra Canonem Ecclesiæ: Et cum Imperator exciperet: *quod ego volo pro canone sit*: mascule hi respondebant: *regnum non ipsius esse, sed Dei.* Athanas. epist. ad solit. t. 1. f. 831. D. Si standum esset absoluto judicio & imperio Magistratus, etiam supremi, standum foret etiam Valentiniani Iunioris lege, qua Arianis favit. l. 1. cod. de his qui contendunt: Unde Valentinianus senior, Valens, & Gratianus Imppp. scriptis ad Episcopos Asiaticos literis, jusserunt quidem fidem Nicænam servari, addita tamen hac cautela: *Hanc prædicari Maiestas nostra præcepit; Sic tamen, ut non dicant aliqui, ὅτι ἀνύπατοι θρησκείᾳ βασιλεὺς τῷ δεσπότῃ τὸν γῆν πάλιν, sequimur religionem Imperatoris hanc terram gubernantis, illum non attendentes, qui de salute mandata nobis dedit. Evangelii quippe Dei nostri vox est, quæ hanc habet sententiam: reddite quæ sunt Cæsari Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* apud Theod. lib. IV. c. 7. f. 667. D. Gregorius Naz. orat. XXXVI. f m. 573. B. legem Imperatoris de divortio maritis indulto improbat, dicens: *iniquã, nec sibi constantem esse. Quid enim causæ fuit, cur mulierem coerceret, marito contra indulgeret, eumq; liberum relinqueret? & mulier quidem, quæ sceleratum consilium adversus viri sui cubile susceperit, adulterij piaculo constringatur, acerbissimisq; pœnis excrucietur: vir autem, qui fidem uxori datam adulterio violaverit, nulli supplicio obnoxius sit? Hanc legem haudquaquam probo, hanc consuetudinem minime laudo; Viri erant, qui hanc legem sanxerunt, ac propterea adversus mulieres lata est. quandoquidem & filios paternæ potestati subjecerunt, infirmiorem sexum incultum atq; injuratum reliquerunt. At Deus non sic: Honora patrem tuum, & matrem tuam: quod est primum mandatum (ut bene filiis sit) in pollicitationibus situm; Et quod male dixerit patri vel matri, morte moriatur; At q; & virtuti honorem ac præmia, & scelerip œnam constituit. Item alio lo-*

Neque V. Ecclesia: & in ea status politicus.

eo: *Benedictio Patris fulcit domos filiorum: maledictio autem matris radicitus fundamenta convellit. Legis aequabilitatem videris.*

Neque Ecclesiasticus.

§. 36. *Ecclesiastico*: Nam, conquerente Gregorio Naz. carm. de vit. f. 1. *non hos* (ministros Ecclesiæ) *sequi, doctrina maxime est compendiaria, qua quis saluti rectè consulet suæ.* Ecclesiastici fuerunt, qui Constantium in errorem induxerunt; Constantius deviavit, *non ex sui caussa, sed ab his, qui in apparentia Episcopi dicuntur, veram autem* „ *Dei fidem corrumpunt*: quorum officina per Eusebiū prævaluit etiam „ adversus Valentem, ut & hic, baptizatus ab ipsis, seduceretur; referente Epiphan. hæres. LXIX. f. 354. Donatus Episcopus *extulit cor suum, ut nullum hominem sibi comparandum arbitraretur.* &c. conquerente Optato Milev. lib. III. adv. Parmen. vid. Baron. an. 331. n. 7. Et unde nati sunt Hæresiarchæ, vel Hæretici huius seculi, Apollinaris, Arius, Photinus &c. nisi ex Episcopis & Presbyteris?

& in eo Episcopus Rom.

§. 37. Neque *Episcopus Romanus* id privilegij habuit, ut principium fidei esset. Nam Marcellinus Episcopus Romanus sub initium huius seculi fœdam apostasiam commisit. Et licet verbo hæresin, seu Ethnicismum non docuisset, docuit tamen exemplo: Liberius & Felix, alij Episcopi Romani, Arianismo manus dederunt, quod prolixè ostendit Cl. Launojus, ipse Romanæ Ecclesiæ addictus, in epist. ad Formentinum, & Faurū. Proponitur quidem alicubi Episcopi Romani fides, ut regula orthodoxiæ, vel exemplar, non tamen sola; Nam & Petri Alexandrini fides sic proponitur l. 2. Cod. de Episc. Niceph. lib. XII. c. 6. Spondan. an. 380. n. 1. nec absolutè, sed secundum quid, quatenus consentit cum Apostolo Petro: quod discas ex Ambros. lib. III. de sacram. c. 1. loco paulo ante allegato. § 25. Si altius ascendimus ad Petrum, cuius successorem sese Papa Rom. jactitat, deprehendemus, Petrum aliquando in fide errasse, dum passionem Christo dissuasit: Matth. XVI. 22. Quare & successor ejus errare potuerit. *Excipit* quidem Bellarminus, errasse non in *affectu*, sed *in sensu*: Sed hoc ipso dat, quod volumus, sensum ipsius fuisse corruptum, ipsumque *errorem Apostolicum* commisisse, ut loquamur cum Hieron. comm. in cap. XIV. Matth. allegante ipsomet Bell. lib. 1. de P. R. c. 28. Hilarius Can. XVI. in Matth. f. 297. *Zabolica artis instinctui* ea verba tribuit, & *infidelitatem* vocat. Poterit igitur & successor scil. eius, Papa Romanus, *infidelis* esse, & obnoxius

noxius *instinctui Zabolicæ artis*, *& errorem Apostolicum in sensu* committere.

§. 38. Neque *populari*, qui præcipuam *multitudinem* facit. Hieronymus equidem dicit, *opinionem vulgi veram historiæ legem esse*, sed illustrat exemplo non adeo concinno, nempe populi Judaici, qui Jesum Nazarenum habuit pro filio Josephi. Luc. III. 23. Unde ipse alibi dicit: *numerum peccantium non minuere culpam*, innuens, multos etiam errare posse. Apol. I. adv. Ruffin. f. 89. C. Et ad Celantiam. t. I. f. 49. B. *non debemus ad multitudinis exemplum respicere, quæ nullam harum disciplinam sequens, nullum vivendi tenens ordinem, non tam ratione ducitur, quam quodam impetu fertur.* Et f. 50. A. *nihil omnino agimus, quæ nos per multitudinis exempla defendimus, & ad consolationem nostram aliena sæpe numerantes vitia, deesse nobis dicimus, quos debeamus sequi.* Et verbis paulo præcedentibus: *Si multorum comitamur viam, secundum Domini sententiam imus ad mortem.* Ad Ruffinum scribens facit dilemma, *aut enim*, inquiens, *bona sunt, quæ appetimus, aut mala; si bona, non indigent alterius auxilio; si mala, peccantium multitudo non parit errori patrocinium.* t. III. f. 89. B. Gregorius Naz. peculiarem (XI) orationem habuit adversus Arianos, paucitatem ipsi objicientes. t. I. f. 314. seqq. Athanasius Constantium Imp. Arianum sugillat, quod tanto studio allaboraret πολλῶν ὀνομάτων συναγεῖν *multorum nomina corrogare*; *existimans, quod quemadmodum hominum sententias, ita quoq; veritatem immutare posset, insciusque ignarusq;, Sadducæos & Herodianos non ideo validiores factos esse ad veritatem opprimendam, quia sibi Pharisæos associaverant.* epist. ad solit. t. I. f. 830. C. Loquitur quidem ille de multitudine Episcoporum, ea vero etiam ad populum applicari possunt, eo magis, quo minorem ille præ Clero auctoritatem habet. Idem t. 2. opp. f. m. 293. A. peculiarem invectivam scripsit πρὸς τοὺς πλήθει μόνῳ κρίνοντας τὴν ἀλήθειαν: *adversus eos, qui in veritate dijudicanda solius judicio multitudinis feruntur.* Probavit suam ille sententiam contrariam ex S. literis, in quibus introducitur ille *nunc quidem* (Joh. XIV. 6.) *clamans*: Ego sum veritas: *nunc vero* (Joh. XVI. 33.) *cohortans*: confidite, ego vici mundum. Hinc infert: *Quomodo, igitur* interrogans, *non miserandi illi, qui vim auctoritatemq; doctrinæ solæ applaudentium multitudine metiuntur?* Confirmat exemplo discipulorum Christi, qui, pauci

Neque populari.

licet, tamen Evangelicam doctrinam pluribus perſuaſerint. *Hinc admodum vincit veritas, quantumvis apud paucos interim inveniatur.* B Subjungit alia ſcripturæ dicta, dicens: *Non audicmus dominum dicentem: multi ſunt vocati, pauci vero electi? & iterum: anguſta eſt porta, & ſtricta via, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniunt eam? Quis igitur ſana mente præditus non malit, in paucorum eſſe numero per anguſtam ad ſalutem ingredientium, quam aſſociari multis illu per latam ad interitum ruentibus?* D. Baſilij aſſertio eſt reg. XL. f. 293. c. 5. quod οὐχὶ πλῆθος ἁμαρτωλῶν, *non multitudo peccatorum* Deum exoret, ἀλλ' ὁ ἐναρέστων αὐτῷ, κἂν εἷς ἐν γυναίῳ, κἂν γυνή: *ſedulus ſit, qui eſt apud illum in gratia, licet unus modo, vel una etiam mulierecula ſit.* A. Probat ex Luc. IV. 25. & 1. Cor. X. 5. Confer Chryſoſt. homil. VII. in 1. Cor. Euſebius Pamphilj argumenti loco addit dicta quædam Platonis, i. e. teſtimonia Ethnicorum, *nos etiam*, inquiens, *in certaminibus, pro religione ſuſceptis, jure profecto non attendimus, ſi ἡμᾶς οἱ πολλοὶ ἐρῶσιν quid de nobis multitudo loquatur, ſed tantum, quid unum illud Dei verbum poſtulet, ad quod ubi nos ſemel conſiderate adjunximus, tum illud etiam perinde, ut prius, nos obſervare oportet, nec unquam omnino dimittere, μηδ' ἂν ἡ ἴσων πολλῶν δύναμις ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται, tametſi nobis quaſi pueris terriculamenta vis illa multitudinis objiciat. Quales etiam erant, qui apud Hebræos olim martyrij gloria claruere.* lib. XIII. de præp. Evang. c. 6. f. 653. C.

§. 39. Hactenus de tribus Eccleſiæ hierarchijs dictum, & oſtenſum eſt, quod principium fidei non ſint: Dicendum nunc & oſtendendum eſt, quod nec *Synthetica*, neque *repræſentativa* Eccleſia id privilegij, vel auctoritatis, habeant. Non *repræſentativa*, ut ſunt *concilia*. Cum Ariani Synodum fieri urgerent, Athanaſius cenſuit: μάτην ἀδειλέχτως σοφαίζονται διὰ πᾶσαν ἐξαιτᾶσθαι γνώμης τὸν σύνοδον, *fruſtra circumſurtitantes prætexunt, ob fidem ſynodos ſæpe poſtulare, cum ſit divina ſcriptura omnibus potentior.* de ſynod. Arim. & Seleuc. t. 1. f. 873. C. Addit: *Quod ſi ad hanc rem uſus Synodi deſideratur, ſuperſunt acta Patrum; Nam neque hac in parte negligentes fuere qui Nicæa convenerunt.* Si divina Scriptura omnibus Synodis eſt *ingenio aptior*, etiam Nicænâ erit aptior, quæ tamen œcumenica fuit; nec vel univerſales Synodi erunt fidei principium, utpote habentes aliquid *ſeſe ingenitius*. Eandem ſcripturam urget Hilarius quoque, & eius bene-

Neque Eccleſia repræſentativa.

beneficio universæ se Synodo opponere non dubitat, *unum hoc ego*, inquiens, *per hanc dignationis tuæ sinceram audientiam rogo, ut præsente synodo, quæ nunc de fide litigat, paucis me de scripturis Evangelicis dignetis audire, & loquar tecum de verbis Domini Dei Iesu Christi, cuius vel exul sum, vel sacerdos.* ad August. f. 212. Eusebius quoque Pamphili lib. 1. adv. Marcell. c. f. 4. A. *hoc est illud Evangelium*, inquit, *quod nullo modo licuit in aliud transformare, cum revera non sit aliud* (Gal. I. 8. 9. teste Paulo) *quasi qui ante vellet admonitos*, μηδ' ἐπισκόποις, μηδ' ἄρχουσι, μηδὲ διδασκάλοις ἀντιστῆναι nec Episcopis credendum esse, non Præpositis, aut Doctoribus quibuscunq; si verbi veritatem pervertere, & distorquere aliquis attentaverit. Neque decedit aliquid auctoritati debitæ concilio, si male definita rescindantur, idque judicio ipsius concilij alicuius, nempe Eliberitani can. 1. *definitio incauta laudabiliter solvenda est; Nec est prævaricatio, sed temeritatis evitatio.* Quem canonem citant ipse Gratian. 22. q. 4. definit. Ivo. p. 12. c. 80. Burch. lib. XII. c. 25. Corrol. concil. summ. f. 177. Imo prodest Ecclesiæ orthodoxæ, eiusdemque professoribus, si non quibusvis conciliorum decretis stare cogantur. Recitavimus artic I. §. 82. concilia, saltem præcipua; sed quot ipsorum heterodoxa extiterunt? Quare non deferendum est conciliis, nisi κανονικῶς καὶ ἐθίμως διαγραφεῖσιν quæ regulariter & legitimè sunt instituta, monente Basilio, epist. LXIX. f. 859. D. t. 2. sed de hoc alibi pluribus.

§. 40. Neque *Synthetica*: sive ea sit Romana, sive alia aliqua. *Romana*: quasi sequendum fuerit, quidquid ipsa docuerit, vel fecerit: *Neq; enim omnes Ecclesias istorum temporum ex usu & consuetudine Romana metiri decet; ubi multo minus honoris & auctoritatis relictum fuit presbyteris, quam in aliis provinciis. Nam in Concilio Romano sub Sylvestro presbyteri non sedebant cum Episcopis, sed cum Diaconis cæteroq; clero astabant. Et quamvis sub Damaso aliisq; confessus honorem habuerint, Gelasius tamen eundem istis ademptum, vel saltem ad Episcopi nutum permissum voluit. Ait enim cap. 6. epist. decret. Neq; sub Episcopi aspectu, nisi iubeantur, sedere præsumant. Huic constitutioni è diametro contrarium can. 34 Conc. Carthag. IV. Vt Episcopus quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur. Et can. 35. Vt in Ecclesia & in consessu presbyterorum Episcopus sublimior sedeat, intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat, h. e. pari loco graduq; sedeat cum Presbyteris. ver-*

Neq; Synthetica.

ba ſunt Lucæ Holſtenij diſſert. de Miniſtr. confirm. p. 33. Loquitur autem de ſtatu Eccleſiæ Romanæ ætate Hieronymi. Joh. Launojus diſſert. ad can. VI. concil. Nicæn. corol. III. p. 44. diverſitatem docet inter Eccleſias Romanam & Alexandrinam in habendis conciliis, quod ſede vacante non habita fuerint Alexandriæ, habita tamen Romæ: quod ex epiſt. II. Cleri Rom. ad Cyprianum claret. Originem diverſitatis expendit coroll. V. p. 49. *altera*, (inquiens, cauſſa) *Eccleſias, quæ conſuetudinibus eiuſmodi tenentur, in adminiſtratione ſua ſecutas eſſe formam rerum civilium: altera vero, easdem Eccleſias inſuper habita rerum civilium forma privatos mores illos & conſuetudines induxiſſe*; Sive denique *alia aliqua* Eccleſia. Judaica Eccleſia ſtetit contra Stephanum; Phineas contra multitudinem ſui temporis; Et tamen cum hic, tum ille, cauſſam Dei agebant: *Quis vero, ſi etas ſua in tempus certaminis Stephani incidiſſet, non ab illius potius ſtare partibus exoptaſſet, qui ſolus lapidibus obrutus, ſolus omnibus deridendus fuit propoſitus; quem à vulgo, quod ſeſe id profiteri credebat, quod jure omnes amplexarentur? Maior honos habendus eſt* τῇ ἐυδοκιμῶν σεβομένῃ & ἀπὸ μυριάδας ἀνθαδίᾳ σεμνυνομένας *vel uni probatæ fidei viro, quam decem aliorum millibus, qui ſe inſolentius jactitant. Atq; huius rei exemplum in V. quoq; Teſt: invenire eſt, ubi, aliquot hominum millibus clade divinitus immiſſa occumbentibus, ſolus Phineas ſteterit, & Deum placavit, cohibit aq; eſt clades.* Ita Athanaſ. de judic. multit. t. 2. f. 294. A.

§. 41. Hæc vero non eo fine volumus dicta, quaſi Eccleſiæ nullus plane uſus eſſet in fide divina procuranda, vel fovenda. Oeconoma eſt Eccleſia, & præbet convertendis Dei verbum in ſcripturis revelatum: *Quos noviſſimè rerum in noſtrarum communionem admiſimus, ijs, tanquam rudioribus adhuc & inchoatis, animoq; propemodum infantibus* ἀπλούστερον ἢ ἐπὶ ταῖς θείαις γραφαῖς ἀνάγνωσιν *divina ſcriptura lectionem ſimpliciùs ita tradimus, ut eos ſimul ad fidem ijs, quæ proponantur, tanquam Dei verbis habendam, adhortemur.* Ita Euſeb lib. XII. de præp. Evang. c. 1. f. 573. D. Et Athanaſius: *Hæc tibi pauca, vir pie & Chriſtianitatis amator, prorudimento, ut ſic dicam, alphabethico, & documento fidei in Chriſtum, illiuſq; ad nos divini adventus comprobatione, dicta ſufficiant. Tu autem iſthinc ſumpta occaſione,* σεβάσιον ἐκ τούτων λαβὼν, *ſi literas ſacras evolvas, illiq; legitime mente inſiſtas, omnia ad exactum, plenius, & liquidius, quam à me dici potuere,*

depre-

deprehendes. Illæ enim à viris rerum cœlestium peritis, & ab ipso Deo conscriptæ sunt & enunciatæ; Nos autem ista hausimus ex Magistris divinitus afflatis, qui eos libros evolverant, & sese divinitatis Christi Martyras testesq; exhibuerant, quæ nos tuæ sedulitati tradenda existimavimus. de incarn. verb. t. 1. f. 109. D. Dum vero œconomam, vel pædagogam vocamus, ministram eam dicimus, non magistram, ut N. C. Ecclesia Christiana præbet codicem Biblicum; E. est fidei Magistra; Sicut N. C. Ecclesia Judaica exhibuit vetus instrumentum. E. est fidei principium: ita Euseb. lib. XV de præpar. Evang. c. ult. f. 856. A. Confer lib. 1. dem. Evang. c. 4. lib. II. c. ult. Lib. III. proœm. f. m. 87. D.

§. 42. Neque VI. *ratio* humana fidei principium est. Dico 1. *ratio*; atque ita non intelligo errores hominum, qui ratione se pollere sibi videntur: Sed illa naturæ principia, & inde deductas conclusiones, quæ homini vel connascuntur, vel informatione & studio conferuntur. Hæc ratio consideratur vel absolutè, & in sese, vel relativè. In sese considerata est *donum Dei cordibus nostris inditum.* juxta Basil. epist. CLXXXVIII. f. 970. C. & multa utilia docet: *multa ratio, sicut dicit Paulus, & honestas, & ut ait, ipsa natura nos docuit*: scribit Pacian. ad Sympron. Epist. 1. Et sic etiam judicandum est de ipsa philosophia, cujus *hoc unum præcipuum studium sit, ut de vita humana, mortaliumq; genere præclare mereatur.* &c. juxta Greg. Naz. orat. XXXIII. f. 545. A. Ea est *perturbationum animi domina* f. 546. C. &c. In hoc sensu de ratione nunc non agimus, sed de relativo, eo nimirum, quando refertur ad res supernaturales. Huc referri potest suum cujusque judicium & consilium, quod nec ipsum fidei principium esse potest; Cum multi, suo judicio & arbitrio ducti, in errores & peccata inciderint: quo de vide Ephrem t. 2. f. 271. orat. cui titulus: *de cavendo, ne decipiamur nostris cogitationibus atq; consiliis, prætextu virtutis.* 2. *Fidei*, & quidem divinæ. Distinguendum enim omnino inter scienda & credenda: Distinctionem hanc innuit Hilarius ad August. f. 213. *Memento*, dicens, *eam* (fidem) *non in quæstione philosophiæ esse, sed in Evangelij doctrina*: Sciendorum, ut sunt res naturales, principium esse rationem, largimur; Sed non est principium credendorum, quatenus ea ex revelatione pendent. Basilius comm. in Ps. CXV.

Neque VI ratio. quid ratio;

Fides.

ad

ad vers. 10. verba: Credidi propter quod locutus sum; commentatur: *Sacrorum, quæ de Deo sunt, eloquiorum præcux esto fides, fides plane, non item demonstratio. Fides, inquam, animam invitans, imò & persuadens ad consensionem præ cunctis rationalibus methodis. Neq; enim fides Geometricis nititur probationibus, quas necessitates vocitant: sed animis nostris insinuat se per efficacem operationem Spiritus Sancti.* f. 313. t. 1. B. Fieri quidem potest, ut eadem materia & per naturam, & per scripturam patefiat; quatenus tamen ex natura innotescit, eatenus non est μόνη, sicut est, cum hauritur ex Scripturis S: Prius docet Epiphanius hæres. LXI. f 241. *Quæ natura*, inquiens, *necessaria sunt ad pietatem, manifesta sunt, quæ naturæ mensuratæ sunt, velut non scortari, non adulterium committere, non rapere, non injuriam facere, non inebriari, non helluari, non veneficum esse, non simulacra colere, non occidere, non maledicere, non convitiari, non jurare; indignari & citò placari; irasci, & non peccare, non occidere solem super iram.* Hæc ipsa vero etiam ex S. literis disci, nemo sanus negabit. Fatemur interea, scripturas & rationem interdū conjungi posse. Sicut idem Epiphanius Ætio Hæresiarchæ respondurus *confirmationem à divinis scripturis, & pia ratiocinatione sumpsit*: hæres. LXXVI. f. 474. *Fidem non nudam Apostolus atq; inopem rationis reliquit*: ait Hilar. lib. XII. de Trin. f. 187.

Principium. §. 43. 3. *Principium.* Distinguimus rursus, & quidem inter principium & organum. Fatemur, rationem esse fidei organum, sed principium esse negamus *Organicum* usum ratio in Theologicis insigné habet. Conducit enim ad explicandas voces, & terminos, quibus Theologia, imprimis polemica, commode carere non potest; Ad componendos Syllogismos, & nectendas consequentias &c. Apparet hoc ex Basilii libro de Spiritu Sancto, quem quidem Basilio indignum censet Erasmus, inter alias causas etiam ob hanc, quod *in eo auctor subinane quiddam habere videatur, velutq; ostendat, se didicisse, quæ Aristoteles in Prædicamentis, & Porphyrius in libello de quinq; vocibus prædicabilibus tradiderit.* Quod Erasmi judicium sugillat Jac. Billius lib. 1. observ. sacr. c. 9. *ineptè*, inquiens, *id sanè & imperitè! Quid enim? An, cum totius disputationis cardo in exiguarum quidem, sed permagni interim momenti, Præpositionum*

tionum explicatione versaretur, fideiq; adversarij externæ disciplinæ præsidiis adversus orthodoxos abuterentur, eruditissimum virum (Basilium putat) *minime decuit, quo gladio illi per ipsius latus Ecclesiam petebant, eodem ipsos trucidare, planumq; facere, eos armis etiam illis, quibus plurimum confidebant, inferiores esse* Idem Basilius epist. XLIII. f. 806. accurate versatur in explicanda natura generis, speciei, & individui, ut eo facilius exponat naturam vocum ἰδία & ἀτόμων. Didymus Alex. in ipsis Apostoli Pauli scriptis observat *Syllogismum conjunctum, quod significantius Dialectici ἀξίωμα vocant* lib. II. de Spir. Sanct. f. 199. Idemque ex canonibus Logicis mox ab initio disputationis adversus Manichæos rationes mutuatus est, & Syllogismos formales protulit, vid. Canis. Lect. antiq. t. V. f. m. 17. 18. Idque didicerat ab ipsa pueritia: *Didymus à puero sensu oculorum orbatus, & poeticis ac rhetoricis disciplinis excultus est, & Arithmeticam, Geometriam, Astronomiam, Aristotelis Syllogismos, & Platonis facundiam aurium adjumentis didicit, non quasi veritatem ista doceant, sed quod arma sint veritatis contra mendacium.* ita Theod. lib. IV. hist. c. 26. f. m. 701. A. Gregor. Naz. ait: *veritas Logicis disputationibus trita in lucem profertur, & ut lapidum conflictu attritúq; ignis, ita inventis argumentis exploratúq; verum, elicitur, & veluti exprimitur.* cit. Balduin. comm. in c. 1. Rom. p. m. 75. Hieronymus in epist. ad Paulam Urbicam. t. IV. f. 90. A. observat in *Apostolo*, quod *sæpe proponat, assumat, confirmet, atq; concludat, quæ propriè artis Dialecticæ sunt.* Idem occupatissimus est in epistola ad Oratorem Magnum in eo, ut obtrectatoribus literarum Philologicarum, & Philosophicarum respondeat ad objecta, productis in medium Patrum veterum & συγχρόνων exemplis: inter cætera ait: Extant & Julii Aphricani libri, qui temporum scripsit historias; & Theodori, qui postea Gregorius appellatus est, viri Apostolicorum signorum atque virtutum; & Dionysii Alexandrini Episcopi; Anatolii quoque Laodicenæ Ecclesiæ sacerdotis; Nec non presbyterorum Pamphili, Pierii, Luciani, Malchionis; Eusebii Cæsariensis Episcopi, & Eustathii Antiocheni, & Athanasii Alexandrini, Eusebiique Emiseni, & Tryphilli Cyprii, & Asterii Scythopolitæ, & Serapionis confessoris, Titi quoque Bostrensis Episcopi; Cappadocumq; Basilii, Gregorii, Amphilochii, qui omnes in tantum philosopho-

» losophorum doctrinis atque sententiis suos refarciunt libros, ut
» nescias, quid in illis primum admirari debeas, eruditionem sæcu-
» li, an scientiam scripturarum? f. 149. t. 3. Unde huc pertinent exempla eorum, qui, in juventute præsertim, studiis philosophicis operam dederunt, eo etiam fine, ut sibi caverent à captionibus Sophisticis, & eam scientiam compararent, qua alii nimium gloriabantur. vide Gregor. Nazianzenum, qui in vita sua seipse exemplum præbet, f. 3. ab init. opp.

Abusus. §. 44. De abusu igitur Philosophiæ accipiendum est, quod scripsit Hilarius lib. XII. de Trin. f. 186: *Oportuerit homines, religiosam divinarum rerum scientiam præferentes, ubi Evangelicæ atq; Apostolicæ prædicationis veritas præcellebat, callidæ philosophiæ tortuosas quæstiones abjicere, & sectari potius fidem, quæ in Deo est: quia sensum infirmum facilè fidei suæ præsidio Sophisma Syllogistica interrogationis exuerat, cum captiosa propositio responsionem simplicem, sibiq; secundum interrogationem rerum obsecundantem ad ultimum jam sensu sui interrogatione spoliaret, ut quod professione amisisset, id jam conscientia non teneret.* Et Basilius Epist. LXII. f. 837. C. *Homines in posterum artificiose disputant, non Theologos agunt; Mundi sapientia primas tenet, crucis gloriam abominatur.* Neque enim Philosophia in se mali hujus caussa est, sed qui ejus præ se ferunt nomen, eaque abutuntur. Et Gregorius Naz. orat. XXXIII. f. 546. ubi *Symbamata & parasymbamata* exagitat. Et Hieronymus, qui *primogenita Ægyptiorum* intelligit *dogmata Philosophorum*; Ad quæ verba Antidotus Erasmi est; Ne quem offendat, quod Ægyptiorum primogenita interpretatur dogmata philosophorum, atque eadem paulo
» post idola vocat, cum Theologorum Scholæ tantum honoris
» habeant Aristotelicis decretis, ut explodatur, qui huius opinio-
» nibus velit refragari, paucis locis exceptis. Illud durius,
» quod in decretis idem totam damnat physicam, in qua vel maxi-
» mè præcellit Aristoteles, scribens, eos in obscuritate mentis in-
» gredi &c. quanquam Hieron. non simpliciter improbat horum cognitionem, si modo sit ea moderata, sed eos damnat, qui plus satis tribuunt Ethnicis disciplinis, & illorum decreta pæne æquant
» Christi decretis, cum Christi philosophia διὰ πασῶν à philoso-
» phorum decretis absit, ut stultissimum sit, si quod visum est Aristoteli,

teli, id ad Christi leges trahere velle. Sic ille ad Hier. de XLII. mansion. t. IV. f. 23. D.

§. 45. *Similia* quoque ex ratione petuntur, ad illustrandas res Theologicas: *Comparatio enim terrenorum ad Deum nulla est, sed infirmitas nostræ intelligentiæ coegit species quasdam ex inferioribus, tanquam superiorum indices, quærere, ut, rerum familiarium consuetudine admonente, ex sensu nostri conscientia ad insoliti sensus opinionem educeremur. Omnis igitur comparatio homini utilis potius habeatur, quam Deo apta.* ait Hilarius lib. I. de Trin. f. 7. & lib. VI. f. 63: Naturæ humanæ tarda ac difficilis ad res divinas intelligentia exigit, de his, quæ semel dicta à nobis sunt, frequentius admoneri, ne satisfacere sacramentis divinæ virtutis humanæ comparationis exempla credantur, sed tamen ad imbuendum spiritualiter de cælestibus sensum speciem terreni generis affetri, ut per hunc naturæ nostræ gradum ad intelligentiam divinæ magnificentiæ provehamur. Et lib. VII. f. 92. postquam mysterium nativitatis Christi simili lucis illustrasset, subjicit: Hæc, ut dixi, ad intelligentiam fidei comparata sunt, non etiam ad Dei dignitatem, ut nos potius intelligentiam invisibilium ex comparabilibus sumeremus, non utique ut aliquod naturæ Dei satisfaceret comparationis exemplum, cum dignum & justum esset testanti de se Deo credere; sed quia simpliciorum fidem furor hæreticus turbaret, ut id de Deo credi non oporteret, quod difficile, nisi per corpoream comparationem, posset intelligi. Imprimis si similia talia aliquod fundamentum habeant in ipsa scriptura: Istiusmodi perplexitatem sanare licuerit primum fide, deinde iis quæ superius dicta sunt, nimirum ubi loquebamur de imagine, de splendore, de fonte, de fluvio, de substantia & forma. Quemadmodum enim in propria sua imagine filius est in Patre, ita etiam pater est in Filio. Nam imbecillitatem interpretandi verbis istiusmodi, & qualicunque comprehendendi consolatione imitans scriptura, hoc genus similitudinum nobis tradidit. ita Athan. ad Serap. t. I. f. 195. A. Confer expos. fid. f. 241. de decret. Nic. f. 260. D. Basil. reg. Moral. XXVI. c. 2. Quæ tamen similia non sunt res ipsa: *Nequit enim fieri, ut per omnia, quod in exemplaribus consideratur,* Similia.

tur, ejs rebus adaptetur, ad quarum deſcriptionem exemplarium uſus aſſumitur. Epiſt. XLIII f. 810. D.

Principium quotuplex.

§. 46. Manet igitur ratio *organum*, ſed non eſt *principium* fidei divinæ. Diſtinguendum autem inter principium καθ' ἄνθρωπον, & καθ' ὑπόθεσιν: Καθ' ἄνθρωπον poteſt eſſe principium, ſi nimirum res nobis eſt cum iis, qui rationem tanquam principium admittunt. Ita Titus Boſtrenus adverſus Manichæos, ſcripturarum contemptores, *ex notionibus naturalibus* diſputavit, lib. I adv. Manich. Quomodo etiam contra Ethnicos diſputatum eſt, nempe ex principiis ſanæ rationis ad deſtruendam abſurdam eorum Theologiam, vel potius idololatriam, quod fecit Athanaſius orat. adv. genr. t. I. f. 13. B. 14. A. *πάντως γὰρ κ᾽ ἐν ἑλληνισμῷ εὑρήσει τὸν ἔλεγχον ἀληθῆ καθ' αὐτῶν: omnino enim & in his ratio veram contra ipſos refutationem inveniet*, ait f. 28. D. Contra ipſi non ſolum ſcripturis ſacris, ſed etiam ſanæ rationis argumentis deſtituantur, *ὡς οὐκ ἔστι λόγος, οὔτε θεὸς ἀπόδειξιν ἐκ τῶν θείας γραφῆς: nihil neq; rationis, neq; divinæ ſcripturæ ad demonſtrandum* habentes; quæ ejusdem verba ſunt de ſent. Dionyſ. adv. Arian. t. I. f. 549. A. Chriſtianis contra facile ſit, ipſos refutare *ἐκ τε τῶν θείων γραφῶν, καὶ αὐτῆς τῆς ἐν ἀνθρώποις διανοίας, tum ex ſcripturis, tum cogitatu humanæ mentis*, uti dixerat f. 7. A. Confer de incarn. f. 94. D. ex fabulis ipſorum: *Si eruditus fueris, obſtrue os judæis ex Prophetis, & Græcis ex ipſorum fabulis, qui & fulmina adorant, fulmen autem de cælo veniens non temere venit.* ita Cyril. Hieroſol. Catech. XIII. f. 139. A. Quo fine etiam Philoſophorum ſuffragia corrogarunt, ut Euſebius lib. VI. de præp. Evang. c. 9. f. 272. D. „Producta, *inquiens*, Philoſophorum teſtimonia conſentiunt, dum & „ſacrarum ad paginarum, quibus utimur, auctoritatem accedunt, „& iſtas de fato non tralatitias vulgi tantum, ſed egregiorum etiam „fatidicorumq; Numinum opiniones falſi coarguunt: totaque vi „diſputationis partim in præclara oracula vehementius aſperiusq; „collata, partim adverſus eximios Philoſophos, non aliis, quam „eorum ipſorum, quos uſq; adeo norunt, ſententiis verbisq; contexta. Et mediis philoſophicis uſi ſunt: Partim, *dicit*, videlicet eo de„monſtrationum genere, quo apud illos utimur, qui percipiendæ

ſermo-

sermonum eorum quos de rebus nostris instituimus doctrinæ gratia conveniunt, partim ex responsis, quibus in quæstionibus ex subtiliori Logicorum arte discussis adversariorum argumenta refellimus; partim denique ex disputationibus illis, quas tanquam honorificas, tam scripto quam sine scripto, sive privatim cum singulis qui nos interrogant, sive publice ad populum ultro habere consuevimus. lib. 1. c. 3. C. Cyrillus Hieros. Catech. XVII. f 215. A. postquam de resurrectione mortuorum disputasset, monet: *His itaq; utere verbis ad Græcos; Nam qui scripturas non recipiunt, non scriptis eos armis oppugna, atq; solis ratiocinationibus & demonstrationibus. Istis enim neq; quis sit Moyses notum est, neq; quis Esaias; neq; Evangelia, neq; Paulum agnoscunt.* Habet & hunc usum, ut adversarios suis armis oppugnemus & profligemus, quod erudite ostendit Joh. Launoj. de Simon. p. 439. seqq: Et adversarii videant, etiam harum literarum orthodoxos non plane rudes esse: ita Hero Philosophiæ studuit, *ne ab illis, qui se earum rerum scientiam tenere profitebantur, illudi, atque exagitari posset.* referente Naz. orat. XXXIII. & Athan. de incam. t. 1. f. 94. D. *Ut non inopes rationum, argumentiq; destituti, age, & istos legitimis rationibus in pudorem conjiciamus, maxime ex rebus, quas ipsi conspicimus.* Si veritati accumata disputandi ratio conjungitur, multum decedit adversariorum causæ, ut mirum non sit, si Arius petiit: *Omissis Syllogismis des mihi scriptam demonstrationem, ἐγγράφου ἀπόδειξιν, ut non erres.* in disputatione cum Athanasio. t. 1. f. 126. D. Et Luciferianus, vim argumentantis Hieronymi non sustinens, petierit: *Oro te, ut, Philosophorum argumentatione deposita, Christiana mecum simplicitate loquaris: si tamen non Dialecticos sequaris, sed piscatores.* t. 3. f. 64. B. opp. Hier. Cum vero Hieronymus argumentando pergeret, repetit postulatum: f. 64. C. *Jam & superius rogavi, ut non Philosophice, sed Christiane mecum loquaris.*

§. 47. Non vero est *principium κατ' ἄνθρ*, seu *κατ' ἀλήθειαν*, sive intelligas principium cognitionis, sive rei. Non *cognitionis*, cum verba in S. literis, utpote mysteriis adaptata, non sint crude capienda, ut vulgo solent. E. g. Cum de generatione Filii Dei, facta ex Patre ab æterno, inter orthodoxos & Arianos disputaretur, negavit Athanasius, vocem generatio accipiendam esse, sicut

sicut inter homines solet, sed congrue S. literis: *Nam tametsi eadem dictiones de Deo & hominibus in sacris scripturis habeantur, hominum tamen perspicacium est, ut Paulus præcepit, lectioni attendere, ut rem cum judicio discernant, & pro natura rerum, quæ ibi scribuntur, vocabula accipiant, sine intellectus confusione, ne, quæ Dei sunt, humano more fieri intelligas, neve in rebus humanis tanquam de divinis cogites. Id enim est vinum aqua miscere, & alienum ignem altari illatum igni divino adjungere.* Sic Athan. de Syn. Nic. decret. t. 1. f. 258. D. unde ad Serap. f. 166. conqueritur de Arianis, quod more Sadducæorum ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς *humanis ratiocinationibus divinam scripturam excipiant, & cavillentur*: & f. 191. D. *quæq; intelligere non possunt, dicant, esse non posse.* Eadem censet Hilar. lib. 1. de Trin. f. 7. D. dicens: *Dei naturam non naturæ suæ legibus* (homo) *metiatur, sed divinas professiones secundū magnificentiam divinæ de se protestationis expendat.* ratione addita: *Optimus lector est, qui dictorum intelligentiam exspectet ex dicti potius, quam imponat, & retulerit magis, quam attulerit.* Et lib. IV. f. 37. D. *Nemini autem dubium esse oportet, addivinarum rerum cognitionem divinis utendum esse doctrinis. Neq; enim scientiam cœlestium per semet humana imbecillitas consequetur, neq; invisibilium intelligentiam ipse sibi corporalium sensus assumet.*

Neque rei; §. 48. Neque *rei*: eodem Athan. assertore: *Nobis decorum, divinis verbis inhærere, neq; ea deserta relinquere Syllogismorum commentationibus, quæ tam clare & evidenter nobis sunt tradita,* de incarn. t. 1. f. 593. B. Confer orat. III. in Arian. f. 405. C. D. & orat. quod unus sit Christ. f. 665. B. 666. D. 668. A. Apol. de fug. f. 701. C. Epist. ad Serap. t. 2. f. 20. B. Cyrillus Hieros. Catech. XVII. f. 192. A. *ingenue*, ait, *nunc quoq; fatemur, οὐκ ἀνθρωπίνοις ἢ συμφόροις κατεχόμενοι σοφίσμασι, nos non humanis ratiocinationibus usuros; verum ea tantum, quæ sunt in sacris scripturis, commemoraturos. ἀσύμφορον γάρ* inconveniens enim hoc foret; Hilarius lib. 1. de Trinit. f. m. 5. quando de incarnatione Filii Dei verba facit, ait, quod *mens hæc omnia ultra intelligentiæ humanæ metiatur sensum, quia ratio communium opinionum consilij cœlestis incapax, hoc solum patet in natura rerum esse, quod aut intra se intelligat, aut præstare possit ex sese.* Paulo post succenset ingeniis temerariis, *potentem Dei naturam ex naturæ suæ infirmitate moderantium*: f. 6. Et lib. VI. exclamat: *O gravissimum humanæ stultitiæ atq; inse-*

insolentiæ dedecus, professionis suæ de se Deum non modo arguere non credendo, sed emendando damnare; & illud ineffabile in eo naturæ suæ virtutis secretum humanis contaminare & impugnare doctrinis! f. 66. Exemplo temeritatem illustrat, unde discere est, quo sensurationem in rebus divinis Magistram esse negemus: *Sunt enim*, inquiens, *plures hujus seculi prudentes, quorum prudentia Deo stultitia est, qui cum audiunt Deum ex Deo, verum à vero, perfectum à perfecto, unum ab uno natum esse, tanquam impossibilia nobis prædicantibus contradicunt, quibusdam sententiarum collectionibus inhærentes, cum dicunt: Nasci nihil potuit ab uno, quia omnis nativitas est ex duobus; Iam si ab uno natus hic filius est, partem ejusdem, qui genuit, accepit; & si pars, neuter ergo perfectus est, deest enim ei unde decessit; Nec plenitudo in eo erit, qui ex portione constiterit: Neuter ergo perfectus est, cum plenitudinem suam & qui genuit amittat, nec, qui natus est, consequatur.* lib. III. f. 25. Finis harum argutiarum erat, *ut veritatis intelligentiam per speciem editæ rationis* (hæresis) *averteret*, eodem explicante lib. VII. de Trin. f. 80. *Cessent itaq; propriæ hominum opiniones, neq; se ultra divinam constitutionem humana judicia extendant.* ejusdem monitu lib. IV. f. 37. *Non enim fides ex arbitrio nostro, sed ex dictorum ineunda est virtutibus.* Quam rationem dat lib. VII. f. 93. Confer lib. III. sub fin. f. 32. XII. f. 187. & 188. Ambrosius de Paradis. c. 2. f. m. 247. G. negat, de venenatis animalibus à Deo creatis curiosius & periculosius disputandum esse, & addit. *In scripturis divinis non facilè reprehendamus aliquid, quod intelligere non possumus. Sunt enim plurima, quæ non nostro ingenio metienda sunt, sed ex altitudine dispositionis & verbi sunt æstimanda.* Greg. Naz. orat. XXXIII. f. 550. D. monet, *ne argutiis nostris disputandi; subtilitate fidem perfringamus.* Epiphan. hæres. LXXVI. n. ad c. 26 Ætii, f. 464. ait: Fieri non potest, ut nos impellas, ut
" discipuli fiamus tui præceptoris Aristotelis, & sinamus doctrinam
" eorum, qui illuminati sunt ex Spiritu Dei, & sunt quidem piscato-
" res, & alieni à literis, & in eloquentia idiotæ, verum præcones
" veritatis, in potentia Dei qua digni facti sunt. Non enim in ser-
" mone Syllogistico est regnum cœlorum, & in sermone jactabun-
" do, sed in potentia & veritate. Similia dixerat hæres. LXIX. f. 324. in eos, *qui Deum Syllogismis concludere tentant.*

§. 49.

Rationes.

§. 49. *Rationes* in promptu sunt, cur ratio & philosophia fidei principium non sint: Nempe ea, quod *primum credere oporteat de Deo, quod est, eumq; requirentibus se remuneratorem esse.* Non enim πῶς ἔστιν εἴρηκεν, ἀλλὰ μόνον, ὅτι ἔστιν: *quomodo est, dixit; sed tantummodo, quod est*: quam rationem allegat Athanasius ad Serap. t. 1. f. 192. D. adversus eos, qui negabant, quæ explicare non poterant. Eandem rationem urget etiam Hilar. lib. 1. de Trinit. f. 5. & Ath. in orat. quod unus sit Christ. f. 666. D. Et præterea digitum intendit in Matth. XVI. ubi Christus Petro ait: Caro & sanguis hæc tibi non revelaverunt. Hilarius lib. III. de Trin. f. m. 26. provocat ad 1. Cor. I. 27. dicens: *Et hic occurrant Sophistæ mundi, & sapientes Græciæ, & Syllogismis suis veritatem irretiant. Quomodo, & unde, & quid caussæ sit? quærant; & cum hæserint, audiant: Quia stultæa mundi elegit Deus. Ergo per stultitiam nostram intelligamus hæc inintelligibilia sapientibus hujus mundi.* Scripturis accedit sana ratio: Inter scientiam & scibile debet esse proportio; Atqui inter res divinas & rationem nulla est proportio: *Quorsum tanta contentio novarum inventionum, ut humano ingenio ea, quæ sunt supra humanũ intellectum, definiatis?* Interrogat idem Athan. ὅσα ἀνθρωπίνη φρονήσει οὐκέτι τὴν ἀνθρωπίνην γνῶσιν ὑπερέχοντα: de incarn. f. 625. C. Eandem rationem urget etiam orat. III. adv. Arian. f. 405. D. Basilius de Spir. Sanct. c. 3. ex professo agit περὶ τῆς ἔξωθεν φιλοσοφίας *de externa Philosophia*, & ostendit, quomodo vocabula aliter à Theologis, aliter à philosophis sumantur; quorsum digitum intendit etiam Pacianus epist. II. ad Sympron.

Neque VII. sensus.

§. 50. Neque VII *sensus*. Possunt equidem res divinæ & spirituales per sensualia aliquo modo declarati, & illustrari, e. g. Cœlestis Hierarchia, uti docet Dionysius Areopag. c. 1. de cœlest. hier. §. 3. dicens: ἀΰλους ἱεραρχίας ὑλαίοις σχήμασι καὶ μορφωτικαῖς συνθέσεσι διαποικίλασα: *immateriales hierarchias materialibus figuris & formativis compositionibus variegando* (primitiva rituum sacrorum institutio) *transcripsit*: Sed non possunt exacte exprimere: ἄλλως δὲ ἀθεώρητα τοῖς ἀιδίοις ὄντα τὰ ποιητά. ut idem asserit de div. nom. c. 1. §. 1. f. 376. A. Neque sensibus judicium quodvis in rebus divinis committendum est. Disputat ea de re Athanasius de

de incarn. t. 1. f. 84. adversus eos, qui contendebant, Christum non resurrexisse ex mortuis, ὅτι μὴ ὁρᾶται, *quod non videatur.* Hos ille refutat à natura Dei, θεοῦ γὰρ ἴδιον, ajens, μὴ ὁρᾶσθαι, *Dei enim proprium est, non videri:* hinc tamen N. C. Deum non esse: quandoquidem vel creaturæ de suo illo creatore testentur. Hilarius lib. III. de Trinit. f. 24. instantiam dat à vino, quod ex aqua Christus in nuptiis Cananæis creavit, quod *sensus noster* non assequatur, *quibus modo natura demutata sit.* Idem lib. VII. f. 81. fontem hæreseων aperit, inde nimirum natas eas dicens, *dum quod legitur sensui potius coaptatur, quam lectioni sensus obtemperat.* Observanda hæc sunt adversus Aristippi sententiam, *qui ea modo, quæ patimur, comprehendi posse statuit, præterea nihil.* de quo disputat Euseb. lib. XIV. de præp. Evang. c. 19.

§. 51. Neque VIII *miracula.* Distingenda sunt miracula: Quædam enim fiunt in nomine Jesu. i. e. substratum habent verbum Dei, legitimo modo administratum; quædam non: illa miracula generant fidem: Tale Dei verbum fuit, quod Petrus mendico membris capto dixit: *In nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Hanc vocem, per spiritum dictoque efficacia operis consecuta est. Ex eo namq; stupendo miraculo, his qui viderant, necessaria excepta est, de divina unigeniti natura, fides! Dic tu, quæso, utra res ad assentiendum efficacior, & quæ magis urgeat: propositionum me implexi nexus, ordine consequentiæ secum attrahentes conclusionem; an verius tantum illud miraculum, omnium oculis conspicuum, omnemq; exuperans quantivis hominis virtutem?* explicante Basilio in ps. CXV. f. 313. B. Hæc vero non generant. *Probatur* inde, quod & heterodoxi, ut Ethnici, & Hæretici, miracula facere possint, saltem ad speciem, quorum tamen fides & doctrina propterea non sunt vera. *Apud istos* (Ethnicos) *Oracula quædam atq; responsa, morborum omnis generis curationes, illataq; cælitus in impios gravissimæ calamitates celebrantur.* Ita Eusebius de Ethnicis lib. IV. de præp. Evang. f. 130. B. C. Regerit autem: *fraudem & errorem esse, ac veneficorum artes, præstigiasq;* f. 131. B. & C. *Ea, quibus rudi plebeculæ imponitur, circulatorum prodigia, cum naturalibus causis esse conjuncta. Plurima enim universa in natura existere, radicem herbarum, plantarum, fructuum, lapidum, itemq; aliarum ex omni materia, sive siccarum, sive humidarum virtutum genera, quarum aliæ propellendi & ejiciendi vim habeant, aliæ* Neque VIII miracula.

committendi atq; attrahendi, alia secernendi, ac dissipandi, alia contra vel constipandi vel sistendi, itemq; laxandi, humectandi, rare faciendi rursumq; servandi alia, alia perimendi, ac præsentem corporis statum modo in hunc, modo contrarium penitus immutandi: atq; aliarum efficacitatem longiori, aliarum breviori tempore circumscribi; similiterq; aliarum ad plures, ad pauciores aliarum sese diffundere. Ipse Baronius an. 311. n. 45. Ex Eusebio memorat aliquod Jovis simulachrum, *inq; eo magicis præstigiis falsa edita miracula.* Hieronymus ex Marc IX. 38. 39. argumentū sumit, *observandum etiam*, inquiens, *quod operari virtutes dicuntur in his, qui non tenent Evangelii veritatem: sicut in illis, qui Dominum non sequentes in nomine eius signa faciebant, Ioanne vero maxime consequente Præceptor vidimus quendam in nomine tuo eicientem dæmonia & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Hoc adversum hæreticos, qui probationem fidei suæ ex eo, si signum aliquod fecerint, arbitrantur.* Hæc ille Comment. ad Gal. III. 5. t. IX. f. 85. F. Hæreticus fuit Eutychianus Novatianus, quem tamen miraculis claruisse, refert Socrat. lib. 1. hist. c. 13. Etiam Constantius Imp. Arianus miraculosa militum acclamatione nobilitatus est. lib. II. c. 32. Eusebius Emesenus, Arianorum fautor, miraculis inter Persas claruisse fertur apud eundem. c. 9. Cyrillus Hieros. Catech. XV. f. 164. C. allegat vaticinium Pauli 2. Thess II. 9. de miraculis Antichristi, quæ ille perpetraturus sit. Titus Bostrenus lib. III. contr. Manich. f. 121. eo progreditur, ut dicat, si quis vel mortuum excitaverit, non tamen fidem divinam mereri, nisi sana doctrina fuerit instructus: Probat ex Luc. XVI 31. Si quis autem novam, & in S. literis non fundatam, doctrinam protulerit, ille necesse habebit, miraculis sibi fidem conciliare.* Cum igitur Novatiani receptam hactenus in Ecclesia Dei doctrinam, & praxin de pœnitentia, sacris literis congruam, impugnarent, rogabat Pacianus: *Prophetas secutus est, ut Cataphryges, an Philomenem aliquam, ut Apelles; an ipse tantum authoritatis accepit! linguis locutus est? prophetavit? suscitare mortuos potuit? Horum enim aliquid habere debuerat, ut Evangelium novi juris induceret. Etsi contra clamet Apostolus; licet nos, aut Angelus de cœlo Evangelizaverit præterquam quæ Evangelizavimus, anathema sit.* Epist. III. ad Sympron.

§ 52.

§. 52. Neque IX *Angeli apparentes, ut somnia, & similes Enthusiasmi*, fidei principium sunt. Non *Angeli*, uti modo ex Gal. I. 9. audivimus argumentantem Pacianum; geminus locus est Athanasii orat. 1. adv. Arian. f. m. 285. B. quando disputat adversus fraudes Diaboli in Angelum lucis sese transformantis, neque ideo fide digni: *Instituti enim sumus, quod, si vel Angelus è cœlo aliter Evangelizaverit nobis, quam accepimus, illud ipsum anathema esse & execrabile.* Cui suffragatur Cyrillus Hieros. *Neq;*, ajens; *ad alia ejusmodi devenias; Nam & auguria, divinationes, omina, aut amuleta, aut inscriptiones in foliis, aut alia mala artes, & cetera huiusmodi, cultus diaboli sunt.* Catech. Mystag. 1. f. 229. D. Neque *Somnia*; contra quæ ex professo Basilius epist. LXIV. f. 850. D. *Non enim*, inquiens, *mox quodcunq; somnium Prophetia est, dicente Zacharia: Dominus phantasiam fecit, & pluviam hybernam, quoniam divinatores loquuti sunt molestias, & somnia vana protulerunt.* Et f. 851: *Si phantasiæ, quas isti in somnis habent, cum præceptis domini concordant, contenti sint Evangeliis, quibus non est opus, ut aliquo somniorum auxilio fide digna reddantur, si vero pacem suam nobis reliquit Dominus, novumq; dedit mandatum, ut nos diligamus mutuo: somnia vero ista pugnam, ac dissidium, dilectionisq; extinctionem docent, non dent occasionem, aut locum, diabolo per somnium mentes ipsorum invadendi, neq; majoris phantasmata sua faciant authoritatis, quam salutarem doctrinam.* Et Ephrem: *charissime, ne fidem fallacibus adhibeas insomniis: Nam multos deceperunt insomnia; in iisq; spem ponentes exciderunt. Ad quas autem mensuras nos pervenimus, ut visiones Angelorum adspiciamus?* allegante Gerh. Voss. t. 2. opp. Ephrem. f. VII. ex collationibus patrum. conf. Chrysost. homil. cum Presbyter esset factus, f. 947. B. tom. V. Et Hieron. comm. in Eccles. c. V. 6. verba: *in multitudine somniorum* &c. annotans: *Nec superiora facias, de quibus jam dictum est, nec facile somniis credas. Cum etiam diversa videris per nocturnam quietem, & variis anima fuerit exagitata terroribus, sive incitata promissis: tuca contemne quæ somnii sunt: Et solum Deum time. Qui enim somniis crediderit, vanitatibus se & ineptijs tradet.* t. VII. f. 37. B. Idem, cum Ruffinus somnium ipsius de non legendis gentilium libris ipsi objecisset, Et. *Hæc dicerem, si quippiam vigilans promisissem; Nunc autem, novum imprudentiæ genus, objicit mihi somnium meum.* q. d. quod nullius

momenti est, juxta Prophetas, ad quos eundem ablegat, dicens: *Somnio non esse credendum, quia nec adulterij somnium ducit me ad Tartarum, nec corona martyrii ad cœlum levat.* Manet igitur una & sola scriptura sacra principium fidei divinæ concipiendæ, & fovendæ.

SECULI QUARTI

Articulus III.

Sectio II.

DE

SCRIPTURÆ ONOMATOLOGIA ET PRAGMATOLOGIA.

Argumentum.

SAcræ Scripturæ Onomatologia complectitur varias ejus appellationes, & descriptiones tum Veteris Test. tum Novi; Pragmatologia enarrat Auctorem principalem, qui est Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: quod est fidei divinæ motivum, temere non interrogandum de eo; Probatur tamen ea ipsius divinitas argumentis partim insitis, quæ sunt Styli singularitas, rerum majestas, doctrinæ sanctitas, Scriptæ, harmonia, perfectio; Testimonia ipsiusmet scripturæ, & doctrinæ efficacia; partim assumptis & externis, ut sunt testimonia Ecclesiarum Iudaica, Christiana, Ethnica, & temporis antiquitas; Ministri fuerunt homines divinitus affluti; qualium in V. Test. Moses, Iobus, Historici, David, Salomo, Prophetæ reliqui, suoquique tempore illustres, vel Majores, ut Iesaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel; vel Minores, ut reliqui duodecim; quorum explicantur personalia, & scripta. In N. T. Quatuor Evangelistæ. Et Apostoli, ut Paulus, Petrus, Iacobus, Iudas, usi amanuensibus: Amalij præter hos Hebræus: Materia scripturæ sunt libri Biblici, de quibus disseritur in genere, & in specie de Canonicis & Apocryphis, genes quem sit judicium eorum.

Digitized by Google

rum; De Canonicis V.T. qui ſunt: Pentateuchus, Hiſtorici, Dogmatici, ut Iobus, Pſalterium, de quo prolixius diſputatur, Proverbium, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum; Prophetici majores, & minores. N. T. ſunt IV Evangelia, Acta, Epiſtolæ Paulinæ, & reliquæ Apoſtolicæ, ſeu Catholicæ, denique Apocalypſis. Apocryphi qui, in genere, & in ſpecie, ut liber Sapientiæ, Syracidis, Eſter appendix, Iudith, Tobiæ, Eſdræ, Maccabæorum, Danielis; Apocryphi alij. Stylus authenticus, V.T. & N.T. Genus ſcriptionis. Contenta Myſteria, Senſus, vel literalis, vel myſticus: Vterque horum habere poteſt, prævalente tamen literali; Papulans Iulianus & Origenes. Requiſita ſenſus genuini eruendi, ſunt: preces, ſcrutinium, Commentatores, commentarij vel vetuſtiorum vel recentiorum; cum judicio uſurpandi; Regula hermeneutica, fontes conſulantur, antecedentia & conſequentia conferantur, & Teſt Vetus cum Novo; loci paralleli; analogia fidei; dictorum occaſio, ſcopus &c. Verborum amplitudo; fides & pietas neceſſaria: literarum humanarum uſus; Specialia in nonnullis obſervanda; Verborum delectus; Verſiones an licita? requiſita, ex fontibus fiant, nihil mutent, quo ſenſu? Variæ earum, auctoritas, Verſio Græca LXX. Ejus auctor primarius, & ſecundarius, Miniſtri, materia, Forma, finis, affectiones, characteriſmi, auctoritas; Verſio Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, Tetrapla, hexapla, octapla, Luciani, Origenis, Heſychij, Ara, Samaritana; Latina Vetus & recentior, Hieronymi, ejus auctoritas, Dalmatica, Gothica Finis ſcripturarum ultimus & intermedius.

§. F.

EVicto, quod una & ſola ſacra ſcriptura ſit fidei principium, ſpecialius aliquantò de ea agendum erit. Et quidem 1. de *nominibus* & *deſcriptionibus* ejus, quas habet à cauſſis ſuis, & affectionibus: *Efficiente* cauſſa, inde dicitur: *Dei ſermo* ab Hilario lib. II. de Trin. f. 13. *divina conſtitutio, divina dicta*, l. c. *Dei libri*, in lib. ad Auguſt. *Divini apices* à Conſtant. M. l. 7. cod. d. Epiſc. *Divini libri* ab Athan. t. 2. f. 197. Θεῖα καὶ σωτήρια πνεύματα: *divina & ſalutaria præcepta* ab Euſeb. dem. Evang. c. 4. l. IV. ἱερὰ καὶ θεόπνευστος γραφή, *ſacra & divinitus inſpirata doctrina*, lib. IX. f. 419. D. *Dei tabula* à Phœbad. cont. Arian. p. 15. *Deificæ inſtrumenta*, Optat. Milev. lib. 1. p. 32. *Teſtamentum divinum* lib. III. p. 94. IV. 119.

Scripturæ S. 1. Onomatologia: Sumpta à Cauſſis: Efficiente.

divinæ legis instrumenta. lib. VI. p. 175. *Scripturæ Dominicæ & testamenta divina*, in Actis Alutinens. apud Surium, d. 11. Febr. *Divinæ dispositionis lex.* à Julio Firm. de error. prof. c. 24. *divinarum vitalia lectionum* ab Ambros. de parad. c. 12. f. 251. *divinarum series scripturarum.* c. 13. 14. *libri, quibus colloquimur cum Deo*: describente Greg.

Materiali. Naz. in vit. f. m. 2. *Traditio*, vid. supr. art. III. sect. 1. §. 13. A *materiali*; dicuntur ἱερὰ λόγια *sacra oracula*: ab Euseb. lib. 1. dem. Evang. c. 6. lib. III. c. 10. ὑπερκόσμια καὶ ἱερώτατα λόγια *supramundana & sanctissima oracula*: à Dionys. Areop. c. 1 de Eccles. Hier. §. 1. αἱ τῶν λογίων ἱεραὶ παραδόσεις καὶ ἀλήθειαι: *Sacra oraculorum traditiones & veritates.* Epist. IX. sub fin. *Venerandarum responsionum oracula*, à Julio Firm. de error. prof. relig. 1. 20. *Scripturæ veteris & novi instrumenti.* ab Hier. in Jes. 1. f. 3. A *formali*: dicuntur ἱερογεγραμμέναι τῶν λογίων συνθέσεις *sacræ oraculorum dispositiones* à Dionys.

Formali. Areop. de Cæl. Hier. c. 1. §. 3. *divinæ dispositionis lex*: à Jul. Firm. c. 24. ἱεροὶ νόμοι *sacræ leges*: à Dionys. de Eccles. hier. c. 1. n. 5. A *finali*, quæ est legere: inde *sacra lectio* dicitur à Mario Victor.

Finali. lib. 1. Ab adjunctis Affectionibus, quæ sunt: auctoritas; Nam *divinorum dictorum auctoritates* laudantur ab Hilar. lib. IV. de Trin. f. 37. *Prophetica & Apostolica auctoritas.* comm. in Matth. f. 257. *Fontes* à Cyrillo Hieros. Catech. XVI. f. 179. D. Sanctitas, unde *sancta, & sanctissima* vocantur, in præmissis. Sublimitas, unde *supermundanæ* appellantur: *utilitas*, unde scripta σύμμειωδη.

Affectionibus.

V. T. §. 2. Scripturæ Veteris Testamenti dicuntur παλαιὰ γεγραμμένα *veteres scripturæ* ab Euseb. lib III. dem. Evang. procem. πάλαι καὶ βίβλοι ἱεραὶ προφητῶν: *tituli & libri sacri Prophetarum* ab Euseb. dem. Evang. lib. V. f. 208. amplius explicat lib. VIII. de præp. Evang. c. 1. f. 349. A. dum appellat *oracula*, & distribuit in βίον τῶν πάλαι θεοφιλῶν Ἑβραίων *vitam religiosorum quondam Hebræorum*; καὶ τὰ τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας αὐτῶν μαθήματα: *Et piæ doctrinæ ipsorum disciplinas, seu præcepta.* Antonio Monacho sunt *lex Testamentaria*, epist.

& N. Test. VI. Novi Testamenti dicuntur *Evangelica & Apostolica instituta* ab Hilar. lib. IV. de Trin. ab init. *Evangelicæ & Apostolicæ institutiones.* lib. VI. f. 61. *Evangelicæ & Apostolicæ doctrinæ.* l. c. *voces*: l. c. *prædicationis Evangelicæ sacramentum.* f. 67. Εὐαγγελικὴ μαρτυρία *Evangelica testificatio*, ab Euseb. lib. V. dem. Evang. f. 210.

§. 3.

zed by Googl

§. 3. *Auctor* Scripturæ Sacræ Deus est. Estenim θέοπνευστος βίβλος *liber divinitus inspiratus*. juxta Athanas. de incarn. verb. t. 1. f. 86. Et quidem liber cum V. T. tum N. T. πᾶσα ἡ καθ' ἡμᾶς γραφή, παλαιά τε καὶ καινὴ, θεόπνευστός ἐστι, *omnis enim juxta nos scriptura, vetus simul & nova, divinitus inspirata est*: scribit idem ad Marcel. f. 960. B. Brevius: πᾶσα γραφὴ ἡμῶν *omnis scriptura nostra, qui Christiani sumus, divinitus inspirata est*: ait idem in Synops. ab initio. t. 2. f. 55. Si πᾶσα. E etiam literæ & Syllabæ: θεόπνευστα ῥήματα *verba divinitus inspirata* sunt. f. 979. In quem sensum prolixe disputatur inter orthodoxum & Macedonianum t. 2. opp. Athan. dial. III f. 230. D. seqq: Eusebio lib 1. de præp. Evang. f. 5. Sunt θεῖα λόγια *divina oracula*. f. 7. ἔνθεοι καὶ ἱεραὶ γραφαί *divinæ & sacræ literæ*: lib. IX. dem. Evang. f. 419. ἱερὰ καὶ θεόπνευστος γραφὴ *sacra & divinitus inspirata scriptura*. Confer lib. XI. de præp. Evang. f. 521. ubi ait: *quam illi tamen neq; conjecturis quibusdam, aut mortalis cogitationis industria didicerant, neq; ullius sese humani præceptoris auctoritate jactabant: sed divinæ cuidam superioris potestatis vi divinique spiritus afflatui totam illam cognitionem acceptam ferebent*. Unde patet, Spiritus S. amanuenses etiam de rebus naturalibus θεοπνεύστως scripsisse. Hist. Eccles. lib. VIII. c. 2. Hilarius verba scripturæ ait esse *ex ipso sacro unigeniti ore condita in libris* (sacris) *verba*: lib. VI. de Trin. f. 67. Gregorio Nysseno est θεία φωνή *divina vox*. devit. Mos. t. 1. f. 171. Quæ omnia eo tendunt, quod Deus auctor sit scripturæ, utpote qui Prophetas & Apostolos verbum suum scribere jussit: *Neq; istius rei alius sponsor, quam sacra scriptura. Siquidem Deus injunxit Mosi scribere canticum magnum, & id populum docere, una cum duce constituto: jubet item scribere Deuteronomium, & in manibus gestare, & perpetuo ejus verba meditata habere.* Scribit Athanas. ad Marcel. f. 983. A. t. 1. & in Synops. f. 62. A. ubi docet, ὁμ πνεύματι θεοῦ & πνεύματος ex ordinatione Domini conscriptas esse sacras literas. Est autem opus ad extra, *ideoq; cum esset Filius in Prophetis, Prophetæ in ipso Spiritu Sancto vaticinati sunt. Certe scriptura dicente factum esse verbum Domini ad certum aliquem Prophetam, evidens redditur, quod ille in Spiritu Sancto prophetaverit.* ait idem t. 1. ad Serap. f. 205. D. idque probat, multis è scriptura adductis testimoniis: confer dial. III. f. 230. seqq;

II. Pragmatologia ejus Auctor primcipalis, est Deus.

§. 4.

Pater

§. 4. Igitur auctor ſcripturæ eſt: *Pater* Domini noſtri Jeſu Chriſti; auctor non ſolum Evangelii ſcripti, ſed & legis, ſeu veteris inſtrumenti. In quo aſſerendo, & probando multi ſunt & operoſi patres hujus ſeculi adverſus Valentinianos, Ptolemæum, Marcionitas, & præcipuè Manichæos, ſtatuentes, Deum juſtum eſſe auctorem veteris; bonum autem Novi Teſtamenti, & non Veteris. Alexander, Epiſcopus Alexandrinus, in literis ad Conſtantin. de patre ſcribit, quod *ſit legis & Prophetarum ac Evangeliorum dator, Patriarcharum & Apoſtolorum & Sanctorum omnium Dominus.* referente Theodor. lib. 1. hiſt. c. 3. f. 533. conferTitum Boſtren. lib. III. contr. Manich. f. m. 120. 123. 124. Cyrill. Hieroſol. Catech. IV. f. 36. A. Didym. Alex. lib. III. de Spir. Sanct. f. 200. Epiph. hæreſ. XXI. f. 28. XXXII. f. 31. XXXIII. 106. XL XLI. XLV. LXVI. Ambroſ. de paradiſ. c. 8. f. 249. M. Miniſterium Alexandrinum in epiſt. ad Alex. apud Athanaſ. t. 1. f. 885. Imprimis urget Titus Boſtrenus argumentum ex Epiſt. ad Hebr. 1. v. 1. & 2. ubi Pater idem, qui in N. T. nobis locutus eſt per filium ſuum, etiam in V. T. per Prophetas locutus eſſe perhibetur.

Filius,

§. 5 *Filius.* Hilarius lib. VI. de Trin. f. 67. unde §. 3. teſtimonium allegavimus, addit: *Huic* (Moſi) *ego dicere* (cum Chriſto loquitur) *verba tua credidi.* Filius igitur Dei per Moſen locutus eſt. Cyrillo Hieroſ. auctore: *Chriſtus locutus eſt per Prophetas,* Catech. XIV. f. 144. B Julius Firmicus de profan. error. c. 22. Chriſtum compellans: *Tu,* ait, *venerando inſtinctu hoc nobis denuncias per Prophetas.* Hieronymus in Apol. adverſ. Ruffin. f. 103. *Chriſtus,* ait, *Dominus noſter eſt utriusque Teſtamenti conditor.*

& Spiritus S.

§. 6. *Spiritus Sanctus.* Aſſerit hoc Athanaſius in epiſt. ad Serap. t. 2. f. 17. D. dicens: οἱ προφῆται ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ λαλοῦσι: *Prophetæ in Spiritu Dei loquuntur*: In ſpecie ait: *In Ieſaia Spiritus Sanctus vaticinatur.* In epiſtola ad Marcel. t. 1. f. 964. B. de omnibus prophetis hoc ipſum affirmat: τὸ γὰρ αὐτὸ πνεῦμα ἐν πᾶσι τοῖς προφήταις ἦν: *Spiritus enim idem in omnibus eſt*; Loquitur autem de Prophetis & Pſalmis. Repetit lit. D. Euſebius lib. IV de præp. Evang. f. 175. C. loquens de Davide, quod vaticinia ediderit, ſe quaſi corrigit, dicens: μᾶλλον δὲ τὸ θεῖον δι' αὐτοῦ προεῖπε πνεῦμα: *ac potius per illum divinus dixit Spiritus.* Lib. VI. c. 15. meminit τοῦ ἁγίου.

ἐμπνέοντος καὶ ἐνδυναμίζοντος ἐν αὐτῷ (Ἀββακούμ) θείου πνεύματος: *divini Spiritus, qui ipſum* (Abbakuk) *inſpiravit, & intus conſecravit.* Lib. III. adverſ. Marcel. c. 17. eum vocat: προφητικὸν πνεῦμα: *propheticum Spiritum.* Cyrillus Hieroſ. Catech. XI. f. 97. D. *Quis eſt alius,* quærit, *qui cognoſcat profunda Dei, niſi Spiritus Sanctus, cujus eloquia ſunt divinæ ſcripturæ?* Baſilius in Jeſai. t. 1. f. 803. A. Spiritu Sancto *auctore,* ait, *ſcripta eſt prophetia, & gubernatur intellectu eorum, qui cognitionis donum acceperunt.* Nyſſeno Prophetæ V. T. fuerunt τῷ ἁγίῳ πνεύματι θεοφορούμενοι *divino Spiritu divinitus inſpirati:* de profeſ. Chriſt. t. 3. f. 270. A. Adeoque non ſolum Marcus *impletus Spiritu Sancto,* nec Lucas ſolum, neque Paulus ſolum; vid. Epiph. hær. LI. & LXIX. i. e. Nec modo alij ſcriptores N. T. ſed etiam Prophetæ, i. e. ſcriptores Vet. Teſt. ex inſtinctu Spiritus S. ſcripſerunt: *Nemo* enim *ſuſpicetur, alium Spiritum Sanctum fuiſſe in ſanctis viris ante adventum Domini, & alium in Apoſtolis cæteriq; diſcipulis, & quaſi nomina in differentibus eſſe ſubſtantiis. Poſſumus quidem teſtimonia de divinis literis exhibere, quia idem Spiritus & in Apoſtolis & in Prophetis fuerit.* ita Didymus Alex. lib. I. de Spir. Sanct. f. m. 191. D. Probat ex collatione Heb. III. 7. cum Act. XXVIII. 25. & ſubjungit: *Neq; enim Paulus alium habens Spiritum Sanctum hæc de eo ſcripſit, qui in Prophetis ante adventum Domini alius; ſed de eo, cujus & ipſe particeps fuit, & omnes, qui in fide conſummatæ virtutis ferebantur.* Confirmat idem aliis in medium adductis ſcripturæ dictis lib. II. f. m. 197. Neque quioquam eſt in ſcripturis, quod iple non inſpirarit: *Vna enim cujuſq; dicti magiſtra ac doctrix gratia Sancti Spiritus eſt.* ait Greg. Nyſ. orat. in S. Stephan. t. 3. f. 365. A. & paucis interjectis: *Si igitur unus magiſter eſt, qui nullam ſecum diſcrepantiam habet; Magiſter enim veritatis Spiritus eſt, qui fuit in iis, qui numine afflati atq; divinitate rapti fuerunt.*

§. 7. Hæc divina ſcripturæ origo cauſſa eſt, & motivum fidei noſtræ, in quo illa unicè acquieſcit: *Hæc quidem* (quod filius fidei in patre, & pater in filio) *ſenſus hominum non conſequitur, nec exemplum aliquod rebus divinis comparatio humana præſtabit; ſed quod inintelligibile eſt homini, Deo eſſe poſſibile eſt. Hoc non ita à me dictum ſit, ut adrationem dicti ea tantum ſufficiat auctoritas, quod à Deo dictum ſit. Cognoſcendum itaq; atq; intelligendum eſt, quid ſit illud: Ego in patre,* Motivum

& pater in me; Si tamen comprehendere hoc ita, ut est, valebimus: ut quod natura rerum pati non posse existimatur, id divinæ veritatis ratio consequatur. ait Hilarius lib. *III.* de Trin. f. 23. Credimus igitur mysteriis in scriptura revelatis, ob *auctoritatem, quod à Deo dictum sit,* quidquid in illis habetur; Deo, cui, quod *inintelligibile est homini, possibile est,* quique verax est, & mentiri nescit. In eodem libro, f. 29. *tantum de omnibus Deo, ut sunt ab eo dicta, credentem* laudat: *Dominum audio,* paulo post ait, *& his credo, quæ scripta sunt*: Lib. IV. f. 37. docet, *ipsi de se Deo credendum est, & iis, quæ cognitioni nostræ de se tribuit, obsequendum.* Et lib. XII. f. 189. *professionibus de se Dei creditur.* Et ad August. f. 206: *Tantum de omnibus Deo, ut sunt ab eo dicta, credo.* Confer lib. VI. de Trin. f. 67. 68.

Objicitur. §. 8. *Objici* posset, quod Lucas c. 1. dicit, visum sibi esse scribere; quasi inde sequeretur, quod arbitrio humano scriptura fuerit concepta; sed R. Ambros. in proœm. Luc. f. 435. F. N. C. *Non enim voluntate tantum humana visum est, sed sicut placuit ei, qui in me, inquit, loquitur Christus, qui, ut id quod bonum est, nobis quoq; bonum videri possit, operatur. Quem enim miseratur, & vocat.* Objici posset & hoc, quod satellites Diaboli ex ipso quoque multa sciverint mysteria; sed R. Julius Firmicus de profan. error. per totum, imprimis c. 23. plagia illa ex S. literis fuisse: Κλέπτει γὰρ ὁ διάβολος, καὶ τὰ ἡμέτερα ἐκφερόμενα πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ ἀποστόλους: *Fur enim Diabolus est, & quæ nostra sunt, ea in fabulas transmutata ad suos transfert ministros.*

Quæstio: §. 9. Moveri solet quæstio: *An cuivis verbo Dei credendum sit, & obtemperandum certa persuasione, verum esse quod dicitur, etiamsi vel verbum, vel factum aliquod ab ipso Domino, aut sanctis expressum, contrarium videatur.* apud Basilium lib. II. de Baptis. q. 4. t. 1. f. m. 678. D. Putat ille, nec immerito, quæsitum hoc πάντῃ πάντως ἀνάξιον πάσης τῆς καταδεξαμένου ὁμολογεῖν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν, *omnibus modis indignū esse eo, qui confessionem Iesu Christi Domini nostri receperit,* utpote quod Christus, quæ revelavit, à patre suo acceperit. Similis quæstio est: unde sciamus, & demōstremus, scripturam esse verbum Dei ἀξιόπιστον & ἀντίπιστον? Ad quam idem comm. in Ps. CXV. f. 313. D. respondet, iniquum esse tale quæsitum, eo quod scriptura sacra sit principium, adeoque indemonstrabile:

ἀνάγκη

ἀνάγκη γὰρ ἁπάσῃ μαθήσει ἀναπόδεικτους εἶναι τὰς ἀρχὰς τοῖς μανθάνουσι: necesse enim est, cuiuq; disciplinæ principia nulla prævia demonstratione, & disquisitione recipi à discentibus; id quod probat rationibus & exemplis disciplinarum Philosophicarum, & concludit: οὕτω δὴ καὶ τὸ τῆς θεολογίας μυστήριον τὴν ἐκ τῆς ἀβασανίστου πίστεως ὀφείλει πᾶσαν παθεῖν: Sic igitur Theologiæ mysterium fidei nulla prævia probatione requirit assensum: f. 314. B. C. Ex abundanti tamen præsto sunt rationes, quibus divinitatem scripturarum sacrarum probare possumus, & hactenus etiam debemus, quatenus parati esse debemus ad respondendum unicuique, qui rationem fidei nostræ nos poscit, Quod Apostoli 1 Pet. III. 15. dictum allegat ipse Basilius l. 2. d Bapt f. 679. Agendum autem est cum talibus, qui tales quæstiones movent, ut cum paganis, nec ut cum Christianis: εἰ ἀπρόϊδη τὰ γεγραμμένα, οὐκ ἔλαττον ὑμεῖς χειρωθήσεσθε ἄν, si abnegatis, quæ scripta sunt, ne Christiani quidem dici amplius poteritis: scribit Athanasius ad Serap. t. 1. f. 87. B. Simile judicium tulit adversus hostes Majestatis humanæ naturæ: *Superbus*, inquiens, *scisitari illorum sententiam libet: Aut audienda nobis sunt sacræ literæ, aut secundum illos non sunt. Si audiendæ, ex illis hoc didicimus, illas igitur accusent. Sin audiri illas nolint, bellum sacro codici æternum apertè denuncient, & ne verbum quidem ad illos, utpote à fide alienos, faciemus.* f. 302. B. t. 2. Ratio in promptu est, quod contra negantem principia non sit disputandum.

§. 10. *Probata* autem est divinitas scripturarum ab aliis, & multis quidem, docente Eusebio lib. 1. de præp. Evang. f. 7. C. & *probari* porrò *potest* argumentis scripturæ insitis & aliunde ascitis. *Insitis*, quæ ipsa scriptura præbet: ἀυτάρκεις μὲν γάρ εἰσι αἱ ἁγίαι καὶ θεόπνευστοι γραφαὶ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἀπαγγελίαν: *sufficientes sunt sanctæ & divinitus inspiratæ literæ ad veritatis annunciationem*: ait Athanas. orat. adv. gent. t. 1. f. 1. B. similiter Basilius in Ps. CXV. f. 313. ἰσχυρὰν καὶ ἐναργῆ λέγει τὴν τοῦ πνεύματος ἀποκάλυψιν, *potentem & operosam Spiritus (sancti) revelationem*, quam putat scripturam, contendit principium esse fidei, qua miraculis divinis in scriptura contentis creditur. Hilarius, *ipsi de se Deo* (in scripturis nempe loquenti) *credendum est, & ijs, quæ cognitioni nostræ de se tribuit obsequendum*: ait lib. IV. de Trin. f. 37. *Sequamur ergo*, concludit, adversus *irreligiosas & impias de Deo institutiones, ipsas illas divinorum*

Probatur divinitas argg. insitis.

dictorum authoritates, & unum quodq; coram ipſo, de quo quæritur, auctore tractabimus. Euſeb. pleraq; & præcipua argumenta in compendio exhibet lib. XI de præp. Evang. C. *dictionem*, inquiens, *quidem illi* (Hebræi) *habent, eam differendi vim cum ſolertia includentem. Nam quæ ad ſenſum eius ſententiamq; pertinent, ea cum hominibus conferre ſit nefas: cum Dei ac veritatis ipſius oracula verbis illis expreſſa, reſponſa item prædictaq; divina, cum diſciplinis ad pietatem informantibus, & præceptis ad cognoſcendam rerum naturam ſpectantibus complectantur.* Et l. XIV. C. *ubi* (Græci) *cum Hebræorũ Theologis, atq; Prophetis, Deoq; ipſo conferuntur, qui per eos & futura prædixit, & tanta perfecit miracula, imò, qui & ſanctiſſimarũ religionum ritus, & veritatis doctrinam inſtituit: equidem ſic intelligo, probro nobis amplius vertere poſſe neminẽ, quod Deum hominibus, ac veritatem ipſam mortalibus quibusdam cogitationibus atq; conjecturis potiorem habeamus* f. 717.

ut ſunt 1. ſtyli diviniſingularitas. 1. manus.

§. 11. Diſtinctè & ordine de ſingulis agamus. Divinitatem ſcripturarum ſacrarum probat 1. *ſtyli divina ſingularitas.* In genere in confeſſo eſt, quod εἰκόνες τῶν ψυχῶν εἰσιν οἱ λόγοι *imagines animorum ſint ſermones*, uti ad Maximum ſcribit Baſilius epiſt. XLI. Atque ita de auctore ſcripti judicare liceat ex ſtylo, charactere manus, genere dicendi, idiomate, & ſimilibus, καὶ μάθομέν σε διὰ τῶν γραμμάτων, ὅσον, φασὶν, ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα, *agnovimus te ex litera, ſicut, quod ajunt, ex unguibus leonem.* Sic idem ad eundem. Ex quibus indiciis Nazianzeni ſcriptum agnovit Baſilius idem, epiſt. III. *venerunt mihi jam paulo ante abs te literæ, omnino tuæ, non tam propter characterem, quã propter ipſius epiſtolæ idioma, verborũ enim habent modicum, ſententiæ plurimum.* Sic ille ſcribit ad Nazianzenum. t. 2. f. 788. C. Sic etiam Hieronymus Apol. 1. adverſ. Ruffin. tom. 3. f. m. 90. A. cum de auctore libri diſputaretur, ſcripſit: *Certè hæc illius verba ſunt, negare non poteſt. Ipſa ſtyli elegantia, & ſermo compoſitus, quodq; his maius eſt, ſimplicitas Chriſtiana, authoris ſuæ characterem probant.* item: *præfatiuncula librorum τοῦ ἀρχῶν ad me miſſa eſt, quam ſtylo intellexi, tuam eſſe.* Alibi ad Pammachium de quodam ſub nomine Pamphili ſcripto libro, agens, interrogat: *unde igitur ſciam, quod Pamphili eſt? & Ps. videlicet ſtylus & ſaliva docere me poterit,* vid. Ramirez ſpicil. ſacr. tract. 1. cap. LI. §. V. Ita ex ſtylo licet agnoſcere auctorem Paulum, quod idem adverſus Jovinianum profert, *quoties-*

Digitized by Google

tiescunq; (eum, inquiens) *lego, videor mihi non verba audire, sed tonitrua. Legite epistolas eius, & maxime ad Romanos, ad Galatas, ad Ephesios, in quibus totus in certamine positus est: & videbitis eum in testimoniis, quæ sumit de veteri testamento, quam artifex, quam prudens, quã dissimulator sit eius quod agit. Videntur quædam verba simplicia, & quasi innocentis hominis, ac rusticani, & qui nec facere, nec declinare noverit insidias. Sed quocunque respexeris, fulmina sunt. Hæret in causa, capit omne quod tetigerit, tergum vertit, ut superet, fugam simulat, ut occidat.* f. 48. B. Similia habet Ambros. lib. VII. epist. 45. f. m. 167. B. Eadem ratione etiam Psalmi habent peculiare quid præ aliis scripturæ libris: *Omnis quidem divina scriptura magistra est virtutis, & veræ fidei: sed tamen liber Psalmorum certam quamdam formam tractatumq; animorum continet. Vt omnis, qui ad Regem literas mittit, certa ratione verba componit, ne extra eam formulam scribens, barbarus rudisq; habeatur; ita quoq; divinus hic liber, percurrenti, volentiq; cognoscere, qualis nostri salvatoris in corpore humano conversatio fuerit, liquido eam commonstrat, & in memoriam revocat.* Ita Athanas. ad Marcel. t. 1. f. 968. D. Ut adeo maneat, quod judicioſissimus Erasmus censuit: Certissimus index & vere lydius, ut ajunt, lapis est, character orationis & habitus. Ut sua cuique facies, ut sua cuique vox, ut suus cuique mos & genius ita suus cuique stylus. Nec perinde relucet in speculo corporis imago, quam in oratione mentis habitus apparet. Hanc normam secutus est Varro in pensitandis Plauti fabulis, non in dicesHelii, nec Claudii, nec Aurelii, nec Accii, nec Manilii, hoc est librariorum titulos, quemadmodum ait Gellius. Hanc secutus est Aristarchus, hanc ipse divus Hieronymus etiam inter disertos. Non inter infantem & eloquentem manifestius discrimen est, quam inter hominem & simiam, inter silicem & gemmam. In Apologetico adversus Ruffinum, Novatiano librum asserens, quem ille Tertulliani dicebat, & auctoris, inquit, æloquium styli proprietas demonstrat. Rursum eodem argumento Pamphilo suum vindicat opus. Unde, inquiens, sciam, quod Pamphili sit? Videlicet stylus & saliva docere me poterunt. Et divi Augustini librum, cum quidam negaret illius esse, ex Epicherematis ait agnovisse sese; Secundam Petri Epistolam styli duntaxat indicio putat alterius esse. Tum eam, quæ fertur ad Hebræos, verecunde significat Clementis videri posse,

» posse, quod stylus multam haberet affinitatem cum illius Epistola, quam sub nomine Romanæ Ecclesiæ scripsit ad Corinthios. » Ac ne longior æquo fiam, in catalogo scriptorum illustrium sæpenumero libros aliis adimens aliis asserit, nihil secutus præter sermonis gustum stilique, quemadmodum ille loquitur, salivam. præfat. in tom. II. Hieron. f. 3. B Sicut igitur locum hoc habet in literis humanis, quanto magis in divinis? *Sublimum hujus Theologiæ primordia non aliunde, quam ex ipsa vi, rerum omnium effectrice, Hebræorum doctrina repetit, cæq; non argutis, & artificiose concinnatis probationum conclusionibus, sed plane docentis in morem, utpote divino afflata spiritu, commemorat.* ita de Mosis doctrina & scriptis Eusebius lib. VII. de præp. Evang. c. 11. f. 317. C. Et Basilius in hexaem. f. 2. A. expositurus verba Mosis initialia, *in principio*, ait: *prius quam quæsit verborum horum complexio, exacte disquiramus, perscrutemurve quantum sententiarum acumen ista perquam pusillæ voces nobis insinuent, nobiscum ipsi reputemus, quisnam sit is, qui scite adeo hæc nobis ediserit. Tanti enim istius scriptoris sensa profundiora etsi non assequamur per mentis nostræ imbecillitatem, ea certe auctoritati dicentis fide omni dignissimæ attenti, non inviti ad assentiendum illius dictis adducemur.* Græca sonant: ἀξιοπίστῳ συγγράφοντι τῷ λόγῳ, ἀνεμέσητος εἰς συγκατάθεσιν τῶν εἰρημένων ἐπιχθησόμεθα:

Obj. §. 12. Nec est, quod regeras, simplicem & incomptum esse scripturæ stylum, qui igitur inde agnoverimus literarum divinitatem? Nam licet scriptura divina mundanæ evacuet sapientiæ » disciplinam, quod majore fucata verborum ambitu, quam rerum ratione, subnixa sit, tamen si quis in scripturis divinis etiam illa » quæ miranda illi putant, quærit, inveniet. ait Ambros. procem. in Luc. f. 484. C. Imo *in verbis simplicibus semper divinarum scripturarum sensus augustior est.* judice Hieron. adv. Jov. t. 3. f. 14. D. Et, si rem altius expendere velimus, deprehendemus in S. literis » ipsos eloquentiæ fontes: Negant plerique, nostros secundum artem scripsisse. Nec nos obnitimur; non enim secundum artem » scripserunt, sed secundum gratiam, quæ super omnem artem est. » Sed tamen ij, qui de arte scripserunt, de eorum scriptis artem inve» nerunt, & ediderunt commenta artis & magisteria. scribit Ambros. ep. LXIII. f. 171. A. Et simplicitas styli argumento est, quod divi-

divinus sit, si cum divinis effectibus comparaverimus: Audiamus igitur verba veritatis, neutiquam consistentia in persuasibilibus humanæ sapientiæ suadelis; sed quæ deprompta sunt è veraci doctrinæ spiritus promptuario, quorum exitum non plausibilis auditorum acclamatio lausque excipit, potius iis, qui docentur, conciliant salutem. Sic Basil. in Hexaëm. f. 3. A.

§. 13. II. *Rerum contentarum sublimitas & majestas.* Multus in hoc argumento est Eusebius. Postquam enim lib. VII. de præp. Evang. c. 10. f. 315. mysteria librorum Mosaicorum exposuisset, subjungit: C. Hæc nos profecto viri singularis in docendo rudimenta ceperunt, ac suæ nos cum Dei notitiæ, tum etiam pietatis & religionis æmulatores effecerunt, quod apud cæterorum, de quibus ante diximus, populorum Theologos simile nihil usquam occurreret. Quibus congruunt, quæ cap. 9. f. 313. D. scripserat, quod Moses, secus ac gentiles scriptores, *ab ipsomet, omnium rerum auctore, ac tam earum, quæ videri non possunt, quam earum, quæ sensibus usurpantur, molitore Deo, totius orationis initium faciens, verum illum hujus universitatis Legislatorem ac Moderatorem esse docet, summumq; totius orbis, perinde atq; unius cujusdam magnæ civitatis, Regem constituit.* Et c. 11. f. 319. D. *Quisquamne vero cum illis egregias eruditorum Græcorum de Deo disputationes conferendas putet? quorum alij divinitatem funditus omnem sustulerunt; alij stellis eandem tribuerunt, quas ipsi tamen globos quosdam igneos & candentes esse volebant.* Persequitur materiam c. 12. seqq: Et lib. III. dem. Evang. f. 135. A. dum confert Apostolorum pristinam ruditatem cum mysteriorum ab ipsis prædicatorum & scriptorum sublimitate, ut obtineat, divinitus ipsis inspirata ea fuisse. Descendit ad speciem, Johannem nimirum lib. VII. c. 1. de quo & Hilarius lib. II. de Trin. f. 19: Cessit, *inquiens*, sermo naturæ, & non habet, quo excurrat, & tamen hoc piscator iste recubans in Dominicum pectus accepit. Non est iste (*Iob. 1.*) seculi sermo, quia, de quo agitur, non seculi res est. Addatur aliquid, si in significatione verborum reperiri potest ultra quam dictum sit: Et si qua sunt alia expositæ à nobis naturæ nomina, proferantur. Quæ si non sunt, imo quia non sunt, miremur hanc in piscatore doctrinam, & in eo eloquia Dei sentiamus: confessionemque Patris, & Filii, ingeniti & unigeniti, inenarrabilem & excedentem

2. Rerum sublimitas.

com-

„ complexum omnem & sermonis & sensus, teneamus atque adoremus. Eundem miratur Hieronymus epist. ad Paulin. t. IV. opp. f. 2. D. urgens sublimitatem λόγου, de Christo intellecti, & à Johanne revelati: *Hoc doctus Plato nescivit, hoc Demosthenes eloquens ignoravit*: qui tamen ab humana sapientia instructissimi fuerunt. Titus Bostrenus lib. III. contra Manich. f. m. 125. in eadem arena desudat, disputans pro divinitate veteris testamenti, à Deo bono profecti, ex eo, quod in eo mysterium incarnationis fuerit revelatum. His accedunt humanarum quoque disciplinarum dogmata. De quibus Hieronymus præfat. in Jesai. t. V. f. 2. loquens de Prophetia Jesaia, interrogat: *quid loquar de Physica, Ethica, Logica? quidquid sanctarum est scripturarum, quidquid potest humana lingua proferre, & mortalium sensus accipere, isto volumine continetur.*

(3.) Doctrinæ Sanctitas: §. 14. III. *Doctrinæ Sanctitas.* Ad hanc adversus gentiles provocat Eusebius, instituta collatione inter doctrinam Christianorum & Ethnicorum: Ad pertexendam, *ait*, istorum omnium „ historiam necessitate quadam adducimur, ut iis, quæ in qualibet „ religione primaria eximiaque videri solent, in omnium luce positis, „ ipsius veritatis ratio clarius deprehendi certiusque possit, adeoq; „ nemo non intelligat, qui modo libros hosce legerit, cujusmodi sint „ cum ea, quæ deseruimus, tum illa veritas, quam secuti sumus. lib. I. de præp. Evang. f. 18. C. In eandem sententiam disputat lib. IV. c. 17. D. & lib. VII. c. 5. f. 304. A. Idem valet etiam pro Novo Testamento, quando lib. V. de dem. Evangel. f. 207. D. disputat: *quod inter ipsum & V. T. sit exacta harmonia in doctrina de vero Deo, & sanctimonia morum.* Confer f. 209. A. 210. C. *Dixerit* quis: Ex hypocritica sanctitate ea esse prolata; R. Euseb. lib. III. dem. Ev- „ ang. f. 117. C. D. Eadem ratione Græcorum quoque Philoso- „ phorum præcepta, & tolerantiam vitæ, planeque eorum omnium „ scripta unusquisque poterit calumniari, & dicere: illos quidem iis „ quæ scripserint, contraria in animo habuisse, contrariamque ratio- „ ni vitam duxisse, simulasse autem quasi alia induta persona, Philo- „ sophicum sibi vitæ genus placuisse. Sic autem omnes quoque, ut „ in summa dicam, veterum historias calumniari sit facile, & veritati, „ quæ in illis est, detrahere, eamque nullam esse contendere, & de- „ nique in contrarium, quæcunque narrata sunt, vertere. His adde

quæ

quæ ex professo disputat Titus Bostren. adversus Manichæos, Veteris Testamenti hostes. lib. III. p. 127. & dictis Apostoli confirmat. *Instes*: multa tamen scelera in scripturis esse annotata, quæ scandalo legentibus sint. *Resp.* Ambros. in apol. David. c. 1. & 2. sanctissimum id finem habere, ut peccata nostra agnoscamus, defleamus, & fugiamus.

§. 15. IV. *Doctrinæ veritas.* In scripturis Deus ipse loquitur, quare vera sint, oportet, quæ in illis continentur: *Aut forte qui verbum est, significationem verbi ignoravit? & qui veritas est, loqui verba nescivit? & qui sapientia est, in stulti loquio erravit? & qui virtus est, in eo fuit infirmitate, ne posset eloqui, quæ vellet intelligi?* quæ Hilar. lib. VIII. de Trin. f. 101. subjiciens: *Loquutus plane ille est vera & sincera fidei Evangelicæ sacramenta. Neq; solum loquutus est ad significationem, sed etiam ad fidem docuit.* Ephrem, postquam de veracitate Evangelistarum disputasset, infert: *firma itaq; atq; indubitata fide crede; Nam verax est sanctus Deus.* Serm. adv. scrut. Deit. f. 681. C. tom. III. opp. Sacri scriptores in scripturis retulerunt, quæ sibi ipsis honorifica non sunt, tacituri ea, si vera non fuissent; quod argumentum urget Euseb. lib. *III.* dem. Evang. f. 119. seqq. *Vaticinia* quoq; loquantur, sicut illa impleta sunt, concepta de rebus quoad nos mere contingentibus: Quippe quas nemo præter Deum præscire & prædicere potuit. Est hoc inter argumenta præcipua, cui ne ipsa quidem pertinacia refragari possit; Et urgetur ab Euseb. lib. 1. de præpar. Evang. c. 3. f. 8. Exempli loco producit vaticinia Christi de futura Evangelii prædicatione, Ecclesiæ plantatione, dilatatione, & conservatione: Α. ὅτι δὲ θεῖ δύναμις, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνη φύσεως ἦν, ἀπὸ τῶν τοῦτον ἰσόμενα πρόπον ἐκ τῆ γενέσ θαυμάτων. Probat autem dicta ex vaticiniis à Christo factis; Et ne quis exciperet, hæc quidem *Novi Testamenti* divinitatem probant; non autem Veteris; ideoque etiam de *Veteri* subjungit ea vaticinia, quæ de Christo prædicta, & in novo testamento adimpleta sunt: *Hebræorum oracula, quibus prædicta quædam responsaq; divina continentur, quæq; vim sane humana divinioremostendunt, eoq; auctorem sibi Deum ipsum vendicant, cum suas illa significationes, & prædictione futurorum, & ipsorum exitu, vaticinationibus respondente, confirmatas, habeant, jure quidem ab omni falso sensu aliena dicuntur.* Sic ait lib. XIII. c. 14. f. 691. C.

(4) Doctrinæ veritas.

in vaticiniis:

In eodem argumento occupatus est de demonstratione Evangelica agens. Nam lib. *III.* procem. f. 89. D. laudat θαῦμα τῶν προφητῶν τὸ τὰ μέλλοντα προγνῶναι: *mirabile illud Prophetarum, quod futura præcognoverint.* Admirabile autem propter afflatum Dei, futura revelantis; unde vocantur οἱ θεοπέσιοι τοῦ θεοῦ προφῆται, τὸ μέλλον θείῳ πνεύματι συνορῶντες, *divini Dei Prophetæ, qui futura divino Spiritu* (afflante) *conspexerunt*, ab eodem lib. IV. f. 190. A. Et ipsorum præscientia vocatur θεία πρόγνωσις *divina præscientia*, ἡ ἀπὸ τῶν προγμάτων ἐκβάσεως πίστιν, *quæ ab eventu rerum fidem sortitur*, lib. VII. f. 320. C. Τίς γὰρ ἂν θείαν ὡς ἀληθῶς ὁμολογήσειεν εἶναι τὴν προφητείαν, *quis enim non vere divinum fateatur vaticinium, cum audiit, ante totos mille annos apud majores hæc in libris ipsorum contineri & versari?* interrogat f. 328. A. Suffragatur illi Cyrillus Hieros. Catech. XII. fol. 106. B. dicens, *nisi & de virgine, & de loco, & de tempore, & de modo didicerit ex scripturis divinis, non recipias ab homine testimonium. Qui enim nunc adest, & docet, suspectus, vel dubius esse potest;* τὸν δὲ πρὸ χιλίων καὶ πλειόνων τῶν ἐτῶν προφητεύσαντα τίς οὐκ ἂν ὑποπτεύσειεν τῆς διανοίας; *qui autem ante mille & amplius annos prophetavit, quis mentis compos suspectum illum habuerit?* recitato vaticinio de 30 argenteis; exclamat: *O prophetiam certitudinem! ô maximam intelligentiam, & infallibilitatem Spiritus Sancti! Non enim* (Zach. XI. 12) *decem, aut viginti dixit, sed triginta præcisè. Et quo tot erant, & quo processit hæc æstimatio, ô propheta?* f. 126. D.

§. 16. Dum igitur Spiritu Sancto afflati de rebus futuris vaticinati sunt prophetæ, errare non potuerunt: ἀδύνατον σφαλῆναι προφήτην *impossibile est falli Prophetam*: vel ψεύσασθαι, *mentiri*: ait Constantinus M. in orat. ad sanct. cœt. f. 567. & Athanas. de pass. f. 1021. t. 1. B. Et quia errare non potuerunt, de rebus futuris locuti sunt ut de præsentibus, vel præteritis: *Ex quadam Prophetica consuetudine, quod futurum est, Propheta* (Jesaias c. LXI. 1.) *quasi præteritum enunciat*: ait Euseb. lib. IV. de dem. Evang. c. 14. f. 176. B. Unde & *videntes* dicti sunt: *Quapropter & prophetæ ἐμ προσθεν βλέποντες ἐκαλοῦντο ante videntes appellabantur, propterea quod futura perinde quasi præsentia fuissent, prospicerent.* verba sunt Basilij comm. in Jes. f. 805. A. Confer ex professo de hac materia disputantem Epiphanium hæres. LXXIX. f. m. 511. & dicenda inferius sect.

lect. III. §. 5. *Dicas*: etiam Ethnici, e.g. Pythagoras, futura prædixerunt. R. Constantinus M. c.9. orat. ad Sanct. cœt. f.m.577.A. *Quæ ipse* (Pythagoras) *olim prædicta à Prophetis acceperat, dum in Ægypto versaretur, ὡς ἰδίᾳ οἱ αὐτῷ ὑπὸ τοῦ ἀναπεπταδίνται, ea tanquam sibi privatim à Deo patefacta, Italis prædixit.* Confer ex recentioribus Filesac. Select. lib. II. tit. Varro. c.8. p.361. seqq: *Instes*: si certo futura erant, quæ prophetæ prædixerunt, necessatio futura erant. R. necessitate consequentiæ, non consequentis. vid. Athanas. de pas. & cruc. t. 1. f.1019. B. & D. & quæ, Deo volente, dicturi sumus de scientia & præscientia in loco de Theologia.

§. 17. Hæc doctrinæ veritas ut confirmetur, observanda est etiam V. *Harmonia* scripturarum sacrarum inter sese. Athanasius disp. cum Ario t.1.f.116. D. *absit*, ait, *ut obloquatur homo divinis & à Deo inspiratis scripturis, ὡς ὐ μετὰ συμφωνίας τινὸς τὰ πάντα φθεγγομένων quasi non omnia inter se consonent; ut enim libra justa, ita inter se congruunt omnes scripturæ.* De hac scripturarum virtute ex professo Eusebius agit lib. XIV. de præp. Evang. c.3. nempe περὶ τῆς τῶν καθ' ἑβραίους συμφωνίας, *de consensu Hebræorum* i.e. librorum Veteris Testamenti, cum scriptoribus Novi Testamenti: *Qui quidem* (consensus) *ejusmodi est, ut una tam primorum, quam mediorum, ac novissimorum sententia voceq; testata, veræ pietatis ac philosophiæ certitudinē ac firmitatem habeat, suffragiis omnibus consignatam.* f.719.D. De eadem materia agit etiam lib. 1. dem. Evang. c.7. Sicut idem peculiari volumine tractavit περὶ τῆς τῶν εὐαγγελίων διαφωνίας *de dissensu* (apparente) *Evangeliorum*, ostendens, Evangelistas inter sese non dissentire. Titus Bostrenus in eodem argumento ex professo versatur lib. III. contra Manich. docens, quod & V.T. & N.T. libri præcepta virtutum & vitiorum; ut & mysteria de Christo, in sese contineant. Epiphanius pro eadem causa differit adversus Audeanos hæres. LXX. Postquam Marcionem Vetus Test. cum novo committentem confutasset. Hæres. XLII. Confer & Hær. LXXIII. f.424. Paula & Eustochium ad Marcellam scribunt: *Primum te scire volumus, omnem sanctam scripturam non posse sibi esse contrariam, & maximè unum adversum se non discrepare librum.* apud Hieron. t. 1. f.57.A.

(5.) Doctrinæ harmonia.

§. 18. Sciendum autem, scriptores N. T. allegantes dictæ V. Test. non semper literam retinere, sed interdum sensu contentos esse: *In multis testimoniis, quæ Evangelistæ vel Apostoli de libris veteribus assumserunt, curiosius attendendum est, non eos verborum ordinem secutos esse, sed sensum.* ait Hieron. comm. in Jes. VIII. 14. f. 16. F. Quo ipso sese defendit Hieronymus de opt. gen. interp. t. 3. opp. f. 167. adversus calumniatores versionis suæ, in qua LXX interpretum literam non sit secutus; *Hæc replico, non ut Evangelistas arguam falsitatis (hoc quippe impiorum est, Celsi, Porphyrij, Iuliani) sed ut reprehensores meos arguam imperitiæ, & impetrem ab ijs veniam, ut concedant mihi in simplici epistola, quod in scripturis sanctis, velint nolint, Apostolis concessuri sunt.* Sic ille. f. 168. A. Allegat & Pauli loca quædam. Opus est etiam conciliatione locorum inter sese studiosa: *Si igitur nihil eorum, quæ inde emergunt, expendendum est; Si nec ratio eorum, quæ emergunt, & contraria videntur, reddenda est conveniens, quomodo conciliabimus, quæ prima pronunciationis fronte inter se discrepant?* verba sunt Athanas. t. 2. f. 326. D. Quomodo & Basilius lib. II. de Bapt. q. 4. f. 680. A. t. 1. nos instruit, dicens: *Necesse est, ut hypotheses ipsarum discamus, & totam comprehensionem (ὁλόκληρον τὴν οἰκονομίαν) legentes, consonantiam cognoscamus; ac quod unicuique competit ad scopum supernæ vocationis observemus, ad quem utraque mandata tendunt, partim morbum nostrum curantia, partim profectum largientia, quo ad divini beneplaciti perfectionem ducamur.* Ubi & precibus & pietate opus est, ut Dei auxilio, huc necessario, potiamur. Non quidem omnes Evangelistæ idem scripserunt; Quæ vero scripserunt, inter sese non pugnant: *Nonne enim unicuique divisit Deus, ut quatuor Evangelistæ, debentes prædicare, inveniant singuli quod faciant? Et aliqua quidem consonè ac æqualiter prædicent, ut ostendantur ex eodem fonte procedere: aliqua verò unicuique relicta alius narraret, qui accepit à spiritu partem proportionis.* verba sunt Epiph. Hæres. LI. f. 202. D.

Spiritus harmonicus.

§. 19. Principium hujus harmoniæ est Spiritus Sanctus, qui scripturarum auctor, & unus est. Innuit hoc Eusebius lib. V. dem. Evang. in proœm. f. m. 208. cum laudaret illa τὰς ἁγίας βίβλους ἐκ τῶν θεοπνεύστων συμφώνους ἀναπεφωνημένα: *titulis & libris sacris*

sacris prophetarum consentientia enunciata; Nam ait, *μιᾷ δὲ φωνῇ πάντες ἔφασι καὶ θείῳ πνεύματι κεχρῆσθαι &c. omnes uno ore divino Spiritu afflatos fuisse*, adeoque ita inter sese exactissimè consensisse. Eandem caussam tradit Athanasius, vel quisquis auctor est, in illud Matth. ite in castel. t. 2. opp. f. 656. D. dum negat Matthæum & Lucam contraria sibi invicem tradere, *ἐξ ἑνὸς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐμφορηθέντας eo quod ab uno Spiritu fuerint inspirati*. Eodem digitum intendit Hilarius lib. V. de Trin. f. 59. D. dicens: *Confirmat fidei nostræ veram & salutarem professionem idem atq; unus in pluribus Spiritus prophetia, per successiones & intervalla temporum non demutans religiosæ doctrinæ prædicationem.* Et Epiphan. hæres. 11. f. 201. *Et non*, inquiens, *sciunt illi, nulla intelligentia præditi, quod unicuiq; Evangelistæ cura fuit, ut consone loqueretur, quæ ab aliis fuere dicta. Imo ut ab aliis relicta sic revelaret.* Hieronymus de opt gen. interp. t. III. f. 167. C. *Sermonum*, ait, *varietas, spiritus unitate concordat.*

§. 20. Accedit VI *doctrinæ perfectio*: Quidquid ad Christianismum nostrum necessarium & utile est, id omne in S. literis continetur. De Psalmis scribit Athanasius ad Marcel. t. 1. f. 971. A. quod in iis lector invenire possit *τὰ κινήματα καὶ τὴν κατάστασιν τῆς ἰδίας ψυχῆς; motiones statumq; sui animi*: & *ἐκεῖθεν ἔχειν τὸν τύπον καὶ διδασκαλίαν de singulis typum & doctrinam.* Hieronymus in Epitaphio Paulæ narrat, quod Paula illa in S. literis invenerit & usurparit dicta quibusvis casibus apta: *His & talibus testimoniis, quasi armatura Dei, & adversus omnia quidem vitia, sed præcipuè instruebat se contra invidiã sævientem; & patiendo injurias, furorem rabidi pectoris mitigabat.* t. 1. f. 84. C. Sed de hac virtute infra in affectionibus plura. Confer etiam dicta supr. §. 10. sect. 1. Ex dictis elucet, quod omniscius Deus auctor fuerit scripturæ. (6) Doctrinæ perfectio.

§. 21. VII *Testimonium scripturarum* de semetipsis; Novum enim Testamentum testatur de veteri, quod Deum auctorem habeat; Et in N. T. Apostoli & Evangelistæ sua ipsorum met, vel *συνέγραφον*, scripta tanquam divina citant. Eusebius dem. Evangel. lib. IV. c. 15. *χρησμολογίαν* confirmat *ἐκ τῶν παρ' ἑβραίοις ἀποφητικῶν λόγων ex Propheticis Hebræorum dictis*; viciſſim V. T. ex N. T. *πιστούμενον τὰ παλαιὰ τῶν νέων γεγραμμάτων recentioribus literis vetera comprobantibus.* Cyrillus Catech. XIV. f. 143. asserit: resurrectionem (7.) Testimonia scripturarum.

Chriſti probat ex vaticiniis Propheticis, quæ prædixerunt contenta in Evangeliis. Ex Catech. XVII. f. 197. C. allegatis Chriſti Joh. XIV. 16. XV. 26. XVI. 9. 12. verbis, ſubdit: *Ipſius nunc unigeniti eloquia lego tibi, ac verbo humanis aurem adhibeas. Hujus Spiritus Sancti participationem largitus eſt Apoſtolis* Joh. XX. 21. Titus Boſtrenus quoque fidem Veteri Teſtamento conciliat ex novo lib. III. adv. Manich. f. 121. ſeq. Didymus Alex. divinitatem ſcripturæ ex ipſis ſcripturis probaturus, *Quod autem*, inquit, *Prophetæ Spiritum Sanctum habuerint, Deo manifeſte loquente cognoſcimus. Ait enim: quæcunq; mandavi in ſpiritu meo ſervis meis Prophetis. Et Salvator in Evangelio ſignificat, juſtos viros, & eos, qui ante adventum ſuum populo ventura cecinerant, Spiritus Sancti aſpiratione completos.* lib. II. de Spir. Sanct. f. 197.

§. 22. Neque eſt, cur quis excipiat, teſtimonium eſſe de domo: Nam plures ſunt, qui teſtantur; in ore autem teſtium duorum, vel trium veritas etiam in politicis præſumitur. vid. Euſebius dem. Evang. lib. III. f. 117. A. Neque vita teſtium flagitioſa fuit: quod f. 118. B. urget: *Tempus eſt*, inquiens, *ut ad ſacrorum librorum veritatem recurramus, & in illis diſcipulorum Jeſu mores contemplemur. Quis igitur mentis ſanitate præditus non ab illis ipſis protinus argumentans, ὡ πάσης ἀποδοχῆς ἀλλὰ ἀξίους εἶναι omni fide dignos illos judicaverit?* Neque ſuſpicio alicujus diſſimulationis, cum retulerint quæ ſibi minus honorifica erant: *Matthæus Apoſtolus vitæ genus, quod prius ſectatus eſt, nullo graviore ſtudio aut conſuetudine refertum ſibi delegit, ſed inter publicanos, & eos, qui pecuniæ colligendæ vacarent;* & tamen ipſe hoc de ſe ſcripſit, ait idem f. 119. D. Nec Marcus diſſimulavit præceptoris ſui, Petri, lapſum ignominioſum, etſi omiſerit inſignem ejus de Chriſto confeſſionem: hinc infert Euſebius: *Qui igitur ea, quæ poterant ipſis afferre bonam famam, recuſant, criminationes vero contra ſeipſos ſempiternæ memoriæ in ſcriptis ſuis commendant, & eorum, quæ ab ipſis peccata ſunt, accuſationes, quas poſteriorum nullus unquam cognoviſſet, niſi de ipſorum ſcriptis cognoviſſet, publicè ab omnibus legendas proponunt, cur non ab omni de ſeipſis opinione omnis mendacii merito abhorrere credantur? ſtudiis, erga veritatem argumenta certiſſima præbere.* f. 122. A. Imo nec contumelioſam ſui magiſtri mortem omiſerunt: omiſſuri, ſi veritatem voluiſſent diſſimu-

dissimulare f. 123. A. Paulus, nisi convictus, Christianismo animum non applicuisset. *Ille*, inquit Cyrillus, *qui antea persequebatur, ipse nunc Christum annunciat. Quamobrem? nunquid pecuniis corruptus? An quia vidit præsentem, & reveritus est, cum raptus erat in cœlum? Exivit ut persequeretur, & post triduum Damasii persecutor fit illius præco; quâ virtute? Alij quidem domesticos de rebus domesticis citant testes; ego vero eum, qui antea fuerat hostis, testem statuo.* Catech. IV. f. 90. B.

§. 23. VIII. *Doctrinæ in S. literis contentæ efficacia.* Efficacissimum fuisse verbum Dei in S. literis contentum, experientia ipsa ad hæcusque tempora probabat: ait Euseb. dem. Evang. lib. III. f. 137. A. Dum igitur effectus ipse præsto erat, quid opus erat de verborum divinitate diu quæritare? lib. 1. de præp. Evang. f. 7. D. confirmatur inde, quod scripturæ sacræ neque per eloquentiam humanam, neque per rerum evidentiam sibi fidem conciliarint, utpote simplici stylo conceptæ, & in rebus rationi absurdis occupatæ: *Dei Filius, qui jure omnibus est admirabilis, cum pauperrimo miserog; verborum apparatu doctrinas suas traderet, omniscios illos sua lute perstrinxit, & quasi tenebras induxit, & aliorum institutis abolitis, omnia ad se traxit, suasq; Ecclesias implevit: Quod annon mirum?* ait Athan. de incarn. t. 1. f. 104. C. D. Similia dixerat f. 102. A. Tot enim, *inquiens*, tantisque à Græcorum philosophis voluminibus scriptis, ne paucos quidem, vel ex proximis locis, adducere potuerunt, ut sua de immortalitate animæ dogmata & placita, de vita secundum virtutem instituenda, amplecti vellent: Solus Christus vilibus citra ullam magnificentiam verbis, ac per homines nequaquam eruditæ linguæ in orbe terrarum plurimis Ecclesiis id persuasit, ut mortem inter contempta, immortalia in precio haberent, & temporaria despicerent, æterna suspicerent, nihil putarent gloriam in terra, solummodo autem affectarent immortalitatem. Hinc concludit, altiorem humanâ vim verbo isti inesse, nempe divinam: *ἔστι ἐν τοῖς τῶν γεγραφῶν ῥήμασιν ὁ Κύριος* est *in scripturarum verbis Dominus*; ait Athan. epist. ad Marcel. f. 983. & Euseb. lib. IX. dem. Evang. f. m. 449. A. *Revera Dei verbum esse, quod ab ipso denunciatum est, demonstratur, utpote quod omnes jam vicerit, quicunq; ab initio in hunc usq; diem doctrinam ipsius oppugnare co-*

(8.) Doctrinæ efficacia.

re conati sunt, & ex universo orbe innumerabiles conventus ad seipsum assidue trahat, & ab omni peccato, omnibusq; animi & perturbationibus & morbis eos, qui ad se accesserint, liberet, & ad religiosam piamq; doctrinam omne & Græcorum & Barbarorum genus invitet, innumerabilesq; ad unius veriq; Dei cognitionẽ, & sanum ac moderatum vivendi institutum adducat. ὡς ἀληθῶς θεοῦ λόγος; & lib. VII. de præp. Evang. c. 11. f. 317. C. loquens de Theologia Hebræorum, Mosaica præsertim, *sublimis hujus Theologiæ*, ait, *primordia non aliunde, quam ex ipsa virerum omnium effectrice Hebræorum doctrina repetit, eaq; non argutis & artificiose concinnatis probationum conclusionibus, sed plane docentis in morẽ ἐνθουσιάζοντι τῷ ἁγίῳ πνεύματι utpote divino afflata spiritu commemorat.* conf. Epiph. hær. 35. f. 124. Hieron. in explan. Ps. 45. ad Principiã scribens argumentũ Apost. Pauli ex 1. Cor. II. 1. laudat: *apostolum sciens prædicationẽ suam non eloquentia seculari, sed in virtute Dei omnes mundi superasse doctrinas.* t. IV. f. 47. B. Confer in Eph. c. III. Eadem efficacia sese in cujusvis pii animo exserit: *Instruuntur istorum Psalmorum lectione affectus, & componuntur in melius, deinde animus eodem magisterio confirmatur.* ait Athan. ad Marcel. t. 1. f. 968. D. Et Hilarius lib. II. de Trin. f. 13. *Sermo Dei in aures nostras Evangelistæ testimonio cum ipsa veritatis suæ virtute transfunditur.* Confer plura in hunc sensum inferius de efficacia verbi Dei alleganda.

Assumptio, ab Ecclesiæ Iudaicæ testimonio:

§. 24. Hactenus argumenta insita, sequuntur *assumpta*: ut sunt *Testimonium Ecclesiæ Iudaicæ*, quod dedit veteri Testamento, e.g. scriptis Mosis, qui παρ' αὐτοῖς πιστεύεται & ἀληθὴς *apud eos* (Judæos) *verax creditur.* referente Athanasio de incarnat. t. 1. f. 86. B. Et novo Testamento, ut Josephi, qui de Christo illustre testimonium habet, memorante Eusebio lib. III. dem. Evangel. f. 124. B. Nec habent idoneam Judæi causam, cur fidem scriptorum Christianorum in dubium vocent: *Christum constituisse & discipulos eorũ, quæ tunc facta sunt, testes. Quod si illud scriptum est, etiam hoc scriptum est. Quare hoc quidẽ recipitis, illud autem rejicitis? Hebræi scripserunt illa, & Apostoli omnes erant Hebræi: cur igitur non credetis?* disputat Cyrillus Hieros. Catech. XIV. f. 148. C. Sicut & Ecclesiæ Judaicæ de canone veteris Testamenti testimonium magni faciendum est: Nam Judæis erant *concredita sacræ scripturæ*, juxta Rom. III. 2. allegante Eusebio lib. VIII. de præp. Evang. c. 1. Et hoc fine Prophetas ipsorum afflavit spiritus sanctus:

Digitized by Google

ctus: lib. *VII.* c. 5. Quamvis autem Ecclesia Judaica infallibilis fuerit in testimonio de θεοπνευσία Codicis Biblici, non tamen propterea infallibilis fuit etiam in doctrina, seu exponendo isto codice. videatur Cyrillus Catech. X. f. 82. D. & Catech. XII. f. 105.

§. 25. II. *Testimonium Ecclesiæ Christianæ.* Athanasius epist. XXXIX. ἑορτ. t. 2. f. 38. canonem scripturarum expositurus, ἀπληροφορήθημεν περὶ τῆς (γραφῆς) καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν παλαιοὶ οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου: *exploratam*, scribit, *certamq; eius notitiã habemus, sicut tradiderunt Patribus nostris ij qui ab initio verbum ipsum suis oculis viderunt, illudq; administrarunt.* Nec dubitarunt Christiani, vel suo sanguine confirmare & obsignare mysteria sacrarum literarum, non facturi illud, nisi certi fuissent de θεοπνεύστῳ illarum: *Cur igitur*, quærit Eusebius lib. *III.* dem. Evang. f. *III.* C. *de Apostolis, post illam turpissimam illius* (Christi) *necem, de eo, qui mortuus esset, novam Theologiam constantissimè protulerunt, nec ab incepto deterreri potuerunt? aut quid ex ea re tandem petebant? Num, ut eodem supplicio afficerentur? sed quis ullo unquam tempore, nulla spe proposita, eiusmodi supplicium manifestum eligeret?* Et f. 116. D. *Si mendacia hæc erant, quæ illi ex composito finxissent, operæ pretium erit, admirari, quonam pacto tantus numerus consensum illum inter se in rebus fictis vel usq; ad mortem servaverit, neq; ullus unquam earum rerum formidine, quæ illis, qui prius sublati erant, accidissent, à societate desciverit; neq; reliquis publicè contradixerit, prodens ea, quæ inter ipsos composuissent?* Et lib. IX. f. 448. B. Apostolici *testimonij*, inquit, *simplicitatem & veritatem exploratio per tormenta confirmat, & usq; ad mortem certandi perseverantia; quam in conspectu & Regum, & Principum, & Præsidum, & universarum gentium præstiterunt; dum eorum, quæ ab ipsis prædicabantur, veritati fidem sic faciunt.* Neque temere in dubium vocanda fides historica: *sane commode mihi dictum videtur, aut prorsus credere oportet Iesu discipulis, si reliquis quoq; scriptoribus; aut, si non his, ne reliquis quidem. Cur enim, si solis his vivis detrahenda sit fides, non etiam reliquis omnibus, quicunq; unquam, aut apud Græcos, aut apud Barbaros, vitas, aut orationes, aut commentaria conscripserunt, eorum qui variis temporibus in aliquo genere virtutis atq; officij præstiterint?* ejusdem verba sunt ex lib. III. dem. Evang. f. 122. C. Christianæ.

Ethnicæ. §. 26. *III. Teſtimonium Ethnicorum.* Euſebius toto libro IX. de præp. Evang. Lib. XI. c. 1. Lib. XII. c. 34. Lib. XIII. c. 12. in eo eſt, ut doceat, gentiles libros Biblicos, & myſteria magni feciſſe, & inde ſurrepta pro ſuis vendidiſſe. Imprimis producit Ariſtobuli Peripatetici confeſſionem: *Hebræi è fontibus ſuam Græcos hauſiſſe philoſophiam.* Idem lib. *III.* dem. Evang. f. 134. ex Porphyrio teſtimonia adducit in favorem hiſtoriæ Chriſtianæ. Demetrium Phalereum alibi laudat, quod ad Philadelphum ſcripſerit: Ea „ vero, ut non minus, quam cætera, ad amuſſim exacta penes te „ habeas, vel hoc nomine plurimum intereſt, quod altioris cujus„ dam ſapientiæ, ac ſinceriſſimæ integritatis plena lex ea ſit, utpo„ te lata divinitus. Quare tam oratores, quam poetæ, & quot„ quot hiſtoriam conſcripſere, ab ejusmodi librorum, adeoque „ hominum illorum, qui ex eorum præceptis vitam inſtituere, „ longiſſimè abfuerunt, quod iis caſta quædam ac auguſta ſen„ ſus & intelligentiæ ratio contineatur, quemadmodum Hecatæus „ Abderita teſtatur. lib. VIII. de præp. Evang. c. 3. B. & lib. VII. c. 14. B. f. 324. interrogat: *Quis autem non agnoſcat, hoc loquendi genus divinam Majeſtatem imprimis decere, quo intelligenti ac ſapientiſſimo illius Numini, vel, ut melius dicam, ipſimet ejus ſapientiæ atq; Rationi potius, quam inanimis quibusdam & ratione carentibus Elementis, univerſi principium molitioq; tribuatur?* Baſilius homil. in Joh. T. 1. f. 503. A. t. 1. poſtquam narraſſet plagia Ethnicorum, & judicia de myſte„ riis Chriſtianis honorifica, addit: Si carnis ſapientia hanc vir„ tutem verborum tantopere admiratur: quid nos Spiritus Sancti „ diſcipuli faciemus? fruſtrane, & ſine attentione audiemus, & par„ vam admodum eis ineſſe virtutem exiſtimabimus? Et quis ita ſine „ mente eſt ac ſenſu, ut talem ſententiarum pulchritudinem, ac „ dogmatum indeprehenſibilem veritatem non ſtupeat, & admire„ tur, ac ejus veritatem deprehendere cupiat.

Antiquitate. §. 27. *IV. Antiquitas.* Si veriſſimum eſt, & diviniſſimum, quod antiquiſſimum eſt, ſequitur diviniſſimas eſſe S. literas, utpote antiquiſſimas, & de antiquiſſimis rebus conceptas. Docet hoc ſæpe laudatus Euſebius lib. X. de præp. Evang. c. 9. f. 483. ſeq. Ex Joſepho, Tatiano, Clemente Alex. Africano, Chronologicis propriis. Sed nolumus plura cumulare argumenta. *Neq; enim*

nume-

numerus testimoniorum, sed auctoritas valet: ait ille apud Hieron. dial. adversus Lucif. t. 3. f. 62.

§. 28. Hactenus disputatum est de auctore S. literarum, Deo. Ejus autem est Deus *ministerio* hominum, prophetarum nimirum & Apostolorum, in illis concipiendis: *Illæ enim à viris rerum cœlestium peritis, & ab ipso Deo conscriptæ sunt & enunciatæ: nos autem ista hausimus à magistris divinitus afflatis, qui eos libros evolverant, & sese divinitatis Christi martyres testesq; exhibuerant, quæ nos tuæ sedulitati tradenda existimavimus.* scribit Athanas. de incarn. f. 109. D. Unde dicuntur ἅγιοι *sancti*, θεολόγοι *Theologi*, f. 110. τῷ θείῳ πνεύματι φωτισθέντες *divino spiritu illuminati*, ab Euseb. lib. 1. adv. Marcel. c. ult. Confer Anton. epist. III. IV. V. VI. Et quia divinitus fuerunt afflati, sine labore molesto scripta sua confecerunt: Ambrosius comm. ad Luc proœm. f. m. 434. M. expendens verbum *conati sunt*, sentit, de sacris Amanuensibus id non posse intelligi: Qui enim conatus est ordinare, suo labore conatus est, nec implevit sine conatu; Sunt enim donationes & gratia Dei: quibus se infuderit, rigare consuevit, ut non egeat, sed redundet scriptoris ingenium. Non conatus est Matthæus, non conatus est Marcus, non conatus est Johannes, non conatus est Lucas, sed divino spiritu ubertatem dictorum rerumque omnium ministrante, sine ullo molimine cœpta compleverunt. Fuerunt infallibiles in percipiendo sensu divino, & fidelissimi in referendo: Quo de disputat Athanasius orat. IV. adv. Arian. f. 498. B. *Quid igitur dicitis*, inquiens, *nescitne Apostolus, quid sibi acciderit in visione? quantumcunq; dicat se nescivisse: quisi illum affirmetis nescivisse, videte ne, qui non assueti estis cadere, in Phrygum iniquitatem decidatis, qui asseverant nescisse Prophetas, verbi ministros, quid facerent, aut de quibus renunciarent.* Talis erat Moses πάντων τῶν ἀκριβῶν γνῶσιν παρειληφὼς τῷ θείῳ πνεύματι utpote qui exactam rerum omnium cognitionem ab afflatu divini spiritus acceperat: juxta Euseb. lib. II. de Eccles. Theol. c. 20. f. 135. B. & alii Prophetæ: *Prophetarum puræ ac pellucidæ animæ, veluti specula factæ divinæ operationis. Imaginem integram & inconfusam, nullaq; ex parte turbatam carnis affectibus, repræsentabat. Nam omnibus quidem adest Sanctus Spiritus: Verum in iis qui puri sunt affectibus peculiarem vim ostendit.* juxta Basil. comm.

Auctor ministerialis in genere Homines divinitus afflati,

in Jes. f.m.804. B.t.1. Neque mente moti in ipsa φορᾷ, sicut δαιμονόπληκτοι: Id quod observavit Eusebius lib.V. dem. Evangel. f. 209. A.B. Deinde, *dicens*, pravum quidem unumquodque dæmonium tanquam tenebrarum amicum, animam tenebris & caligine involvens, accessu suo quemcunque sibi subjecerat, naturali usu rationis deturbatum, quasi mortuum distendebat. Itaq; ille tanquam omni sensu spoliatus, factusque amens, quid à se vel diceretur, vel ageretur, neutiquam intelligentia consequebatur. Ex qua re merito istiusmodi alienationi nomen imposuerunt, quod cum divinationem significet, à furore videtur esse deductum. Verus autem divinusq; spiritus, cum lucidissimus, ac potius ipsa lux, sit, ad quamcunque animam accesserit, in ea continuo novum ac splendidissimum lucis diem comparabat, eandemque & nitidam & ad contemplandum idoneam, multo amplius nunc, quam prius esse consuevisset, reddebat. Itaque cum maxime & sobrii erant, & vigilabant, & præ aliis omnibus, quæ canebant, ipsi intuebantur & comparabant. Ex quo mihi bene vereque videmur eos, qui tales extiterint, vocare Prophetas: quod divinus in eis spiritus ante ostendere, & lumine suo anticipare, non præsentium modo, verum etiam futurorum, veram, certamque cognitionem consueverit. Et Basilius comm. in Jes. f. 806. A.B. Porro, *inquiens*, sunt qui doceant, eos extra se raptos prophetare, humana mente à spiritu absorpta. Verum id abhorret à professione divinæ præsentiæ, ut amentem reddat, qui à numine corripitur, cumque plenus divinorum decretorum esse cœperit, tum à propria quoque mente excidat, & qui aliis ex sese præbeat utilitatem, ipse ex propriis sermonibus nihil capiat utilitatis. In summa, qui consentaneum est, ut quis ex sapientiæ spiritu, simillimus insano reddatur? Utque intelligentiæ spiritus cohærentiam excludat? Quin potius neque lumen cæcitatem parit, verum videndi vim à natura insitam expergefacit: neque spiritus tenebras inducit animis, sed ad contemplationem rerum intelligibilium mentem à peccati maculis puram exigit. Confer in Ps. CXV. f. 315. Et Hieronymus com. in Jes. l. 1. ubi Jesaias dicitur, *vidisse*, ille addit: *In veteri quoque dicitur instrumento, quod populus viderit vocem Dei. Ex quo Montani deliramenta conticeant, qui in ex-*

stasi

ſtaſi & cordis amentia Prophetas putat verum dixiſſe; Neq; enim videre poterant, quod ignorabant. f. 2. H. Confer Jul. Firm. de error. prof. c. 22. & 25. Epiphan. hæreſ. XLVIII. Hieron. præf. in Nahum. t. VI. f. 74. A. In Habak. f. 81. In Jeſai. præfat. t. 5. f. 2. prolixè. Id quod adverſus Montaniſtas, contrarium ſtatuentes, notandum. Apoſtoli in N. T. fuerunt ἀυλόπλαι & ἀυλήκοοι rerum, quas vel ipſi ſcripſerunt, vel aliis dictitarunt; *Cum chorum Apoſtolorum contemplabimur, intelligemus ex peccatoribus & profanis hominibus fuiſſe collectum, qui multa olim peccaverant, & non ſunt amplius errore lapſi: in quibus duo fuerunt, lapſos fuiſſe, & non jam lapſos eſſe.* ita Serapion contra Manich. p. 7. apud Caniſ. Lect. antiq. t. 5. Confer Cyril. Hieroſ. Catech. XIV. f. 148. B. & 154. C. Ephrem adv. Scrut. div. nat. f. 631. B. C. Athanaſ. de aſſumpt. Dom. t. 2. f. 6. Fuerunt *Sancti* & *pij*, ut idem Baſilius comm. in Jeſ. f. 808. bene obſervat. pij:

§. 29. Revelationes Prophetis factæ non uniusmodi fuerunt; *Divinorum ac beatorum virorum mens aliquando revera, aliquando per ſomnium impreſſis imaginibus, divinis ſermonibus, ac viſis impletur.* ait idem f. 805. B. & D. *Eſt autem & illud Prophetiæ genus, cum aliquid per ſomnium præſcitur, quemadmodum Ioſeph in Ægypto, & Danieli in Babylone revelatio facta eſt.* Etſi fuerit unus & idem ſpiritus, qui omnes afflavit: Et unus idemque ſermo internus: Nec enim *aër voce pulſatus ad aures eorum perveniebat; ſed Deus loquebatur in animo Prophetarum, juxta illud, quod alius Propheta dicit: Angelus, qui loquebatur in me; Et: clamantes in cordibus noſtris: Abba Pater. Et: audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Hier. procem. Jeſ. t. 5. f. 2. Elogia & deſcriptiones cum Prophetarum, tum Apoſtolorum, complexus eſt facundiſſimus Hilar. lib. VI. de Trin. f. 67. dicens: Perdidit me repertus ſecundum cor tuum David; & dignus Salomon divinæ ſapientiæ munere; & viſo Domino Sabaoth Eſaias prædicans; & ante conformationem ſanctificatus in utero Hieremias, eradicandarum & plantandarum gentium Prophetes; & myſterii reſurrectionis Ezechiel teſtis, & vir deſideriorum Daniel, temporum conſcius; & Prophetarum conſecratus chorus; & omne prædicationis Evangelicæ ſacramentum electus ex publicano Matthæus in Apoſtolum; & ex familiaritate Domini revelatione ecclæ- Illuminati.

» cœlestium mysteriorum dignus Joannes, & post sacramenti con-
» fessionē B. Simon, ædificationi Ecclesiæ subjacens, & claves regni
» cœlestis accipiens, & reliqui omnes spiritu sancto prædicantes;
» & ex persecutore Apostolus, vas electionis tuæ Paulus, in pro-
» fundo maris vivens, in cœlo tertio homo, in paradiso ante mar-
» tium, in martyrio perfectæ fidei consummata litatio. Vap lat igitur Ethnici, quorum iniquo judicio illi fuerunt ψεῦσται, ἀ πλάνητοι, ἀ γόητες: *mendaces, indocti, & impostores.* referente Eusebio lib. contr. Hierocl. f. 512. Et alii, μὴ πιστεύοντες εἶναι θεόπνευστα τὰ λόγια τὰ ἐν αὐταῖς (γραφαῖς) *non credentes divinitus inspirata esse oracula in illis* (scripturis) *contenta.* Sciendum tamen & hoc est, quod Prophetas & Apostolos non faciamus omniscios: *Nullum* enim *hominem, excepto eo, qui ob nostram salutē carnem est dignatus instituere, plenam habuisse scientiā & certissimā veritatem credimus.* ait Hier. q. 3. ad Damas. t. IV. f. 15 D. Et paulo post: *Sanctos viros*, ait, *& Deo charos, ea tantummodo scisse, quæ eis à Domino revelata sunt, ignorasse vero, quæ eu revelata non fuerint, & ad singulas visiones Zachariam atq; Danielem interrogare Angelum, & simpliciter deprecari, ut exponat sibi, quæ sint illa, quæ viderant.* Adde reliqua; Nam ex professo de hac materia disputat.

In specie Mosis

§. 30 Descendendum est ad individua, in quibus occurrunt Moses & Prophetæ: *Incidi*, ait Hilarius, *in eos libros, quos à Moyse atq; à Propheris scriptos esse Hebræorum religio habebat.* lib. 1. de Trin. f. 2. Eusebius laudat *antiquos apud Hebræos & Theologos & Prophetas*: Lib. IV. dem. Evang. c. 1. In his qui primus sit? quæritur, Eusebius lib. 1 dem. c. 6. cum Athanasio Synopt. f 105. Jobum facit omnium antiquissimum, *etenim*, inquiens, *Moses VII. numeratur ab Abraham; hic autem V, ut sic Mose ipso antiquior duabus inveniatur ætatibus.* f. 14. D. Sed videtur sibi ipse contrarius esse, dum alibi Mosen facit antiquissimum: *Per illa tempora civilem institutionem primus in terris scripto commendavit, qui sane mos omnibus hominibus nondum satis notus erat.* Sic Eusb. lib I. dem. Evang. c. 6. f. 17. C. Quare consideretur

§. 31. *Moses*: Utpote, juxta Eusb. lib. III. dem. Evang. procem. πρῶτ& προφητῶν, *primus Prophetarum*, & c. 7. lib. IV. f. 156. πρῶτ& θεολόγων Μωσῆς ἐν ἀπορρήτοις ἱερείοις τὰς πάλαι ἱμνεμένας *primus*

gitized by Google

mus Theologorum Moſes in arcanis Hebræos veteres initiavit. confer lib. V f. 206. D. Eidem eſt προφητῶν ἁπάντων παλαιότατος *& Prophetarum omnium antiquiſſimus.* lib. 1. Hiſt. Eccleſ. c. 2. f. 5. Scripſit Pentateuchum ex inſpiratione divina: Μωυσῆς ἐστιν ὁ λαλήσας καὶ γράψας: *Moſes eſt qui locutus eſt, & ſcripſit* Pentateuchum; ait Athanaſ. in Synopſ. t. 2. f. 62. Et in hoc Geneſin: unde *mundi naſcentis hiſtoricus* appellatur à Prud. hamart. v. 341. *Sublimis ille, qui ſcientia cognitionis q; præſtantia res omnes à Deo creatas comprehendit*; deſcribente Nyſſeno o. rat. 1. de Chriſti reſur. t. 3. f. 382. Impulſus τῷ θείῳ πνεύματι *divino ſpiritu*: qui per ipſum de rebus futuris cecinit, uti loquitur Euſeb. dem. Evang. lib. III. f. m 94 D. Et f. 95. A. συνιδὼν τῷ θείῳ πνεύματι; *conſilium ex divino ſpiritu*: lib. IV. f. 172 B. eidem tribuit ἔνθεον καὶ μεγαλοψυχὸν διάνοιαν *animam & ſublimem mentem*; c. 6 f. 232. appellat μέγιστον τῶν θεοῦ θεραπόντων, *maximum Dei miniſtrum*; quomodo & Baſilius conc. VII. de peccat. t. 3. f. 55. A. eum laudat, Sicut & Didymus, cui eſt *magnus Dei miniſter & famulus* lib. II. de ſpir. ſanct. Idq; etiam intelligendo; Nam *divino afflatus ſpiritu omnium rerum creationem & diſpoſitionem* ἀκριβέστατα *conſcripſit*, juxta Euſeb. lib. 1. hiſt. Eccleſ. c. 2. f. 5. D. *Scripſit ergo volumen, quam manu mediatoris per Angelos diſpoſitum accepit*: dicente Hilario lib. V. de Trin. f. 54. θεοφορούμενος, *à Deo latus*, ſeu impulſus: Euſeb. lib VII. de præp. Evang. c. 11. f. 317 c. θειότατος καὶ τῶν προφητῶν *divinißimus inter Prophetas*: juxta Cyril. Catech. X. f. 87. A. Officio igitur fuit προφήτης *Propheta*, καθ' ἑρμηνείαν ſic dictus ab Ambroſio lib. de init. Myſt. c. 9. & lib. V de ſacram c. 1. προφήτης καὶ θεόλογος, *Propheta & Theologus*: juxta Euſeb. lib. IV. de præp. Evang. f. 163. ἱεροφάντης *rerum ſacrarum interpres*. lib. VII. c. 10. Et quidem cum epithetis: μέγας *magnus*, c. 7. f. 305. A. B. *Admirandus Theologus* καὶ νομοθέτης *& legislator*. c. 9. confer lib. XIII. c. 3. πάντων προφητῶν θαυμασιώτατος *omnium Prophetarum maxime admirandus*: lib. IV. dem. Evang. c. 17. μέγιστος καὶ νομοθέτης *Maximus legislator*; juxta Cyril. Catech. III. f. 18. Maximus ſapientia cum divina, tum humana, quod vel ſola propria nomina in ſcriptis ipſius occurrentia docent: in quo demonſtrando occupatiſſimus eſt Euſebius lib. IV. dem. Evang. c. 8. 17. f. 195. B. C. Qui plura elogia & judicia deſiderat, adeat Conſtantini M. orationem ad ſanctor. cœt. c. 17. Gregorium Nyſſen. t. 1. opp. f. 167.

f. 167. seqq: ubi vitam ipsius prolixe scripsit. Basilium hom. 1. in Hexaëm. f. 2. & de judic. Dei. t. 2. f. 263. D. Gentiles suum Platonem ipsi comparatarunt; Dictus enim est Μωσῆς ἀττικίζων *Moses Atticissans.* referente Euseb. lib. XI. de præp. Evang. c. 11.

Iobus. §. 32. II. *Iobus.* Cujus (1.) *ætas* à nonnullis ponitur ante ætatem Mosis: *vixit* enim *Iob ante tempora Mosis. Erat enim quintus ab Abraham ex posteris Esau.* juxta Athan. in Synops. script. t. 2. p. 103. A. vide §. 28. (2.) *Elogia* cecinit Eusebius lib. 1. dem. Evang. c. 6. f. 14. C. interrogans: *Sed quidnam de beatissimo Iob, de illo, inquam, vero homine, illo inculpabili, justo, pio, dicemus; quæ tandem illius summæ pietatis & justitiæ caussa extitit?*

Historici. §. 33. III. *Scriptores* librorum Historicorum. Qui fuerint isti? quæris; Athanasius negat, omnes esse, quorum præ se scripta ista ferunt nomina: *Quæ deinceps* (ita sonant verba) *ad Esdram usq; sequuntur volumina, non prorsus ab illis sunt conscripta, quorum inscriptiones præferunt, de quibus tractant. Feruntur autem à Prophetis, qui singulis temporibus vixerunt, esse scripta.* in Synopsi f. 71. D. Esdræ nomen expressũ est: *Hi duo* (Esdræ primus & secundus) &c. *Esdras enim iste sacerdos & lector cum esset, reditum filiorum Israel ex Persia ad Hierusalem exposuit.* Sic idem f. 85. A. *Nehemiam* idem vocat Δευτερον, f. 85. D. officio putaverim, non vitio corporis: videtur autem Nehemiæ quoque librum Esdræ scriptori tribuere, non Nehemiæ. Reliquorum nomina omisit.

David. §. 34. IV. *David* scriptor est θεόπνευστος: utpote τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος, *quod Spiritus* (Sanctus) *in ipso operatus sit,* juxta Basil. homil. de auct. peccat. t. 1. f. 420. *Deo plenus Psalmista;* juxta Hieron. adv. Lucifer. t. 3. f. 64. C. λύρα πνευματικὴ, *lyra spiritualis,* Athan. orat. in S. Patr. t. 2. f. 694. A. χριστοφόρος ἀνὴρ *vir Christi-fer.* orat. de cruc. & pas. f. 1013. *Principaliter à Domino ad hoc munus electus est: ut quod in aliis rarum præminere reliquo in opere videtur, in hoc juge & continuum refulgeret.* Ambros. præfat. in Psalm. f. 341. D. Auctor autem post Deum est Psalterii, unde dicitur ψαλμῳδὸς & ὑμνῳδὸς cantor *Psalmorum & hymnorum* ab Athanas. de cruc. & pass. f. 1016. ἱερὸς ψάλτης *sacer Psaltes,* à Basil. t. 1. f. 420. C. *Simonides noster, Pindarus, & Alcæus, Flaccus quoq; Catullus, & Serenus, Christum lyra personat, & in decachordo Psalterio ab inferis suscitat*

resur-

resurgentem. laudante Hieron. epist. ad Paulin. t. IV. opp. f. 3. D. ὑψηλὸς προφήτης *excelsus Propheta* salutatur à Gregorio Nyss. homil. d. ascens. Dom. t. 3. f. 443. qui *supra se ipsum egrediens, tanquam corporis onere nihil prematur, infert se cœlestibus potestatibus, & voces earum nobis exponit* &c. collatione instituta inter Psalmos & Evangelicam historiam, tanquam sublimiora hac mysteria enarraret Psaltes. *Veteris Testamenti homo.*, describente Didymo Alex. lib. 1. de Sp. S. confer Marium Victor. lib. II. adv. Arian. f. 331. Num vero ipse David; an alius, Psalmos in unum volumen redegerit? de hoc vide infr. §. 64.

§. 35. V. *Salomon.* Juxta Hieronymum tria habuit nomina: Sic enim ille: *Tribus nominibus vocatum fuisse Salomonem scripturæ manifestissimè docent, pacificum i.e.* שלמה *Salomonem, &* ידידיה *Idida, h.e. dilectum Domini; & quod nunc dicitur* קהלת *Coëleth. i e. Ecclesiasten.* Singula mox explicat. t. VII. opp f. 31. B. Scripsit ex inspiratione divina θεοδωρήτῳ σοφίᾳ κινούμενος *& sapientia divinitus donata impulsus,* juxta Euseb. lib. 1 adv. Marcel. Ancyr. c. 3 f. 17. C. tria volumina διάτυπα: de quibus Basilius comm. in Prov. t. 1. f. 454. C. *Tres omnino sacros à Salomone tractatus novimus exiisse. Hunc imprimis Proverbiorum, & Ecclesiasten, & Cantica Canticorum. Quilibet autem propriam retinente materiam, cuncti ad hominum scripti sunt utilitatem.* Auctoris nomen Proverbiis præfixum auctoritatem libro conciliat: *Apposuit & auctoris nomen, ut personæ splendore & amplitudine auditorem facilius traheret. Auctoritas enim auctoris acceptum sermonem facit, ac discentes attentiores reddit.* f. 455. B. Propheta an fuerit? inter Eusebium Pamphili, & Marcellum Ancyranum disputatum est; quorum hic illud affirmabat: *Salomonem Prophetam indigitavit, ut & Proverbia Prophetiam, non una vice.* ita refert Euseb. lib. 1. adverl Marcel. c. 2. f. 13. D. Contra Eusebius illud negavit: *Salomon,* inquiens, *donum accepit sapientiæ, ut scripturæ testimonio comprobatur:* Et dedit Dominus sapientiam Salomoni, & erat omnibus hominibus sapientior. *Vitam autem propheticam non instituit, neq; ullo charactere prophetico fuit insignitus, quales fuerunt;* hæc dicit Dominus; *& huic similes: Atq; hoc ex ijs, quæ scripsit, satis liquet.* & f. 14. B. *Proverbia Prophetiarum nomine designat, cum nusquam hoc docuerit scriptura sacra,*

Salomon.

ſed auctor ipſe ſapientiſſimus & ſpiritu inſuper ſancto præditus Proverbia nominavit, ut alterum librum Eccleſiaſten, tertium Canticum Canticorum; quos ſcriptis biſce titulos non humana ratione aliqua, ſed Numine ductus appoſuit. Si quidem Euſebius intelligit Prophetam, in publico docendi officio conſtitutũ, rectè negavit, Salomonem fuiſſe Prophetam; Quamvis Athanaſius videatur etiam hoc ſenſu eum prophetam facere, dicens: *Eccleſiaſtes vocatus eſt, quia ad populum ipſe concionatus eſt, & quæ ſpiritus ſunt locutus.* Synopſ. t. 2. f. 96. C. Minus recte autem, ſi de eo Prophetarum genere loquitur, qui futura de Meſſia prædixerunt. Nam talia vaticinia in ſcriptis Salomonis illuſtria occurrunt. Fuit autem Salomon σοφώτατος; *Sapiens* etenim *ille Salomon non ſapientiæ verbis ad ſuadendum aptis, ſed doctrina ſancti ſpiritus eruditus.* ita Gregor. Nyſſen. t. 1. f. 153. D. Et παρ' ἐβραίοις σοφώτατος apud *Hebræos ſapientiſſimus*, elogio Euſeb. lib. V. dem. Evang. f. 211. *Qui pene ſupra modum ſapientia ſuares inveſtigavit, ingq; hoc tam ſuperiorin, quam ſuæ memoriæ homines univerſos antecelluit: cui divinitus cordis amplitudo tributa fuit, & copia contemplationis ipſa etiam arena uberior.* elogio Gregorii Naz. orat. II. de Theol. f. m. 52.

Prophetæ. §. 36. VI. *Prophetæ.* Generale Propheta vocabulum eſt, & competit Chriſto καθ' ἐξοχήν, etiam Moſi; vulgo autem ſedecim illis Prophetis tribuitur, quorum quatuor majores, duodecim autem minores dicuntur, & ſua vaticinia ſcripto reliquerunt. De quibus Euſebius lib. III. dem. Evang. f. 90. C. interrogat: *Num igitur ex iis, qui poſt Moſen extiterunt Prophetæ, Ieſaias, e. g. aut Ieremias, aut Ezechiel, aut Daniel, aut alius quispiam de cæteris XII. legum auctori Moſi conferendus extitit?* Quare nunc ſermo nobis etiam de illis non eſt, qui Prophetæ quidem extiterunt, e. g. Elia, Eliſæo &c. ſed quorum *nulla habentur ſcripta, niſi tantum quæ in regnorum hiſtoriis & libris Paralipomenon dixiſſe leguntur.* Athanaſ. Synopſ. t. 2. f. 103. C. *Fuerunt hi* θεόληπτοι, *divinitus inſpirati*; qui ἀπρώτως ἐξ αὐτῆς τῆς θείας λόγου τὰ σεσοφισμένα; *qui eloquuti ſunt myſteria antiquis congrua ex inſtinctu ejusdem divinæ* (Spiritus Sancti) *perſonæ*: juxtæ Euſeb. de præp. Evang. lib. VII. c. 11. f. 318. C. Hinc dicti ſunt θεοφόροι *Dei geruli*; ὑφ' ἧς ἐμπνέονται θεοφορούμενοι *à qua etiam illuminati & impulſi ſunt*: ait idem lib. IV. dem. Evang. Qui

Pro-

Prophetati ſunt κατ' θείαν ἔπιπνοιαν *ſecundum divinam inſpirationem*: lib. adv. Hierecl. f.513. C. Inſpirati ſpecialiter à Spiritu Sancto; *Spiritus Sanctus non ſolum in Apoſtolis, ſed etiam in Prophetis fuit, de quo David orabat; dicens: Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me. Et Daniel ſpiritum Dei habuiſſe narratur: Et David in ſpiritu loquitur, dixiſſe Dominum Domino ſuo, ſede à dextris meis &c. Nec ſine Spiritu S. prophetaverunt Prophetæ.* ſcribit ad Hedib. q.9. Hieron. t.IV. f. 66. D. Variis modis, & nobis inenarrabilibus Gregorius Nazianzenus, poſtquam varias prophetis factas appariciones expoſuiſſet, concludit tandem: *Atq; hæc* (orat. 2. de Theol. f. m. 49.) *anne imaginatio quædam diurna fuerint, quæ in homines ſanctos ſolos caderet; an noctu haudquaquam fallens viſum; an principis animi partis informatio, quæ in rebus futuris perinde ac in præſentibus verſaretur; an quæ alia vaticinij ſpecies inexplicabilis? Equidem dicere non habeo.* Dicuntur & *Theologi*, & quidem *Theologi apud Hebræos*, ſeu Hebræorum: lib. VII. de præp. Evang. c. 15. f 326 A. θαυμάσιοι *admirabiles*; juxta Cyril. Catech. XIV. f.142. uuvapulatint Samaritani, qui Prophetarum horum ſcripta non recipiebant, apud eundem Catech. XVII. f. 215.

§. 37. Quo ſinguli tempore ſcripſerint, inſuper habendum non eſt: *Temporum obſervatio non mediocre adfert lectori operæ pretium. Per eam enim dignoſcitur & elucefcit antequantum temporis prædicta, poſt quantum temporis evenerint: Et quia, quum abundaſſet morbus, ſuperabundavit & Dei providentia.* ita Baſil. in Jeſ. t. 1. fol. 811. C. Athanaſius cenſet: *Inter eos qui Prophetias conſcripſerunt, quorum ſcripta circumferuntur, primos fuiſſe Oſeam & Iſaiam.* in Synopſ. t. 2. f.103. C. Oſeam Jeſaiæ πρεσβύτερον facit & Hieron. præf. in XII Proph. f.12. B. *Uno quidem* (ait idem comm. in Jeſ. c. 1. f m. 2. P.) *atq; eodem tempore, Iſaiam, Oſeæ, Ioelem, & Amos prophetaſſe, ex Regibus, qui ponuntur in titulo, cognoſcimus.* Nonnihil tamen vetuſtior eſt Oſeas, ſententia Baſilii in Jeſ. f.812. B. Et Hieronymi proœmium Hoſ. ubi vocatur *primus omnium Prophetarum.* Eos ſecuti ſunt: *Amos*, qui & ipſe ſub Ozia, rege Judæ, floruit; Juxta Athan. in Synopſ. f.104. *Micheas in diebus Ioatham, & Achaz; Sophonias in diebus Joſiæ, filij Amos*, juxta Baſil. in Jeſ. f.811. C. D. Qui l. c. Aggæum & Zachariam quoque inter eos refert, qui ætatem ſuam expreſſerint; *Abdias*, Tempora ætas.

Naum; Abbacuc, Ionæ, & Malachiæ mentionem temporum ſuppreſſerunt. Sed Malachias ſaltem & ipſe ſuam ætatem ſubinnuit; unde Athanaſius ſcribit: *Hic quoq; poſt captivitatem ſub Dario fuit.* Synopſ. f. 106. Jeremias fuit contemporaneus Sophoniæ: l. c. A. Ezechiel *quinto anno captivitatis Iojakim prophetare cœpit*: f. 108. Sed & Daniel *in captivitate fuit*: f. 109. nempe cum vaticinaretur. Fuerunt igitur hi medii, ſicut Aggæus, Zacharias, & Malachias ultimi: *Aggæus, Zacharias, & Malachias omnium noviſſimi prophetabant; Neminem enim poſt illos Iudæi Prophetam habuere.* ita Euſeb. de præp. Evang. lib. X. c. 14. f. 503. D. poſtquam in præmiſſis de ætatibus reliquorum Prophetarum egiſſet. confer. Hieron. præf. in XII. Prophet. t. IV. f. m. 12. B.

Iesaias. §. 38. *Ieſaias*, explicatur σωτηρία κυρίου i. e. *ſalus Domini*, ab Hieron. proœm. in Joel t. VI. An Amozi filius fuerit? Negat Baſilius in Jeſ. t. 1. opp. f. 812. A. Si quidem Amos propheta intelligatur. Quod ex Hebræis literis uberius explicat Hieron. comm. ad Jeſ. c. 1. Fuit divinitus inſpiratus, unde dicitur θεόπνευστος προφήτης *divinus Propheta*; nempe à Deo Spiritu Sancto, ὑφ' ἧς θεοφορούμενος ὁ προφήτης ἰδίσατο *à quo impulſus propheta vaticinatus eſt*: juxta Euſeb. dem. Evangel. lib. VII. c. 1. f. 329. θείῳ ἐμπνευσθέντας πνεύματι, *Sancto Dei Spiritu inſtinctus*: f. 310. D. Alibi eum vocat *divini ſpiritus oculum*: lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. c. 4. cui conſonat Athanaſius, dicens: ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προφητεύει *in Ieſaia Sanctus Spiritus Prophetatur.* epiſt. ad Serap. t. 1. f. 17. Et Nyſſenus, *per prophetiam Ieſaiæ*, inquit, ἡ θεία φωνὴ *divina vox loquitur*: de vit. Moſ. f. 169. D. *Sanctus Propheta divina inſtigatione pronunciat.* Jul. Firmic. de error. prof. c. 27. omnium clariſſime de Meſſia vaticinatus eſt, ut Hieronymus Jeſaiam *magum Evangeliſtam* vocet, in apol. adv. Ruff. t. 3. opp. f. 103. & ad Paulin. f. 4. t. 3. *Ieſaiæ non propheticum mihi videtur texere, ſed Evangelium.* Et in præfat. ad translationem Jeſai. ad Paulam & Euſtochium. f. 11. A. ait; *quod non tam Propheta dicendus ſit, quam Evangeliſta*: *Ita enim univerſæ Chriſti Eccleſiæq; myſteria ad liquidum proſecutus eſt, ut non putes eum de futuro vaticinari, ſed de præteritis hiſtoriam texere.* t. 4. Et in præf. Eſai. t. V. f. 2. vocat *non ſolum Prophetam, ſed Evangeliſtam & Apoſtolum.* Virginem fore Meſſiæ matrem, ſolus ille expreſſit: unde *virginis demonſtrator* vocatur.

tur ab Hieron. adv. Joan. Hieroſ. f. 75. Athanaſij judicio fuit μεγαλοφωνότατος & *magniloquentiſſimus*, homil. de Patr. t. 2. f. 696. Euſebio *magnus & admirabilis Propheta*, lib. II. dem. Evangel. c. 4. *Prophetarum maximus*, lib. V. c. 5. Hoc tamen non obſtante prophetæ præmium retulit, *ſerra diſſectus*, juxta Cyril. Catech. XIII. Et Hieron. comm. ad Jeſ. LVII. f. m. 98. t. 5. C. Quare autem hoc? Ajunt Hebræi ob duas cauſſas interfectum Eſaiam, quod principes Sodomorum & populum Gomorrhæ eos appellaverit; & quod, Domino dicente ad Moyſen: non poteris videre faciem meam, iſte auſus *ſit dicere*: *vidi Dominum ſedentem ſuper thronum excelſum & elevatum*. ita Hieron. comm. in Jeſ. I. f. 4. C. *Liberrimi oris* fuiſſe auctor eſt Greg. Naz. carm. Cygn. f. 1065. Qui & pro auctoritate ipſius contra Judæos diſputat Catech. XII. f. 105. Maturè vaticinatus eſt; *Prophetavit* enim *Eſaias in Hieruſalem, & in Judæa, nec dum decem tribubus in captivitatem ductis; ac de utroq; regno nunc commixtim, nunc ſeparatim texit oraculum*. referente Hieronymo.

§. 39. *Ieremias*, vertitur ὑψηλὸς κυρίου i. e. *excelſus Domini*, ab Hier. proœm. in Joël. Fuit ortu *Sacerdos ex Sacerdotibus*; & patria *Anathotites*; Functione propheta, isque jam *in matris utero ſanctificatus virginitate ſua Evangelicum virum Chriſti Eccleſiæ dedicans*. *Hic vaticinari exorſus eſt puer, & captivitatem urbis atq; Judææ, non ſolum Spiritu, ſed & oculis carnis intuitus eſt. Iam decem tribus Iſrael. Aſſyriis Medos tranſtulerant; jam terras earum Coloniæ gentium poſſidebant. Vnde in Juda tantum & in Benjamin prophetavit*. juxta Hieronym. præf. in Jerem. f. II. t. IV. B. *Affectionibus plenus* fuit, judicio Greg. Naz. carm. Cyg. f. m. 1065. Ei adjungendus eſſet *Baruch*, ſi quidem ἀπόκρυφος & hic fuiſſet; Sed quia talis non fuit, ideoque eum h. l. prætermittimus. Ieremias.

§. 40. *Ezechiel*. vertitur κραταίωμα κυρίου *robur Domini*, ab Hieron. proœm. in Joël. De hoc juvat audire eundem Hieron. præfat. in Ezech. t. IV. f. II. C. Ezechiel Propheta (*hactenus ſacerdos*) cum Jojachim rege Juda captivus ductus eſt in Babylonem; ibique his, qui cum eo capti fuerant, prophetavit, pœnitentibus quod ad Jeremiæ vaticinium ſe ultro adverſariis tradidiſſent, & viderent adhuc urbem Hieruſalem ſtare, quam ille caſuram eſſe prædixerat. Ezechiel.

dixerat. Triceſimo autem ætatis ſuæ anno, & captivitatis quinto, exorſus eſt ad concaptivos loqui. Et eodem tempore, licet poſterior, hic in Chaldæa, Hieremias in Judæa prophetaverunt. Fuit & ipſe τῷ θείῳ πνεύματι κεχλαβής *divino Spiritu præoccupatus*, uti loquitur Euſeb. lib. VI. dem. Evangel. c. 18. f. 288. cui conſentit Cyrillus Hieroſ. Catech. II. f. 6. D. dicens, *non mea ſunt hæc dogmata*, ἀλλ' Ἰεζεκιὴλ τῷ πνεύματι πεφόρητο, *ſed Iezechielis Prophetæ aſpiritu lati.* Naz. elogio eſt *arcanus abundans*: in carm. Cygn. f. 1065. *Maximorum ſecretorum ſpectator*: orat. 2. de Theol. f. 47. *Quoniam non ſtylo mediocri: Sermo enim ejus nec ſatis diſertus nec admodum ruſticus eſt, ſed ex utroq; medie temperatus.*

Daniel. §. 41. *Daniel.* transfertur vox: ἔκρινεν κύριος *judicavit ine Dominus*, juxta Hier. proœm. in Joel. t. 6. f. 25. An inter Prophetas computandus ſit? quæritur. Reſp. Hieronymus præfat. in Daniel. f. m. 12. t. IV. A. *Illud admoneo*, dicens, *non haberi Danielem apud Hebræos inter Prophetas, ſed inter eos, qui Hagiographa conſcripſerunt.* Porphyrius quoque huius Prophetæ auctoritatem in dubium revocabat, cui ſeſe oppoſuerunt Methodius, Euſebius, & Apollinarius, *qui multis verſuum millibus eius veſaniæ reſpondentes, neſcio an curioſo lectori ſatisfecerint.* aitl. c. Hieronymus: confer Apol. adv. Ruffin. f. 104. A. tom. III. Proœm. in Dan. t. V. f. m. 267. ubi dilucidius explicat, quid Porphyrius de Daniele ſenſerit, *Contra Prophetam Danielem*, inquiens, *duodecimum librum ſcribit Porphyrius, nolens, eum ab ipſo, cuius inſcriptus eſt, nomine eſſe compoſitum, ſed à quodam, qui temporibus Antiochi, qui appellatus eſt Epiphanes, fuerit in judea: Et non tam Danielem ventura dixiſſe, quam illum narrare præterita. Denig; quidquid uſq; ad Antiochum dixerit, veram hiſtoriam continere; ſi aut id autem ultra opinatus ſit, quia futura neſcierit, eſſe mentitum.* Addit: *cui ſolertiſſimè reſponderunt Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus tribus voluminibus, i. e. octavo decimo & nonodecimo & viceſimo: Apollinarius quoq; uno grandi libro, h. e. viceſimo ſexto, & ante hos ex parte Methodius.* Hic ipſe Propheta à Deo ipſo tanquam ſapientiſſimus commendatur Ezech. XXVIII 3. quando ad principem Tyri dicit: *Nunquid ſapientior es Daniele?* allegante Hieron. præfat. in Jeſai. t. 5. f. 2. Gregorii Naz. judicio *tam factis quam oratione ſapientiſſimus fuit.* carm. f. 1065. opp. Hieronymi, *temporum fuit conſcius, & totius mundi Philiſtoros.*

Digitized by Google

ſtoros. (Eraſmus legit: polyhiſtor, vel polyhiſtoros,) epiſt. ad Paulin. t. IV. f. 3. D.

§. 42. *Minores* Prophetæ ſunt XII. Ex his primus *Hoſeas*, qui nomen accepit à ſalvando, σώζων *Salvator* vertitur ab Hieron. proœm. in Joel. t. VI. f. 24. & comm. ad Hoſe. I. Græci male *Auſee* umappellarunt, iudicio eiusdem. l.c. *Ioel* vertitur ἀρχόμενος i.e. *incipiens* ab eodem Hieron. proœm. in Joel. vel: *eſt Deus*: ibidem *divino ſpiritu monente dicit*, quæ dicit, judicio Jul. Firmici de error. relig. prof. c. 20. *Amos*, Hebr. עמוס, βαστάζων, *portans* transfertur ab Hieron. proœm. in Joel. item: *populus avulſus*. comm. in c. 1. Amos. Ex paſtore Thecuano evaſit propheta: *imperitus ſermone, ſed non ſcientia. Idem enim, qui per omnes Prophetas, in eo ſpiritus ſanctus loquebatur.* judicio ejusdem l. c. f. 32. A. t. VI. *Abdias*. i. e. δοῦλος κυρίου; *ſervus Domini, ſeu Dei*, explicante eodem proœm. in Joel. & ad Paulin. *Ea videt, ea audit, quæ digna ſunt Prophetali ſervitute*; juxta Hieron. com. in Abdi. f. 50 F. Putant autem, fuiſſe ipſum *qui ſub rege Samariæ Achab, & impiiſſima Iſabel pavit centum Prophetas in ſpecubus &c. Hic igitur quia centum Prophetas aluerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus ſit dux Eccleſiæ.* E. Jonas columba ab eodem transfertur: *Tradunt Hebræi, hunc eſſe filium viduæ Sareptanæ, quem Helias Propheta mortuum ſuſcitavit, matre poſtea dicente ad eum: Nunc cognovi, quia vir Dei es tu, & verbum Dei in ore tuo & veritas, & ob hanc cauſam etiam ipſum puerum ſic vocatum. Amithai enim in noſtra lingua veritatem ſonat &c.* ita Hier. proœm. in Jon. f. 53. E. H. t. VI. *Micheas* eſt τίς ὡς: *quis quaſi? quis velut?* juxta Hieron. proœm. in Joel. Alibi: *humilitas*, nempe proœm. in Mich. *Naum* eidem eſt παράκλησις *conſolatio*, vel *conſolator orbis*; rationem nominis reddit proœm. in Nah. f. 73. H. *jam enim*, inquiens, *decem tribus ab Aſſyriis deductæ fuerant in captivitatem ſub Ezechia Rege Iuda: ſub quo etiam nunc in conſolationem populi transmigrati adverſum Ninivem viſio cernitur.* Propheta fuit illuminatiſſimus, f. 74. A. *Chabakuk* Heb. חבקוק *amplexus*, ſeu *amplexatio*; περιλαμβάνων Græcè, interprete Hieronymo: Male igitur Græci pronunciarant: Ἀββακούμ: eodem notante. Rationem nominis idem exponit, dicens: *qui vel ex eo, quod amabilis Domini eſt, vocatur amplexatio, vel quod in certamen & luctam, & ut ita dicam, amplexum cum Deo congreditur, amplexantis i.e. luctantis*

Minores Prophetæ

tantùm ſortitus eſt nomen: Nullus enim tam audaci voce auſus eſt Deum ad diſceptationem juſtitiæ provocare, & dicere ei: cur in rebus humanis, & in mundi iſtius πολιτείᾳ ſancta rerum verſatur iniquitas! proœm. in Habak. f. 81. An ſit ille, qui ad Danielem in lacu leonum jacentem fuerit miſſus? in medio relinquit Hieronymus l. c. *apud Hebræos hæc ipſa non legitur hiſtoria*: ajens. *Sophonias* vertitur κεκρυμμένον & κωφόν h. e. *arcanus Domini*; ab eodem Hier. in Joëlem; *Speculator & arcanorum Domini cognitor*, ad Paulin. *alij ſpeculam, alij arcanum Domini tranſtulerunt*: comm. ad Soph. 1. res ipſa eodem recidit. *Aggæus* eſt ἑορτάζων *feſtivus*; & *lætus*, ſententia Hieronymi: Ejus, ut & Zachariæ, animoſitatem celebrat idem proœm. in Hagg. f. 100. E. dicens: *ſciendum interim, juxta literam magni ſpiritus & Aggæum fuiſſe & Zachariam Prophetas, ut adverſum Artaxerxis Regis edictum, & Samaritanos, gentesq; cunctas per circuitum, ædificationem templi impedientes, juberent templum extrui; Zorobabel quoq; & Ieſum Filium Ioſedech, & populum, qui cum eis erat non minoris fidei, ut Prophetas magis audirent jubentes, quam prohibentes regis imperium.* Hæc ille. *Zacharias* eſt memor, vel *memoria*, μνήμων κυρίου, *Domini*, juxta Hieron. in Joel. Filius fuit Barachiæ, & hic Iddonis; *Magnæ confidentiæ eſt, imo ſpei fideiq; in Dominum, ut, quod tanto tempore præteriſſum eſt, vel rege prohibente, vel gentibus, ad commonitionem duorum hominum facere incipiant.* Juxta Hier. comm. in Zach. f. 105. G. quæ congrua ſunt præmiſſis in Aggæo. Et quis miretur, cum fuerit πνευματοφόρος & θεοφόρητος propheta *à ſpiritu ſancto impulſus*; juxta Euſeb. lib. VI. dem. Evang. f. 285. *Malachias* vertitur ab Hieronymo: ἄγγελός μου Angelus, *ſeu nuncius meus*, præfat. ad Joel. LXX. verterunt: ἄγγελος αὐτοῦ *Angelus eius*; male, juxta Hieron. præf. in Malach. ſed cur Angelus? An natura? *Non putandum eſt, juxta quorundam opinionem Angelum veniſſe de cælo, & aſſumſiſſe corpus humanum, ut Iſraeli quæ à Domino ſunt mandata loqueretur.* Sic idem f. 128. H. An Esdras? ajunt Hebræi; Nec videtur diſſentire Hieronymus loc. cit. Sed argumentis non admodum ſtringentibus. Id certum, quod *finis omnium Prophetarum ſit*, juxta Hier. ad Paulin. Si genuinus eſſet auctor de vita Prophetarum Epiphanius, juberemus ipſum conferri; ſed quia pleraque ne quidem fide hiſtorica ſunt digna, judicio Dorſch. Theol. Zach. part. 1. proœm. diſp. 1. §. 4. p. 2. ideoque omittimus.

§. 43.

§. 43. In N. T. fuerunt ἱεροὶ χριστοῦ μαθηταί *ſancti Chriſti diſcipuli*, deſcribente Athanaſ. orat. contr. gentes. f. 51. Quos alibi vocat ἀρχιτέκτονας σοφοὺς καὶ οἰκονόμους μυστηρίων θεοῦ: *ædificatores ſapientes, & diſpenſatores myſteriorum Dei*: de ſent Dionyſ. f. 551. t. 1. Omnes θεόπνευστοι, ſeu divinitus inſpirati: ſcribit Hieronymus ad Paulin. t. IV. f. 2. C. Et in præfat. Pentateuch. f. 6. B. *Per* (Apoſtolorum) *os mihi Chriſtus ſonat.* Cui conſentit Baſilius homil. XV. de fid. t. 1. f. 502. dum verſatur in excellentia Spiritus Sancti deprædicanda, inter alia adducit etiam ſapientiam Apoſtolis collatam, e. g. Johanni: *Ioannes*, inquiens, *mundi ſapientiam nunquam didicit, aut novit: Attamen locutus eſt potentia ſpiritus verba, quæ nulla ſapientia deprehendere valet.* Dictione efficaciſſimi: Tales ſane erant Salvatoris noſtri diſcipuli, tantaque eorum vis erat, cum ſuos auditores alloquerentur, ut intimas animi partes penetrarent, tangerentque, ac vulnerarent uniuscuiusque conſcientiam adeo, ut nemo amplius occultare poſſet, ſed unusquiſque in apertum proferret, ſi cujus arcani conſcius ſibi eſſet, indicemque ſuorum, quæ prius commiſiſſet flagitiorum ſeipſum præſtaret: Tales item qui ab illis inſtituti ſunt, puris utique, ſincerisque, animis præditi, ut nihil in illis ſimulati, aut fraudulenti lateret, ſed contra potius ipſi mutatione à deteriore vita ad meliorem gloriarentur atque confiderent. ait Euſeb. lib. III. dem. Evang. c. III. f. 128. C. Digni, quibus de ſuo magiſtro, Jeſu Chriſto, referentibus, fides deferatur. c. 7. f. 109. Putat autem, illud *omne prædicationis Evangelicæ ſacramentum*, appellante Hilario lib. VI. de Trin. f. 67. ſub finem, quatuor Evangeliſtas, quos currui Ezechielis confert Hieronym. ad Paulin. t. IV. f. 4. A. *Matthæus*, inquiens, Marcus, Lucas, & Johannes, quadriga Domini, & verum Cherubim, quod interpretatur: ſcientiæ multitudo, per totum corpus oculati ſunt, ſcintillæ emicantis diſcurrunt fulgura, pedes habent rectos & in ſublime tendentes, terga pennata & ubique volitantia, tenent ſe mutuo, ſibique perplexi ſunt, & quaſi rota in rota volvuntur, & pergunt, quocunque eos flatus Sancti Spiritus perduxerit.

Scriptores Novi inſtrumenti.

ſunt IV Evangeliſtæ.

Matthæus. §. 44. *Matthæus.* Primus est inter scriptores N. T. Nam *primus omnium Matthæus est publicanus, cognomento Levi, qui Evangelium in Judæa Hebræo sermone edidit:* ait Hieron. proœm. in Matth. confer Catal. tit. Matthæus. Athanas. in Synops. t. 2. f. 155. Epiphan. Hæres. LI. Et, si placet, nostras antiqq. Evang. artic. 1. sect. 2. §. 1. seqq. Ubi de Matthæo, & reliquis tribus Evangelistis, prolixius agimus. *Marcus* secundum post Matthæum locum obtinet: de quo idem Hie-

Marcus. ronymus in Catal. tit. Marcus: *Marcus discipulus & interpres Petri, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breve scripsit Evangelium. Quod cum Petrus audisset, probavit, & Ecclesiæ legendum sua auctoritate edidit, sicut Clemens in sexto ὑποτυπώσεων libro scribit.* confer quæst. 11. ad Hedib. t. 4. f. 68. A. Et ante Hieronymum Eusebius lib III. dem. Evang. f. 120. D. *Petrus ex nimia quadam reverentia, ne dignum quidem se Evangelij scriptione existimavit. Sed eius familiaris ac discipulus Marcus, in Commentarium retulisse ejusdem de rebus gestis Jesu narrationes memoratur.* Tertium obtinet *Lucas,*

Lucas. de quo idem lib. III. dem. Evang. f. m. 120. D. *Sic Matthæum Lucas anteponit, quemadmodum ipsi tradiderant, qui ab initio ipsi viderant, & ministri fuerant sermonis.* Confer lib. III. hist. Eccles. c. 24. Epiph. hæres. XX. Hieron. in Catal. tit. Lucas. Elogio Nysseni fuit *animorum magis, quam corporum medicus* t. 2. opp. f. 132. C. judicio Ambrosij fuit *fundatus in petra, qui omnem fidei sumpsit plenitudinem, firmamentumq; constantiæ.* Proœm. in Lucam. Gregorius Naz. inter *magnos pugiles* eum computat orat. 1. in Julian.

Ioannes. §. 45. Quartum & ultimum *Ioannes.* Nam juxta Euseb. lib. III. hist. Eccles. c. 24. μετὰ τῶν ἀρχαίων ἐν τετάρτῃ μοίρᾳ τῶν ἄλλων τεταγμένος *apud veteres quarto loco inter reliquos tres collocatur.* Intelligendum autem est de tempore, & non de materia: *Ioannem tempore quidem quartum recenset, verum sublimitate doctrinarum primum,* canit Naz. f. 1065. Pridem *piscator egens, ignotus, indoctus, manibus lino occupatis, veste uvida, pedibus limo oblitis, totus è navi: piscator illiteratus & indoctus,* juxta Hilar. lib. 2. de Trinit. *Et tamen hoc piscator iste recubans in Dominicum pectus accepit;* hoc scil. verbum quod prædicavit, & scripsit. l. c. qui *ex familiaritate Domini revelatione mysteriorum cœlestium dignus fuit:* lib. VI. de Trin. f. 67. Inter *columnas Ecclesiarum* eundem refert. f. 69. *Maxime spiritua-*

lium

Digitized by Google

lium cauſſarum prædicatorem eundem vocat lib. X. f. 155. Alexandro Epiſcopo Alexandrino eſt ὁ θεῖος διδάσκαλος *divinus doctor* apud Theodor. lib. 1. c. 3. f. 527. D. εὐλαβέστατος *religioſiſſimus*. f. 528. B. Euſebio lib. 1. adv. Marcel. c. 18. ὁ ἁγιώτατος τοῦ θεοῦ μαθητὴς καὶ Ἀπόστολος, *ſanctiſſimus Dei diſcipulus & Apoſtolus*. c. 20. θεόλογος *Theologus*; lib. II. c. 10. eſt μέγας καὶ θεῖος εὐαγγελιστής *magnus & divinus Evangeliſta*: c. 12. *Magnus Evangeliſta & Theologus* c. 18. *magnus Chriſti diſcipulus & Apoſtolus*. c. 24 *admirandus verborum Chriſti doctor*. Gregorio Naz. κῆρυξ μέγας *præco magnus*, carm. de libr. Canon. ἐξηχοτάτης *cœli ragus*; *magna veritatis vox & ſermonis præcurſor*. orat. 2. de Theol. f. 50. Hieronymus adv. Jovin. t. 3. f. 16. ait, *fuiſſe Apoſtolum, quia ſcripſit ad Eccleſias, ut magiſter; Evangeliſtam, quia librum Evangelij condidit; Prophetam, vidiſſe enim in Pathmos inſula, in qua fuerat à Domitiano principe ob domini martyrium relegatus, Apocalypſin, infinita futurorum myſteria continentem. Refert autem Tertullianus, quod à Nerone miſſus in ferventis olei dolium, purior & vegetior exiverit, quam intraverat. Sed & ipſum eius Evangelium multum diſtat à cæteris. Matthæus quaſi de homine incipit ſcribere: Liber generationis Ieſu Chriſti, filij David, filij Abraham. Lucas à ſacerdotio Zachariæ; Marcus à prophetia Malachiæ Prophetæ, & Eſaiæ; Primus habet faciem hominis, propter genealogiam. Secundus faciem vituli, propter ſacerdotium hominis. Tertius faciem Leonis, propter vocem clamantis in deſerto: Parate viam domini, rectas facite vias eius. Iohannes vero noſter, quaſi aquila ad ſuperiora volat, & adipſum patrem pervenit, dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum &c. Expoſuit virginitas, quod nuptiæ ſcire non poterant, & ut, ut brevi ſermone multa comprehendam, doceamq; cuius privilegij ſit Iohannes, imo in Iohanne virginitas, à Domino virgine mater virgo virgini diſcipulo commendatur.* Quare Ἰωάννῃ τῷ θεολόγῳ πιστεύωμεν: *Iohanni Theologo credamus*; ex monito Cyrilli Catech. XII. f. 104. Confer Euſeb lib. III. dem. Evang. f. 120. D. Hilar. lib. XI. de Trin. Ambroſ. de incarn. c. 3. Athanaſ. adv. gent. f. 46. Baſil. hom. 1. ad Joh. 502. D. Vapulant Alogi Hæretici, negantes, Johannem hoc Evangelium ſcripſiſſe; aut, cum Evangelium & Apocalyſin ſcriberet, fuiſſe divinitus afflatum. vid. Epiph. hæreſ LI. Confer. Philaſtr. Hæres. XIII. Deteriores Platonicis, qui multum ei tribuebant.

Apostoli. §. 46. *Apostoli* quidam in scribendis Epistolis fuerunt occupati. Vocis etymon explicat Hieron. Com. ad Gal. I. 1. ἀπόστολος, inquiens, h.e. *missus hebræorum propriè vocabulum est: quod Silas quoq; sonat: cui à mittendo missio nomen impositum est.* t. IX. f. 79. F. Homonymiam idem evolvit. ht. cit. *Quatuor*, inquiens, *autem genera apostolorum sunt, unum, quod neq; ab hominibus est, neq; per hominem: sed per Iesum Christum & Deum Patrem; Et illud, quod a Deo quidem est, sed per hominem. Tertium; quod ab homine, non à Deo; quartum, quod neq; à Deo, neq; per hominem neq; ab homine, sed à semetipso.* Addit: *De primo* fuisse Paulum. Pertinet ille, ut & reliqui Apostoli, novi instrumenti scriptores, inter eos, quos laudat Chrysostomus t. 5. homil. CLXVIII. quod sint orthodoxiæ ἀμετάθετοι στῦλοι, τῆς ἐκκλησίας πέτρα, τῆς βασιλείας σκῆπτρα, τῶ ποιμνίω προστάται: *immobiles columnæ, Ecclesiæ petra, regni sceptra, & gregis antistites.* Idq; ex inspiratione Spiritus Sancti: *Quidquid enim aliis exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere solet, illis Spiritus Sanctus suggerebat. Et erant, juxta quod scriptum est,* Θεοδίδακτοι. scribit Hieronym. ad Paulin. t. IV. f. 2. C.

Paulus, ejus 1. Nomen 2. Patria. 3. Status pristinus, & 4. Christianus

§. 47. Cum Paulinæ epistolæ primæ & plures occurrant, de *Paulo* primum erit dicendum. *Paulus* olim dicebatur *Saulus*, sed ex gratia divina nomen ipsi mutatum est: *Quærimus, quare Paulus scribat, cum Saulus antea sit vocatus? quod ex more sanctorum fecisse credendum est, qui in virtutibus proficientes, mutato nomine sunt vocati, ut essent etiam ipso nomine novi: ut Abraham & Sarah, & Cephas. Aliter. Paulus sicut aliorum sanctorum, tam in Veteri quam in Novo Testamento, i.e. Abraham, & Petri, & cæterorum profectu & incremento meritorum mutata sunt nomina: ita & Paulus in gratia proficiens nomen sibi ipse mutavit.* ita Hieron. comm. in Rom. I. 1. oriundus ex tribu Benjamin, & ejus oppido Giscali, quo à Romanis capto, Tarsum cum Parentibus migravit: *De tribu Benjamin & oppido Judææ Giscalis fuit, quo à Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciæ commigravit, à quibus ob studia legis missus Hierosolymam, à Gamaliele viro doctissimo, cujus Lucas meminit, eruditus est.* ita Hieron. in Catal. tit. Paulus. Olim persecutor Christianorum famosus, deinde vero Doctor & patronus insignis.

§. 48.

Digitized by Google

Rome. The Temple of Vesta at Tivoli, and the Temple of Fortune at Præneste, are both circular, and both have a peristyle of Corinthian columns. The Temple of Vesta at Rome is also circular, and has a peristyle of Corinthian columns. The Temple of Jupiter Stator at Rome is hexastyle, and has a peristyle of Corinthian columns. The Temple of Jupiter Tonans at Rome is octastyle, and has a peristyle of Corinthian columns. The Temple of Jupiter Capitolinus at Rome is octastyle, and has a peristyle of Corinthian columns. The Temple of Jupiter Optimus Maxim

tur magnus illeveritatis propugnator & doctor. orat. 2. de Theol. f. 50. Hieronymo auctore *corpus ejus templum ſpiritus ſancti.* q. 8. ad Algaſ.

§. 49. Hieronymo ab officio plenius deſcribitur, dictus *vas electionis, tuba Evangelij, rugitus leonis noſtri, tonitruus gentium, flumen eloquentiæ Chriſtianæ, qui myſterium retro generationibus ignoratum & profundum divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei magis miratur quam loquitur.* f. 75. D. Sicut f. 73. A. *vas electionis, qui doctrinam Evangelicam ſua prædicatione complevit.* Ab Athanaſ. de comm. eſſent. Patr. f. 214. *νομοθέτης τῆς ἀληθείας, ὁ συνήγορος τῆς ἀληθείας legislator veritatis & patronus pietatis.* A Didymo Alex. lib. III. de Spir. Sanct. *Novi Teſtamenti prædicator, doctrina breviter comprehenſæ tum præco, tum aſſertor, idemq; piſcatorum diſcipulus ac magiſter.* à Gregor. Naz. orat. 1. Eunom. Ab Hilar. lib. VIII. Trin. *Evangelij prædicator.* f. 111. & *ſcriba,* juxta Nyſſenum f. 44. t. 1. Scribebat autem ſua ipſe manu; obſervante Ambroſ. lib. VII. ep. 45. f. m. 167. B. *Apoſtolus Paulus ſua ſcribebat manu, ſicut ipſe ait* (2. Theſſ 3. 17. Philem.) *mea manu ſcripſi vobis.* Et *φυτουργὸς plantator.* Chryſoſt. hom. 32. t. 5. ad pop.

§. 50. Eruditus ſapientia cum humana, tum divina; Humana; *aliquoties diximus, Apoſtolum Paulum virum fuiſſe doctiſſimum, & eruditum ad pedes Gamalielis, qui in Apoſtolorum actibus concinnatur.* ſcribit Hieron. ad Hedib. t. IV. q. 11. f. 68. B. Confer q. X. Algaſ. f. 76. C. divina; Nam paulo poſt refert, quod *habuerit ſcientiam ſanctarum ſcripturarum, & ſermonis diverſarumq; linguarum gratiam.* Et Gregor. Nyſſ. orat. de occurſ. dom. t. 3. f. 444. C. appellat *τὸν τῇ φρονήσει τῶν ὑψηλῶν μετέωρον, ſublimem ſapientia divina*: Interrogat Hieronymus: *cur dicitur Paulus Apoſtolus vas electionis?* Bz. *nempe quia legis & ſanctarum ſcripturarum armarium eſt,* ad Paulin. t. IV. f. 2. C. Unde mirum non eſt, ſi Athanaſius, vel quiſquis auctor eſt, dial. de duab. nat. in Chriſt. f. 330. t. 2. eum laudavit *πάνσοφον omniſapientem*: Gregorius Nyſſenus: *πολλὸν καὶ ὑψηλὸν τὸν διάνοιαν multum & excelſum mente*: nec mente ſolum, ſed & lingua; nam & *vocem excelſam* ei tribuit, qua fuit penetrantiſſimus; unde *potens jaculator* appellatur ab Epip. hæreſ. LXIII. f. m. 264. alludens ad artem Benjamitarum jaculatoriam. Sagittæ

cum

Digitized by Google

eum comparat Hieronymus, *Paulus*, inquiens, *sagittæ fuit Domini, qui postquam ab Hierosolymis usq; ad Illyricum missus arcu Domini, huc illucq; volitavit, ad Hispanias ire festinat, ut velox sagitta sub pedibus Domini sit, orientem occidentemq; prosternat.* ad Principia t. IV. opp. f. 48. A. Chrysostomus tubæ homil. 1. ad pop. Antioch.

§. 51. Omnia in usum Ecclesiæ; Fuit enim *magnum Ecclesiæ organum*, laudante Nysseno, orat. in Stephan. t. 3. f. 358. A. Merito magnum; quia & *gentium Doctor erat, & Magister Ecclesiæ*, juxta Hieron. adv. Jovin. t. 3. f. 9. imò ὁ τῆς οἰκουμένης παιδευτής: *orbis doctor*, juxta Athan. de assumpt. Christ. t. 2. f. 5. D. & διδάσκαλος *præceptor*, Chrysostom. homil. XXXIII. t. 5. quem alibi describit: ὅτι τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐγκεχείρισται μόνῳ, *quod totius orbis cura ei commissa fuerit*: homil. XLVII. ubi eandem vocat τὴν γλῶτταν τῆς οἰκουμένης, καὶ τὸ φῶς τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τὸν θεμέλιον τῆς πίστεως, καὶ τὸν στῦλον, καὶ τὸ ἐδραίωμα τῆς ἀληθείας: *linguam orbis, & lumen Ecclesiarum, & fundamentum fidei, & columnam & firmamentum veritatis.* Idem eundem *totius orbis terrarum oratorem sapientissimum* vocat. orat. in XII Apost. Necæquant solum Apostolis reliquis, sed eundem etiam præferunt, vocantes τῶν ἀποστόλων μείζονα *Apostolis majorem*, uti Chrysost. homil. 33. Et prophetis etiam, eo quod acceperit à Deo πολυπλασίονα χάριν *ampliorem multo gratiam* quam ipsi, juxta Cyril. Catech. XIV. f. 154. πρῶτον πάντων *primum omnium*; Euseb. lib. 1. de præp. Evang. f. 7. Quid enim παύλῳ ἴσον *æquale Paulo?* quærit auctor homiliæ, inter Chrysost. t. 5. centesimæ sexagesimæ septimæ. Quod plus est, quam cum inter *Christiani exercitus duces* refertur à Paula & Eustochio ad Marcel. t. 1. Hieron. f. 57. C. licet *fortissimos* ab Hieron. adv. Jovi. t. 3. f. 9. Confer Chrysost. lib IV. de sacerd. ubi ejus præcipue eloquentiam commendat. Ex quibus apparet, non minora esse Pauli, quam Petri, elogia & privilegia apud scriptores hujus ætatis.

§. 52. *Petrus.* Ex piscatore evasit discipulus, & Apostolus Christi. *Scripsit duas epistolas, quæ Catholicæ nominantur, quarum secunda à plerisq; ejus esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Sed & Evangelium juxta Marcum, qui auditor ejus & interpres fuit, hujus dicitur.* ita Hieron. in Catal. tit. Simon Petrus. D. f. 119. b. Serapioni Petrus.

Digitized by Google

pioni est *magnus & divinus Petrus: fortis; servus veritatis; minister veritatis.* adv. Manich. p.m. 11. Athanasio διάκονος τῆς ἀληθείας *minister veritatis.* de pas. & cruc. t.1. f.1013. C. *Dignus testis, cui de salvatore habeatur fides*: orat. IV. adv. Arian. f. 586. A. Cyrillo Hierol. πρωτοστάτης τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῆς ἐκκλησίας κορυφαῖος καὶ κήρυξ: *antistes Apostolorum, & Ecclesiæ præcipuus præco.* Catech. XI. f.93. C. Confer Catech. II. f.14. C. *Columna Ecclesiæ* Hilario lib. VI. de Trin. f.69. Confer f. 67. *Princeps Apostolorum* una cum fratre Andrea Hieron. comm. in Ps. LXVII. *Christiani exercitus Dux*, Paulæ & Eustochio ad Marcel. apud Hieron. t.1. f.57. C. *Summus discipulus Dei*, judicio Prudentii, præfat. in lib.2. adv. Symmachum. Confer Basil. de judic. Dei t.2. f.268. Chrysostom. homil. XXXII. in parab. de X. talent.

Iacobus. §. 53. *Iacobus.* Duo fuerunt Jacobi Apostoli, major & minor; De majore nobis h.l. sermo non est; sed de Minore: qui alias *frater Domini* & *justus* appellabatur. Quæritur de hoc, An epistolam inter Catholicas exstantem scripserit? Ait Hieron. in Catal. tit. Jacobus, dicens: *Unam tantum scripsit epistolam, quæ de septem Catholicis est, quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine ejus edita asseritur. Licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem.* Athanasius Jacobo quidem Epistolam illam assignat, sed Apostolum fuisse auctorem, in Synopsi non dicit: t.2. f.136. A. Jacobus Apostolus illustre elogium habet apud Epiphanium hæres. LXXVIII: ὃς καὶ πρῶτος ἔτος εἴληφε τὸν καθέδραν τῆς ἐπισκοπῆς, ὃν πεπίστευκε Κύριος τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς πρώτῳ, ὃς καὶ ἐκαλεῖτο ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου: *primus hic Episcopalem Cathedram cepit, cum ei ante cæteros omnes suum in terris thronum Dominus tradidisset, qui quidem Domini frater est vulgo nominatus.*

Iudas. §. 54. *Iudas.* De hoc juvat audire Hieron. in Catal. f. 121. t.opp. *Iudas frater Iacobi, parvam quidem, quæ de septem Catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, à pleriq; rejicitur; tamen auctoritatem vetustate jam & usu meruit, & inter sanctas scripturas computatur.*

Amanuenses. §. 55. Apostoli suos habuerunt Amanuenses, quorum opera utebantur in scriptis suis concipiendis, & perferendis. Joannes Gajo usus est amanuensi, juxta Athan. Synopsi f.155. An & verendis?

igitized by Google

dis? ait Hieron. q. XI. ad Hedib. t. IV. f. m. 68. B. *divinorum ſenſuum majeſtatem digno non poterat (Paulus) Græci eloquij explicare ſermone; Habebat ergo Titum interpretem, ſicut & B. Petrus Marcum. Cujus Evangelium, Petro narrante, & illo ſcribente, compoſitum eſt. Denique & duæ epiſtolæ, quæ feruntur Petri, ſtilo interſe & charactere diſcrepant, ſtructuráq; verborum. Ex quo intelligimus, pro neceſſitate rerum, diverſis eum uſum interpretibus.* infert: *Ergo propterea valefaciens Trojanis, ſive Troadenſibus, profectus eſt Macedoniam, ut inveniret ibi Titum, & haberet interpretationis Evangelijq; ſolatium.* Sic ille de Paulo, & Petro. Similia habet R. ad quæſt. X. Algaſiæ. f. 76. C. Sed quam bene, aliorum eſto judicium; Ego certè Paulum (donolinguarum 1. Cor. XIV. 18. egregie inſtructum) non dixerim, *non potuiſſe digno Græci eloquij ſermone* ſenſa animi explicare, *& in alienas aures puro non potuiſſe transferre ſermone*; vide Lorin. ad Actor. XIV. 11. f. 610. B. C.

§. 56. An præter receptos vulgo ſcriptores vel auctores librorum Biblicorum, præſertim V. T. ſint alii adhuc, ijque divinitus inſpirati? Affirmat Athanaſius Synopſ. t. 2. f. 86. dicens, præter Davidem etiam *Aſaphum, Idithum, Filios Core, Aggæum, Zachariam, & Æman Eſrahitam*, Pſalmos compoſuiſſe; quorum, ut & aliorum, Pſalmos Esdras uno ſit complexus volumine, quod à potiore auctore, Davide, nomen acceperit. Cum eo ſentit Hier. epiſt. ad Sophron. t. 4 f. 34. A. *Pſalmos*, ajens, *omnes eorum teſtamur auctorum, qui ponuntur in titulis, David ſcilicet, Aſaph, & Idithun, filiorum Core, Eman Eſrahitæ, Moyſi, & Salomonis, & reliquorum, quos Esdras primo volumine comprehendit.* Idem Athanaſ. f. 157. aliorum mentionem facit, qui libros ſcripſerint, ſed deperditos: *Qui Nathan, Addo, Achiæ Silonitæ, Semei, & Iehu in libro Regum, libri eſſe ſcribuntur, non habentur.* C. Forte putat libros non canonicos; Nam quos canonicos ſcripſerant, illi hodie adhuc ſuperſunt in libris Regum & paralipomenon; Sic enim ipſe f. 84: B. *Davidis hiſtorias ſcripſerunt Samuel, Nathan, & Gad Prophetæ; Salomonis Nathan & Achia prophetæ; Ieroboam Sabæas & Addo Prophetæ; Abiæ, Addo Propheta; Aſæ facta habentur in libro ſermonum de regibus Iuda. Ioſaphat, Iehu Prophetæ, filius Anane, qui librum ſermonum de regibus Iudæ ſcripſit.* An Eldras poſt captivitatem Babylonicam de integro reſtituerit libros Biblicos? itidem quæritur. Narrari id, refert Athanaſius in Synopſ. t 2. f. 86. A. B. In

Alij.

affirmativam concedit Basilius epist. ad Chilon. scribens: *Hic campus, in quo secessu facto Esdras omnes divinos libros ex mandato Dei eruct avit.* Etiam Hieronymus adversus Helvidium agens Esdram nominat Pentateuchi restauratorem; Sic illi post veteres nonnullos Irenæ. lib. III. c. 25. Tertul. de habit mulier. c. 3. Clem. Alex. lib. 1. Strom. Sed meritò improbantibus Bellarm. lib. II. de V.D. c. 1. Et Baronio, an. 180. 11. etsi sententiam *amplissimorum virorum atq; aliorum recentiorum*, quæ apud *complures invaluit*: quorum aliquos, nempe Sixtum Senensem, Bonfrerium, Woverium, Possevinum, Salmeronem, citat Dn D. Dorsch. Theol. Zacch. part. II. disp. 1. §. 37 p. m. 55. Confer disp. II. Pentat. §. 15. Schikk. Mispat Hammel. p. 39. Geth. Exeg p. 130.

Materia.

§. 57. Hactenus de Auctore & ministris scripturatum sacratum disputatum est. Pergimus ad *materiam*, quæ in illis continetur. *Distinguendum* autem ante omnia est inter libros *Canonicos & Apocryphos*, ut sciamus, quid distent æra lupinis. Hæretici libenter hæc invicem confundunt, *ut ex simplicioribus nonnulli, puritate sua & sinceritate confisi, à subdolis hominibus in fraudem & errorem inducantur: ijdemq; alijs in posterum, quæ Apocryphæ dicuntur, nominis similitudine decepti pro veris uti aggrediantur.* conquerente Athanasio epist. XXXIX. Ἑορτ. t. 2. f. 38. C. Quibus & Hieronymus succenset, quod *deliramenta apocryphorum libris authenticis præferant*: apol. adv. Ruffin. Quare non singuli solum Patres, sed etiam integra concilia, de distinctione ista fuerunt soliciti, *Laodicenum* puto, & *Carthaginense III.* An & *Romanum* sub Damaso? Sic aliquis putaverit ex fide vetustissimi Codicis Collectionis Dionysianæ, qui decretum, vulgo Gelasij & Concilij sub eo Romani hactenus habitum, de libris canonicis & apocryphis Damaso adscribit; Baronius etiam an. LXIX. ex concilio Romano sub Damaso habito, quod continet Crescioniana collectio, citat istius decreti aliquam partem. Baluzius quidam conciliare sententias discrepantes allaborat, dicens: Damasum primum de hujusmodi libris publice statuisse: deinde vero Gelasium Damasi Decretum renovasse, illudque auxisse eorum auctorum nominibus, qui post Damasum vixere, & idem quoque de Hormisda dici posse. Sed recte censet Joannes Pearson Presbyter Anglicanus in vindiciis epp. Ignatii,

c. 4.

c. 4. p. 45. *Tale quippiam neq; de Damaso, neq; de Gelasio, neq; de Hormisda vetus Ecclesiæ historia docet.* An & *Nicænum* concilium de distinctione illa egerit? itidem quæritur; ajunt illi, qui plures, quam XX, illius canones referunt; tanquam inter eos etiam de libris canonicis & Apocryphis canon extitisset; Et confirmatum eunt ex verbis Hieronymi præfat. in Judith. cum scribit: *Hunc librum Synodus Nicæna in numero sanctarum scripturarum legitur computasse.* Sed N. C. legitur computasse. E. computavit: Si enim computasset concilium Oecumenicum, Ecclesia computum illum recepisset, & librum Judith inter libros canonicos recepisset; at ipse Hieronymus negat, eam istius libri fuisse auctoritatem, de quo post; quare non computavit; Neque etiam de reliquis libris canonem texuit, de quo quidem ex historiis constet.

§. 58. Dicuntur autem libri canonici ἀληθῆς βίβλοι *veri libri*, ἀληθῆ βιβλία, θεόπνευστοι γραφαὶ *divinitus inspirata scriptura*; τὰ κανονιζόμενα, καὶ παραδοθέντα, πιστευθέντα τε θεῖα βιβλία, *in canonem recepti, & traditi, & pro divinis crediti libri*: πηγαὶ τῆς σωτηρίου *salutis fontes, è quibus oracula qui sitit haurire, & his solis veræ pietatis doctrinam annunciare, eisq; quicquam nec addere nec demere decet.* ab Athanas. epist. 39. t. 2. f. 39. D. Hieronymus appellat *libros authenticos* apol. adv. Ruff. Comm. in Tit. c. III. sub fin. *canonicas scripturas.* præfat. in lib. Salom. & describit, quod sint libri, *qui sunt in canone*, in prol. Galeat. quos *Ecclesia legit ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam.* præf. in lib. Salom. In quem sensum & Ruffinus describit; *ad auctoritatem ex his fidei confirmandam: Ex quibus fidei assertiones constant: unde velut ex fontibus verbi Dei hauriendæ sunt pocula.* In expos. Symb. Gregorius Nazianz. in carmine vocat γνήσια βιβλία τῆς θεοπνεύστου γραφῆς *genuinos libros divinitus inspiratæ scripturæ*: qui spectant ad ἔγκειτον ἀριθμὸν *adjudicatum numerum*, oppositi ξένοισι βίβλοισι *peregrinis libris*, i.e. apocryphis. Libri Canonici.

§. 59. *Apocryphi*, his oppositi, *libri* dicuntur παρέγγραπτοι *juxta-scripti* à Gregorio Naz. in carmine: *peregrini, erronei*, ibid. Sunt in genere τὰ κανονιζόμενα, uti vocat Athanas. epist. 39. f. 39. Synop. f. 58. D. 59. A. *quos Ecclesia non legit ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam*: describente Hieronymo. Apocryphi.

Distinguendum vero porro est inter apocryphos Biblicos, & non-Biblicos: Biblicos voco, qui in codice Biblico continentur, e. g. Judith, Tobias, &c. non Biblicos, qui non continentur; e. g. Hermas; Vocantur alio nomine, *Ecclesiastici* ab Hieronymo & Ruffino, ab Ecclesia, in qua *legi solebant ad ædificationem plebis*: Sciendum autem, quod Ecclesiastici libri hi lecti videantur non in Ecclesia Orientali, sed Occidentali; Non in Orientali; Sic enim Cyrillus Catech. IV. f. m. 36. B. καὶ μοι μηδὲν τῶν ἀποκρύφων ἀναγίνωσκε: *neque mihi legas quicquam apocryphorum.* Sed in Occidentali, ut ex verbis Hieronymi patuit. Et confirmatur ex canone 47 Concilii III Carthaginensis. Nisi velis Catechumenis lectos esse, ut patet ex Athanas. Synops. f. 58. D. ἀναγινωσκόμενα μόνον τοῖς κατηχουμένοις: vel plane adulterinos non fuisse lectos. A quibus proinde distinguendi sunt alii libri apocryphi, qui ne quidem ad ædificationem plebis utiles sunt, ut sunt illa *deliramenta apocryphorum* apud Hieron. adversus Ruff. Gregorius Naz. ad Seleucum scribens, istos facit *intermedios, & doctrinæ veritatis vicinos ac finitimos*; Hos vero *spurios ac maximè periculosos, tanquam falso signata quædam & spuria nuncupata.* Confer dicenda inferius.

Iudicium.

§. 60. Quæritur: *penes quem sit judicare de libris canonicis & apocryphis?* R. penes Ecclesiam: *Discè*, ait Cyril. Hierolol. Catech. IV. f. 36. B. *quoq; studiosè ab Ecclesia, quinam sint Vet. Testamenti libri; qui vero novi?* Et hoc ministerialiter; authenticè vero penes illos ipsos; qui libros canonicos scripserunt, vel saltem divinitus inspirati fuerunt. Refert Euseb. lib. XII. de præpar. Evangel. c. 23. f. m. 597. B. „Non infimæ quondam apud Hebræos „multitudinis erat, aut de iis, qui tanquam divino spiritu afflati „producerentur, aut de divinis ipsis carminibus statuere: sed pauci „erant, divino spiritu, cujus propria illa describendi vis est, afflati „ipsi quoque, quibus etiam unis ea de re statuere, ipsosque adeo „Prophetarum libros consecrare; cæteros vero tanquam adulterinos ac spurios abjudicare liceret. μόνοις γὰρ αὐτοὶ θεοῦ πνεύματος διακεῖσθαι τῶν λεγομένων, οἷς καὶ μόνοις ἐξῆν τοῖς ἐγκεῖσθαι, καὶ δὴ ὁποῖα τὰς θεοφορήτους βίβλους, τὰς δὲ τῶν μὴ τοιούτων ἀποδοκιμάζειν. Ministerialiter ergo Ecclesia viris θεοπνεύστοις succedanea, & interdum in con-

conciliis repræſentativa, judicabat; *Statutum eſt ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus, nullos libros in Eccleſia Catholica legi debere ex V.T. niſi legem & prophetas.* ait Philaſtrius hær. LXXXVIII. Ruffinus libros canonicos numerat *ſecundum majorum traditionem*; Sicut erant *à patribus traditi*: In quibus patribus primum locum obtinent divinitus inſpirati viri; *Exploratam* (ſcripturam) *ideo certamq; habemus, quod à patribus noſtris, qui ab initio verbum ipſum ſuis oculis viderunt, eiq; miniſtrarunt, eam accepimus.* ait Athanaſius epiſt. ibſ. f. 38. D. Poſt eos reliqui. Neque ſubterfugiunt Evangelici etiam recentioris Eccleſiæ judicium. vid. Sächſ. Hauptverth. c. XXXIV. f. 340.

§. 61. Subdividuntur in libros canonicos V.T. & N.T. Hieronymus comm. ad Hoſe. II. 15. vocat *veteris inſtrumenti & novi ſcripturam.* Athanaſius in epiſt. 39. *libros duabus teſtamenti* veteris & novi. Idem de ſalut. adv. t. 1. f. 644. A. dividit *in legem, in Prophetas, Evangelia, & Apoſtolorum ſcripta.* Utrosque uno nomine *Hebræorum* vocat Euſebius lib. XII. c. ult. de præp. Evangel. f. 636. D. *Hebræorum* autem (ut ſe ipſe mox explicat) *librorum nomine non ſola Moſis oracula intelligit, ſed aliorum etiam, qui poſt eum ſcripſere, hominum Deo chariſſimorum*, ut erant *Prophetæ & Apoſtoli.* Recenſentur ordine in Concil. Laodiceni can. 59. Carthag. III. can. 47. ab Athanaſio epiſt. 39. f. 39. Cyrillo Catech. IV. f. 37. Gregorio Nazianz. in carmine de canonicis ſcript. Amphilochio in epiſt. ad Seleucum; Epiphanio Hæreſ. II; & de menſ. & ponder. &c. Hieronymo in prologo Galeato: Ruffino in expoſ. Symb. Subdiviſio.

§. 62. Primum locum occupat παλαιὰ γραφὴ *antiqua ſcriptura*, uti vocat Baſil. homil. XVII. de Baptiſ *vetus inſtrumentum*, uti vertit Hieronymus in Didymi lib. III. de Spir. Sanct. Inter Chriſtianos canonicam obtinet auctoritatem: *Si vetus teſtamentum rejicimus, non amplius ſumus Catholicæ Eccleſiæ.* ita Epiph. hæreſ. LXX. f. 395. complectitur libros XXII juxta numerum Alphabeti Hebraici, quos enumerat inter alios Hilarius prologo in Pſalmos, f. m. 335. In viginti duos libros, *inquiens*, lex teſtamenti veteris deputatur, ut cum literarum numero conveniant. Qui ita ſecundum traditiones veterum deputantur, ut Moſi ſint libri quin- in Libros V.T.

„ quinque; Jesu Nave sextus, Judicum & Ruth septimus; primus
„ & secundus regnorum in octavum; tertius & quartus in nonum;
„ Paralipomenon duo, in decimum sint; Sermones dierum Esdræ,
„ in undecimum; Liber Psalmorum in duodecimum; Salomonis
„ Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, in tertium de-
„ cimum, & quartum decimum, & quintum decimum: Duodecim
„ autem Prophetæ in sextum decimum; Esaias deinde, & Hiere-
„ mias cum lamentatione, & epistola; sed & Daniel, & Ezechiel, &
„ Job, & Hester, viginti & duum librorum numerum consummet.

Quæritur: *Sitne hic canon adæquatus V. T. solius Iudaicæ, num vero etiam Christianæ Ecclesiæ?* Prius affirm. multi ex Pontificiis, nos posterius. Rationes nostræ sunt (1) quia Patres nuspiam distinguunt inter canonem Veteris Testamenti Judaicum & Christianum. (2) Potius Ecclesiæ Christianæ mentionem faciunt, tanquam ejus, cujus is ipse canon Judæorum sit: Philastrius enim *Apostolos & successores* nominat, qui *statuerint, nullos libros in Ecclesia Catholica legi debere ex Veteri Testamento, nisi legem & Prophetas.* Cyrillus Hieros. Catech. IV. f. 37. B. monet. *Hos* (Judæorum canonicos) *studiose meditare, quos in Ecclesia secure tuto q; recitamus.* Ecce *solos* hos (V. T.) libros vocat canonicos, & quidem in *Ecclesia* Christiana, utpote cujus erant *Apostoli*, de quibus in seqq. loquitur. Hieronymus præf. in libb. Regg. t. IV. f. 7. B. *Quomodo viginti duo elementa sunt, per quæ scribimus Hebraice omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur; ita viginti duo volumina supputantur, quibus quasi literis & exordiis in Dei doctrina tenera adhuc & lactens viri justi eruditur infantia.* Hieronymus ait, *scribimus*, & *loquimur*; ipse vero erat Christianus, quare & Christianorum ille canon est. Et lit. C. comparat eos viginti quatuor senioribus, quos Apocalypsis Johannis inducit, *adorantes agnum, & corollas suas prostratis vultibus offerentes, stantibus coram quatuor animalibus, oculatis ante & retro, i. e. in præteritum & futurum respicientibus.* Hieronymus, *Iudith*, ait, *& Tobiæ, & Maccabæorum libros legit quidem* ECCLESIA, *sed inter canonicas scripturas non recepit*: En, *Ecclesia*, ait, non Synagoga. Prolog. in lib. Salom. In prologo Galeato dicit: *sapientia, quæ vulgo Salomon inscribitur, & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & pastor, non sunt in canone.* Ecce, jungit etiam Hermam, qui liber est

non

non veteris instrumenti, sed novi; planum ergo est, Hieronymum loqui de Canone non Hebræorum, sed Christianorum, agnoscente consequentiam ipsomet Bellarmino lib. 1. de V.D. c. 10. & consequens Cano, dicente: *Hieronymum apertè secutum fuisse Hebræos*: Lib. II. Loc. c. 11. Confer Sixt. Senens. lib. VIII. hæres. IX. & Rainold. de lib. Apocr. t. 1. prælect. 38. Ruffinus perhibet: *Hæc sunt, quæ* PATRES *intra canonem concluserunt*: & in præmissis: *quæ secundum* MAJORUM TRADITIONEM *per ipsum Spiritum Sanctum inspirata creduntur, &* ECCLESIIS CHRISTI *tradita.* Quid clarius dici potuisset? Quæ excipit Canus, diluit Rainoldus. l. c. p. 358.

§ 63. *Dividuntur* libri Veteris Testam. ab Epiph. hæres. LXXVI. f. 454: Et de mens. & ponder. f. 613. in IV quinarios, quorum (1) est Pentateuchus: (2) Josua, Judices & Ruth, libri Samuelis, Regum, & Paralipomenon. (3) Jobus, Psalterium, Proverbia, Ecclesiastes, & Cantica; (4) XII Prophetæ, Jesaias, Jeremias, Ezechiel, & Daniel. Hebræi apud Hieron. præfat. in libb. Regg. dividunt in Pentateuchum, Prophetas, & Hagiographa. *Pentateuchus* igitur est *primus scripturarum liber*, juxta Cyril. Catech. XII. Ab auctore dicitur *Moses* Luc. XVI. 29. explicante Didymo Alex. lib. III. de Spir. Sanct. *Thora*, notante Hieronym. præfat. in libb. Regg. t. IV. f. 7. *Lex* ab Hilar. lib. V. de Trinit. Ἀρχαιολογίας ἱστόρια *antiquitatis historia* ab Euseb. lib. 1. dem. Evangel. c. 5. *antiquiora* (Prophetis) *venerandarum lectionum secreta*, à Julio Firmico de profan. error. c. 21. Divinitus inspiratus est, id quod asserit Epiphanius adversus Nazarenorum Sectam, quæ quinque libros Moſis non assumebat, sed confitebatur quidem « Mosen, & quod legem accepisset, credebat; non autem hanc, sed « aliam, inquiebat. Et paulo post: *dicebant, fictos esse hos libros, &* « *nihil horum à patribus factum esse.* Hæres. XVIII. Moses scripsit, de quo supra. Genesis alia phrasi dicitur ὁ τῆς κοσμολογίας λόγος, *sermo* seu *liber de mundi origine*, à Gregorio Nysseno orat. cat. c. 5. f. 52. t. 3. λόγος κοσμογονίας; c. 6. f. 55. A. Materiam, & argumentum singulorum librorum exponunt Athanas. ad Marcel. t. 1. f. 960. C. Et in Synopsi: Eusebius lib. v 11. de præp. Evang. c. 7. prolixè, & f. 313. A. synopticè contenta exponit. Confer lib. 1. dem. Evang. c. 6.

qui dividuntur in Pentateuchum,

c.6. lib.V. f. 217. Greg. Nyſſen. t. 1. de vit Moſis. f. 180. B. *Quo charactere ſcriptus ſit Pentateuchus?* quæritur. Hieronymus putat. Samaritano; & qui hodie exſtat, Chaldæum eſſe. præfat. in libb. Regg. t. IV. vide Morin. de Pentateuch. Samar. p. 92. ſeqq: Etiam Pſalmos quosdam ceciniſſe Moſen, idem Hieronymus auctor eſt, „ dicens; Sive viri, ſive hominis appellatio, ſancto viro competit „ & ei, qui vidit Deum faciem ad faciem, & ſalva facta eſt anima „ ejus: cujus ore, creaturam mundi, eorum duntaxat, quæ viſibilia „ ſunt, conditionem hominis, & omnis retro hiſtoriæ didicimus ve- „ ritatem, qui non ſolum nobis quinque reliquit libros, Geneſin, „ Exodum, Leviticum, Numeros, & Deuteronomium; ſed undecim „ quoque Pſalmos, ab octogeſimo nono, cujus principium eſt; Do- „ mine refugium factus es nobis, uſque ad nonageſimum nonum, „ qui inſcribitur: Pſalmus in confeſſione. in Pſ. 89. t. IV. f. 43. Confer Hilar. prolog. in Pſalm. f. 332. Oden in Pentateucho obſervat Athan. ad Marcel. t. 1. f. 964. de qua, & altera Ambroſ. præf. in Pſalm. f. 341. Confer Euſeb. lib. XI. de præp. Evang. c. 5.

§. 64. *Hiſtorici* ſequuntur libri. Ex quibus *acta regum ſanctorumq; cognoveris*, ait Athanaſ. ad Marcel. f. 965. Explicatius loquitur Cyrillus Hieroſol. Catech. IV. f. 37. Hiſtorias præcipuas V. T. & N. T. carminibus complexus eſt Prudentius, p. m. 321. Primus eſt πέντευχος, uti vocat Athanaſ. ad Marcel. t. 1. f. 960. C. continens in ſeſe Joſuam, Judices, & libros Samuelis. Epiphanio hinc incipit ſecundus quinarius, complectens Joſuam, Judices & Ruth, libros Samuelis, Regum, & Paralipomenon. *Joſuæ* liber ſic dicitur, ex ſententia Athanaſij, non ab auctore, ſed à materia, quod res à Joſua geſtas in ſeſe contineat. Synopſ. f. 71. D. Subjungit evestigio argumentum & ſummam libri. Confer Hieron. ad Paulinum; ejusdemque præfationem Joſuæ præmiſſam. Joſuam excipiunt *Judices*. Sic dicti à materia contenta; *unum canticum*, (ait Ambroſ. præf. in Pſalm. f. 341. D.) *legimus in libro Judicum, reliqua hiſtoriæ more decurſa, quibus expreſſa ſunt geſta majorum.* ad quos refertur liber *Ruth*; etiam liber *Eſther*, juxta Athanaſ. in Synopſ. f. 59. B. Cujus ſummam, & ſcopum exponit Hieron. ad Paulin. t. IV. f. 3. D. & præfatione exornat. *Libri Samuelis*, vel accenſentur libris Regum, diſtribuunturque in librum primum & ſecundum; vel ſeor-

Triteuchū. i.e. *Ioſuam.*

Judices & Ruth. & Eſther.

Libros Samuelis.

ſim

ſim ponuntur. *Libri Regum*, Malachim dicti, rectius quam Malachot, judicio Hieron. præfat. in libb. Regg. t.IV.f.7. Argumenta eorum & epitomen geſtorum legas apud Athanaſ. in Synopſ.t. 2.f.74.79. Vaticinia de Chriſto in illis contenta exhibet Euſebius lib.VI.dem.Evang. confer Hieron. in epiſt. ad Paulin.f.3. **Regum.**

Paralipomena ſic dicuntur à παραλείπω derelinquendo, ἐπειδὴ παραλειφθέντα *propterea quod multa in libris Regum præterita in ipſis continentur*, explicante Athanaſio in Synopſ. t. 2. f 84. A. Synonyma voce Chronicon dici poſſunt, judicio Hieronymi: *Significantius Chronicon totius divinæ hiſtoriæ poſſumus appellare*; ait ille præfat. ad libb. Regg.f.7. Unus apud Hebræos liber eſt: *Paralipomenon, prior & poſterior, pro uno libro computantur*: ait Athanaſ. Synopſ. f. 56. Unde & *liber* appellatur ab Hieronymo ad Paulin. f.3. D. dicente: *Paralipomenon liber, i.e. inſtrumenti veteris ὅπλοθήκη, tantus ac talis eſt, ut abſq; illo ſi quis ſcientiam ſcripturarum ſibi voluerit arrogare, ſeipſum derideat. Per ſingula quippe nomina, junctura sq; verborum, & prætermiſſæ in Regum libris tanguntur hiſtoriæ, & innumerabiles Evangelij explicantur* quæſtiones. Diviſus autem eſt propter ſui prolixitatem: *Hoc primum ſciendum, quod apud Hebræos liber paralipomenon unus ſit, & apud illos vocatus Dibre hajomim, i.e. verba dierum, qui propter multitudinem apud nos diviſus eſt.* ſcribit idem ad Domnionem & Rogatianum t.IV f.8.D *Deinde*, pergit, *etiam illud attendendum, quod frequenter nomina non vocabula hominum ſed rerum ſignificantias ſonant. Ad extremum, quod omnis eruditio ſcripturarum in hoc contineatur, & hiſtoriæ, quæ vel prætermiſſæ ſunt in ſuis locis, vel perſtrictæ leviter, hic per quædam verborum compendia explicentur.* l.c. **Paralip.**

§. 65. *Eſdras & Nehemias* ab Hebræis uno volumine comprehenduntur: *Apud Hebræos Eſdræ Nehemiæq; ſermones in unum volumen coartantur*; ſcribit Hieronymus ad Domn. & Rogat. t. IV. f.9. poſt Cyril.Catech.IV.f.37.Conf.Hier.ad Paulin. f.3. *Apud Græcos & Latinos in duos libros diviſus eſt*, idem Hieronymus præfat. ad libb. Regg. f. 7. C. refert. Athanaſius diſtinguit inter Eſdram πρῶτον καὶ δεύτερον; *priorem & poſteriorem*; Quorum prior incipiat cum his verbis. *& obtulit Ioſia* &c. unde liber III. hodie orditur: poſterior ab his: *Et in primo anno Cyri*; quod initium eſt primi libri in vulgatis codicibus, Synopſ. f.56.57. Male vero hæcille, judicio **Eſdræ & Nehemiæ.**

Dallæi de Patr. l. 2. c. 3. Contenta expressit Athanas. epist. ad Marcel. t. 1. f. 960. C. Prolixius in Synopsi, t. 2. f. 85. Hieronymus ait: *aliud in cortice præferunt, aliud retinent in medulla.* ad Paulin. Epiphanius Esdræ & Nehemiæ connumerat librum Esther, lib. de mens. & pond. f. 613.

Iobi. §. 66. In tertio quinario primum locum occupat *Iobi* liber. Quem Eusebius lib. xi. de præp. Evang. c. 26. vocat τὸν (παρ' ἑβραίοις) γεγονὸν *Hebræorum scripturam.* Inscriptio sumpta est à materia contenta: *Iob inscriptus est hic liber*, ait Athanasius; quare? *R. quoniam historiam illius complectitur, quid perpessus sit, tentatus à diabolo*, &c Synops. f. 102. D. Materia contenta non est ad modum materiæ Mosaicæ; *nunquid præcepta Mosaica* (continentur)? *minime; num diei sabbati, aut alterius cujuspiã Iudaicirituũ observatio? unde illi hoc, qui & ætate ipsum Mosen antecedit, & ante leges ab illo positas est natus?* Sic Euseb. lib. 1. dem. Evangel. c. 6. f. 14. C. & lit. D. *contemplare hujusce vitam, quæ de legibus à Mose positis nihil inducit; ab Evangelica autem Salvatoris nostri doctrina non abhorret.* An omnia sint à Deo inspirata? disputatur inter orthodoxum & Macedonianum dial. III. de Trinit. t. 2. Athan. f. 227. C. ubi hic excipit: *Iobus hoc non dixit, sed Eliud, quem Deus reprehendit.* Athanasius materiam dividit in novem dialogos cum Amicis habitos, addito uno, quem cum Deo habuit. Stylus *cum Arabica lingua plurimam habet societatem*: judice Hieronym. præf. in Danielem. Forma scribendi poetica potissimum est; συγχρὸν vocat Cyrillus Hieros. Catech. IV. f. 37. qualis est in Psalmis, Proverbiis, Ecclesiaste, & Cantico. Idem censet Hieronymus, & clarius explicat, præfat. in Job. t. IV. „ f. 10 B. à principio voluminis, *inquiens*, usque ad verba Job apud „ Hebræos, prosa oratio est. Porro à verbis Job, quibus ait: Pereat dies, in quo natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est „ homo, usque ad eum locum, ubi ante finem voluminis scriptum „ est: idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & „ cinere &c. hexametri versus sunt, Dactylo Spondæoq; currentes, „ & propter linguæ idioma crebro recipientes & alios pedes, non „ earum syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoq; „ rythmus ipse dulcis & tinnulus fertur, numeris pedum solutis. „ Quod metrici magis, quam simplex Lector intelligunt, & supradicto

dicto autem verſu uſque ad finem libri, parvum comma, quod remanet, proſa oratione contexitur. Probat ſuam ſententiam auctoritate Judæorum & Chriſtianorum, dicens: *Si cui videtur incredulum, metra ſcilicet eſſe apud Hebræos, & in morem noſtri Flacci, Græci, Pindari, & Alcæi, & Sapphus, non Pſalterium, vel Lamentationes Hieremiæ, vel omnia ferme, ſcripturarum cantica comprehendi: legat Philonẽ, Ioſephum, Origenem, Cæſarienſem Euſebium, & eorum teſtimonio me verum dicere comprobabit.* Hinc factum eſt, ut difficilior intellectu evaſerit: Obliquus enim apud Hebræos totus liber fertur, & lubricus, & quod Græci rhetores vocant ſchematiſmenos, dum qui aliud loquitur, aliud agit, ut ſi velis anguillam, vel murenulam ſtrictis tenere manibus, quanto fortius preſſeris tanto citius elabitur: Memini me ob intelligentiam hujus voluminis Lyddeum quendam Præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non parvis redemiſſe nummis, cujus doctrina an aliquid profecerim, neſcio. Hoc unum ſcio, non potuiſſe me interpretari, niſi quod ante intellexeram.

§. 67. *Pſalterium.* Significat vulgò inſtrumentum Muſicum, juxta Hilar. prolog. in Pſalm. f. 334. Baſil. in Pſalm. 1. f. 127. & in Pſ. 29. Confer notas Ducæi; Hieron. præf. in Pſalter. t. VIII. opp. f. 2. Deinde vero textum, ad inſtrumentum illud decantari ſolitum. Diſputat Hilarius; An titulus faciendus ſit: *Pſalmi David?* num verò: *liber Pſalmorum?* Et ait, faciendum eſſe hunc: liber Pſalmorum; ratione reddita, *quod plures eorundem Pſalmorum ſcriptores ſint*: adeoque non ſolus David. prolog. in Pſalm. Eodem tendit Athanaſius, cum titulum facit: *βίβλος ψαλμῶν liber Pſalmorum*, in epiſt. ad Drac. t. 1. quales non ſolus David ſcripſit, ſed etiam alii: *quippe cum & Moſes odam ſcripſerit, & Eſaias canat, Abacuch carmine preces ſuas faciat.* epiſt. ad Marcel. t. 1. f. 964. A. B. Potiſſima tamen denominatio eſt à Davide: nempe *cithara Davidis*, quæ myſteria divina *θεόπνευστον divino afflatu cecinit*, de aſſumpt. Chriſt. f. 2. C. Hilario generali voce dicitur *lex*, lib. VII. de Trin. *θεῖαι ᾠδαί divinæ cantiones*, à Nyſſen. de anim. & reſur. t. 3. f. 247. C. Pſalterii vox.

Auctor primarius.

§. 68. *Auctor primarius* est Deus. Non enim cujusvis est ejusmodi Psalmos componere, sed unius Dei, vel divinitus inspirati hominis, juxta Euseb. lib. XII. de præp. Evang. c. 22. id quod Ecclesia Judaica prudenter cavit: *Iure cautum apud Hebræos fuit, ut ne alii divinis in doctrinis hymni cantusq; locum haberent, quam quos Dominus ipse spiritus divinorum ac propheticorum hominum ore fudisset, eosq; præterea modulorum genere, quod & cum ipsis cohæreret, & solenni apud eos receptoq; more caneretur.* f. 596. C. Ita divinitus inspiratus fuit David: utpote qui suos Psalmos μελῳδὸν θείῳ πνεύματι συνταξε *composuit à divino spiritu afflatus*; c. 21. vel, uti Hilarius loquitur, *Deus locutus est per os sancti Prophetæ David*: lib. XI. de Trin. f. 172. *Quid igitur psalmus, nisi virtutum est organum? quod Sancti Spiritus plectro pangens propheta venerabilis, cælestis sonitus fecit in terris dulcedinem resultare.* interrogat Ambrosius. præf. in Psalm. f. 341. I. *Per Psalmos prædicat Spiritus Sanctus*, ait Julius Firmicus Matern. c. 20. error. Est ergo ἡ θεία βίβλος *divinus liber*, judicio Athanas. in assumpt. Domin. t. 2. f. 2. & θεῖαι ᾠδαὶ *divinæ cantica*. Probatur ab illo ipso, *qui ante suum adventum ἐν ἤχοις insonuit*, uti vocat ad Marcel. f. 968. C. nempe à Christo, & materia in Psalmis contenta: *quanquam omnia à divino spiritu per David dicta esse, ipsa Domini professione nossemus; tamen etiam id ipsum prophetiæ hujus species docet, supernæ & cœlestis in eo doctrinam scientiæ extitisse.* ita Hilar. prolog. in Psalm. f. 334. D.

secundarius

§. 69. *Secundarius auctor* qui fuerit? quæritur. Basilius distinguit inter σύνταξιν τῆς ποιήματείας *compositionem materiæ*; & μελῳδίαν *melodiam*; istam Davidi adscribit; hanc cantoribus, e. g. Idithun, qui fuit ἱεροψάλτης *sacrorum Psalmorum cantor*. comm. in Psalm. LXI. t. 1. f. 292. D. Psalmorum alii titulum habent, alii nullum; qui habent, vel Davidis habent, vel aliorum, e. g. Mosis, Salomonis, Assaph, Heman, Jedithun; Quæritur: An eorum Psalmi sint, quorum præscripta sunt nomina? Tacta est hæc materiæ supra §. 56. *Sunt plures eorundem psalmorum scriptores. Nam aliquibus David auctor præscribitur, in aliquibus Salomon, in aliquibus Assaph, in aliquibus Idithum, in aliquibus filiorum Choræ, in aliquo Moysi*, &c. Hilarius prolog. in Psalm. f. 332. Et Hieronym. ad Sophron. t. IV. f. 34. A. *Psalmos omnes eorum testamur auctorum, qui ponuntur*

in

in titulis, David ſcilicet, Aſſaph, & Idithun, filiorum Core, Emam Eſraitæ, Moyſi & Salomonis, & reliquorum, quos Eſdras primo volumine comprehendit. Qui vero nullum titulum habent, de iis veterum traditionem idem refert: *quod ex eo Pſalmo, cujus auctor in ſuperſcriptione præponitur, qui deinceps ſine auctorum ſuperſcriptione ſuccedunt, ejus eſſe exiſtimandi ſunt, qui anterioris pſalmi auctor inſcribitur, usq; in eum pſalmum, quo nomen alterius authoris præferatur.* Confer Athanaſ. Synopſ. t. 2. f. 87. B. ubi & de inſcriptionibus pſalmorum agit, & de collectore Eſdra, *reliquos*, dicens, *pſalmos, quos iſti quoq; Spiritu Sancto Moſi conſcripſerant, Eſdras Davidis pſalmis conjunxit, & ex omnibus ita coadunatis unum hunc pſalmorum librum conſtituit.* Idem tamen Amicis regis Ezechiæ ſelectum Pſalmorum alibi tribuit, nempe in Synopſ. f. 517. Quid de his ſententiis habendum ſit vid. D. Dorſch. diſp. XII. Pentad. §. 39.

§. 70. *Materia* in Pſalmis contenta eſt quoddam quaſi compendium reliquorum ſcripturæ librorum: quod ad oculum oſtendit Athanaſius ad Marcel. t. 1. f. 960. D. 964. C. Eminet autem *Chriſtus*, quoad ſuam perſonam, naturas, paſſionem, mortem, reſurrectionem, aſcenſionem in cœlos, reditum ad judicium, vocationem gentium &c. graphicè depictus; ut ibidem Athanaſius docet; Et cum ipſo Euſebius lib. V. dem. Evang. c. 2. 3. f. 217. & virtutes; *Quid enim porro non hinc poſſu edoceri? nonne fortitudinis magnificentiam? nonne exactam ſeveritatem juſtitiæ? nonne temperantiam vel ipſo aſpectu venerabilem? nonne abſolutam perfectionem prudentiæ? nonne pœnitentiæ formulam? nonne modum patientiæ? non denique ὅ, τι ἂν εἴποις τῶν ἀγαθῶν, quidquid dicere poſſis de genere bonorum?* quæſtio eſt Baſilij in Pſalm 1. f. 177. B. Confer: Hilar. prolog. in Pſalm. f. 333. Nyſſenus in Pſalm t. 1. f. 257. Athanaſius etiam illud peculiare notat, quod in Pſalmis habitus animorum accuratè ſit deſcriptus: *ut ſingulis inde, velut ab exemplari, deſumere atq; intelligere licitum ſit, atq; ita ſe formare, ut inibi ſcriptum eſt.* ad Marcel. t. 1. f. 965. A. **Materia.**

§. 71. Materia iſta peculiarem *formam* induit, unde dicitur Pſalmus, canticum, Pſalmus cantici; canticum Pſalmi; diapſalma; quæ quomodo inter ſeſe differant, exponunt Baſilius comm. in Pſalm. XXIX. f. 187. & Hilarius in Pſalm. f. 536. 337. & Ruffinus in aliquot Pſalmos. Porro, alij ſunt *enarratorij, quidam admonitorij,* **Forma.**

Digitized by Google

quidam vaticinatores, quidam in precando supplices, quidam in confessione versantur. juxta Athan. ad Marcel. t. 1. f. 969. A. Metricè psalmi conscripti sunt: unde juxta Hieron. ad Paulin. t. IV. f. 3. D. *David Simonides &c.* verba allegavimus supra § David. Cuius duas rationes reddit Athanasius: *prior est, quia decuit Scripturam sanctam non obiter modo, sed & latiori voce Deum celebrare: uno tenore sermonis decurrunt legis Prophetarumq; verbis, & quidquid in Bibliis historicum est una cum N. T. Fusius contra efferuntur Psalmorum, odarum, & canticorum scripta, atq; ita servatur, ut homines pro viribus, omniq; ope, Dominum adament; posterior vero, quod, ut harmonia tibias committens, unum concentum efficit, ita quoq; in anima variis motionibus cogitandi, cupiendi, nescendi, agitata, unde membris initium operandi desumitur, ratio postulat, hominem sibi consonum esse, neq; ipsum à sese dissidere, non ut optima quidem cogitet, pessima vero faciat.* Sic ille f. 980. A. Quo vero metri genere concepti sint, docet præf. in Job. Hieronymus. t. IV. f. 10. B. verba in præcedentibus descripsimus. Huic vero Hieronymi sententiæ, quam & alibi prodidit, quid tribuendum sit? pro & contra disputatur. *Nos, ut existimamus,* cum Dn. D. Dorscheo Pentated. disp. II. §. 3. p. 69. *cuivis patere, fieri non posse, ut aliqua certa mensura species in sacratissimo Psalmorum libro ostendatur; ita an in antiquitate aliquid tale ostendere potuerint, dubitamus.* De ordine Psalmorum disputat Nyssenus c. XI. in Psalmos, quod non sit historicus, & quare, sed dogmaticus, qui ad Christum & virtutes ducat.

Finis. §. 72. *Finis* Psalmorum, & ultimus quidem, est beatitudo: de qua Nyssen. com. in Psalm. c. & 11. Intermedii sunt compositio motuum animi inordinatorum; ordinatorum autem excitatio: *cur modulis & numeris concinnentur?* interrogat Athanas. t. 1. f. 979. D. & respondet κατ' ἄρσιν, deinde κατὰ θέσιν, dicens: *Quidam ex nostris simpliciores, tametsi crederent in verba spiritu Dei afflata, tamen persuadent sibi ob amœnitatem soni, & voluptatem aurium Psalmos modulari, quod nequaquam ita est. Non enim dulcedinem aut elegantiam affectavit sacra scriptura, sed utilitatem animæ hac verborum formula quæsivit.* His cohærent duæ rationes paulo ante allegatæ, quibus subjungit f. 981. A. *Qui igitur non ad istum modum legunt sacras odas, non prudenter psallunt, sed seipsos oblectant, habituri reprehensionem, quoniam non est speciosa laus in ore peccatoris. Qui autem secundum prædictam rationem concinunt,*

Digitized by Google

ut melodia verborum ex numeris vocum cum ſpiritus harmonia congruat, iſti pſallunt & lingua & mente, nec ſeipſos ſolum, verum etiam alios, qui audire volunt, magnifice adjuvant. Confer Baſil. comm. in Pſalm. I. f. 126. *Nimirũ Deus ſcripturæ ſuæ dogmatis miſtim inſperſit concinnam iſtam numerorum modulationem, ut auribus permulctis ac delinitis melico vocum concentu, clam ac velut aliud agentes ſineremus in animos noſtros irrepere eloquiorum utilitatem, idq; pro more ſapientis medici. Is enim pharmacum oblaturus auſteriuſculum quidem averſanti cibos, nec probe concoquenti, ſubinde oras calicis prælinit melle. In hoc ſane excogitati ſunt concinni iſti concentus pſalmorum, ut qui per ætatem pueri etiamdum ſunt, aut certe adoleſcentes ſunt moribus, dum in ſpeciem concinnunt ac modulantur re ipſa animas erudiunt ſuas.* repetit f. 127. B. Nyſſenum, qui utilitates Pſalmorum plures deprædicat, quando homil. die Aſcenſ. t. 3. f. m. 441. B. exclamat: *quam dulcis hominum comes Propheta David in omnibus vitæ itineribus! quam aptus ſpiritualibus cunctis ætatibus! quam omni proficientium ordini conditioniq; commodus invenitur! cum illis, qui apud Deum pueri infantesq; ſunt, colludit. Viris in certamine & pugna ſe ſocium præbet. Iuventutem erudit: ſenectutem confirmat: omnibus omnia fit; militum arma, magiſter pugilum, palæſtra certantium, corona victorum; in conviviis hilaritas, in funere lugentium conſolatio. Nulla deniq; pars humanæ vitæ illius munere & gratia vacat. Quænam eſt precationis facultas quam David non ſubminiſtret? quæ celebritas lætitiæ, quam non exornet Propheta?*

§. 73. *Numerus Pſalmorum.* Athanaſius quidem in ſynopſi f. 57. numerat Pſalmos 72: CLI. & f. 90. Sed cõmunior ſententia tantum CL. admittit. Atque hi 150. Pſalmi ab Hebræis iterum diſtribuuntur in quinque claſſes, quarum quælibet quatuor priorum terminetur in hæc verba: *Benedictus Dominus, fiat! fiat!* ita autem terminantur pſ. 40. 71. 88. 105. Poſtrema vero in hæc: *omnis ſpiritus laudet Dominum! Halleluja!* vid. Hilar. proleg. Pſalm. f. 332. Epiphan. de menſ. & ponder. f. m. 613. Nyſſen. c. 5. in Pſalm. f. 268. Diſplicet hæc diviſio Hilario eo quod unus ſit *Pſalmorum liber*, Act. l. 20. Nyſſeno non item: Eius enim judicio eſt πηχυαὶ διαρθρωσεις καὶ διαίρεσις *artificioſa ſtructura & diviſio.* Conatur etiam in ſeqq. verbis oſtendere, quod in ſingulis claſſibus ſingulares materiæ contineantur. Nec vi- **Numerus.**

deo,

deo, quomodo Acta isti divisioni reclament, etsi unius tantum libri psalmorum meminerint, Hebræi plurium; cum plures possint esse subdivisio unius, sicut plures scripturæ libri uniuslibri scripturæ totius. pſ. XL. 8. Joh. V. 46. Ut miret etiam Hieronymum in hoc scirpo nodum quæsivisse. epist. ad Sophron. t. IV. f. 34. A. Hilarius præterea negat, Psalmos ab initio numeris (numerantibus) fuisse distinctos: prolog. in Psalm. f. 334. asseritque, LXX. *Interpp.* opus illud esse, qui sic distribuerint, observato ordine non temporis, sed materiarum.

Obscuritas. §. 74. *Obscuri* equidem Psalmi, nonnulli saltem, sunt, imprimis prophetici, cui tamen obscuritati medela adhiberi potest ex collatione complementorum N. Testamenti, de quo vide Hilar. prolog. in Psalm. f. 333.

Versiones. *Versiones* Psalmorum Latinas aliquot adornavit Hieronymus; quarum primam correctionem potius dixeris, quam translationem, dum vulgatam Latinam, facta ad LXX. interpp. collatione, emendavit. Alteram ex LXX. interpp. plane novam fecit; tertiam juxta fontes Hebræos postulante Sophronio, vide Sixt. Sen. lib: IV. Bibl. p. 304.

Æstimium. §. 75. *Æstimium* Psalmorum insigne est, & merito quidem: Judicio Athanasij *Psalmorum liber est veluti paradisus, in quo sunt omnia genera lignorum plantata, modulando sua quædam propria inter cantandum ostendit.* ad Marcel. t. I. f. 960. D. *Licet omnis scriptura divinam Dei gratiam spiret, præcipuè tamen dulcis Psalmorum liber.* ita Ambros. præf. in psalm. f. 341. C. Et lit. E. *in libro Psalmorum profectus est omnium, & medicina quædam salutis humanæ.* Quo explicato etiam alia elogia addit. F. B. & lit. I. *Certat in psalmo doctrina cum gratia simul, cantatur ad delectationem, discitur ad eruditionem.* Sententia Basilij liber psalmorum est instar alicuius compendii scripturarum: *unus Psalmorum liber quidvis ex omnibus in se complectitur, quod usui sit omnibus. Futura certissimis præcinit oraculis: historicam continet narrationem: leges sancit vitæ sanctius instituendæ: cuiq; præscribit agenda, & submones; utq; semel omnia expediam, liber hic τὸ ἐκ πάντων ὠφέλιμον περιέλκεται bonæ omnis doctrinæ ubertimum quoddam est & commune promptuarium, sua unius provida ac solerti cura veluti comminiscens & excogitans, quid cuiusq; nostrum saluti maximopere conducat.* comm. in pſ. I. f. 125. t. 1. & f. 127. A. *incipientibus erudiri primum,*

mum, elementaria eſt inſtitutio Pſalmus, proficientibus augmentum, perfectis deniq; ſuffulciendis ſtabile firmamentum. & B: *Quid porro non poſſit hinc edoceri, nonne fortitudinis magnificentiam? nonne exactam ſeveritatem juſtitiæ?* Adde reliquas virtutes, quas enumerando exaggerat. Eidem eſt *ταμιεῖον κοινὸν ἀγαθῶν διδαγμάτων commune repoſitorium bonarum doctrinarum.* Gregorio Naz. f. 1065. opp. carm. Cyg: eſt *egregium atq; concinnum animorum remedium*, Mario Victorino: *clavis myſteriorum omnium.* lib. II. adv. Arium. f. 331. B. Confer *Elogia Pſalmorum in Ephremi operibus* f. 13. ſeqq.

§. 76. *Libros canonicos tres* Salomon ſcripſit, juxta Athan. Synopſ. t. 2 f. 91. C. Et Hieron. præfat. in Prov. t. IV. f. 10. D Et in Eccleſ. c. 1. v. 1. In quibus potiſſimum occupatus eſt in moribus formandis: *Salomon pacificus & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Eccleſiam jungit & Chriſtum, ſanctarumq; nuptiarum dulce canit epithalamium.* ſcribit ad Paulin Hieronym. t. IV. f. 3. D. Et com. ad Eccleſ. l. 1. t. VII. f. m. 31. B. *juxta numerum vocabulorum tria volumina edidit, Proverbia, Eccleſiaſten, & cantica Canticorum. In Proverbiis parvulum docens, & quaſi de officiis per ſententias erudiens: Unde & ad filium ſermo eius crebro repetitur. In Eccleſiaſte vero maturæ virum ætatis inſtituens, ne quicquam in mundi rebus putet eſſe perpetuum; ſed caduca & brevia univerſa quæ cernimus. Ad extremum jam conſummatum virum, & calcato ſeculo præparatum in cantico canticorum ſponſi jungit amplexibus.* Illuſtrat methodo Philoſophorum, *haud procul*, inquiens, *ab hoc ordine doctrinarum & Philoſophi ſectatores ſuos erudiunt. Vt primum Ethicam doceant, deinde phyſicam interpretentur, & quem in hu profeciſſe perſpexerint ad Theologiam uſq; perducant.* l. c. Obſervat etiam diverſos eſſe trium horum librorum titulos, & rationem reddere conatur f. 31. C. Ambroſius nonnihil aliter præfat. comm. in Luc. 434. D. *Salomon*, inquit, *de rationalibus & Ethicis in proverbiis ſcripſit; de naturalibus in Eccleſiaſte &c. de moralibus autem & rationalibus in Canticis Canticorum, eo quod, cum animæ noſtræ amor verbi cœleſtis infunditur, & rationi mens ſancta quadam ſocietate connectitur, admiranda myſteria revelantur.* Salomonis

§. 77. Primum locum occupant *Proverbia*, *παροιμίαι Σολομῶντος* & dicta ab Athan. Synopſ. f. 57. Cur autem proverbia dicantur? idem ipſe exponit f. 91. C. *præſentem*, inquiens, *librum* Proverbia.

brum proverbia inscripsit, propterea, quod verba Sapientum proverbia sunt, velut ænigmata, quæ quidem aliud ex superficie, aliud vero per allegoriam indicant; Horum autem species sunt proverbia. Etymon vocis παροιμία lit. D. explicat, quod παρὰ τὰς ὁδοὺς *præter vias tales sententiæ conscribi solitæ sint, ad correctionem & doctrinam eorum, qui itinera conficiebant. Præter vias autem scribebantur propterea, quod non omnes veritatis sermones capiebant: ut vel ij, qui in itinere erant, & affixas videbant, quæ scriptæ essent, exquirerent, atq; ita erudirentur homines.* Simili modo explicat Basilius homil. XLII. in princ. Prov. t. 1. f. 454. D. Dicitur alio nomine παιδεία; Nam referente Eusebio ex Hegesippo, *Irenæus, & omnium chorus antiquorum proverbia Salomonis sapientiam* παιδείαν *vocarunt*: ita Eusebij verba censet vertenda esse Rainold. de libb. Apocryph. t. 1. prælect. 13. f. 114. Sunt autem Græca Eusebij verba hæc: παιδείαν σοφίαν τὴν Σολομῶνος παροιμίας ἐπάλλων. Liber est divinitus inspiratus; Nam θεοπνεύστους παροιμίας *proverbia divinitus inspirata* vocat Euseb. lib. 1 adv. Marcel. f. 18. c. 3. Summam & argumentum libri exponit Athanas. in Synops. f. 91. C. Materia sunt ἠθικὰ διδασκαλίας *morales doctrinæ, quibus peculiare quoddam familiarium dictorum opus addictum voluit, quæ Proverbia nuncupavit, concisas brevesq; sententias, apothegmatum similes, uno quodam argumenti genere complexus.* juxta Euseb. lib. XI. de præp. Evang. c. 4. f. 512. D. & Basil. in Prov. f. 454. C. *Proverbiorum liber institutio morum est quædam, nec non animi perturbationum correctio. Deniq; vita in universum documentum, frequentes ac breves eorum, quæ sunt agenda, continens præceptiones.* Forma scribendi est ænigmatica, adeoque sublimis, & supra vulgarem stylum, de qua virtute facundè & ex professo disserit Euseb. lib. II. de præp. Ev. f. 513. C. & suffragatur Gregorius Nyssenus orat. I. in XL. Martyr. t. 3. f. 499. C. Nollem tamen in explicandis proverbiis ad meras allegorias dilabi, quod sensisse videtur Epiphanius hæres. LXIX. f. 319. B. dicens: *totus liber proverbia sunt, quidquid aut ẽ proverbialiter dicitur, non idem est potestate.* Hieron. comm. ad Ecclesiast: c. XII. f. m. 45. F. *Ex quo manifestum est,* dicens, *Et proverbiorum librum, non ut simplices arbitrantur, patentia habere præcepta: sed quasi in terra aurum: in nuce nucleum; in hirsutis castanearum operculis, absconditum fructum inquiritur; ita in eis divinum sensum altius perscrutandum.* Idem metrum sub finem libri deprehendit,

pro-

proverbia, inquens, *Salomonis extremum concludit alphabetum, quod tetrametro jambico supputatur*: præf. in Thren. c. 5. f. 165. Innotuit etiam Ethnicis; Nam juxta Euseb. lib. XII. de præp. Evang. c. 34. Plato sententias quasdam inde excerpsit, & Græcè redditas suis operibus inseruit. Mitor igitur, cur adversus Marcellum Ancyranum disputans, eandem in adversario sententiam impugnarit. lib. 1. c. 2. & 3. quandoquidem Marcellus quoque dixerat, sapientes Græcorum sua proverbia ex viris divinitus inspiratis eorumq; scriptis mutuatos esse.

§. 78. *Ecclesiastes.* Ita appellatur ab Athanasio in Synops. & quare? explicat f. 96. C. *Ecclesiastes*, inquiens, *dicitur, quia ad populum ipse concionatus est, & quæ spiritus sunt, locutus.* Et Hieron. comm. in Eccles. f. 31. B. ἐκκλησιαστὴς, inquit, *Græco sermone appellatur, qui cœtum, i. e. Ecclesiam congregat, quem nos nuncupare possumus concionatorem, eo quod loquatur ad populum; Et sermo ejus non specialiter ad unum, sed ad universos generaliter dirigatur.* Alia phrasi dicitur ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς δυνάμεως τῆξιάρχης *Ecclesiasticæ virtutis Præfectus*, à Greg. Nyssen. in Eccles. homil. VII. f. 438. Librum Salomon scripsit πνεύματι ἁγίῳ κινούμενος *à Spiritu S. impulsus*, juxta Athan. Synops. f. 96. C. Cum in statu pœnitentiæ esset constitutus: *Ajunt Hebræi* (ita Hieronym. comm. in Eccles. 1. f. m. 32. C.) *hunc librum Salomonis esse pœnitentiam agentis, quod in sapientia divitiisq; confisus, per mulieres offenderit Deum.* Summam & scopum exponit Basil. homil. XIII. in Prov. t. 1. f. 454. C. *Ecclesiastes*, inquiens, *Physiologiam attingit, nobuq; in hac vita vanitatem palam ostendit. Vt in iis, quæ cito præterent, minime sit homini invigilandum; Neq; item animi curas in rebus vanis collocandas.* Insignis libri clausula est, unde constat, non Epicureum esse, ut quidem nonnulli arbitrabantur, & ideo abolendum, sed divinum: *Ajunt Hebræi, cum inter cætera scripta Salomonis, quæ antiquata sunt, nec in memoria duraverunt, & hic liber oblitterandus videretur, eo quod vanas asserat Dei creaturas, & totum putaret esse pro nihilo; Et cibum, & potum, & delicias transeuntes præferret omnibus: Ex hoc uno capitulo meruisse auctoritatem, ut in divinorum voluminum numero poneretur, quod totam disputationem suam, & omnem catalogum suum hac quasi ἀνακεφαλαιώσει coartaverit, & dixerit, finem sermonum suorum auditu esse promptissimum, nec aliquid in se habere difficile,* Ecclesiastes.

ficile, ut scilicet Deum timeamus, & ejus præcepta faciamus. Ad hoc enim natum esse hominem, ut creatorem suum intelligens, veneretur eum metu, & honore, & opere mandatorum. Siquidem cum judicij tempus advenerit, quidquid à nobis gestum est, stare sub judice, & anticipitem dies exspectare sententiam; Et unumquemq; recipere pro opere suo sive mali quid gesserit, sive boni. ait Hieron. ad Eccles. XII. f. 46. C. Finis autem libri est contemptus rerum vanarum: *Male quidam opinantur, nos ex hoc libro ad voluptatem & luxuriam provocari, cum è contrario omnia, quæ in mundo cernimus esse, vana doceantur; nec debere ea nos studiosè appetere, quæ, dum tenentur, intereant.* f. 31. Hieron. in Prov. Sic idem f. 31. D. & metus Divini Numinis, rationem aliquando de nobis sumpturi.

Canticum. §. 79. *Canticum Canticorum.* Cur sic dicatur, exponit Athanasius in Synopsi f. 98. nempe *ob eam causam Canticum Canticorum vocatur, quod hoc canticum alia subsequitur, post ipsum vero nullum aliud exspectandum est.* à Gregorio Naz. f. 1065. vocatur *summum.* Auctor ejus est Salomon, & receptum est ab Ecclesia tanquam canonicum: *Salomon*, ait Ambrosius, *David filius, licet innumera cantica cecinisse dicatur, unum tamen, quod Ecclesia receperit, Canticorum Canticum dereliquit.* Comment. in Psalm. f. 341. D. Materia videtur quidem indigna esse, quæ Deo auctori tribuatur, & ab Ecclesia recipiatur, utpote in amoribus occupata; sed opus est mystice explicari *illas τῶν ἀσμάτων canticorum veluti corporeas & meretricias illecebras:* uti loquitur Dionys. Areop. epist. IX. f. m. 798. A. Nempe de nuptiis Christi personalibus: *Omnis divina scriptura de verbi Dei descensu ad nos & de adventu illius in carne prophetiam habet: Hæc enim voluntas Dei est, & primarium erat Prophetis, ac universa divina scriptura, hanc rem annunciare.* ita Athanas. Synops. f. 98. C. quod ad canticum applicat, dicens: *tanquam in nuptias verbi & carnis epithalamium canticum hoc canticorum canit. Sanctarum nuptiarum dulce canit epithalamium,* juxta Hieronym. ad Paulin. Dialogus mensis est Christum inter & Ecclesiam: *Totus hic liber plenus dialogorum veteris populi ad Verbum, & summatim humani generis ad verbum, & Ecclesiæ ex gentibus ad idem; Et rursus verbi ad eundem, & ad genus humanum. Deinde gentium ad Ierusalem, & Ierusalem de Ecclesia ex gentibus, & de seipsa dialogus. Postea & ministrantium Angelo-*

„lio ſolet fieri, ut per cola ſcribantur & commata: qui utique pro„ſa & non verſibus conſcripſerunt, nos quoque utilitate legen„tium providentes, interpretationem novam novo ſcribendi gene„re diſtinximus. Sic idem l.c.

In ſpecie Iesaiæ: §. 81. Inter majorum Prophetarum ſcripta *primum* eſt *Ieſaiæ*. Majorum Prophetarum cuique *proprium adnumeratur volumen*; adeoque & Jeſaiæ, juxta Athan. in Synopſ. t. 2. f. 58. B. Materia libri eſt fere tota Evangelica, adeo copioſus eſt propheta in vaticiniis de Chriſto: Athanaſ. in Synopſ. f. 107. B. Et Hier. ad Paulin. t. IV. f. 3. D. *primus* (Prophetarum Jeſaias) *non videtur mihi prophetiam texere, ſed Evangelium*. Quanquam non ſolum de „Chriſto, ſed etiam de aliis: Nullus putet, *ſcribit Hieronymus*, me „voluminis iſtius argumentum brevi cupere ſermone comprehen„dere, cum univerſa Domini ſacramenta præſens ſcriptura conti„neat, & tam natus de virgine Emmanuel, quam illuſtrium patra„tor operum atque ſignorum; mortuus ac ſepultus, & reſurgens ab „inferis, & ſalvator univerſarum gentium prædicetur. præfat. in comm. Jeſ. t. V. f. 2. C. Et Ambroſ. præf. in Pſalm. f. 341. D. *unum Eſaias canticum ſcripſit, quo legentium corda mulceret, in reliquis terribili tuba correptionis ſremuit.* Nec difficultate caret, ſcriptum hoc explicare: *Magni laboris & operis eſt omnem Ieſaiæ librum velle ediſſerere*: l.c. Hieronymus profitetur.

Ieremiæ. §. 82. *Ieremias* eſt *ſecundus*, juxta Hieronym. ad Paulin. t. IV. f. 3. D. contenta exponit Athanaſius in Synopſi, f. 107. *Stylum* Hieronymus præf. in Jerem. f. 11. t. 4. B. Hieremias, *inquiens*, Propheta, cui hic prologus ſcribitur, ſermone quidem apud „Hebræos Eſaiæ & Hoſeæ, & quibusdam aliis Prophetis videtur „eſſe ruſticior; ſed ſenſibus par eſt, quippe qui eodem ſpiritu pro„phetaverit. Porro ſimplicitas eloquij à loco ei, in quo natus eſt, „accidit. Fuit enim Anathotites, qui eſt uſque hodie viculus, tri„bus ab Hieroſolymis diſtans milibus. Hebræus eſt, præterunam pericopen, quæ Chaldæa, obſervante eodem præfat. in Daniel. f. 2. Accedunt *Threni*, de quibus idem l. c. B. ſcribit: *Civitatis ſuæ ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos menſuræ metri verſibus q; reddidimus.* Confer præf. in Thren. t. 5. f. 165. & præf. in lib. 3. lamentorum.

§. 83.

Digitized by Google

§. 83. *Ezechiel* fertur duo ſcripſiſſe volumina, quorum alterum perierit, ut quidem refert Athanaſ. in Synopſi f. 157 ſed ex fide Joſephi Judæi: *Ioſephus*, inquiens, *prophetam Ezechielem duos Prophetiæ libros ſcripſiſſe narrat. Nos verò jam unum duntaxat inveniri ſcimus. Itaq; hæc omnia per impiorum Iudæorum amentiam & incuriam interiiſſe, manifeſtum eſt.* Ex hypotheſi Athanaſius loquitur. Liber eſt difficilis intellectu & explanatu: *Tertius principia & finem tantis habet obſcuritatibus involuta, ut apud Hebræos iſtæ partes cum exordio Geneſeos ante annos triginta non legantur.* ita Hieron. ad Paulin. t. IV. f. 3. D. Confer præf. in Ezech. t. V. f. 176. ubi dicta prolixius explicat, dicens: *aggrediar Ezechiel Prophetam, cujus difficultatem Hebræorum probat traditio. Nam niſi quis apud eos ætatem ſacerdotalis miniſterij: id eſt triceſimum annum, impleverit, nec principia Geneſeos, nec Canticum Canticorum, nec hujus voluminis exordium, & finem legere permittitur: ut ad perfectam ſcientiam & myſticos intellectus plenum humanæ naturæ tempus accedat.* Confer comm. XI. Ezech. f. 235. Stylum expendit ad Paulinum ſcribens: *Sermo ejus nec ſatis diſertus, nec admodum ruſticus eſt, ſed ex utroq; medie temperatus.* t. IV. f. 11. C. Ezechielis.

§. 84. *Danielis*, à Deo inſpirata, vaticinia ſunt *ſacratiſſima viſio*, juxta Hieron. epiſt ad Paulin. t. IV. Stylus eſt Chaldaicus: *Sciendum quippe eſt, Danielē maximè, & Eſdram Hebraicis quidem literis, ſed Chaldæo ſermone conſcriptos.* Sic idem præfat. in Daniel. f. 11. D. t. IV. Et proinde difficilior eidem viſus: Cum me in linguæ hujus « piſtrinum recluſiſſem, & multo ſudore multoque tempore vix « cœpiſſem anhelantia ſtridentiaque verba reſonare, & quaſi per « cryptam ambulans, rarum deſuper lumen aſpicerem, impegi no- « viſſimè in Danielem, & tanto ta dio affectus ſum, ut deſperatio- « ne ſubita omnem laborem veterem voluerim contemnere &c. « Hæc idcirco refero, ut difficultatem vobis Danielis oſtenderem. « ita l. c. loquitur. Danielis.

§. 85. *Duodecim minorum Prophetarum* ſcripta in unum volumen apud Hebræos redacta ſunt. Nam *duodecim Prophetarum liber unus eſt.* ait Cyrillus Catech. IV. f. 37. confer Catech. XVI. f. 189. D. Athanaſ. Synopſi. Hieronym. ad Paulin. t. IV. f 3. Greg. Naz. de libb. ſcript. Ordo variat; *Non eſt idem ordo duodecim Prophetarum* Prophetarum XII.

phetarum apud Hebræos, qui est apud nos. Sic Hieronym. præf. in XII Proph. t. IV. f. 12. B. Conferproœm. in Joel. t. VI. f. 24. F. Variat etiam genus dicendi: *usq; ad Malachiam habent singuli proprietates suas.* t. IV. f. 12. Singulorum argumenta refert Athanasius in Synopsi, suum quodque loco: ut & Hieronymus ad Paulinum.

Hoseæ Ioelis Amos Ionæ Abdiæ Micheæ.

§. 86. *Oseas*, judicio Hieronymi, *commaticus est, & quasi per sententias loquens.* ad Paulin. *Ioël planus in principio, in fine obscurior. Amos paucis verbis explicari non potest.* Jonæ *fidele volumen est*, juxta Prudent. hym. VII. v. 82. partem prophetæ carmine complexus est idem. Abdias *parvus est propheta verborum suppputatione, non sensuum*, judicio Hieronym. comm. in Abd. c. 1. *Micheas* ab humilitate nomen habens, *quasi in corde voluminis positus, debet profunda continere mysteria; Et sermo Dei, qui semper descendit ad Prophetas, descendit ad Micheam quoque, qui interpretatur humilitas.* juxta Hieronym. in Mich. proœm. t. VI. f. 59. E.

Habakuk.

In Habakuk canticum est, de quo Hieronym. comm. II. præf. in Habak. f. 86. H. t. VI. scribit: Alterum, mi Chromati, Papa venerabilis, in Habacuc librum scribimus, proprium cantico ejus opusculum dedicantes; sermonemque Epicum & Psalterii, i. e. lyrico more compositum, totis viribus aggredientes.

Zachariæ.

Ejusdem judicio Zachariæ *liber* est *obscurissimus, & inter duodecim longissimus.* Imprimis ultima capita *tantis contexta sunt mysteriis, ut tuis indigeamus* (interpretes) *orationibus*, scribit idem ad Exuperium. Vaticinia ejus de Christo collegit Euseb. lib. VI. dem. Evang. c. 18. f. 281.

Test. Novi libri in genere.

§. 87. *Canonici N. T. libri*, sunt: IV Evangelia, liber Actorum, Epistolæ Catholicæ VII; Paulinæ XIV; Et Apocalypsis Johannis: recensente Athanasio in Synops. f. 59. Et in epist. XXXIX. festal. f. 39. Cyrill. Hieros. Catech. IV. f. 38. A. Subjicit Athanasius, f. 61. D. Hi sunt & tot novi instrumenti libri canonici, & fidei nostræ veluti primitiæ quædam, vel anchoræ, & sustentacula, utpote quæ ab ipsis Apostolis Christi, qui & cum illo conversati, & ab eo instructi sunt, conscripti & expositi. Hilarius vocat *Evangelica & Apostolica sacramenta* lib. VI. de Trin. f. 54. *Evangelica & Apostolica testimonia.* lib. 1. f. 12. *Evangelicas & Apostolicas doctrinas.* lib. VIII. f. 98. Basilius uno verbo complectitur, vocans: *Apostolorum traditionem* lib. 1. adv. Eunom. & Euseb. lib. VII.

VI i. dem. Evang. f. 328. *καινὴν γεγονὼς, novam ſcripturam*, ſcil. *novi teſtamenti*, ut mox mentem ſeſe explicat.

§. 88. *Quatuor Evangelia* frontem libri occupant, & ſunt Canonica: *εὐαγγέλια γὰρ τέτταρα ἐθέσπισαν ἡμῖν οἱ ἱεροὶ κανόνες τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας*: i.e. *Nam quatuor Evangeliorum libros ſacri canones ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ nobis ſanxerunt*: ait Athanaſ. Synopſ. f. m. 155. Eaque ſunt ſecundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Johannem; vulgo comparantur currui Ezechielis, & inſignia habent, Matthæus quidem hominis, Marcus leonis, Lucas bovis, Johannes aquilæ: de quibus Emblematibus vide Athanaſ. Synopſ l.c. & dicta à nobis in Hiſtoria Evangel. ſect. 1. art. 1. §. 18. Hilarius vocat *Evangeliſtici myſterij prædicationem*, lib. 1. de Trin. f. 11. *Sacra & veneranda Evangelia.* lib. V. f. 53. *Sermonem Evangelici ſacramenti* l.c. & lib. VI. f. 70. *Evangelica volumina & opus*; Lib. VIII. f. 104. *Evangelicam auctoritatem*, Euſebius lib. IX. dem. Evang. f 418. *ſanctum Evangelium.* Lib. 1. hiſt. Eccleſ. c. 8. f. 24. C. *ἱερὰν τῶν εὐαγγελίων γεγονὼς ſacram Evangelij ſcripturam*; & c. 10. *θείαν γεγονὼς divinam ſcripturam.* Julius Firmicus de error. relig. c. 20. *Evangelicam diſciplinam.* Contenta breviter exponit Nyſſenus orat. in aſcenſ. Chriſt. t III. f. 443. A. ſcribens: *Τὸ μὲν γὰρ εὐαγγέλιον τὴν ὁδὸν τῆς γῆς τὸν κυρίου διαγωγὴν καὶ τὴν ἀναστροφὴν διηγήσατο*: i.e. *Evangelium Domini conſuetudinem, & vitam, quam egit in terra, & ejus reditum in cœlum narrat.* Hieronymus miratur Evangeliorum horum *majeſtatem, ad cujus* (quorum) *fulgura omnis mortalium ſenſus hebetatur.* epiſt. ad Gaudent. t. 1. f 44. D. Et diverſimode quidem ſe habent in ſingulis: *Singuli diverſo genere præſtant*, ait Ambroſ. præf. in Luc. & c. 1. 3. *propriis quibusdam ſinguli libri myſteriorũ geſtorumq; miraculis eminent.* conf. Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 24. & tamen inter ſeſe exacte conſpirant, confer dicta ſect. 2. §. 17. & 18. Et Hiſtor. Evang. artic. 1. ſect. 1. §. 20. p. 15. ſeqq. In ſpecie IV Evangelia in genere.

§. 89. *Matthæi* Evangelium ſcriptum eſt ex impulſu quidem Dei, attamen ex neceſſitate & utilitate etiam hominum, vid. Euſeb. lib. III. hiſt Eccleſ. c. 24. Quod enim peccatores veniam peccatorum ſuorum ſint habituri ex Deo, hoc potiſſimum Evangelium docet, utpote ſcriptum à Matthæo, quondam publicano. i. e. inſigni peccatore, vide Epiph. hæres. LI. Præterea tamen etiam Matthæi.

insignis Ethica in libro isto continetur, judicio Ambrosij præf. in Lucam. Hebraice, an Græce scriptum sit? quæritur: R. si de canonica scriptione quæris, respondetur, Græce scriptum esse. Nam Hieronymus versionem *juxta Græcum textum, non Hebraum* correxit. vide Cornel. à Lap. in Matth. p. 45. Hebræum vero, judicio Epiphanij, est πεποθυμένον, καὶ ἐπηλειαμένον, fœtus scil. Ebionitarum. *Neq; satis certum* est Hieronymo, *quis postea ex Hebræo in Græcum transtulerit*: in catal: Athanasius quidem in synopsi scribit, Jacobum Evangelium illud ἑρμηνευθῆναι. Sed N.C. ἑρμηνευθῆναι E. in linguam Græcam; Etiam ille ἑρμηνεύει 1. Cor. XII. 10. qui scripti sensum explicat, vim phrasium expendit, & dextre exponit. Dividitur textus ab Hilario in canones XXIII. Ab Ammonio & Euseb. in capp. 354. vide Sixt Senens. lib. 1 Bibl. p. 21. Parabolas & ænigmata carmine cecinit Naz. f. 910.

Marci. §. 90. *Marci* Evangelium scriptum est rogatu fidelium Petri auditorum, ut ex Clemente refert Euseb. lib. II. hist. c. 14. VI. c. 11. Hieronym. in catal. tit. Marcus. Epiph. hæres. 51. Summam exhibet Athan. Synops. f. 125. Methodus brevis est, observante Epiph. l.c. Finis libri in quibusdam exemplaribus olim desiderabatur, nec ab omnibus admittebatur, tanquam contradicens Matthæo: *Non recipimus Marci testimonium, quod in variis fertur Evangeliis; omnibus Græcia libris pene hoc capitulum in finem non habentibus, præsertim cum diversa atq; contraria Evangelistis cæteris narrare videatur.* Sic Hieronymus ad Hedibiam R. ad q. 3. t. IV. f. 64. A. Græcè scriptum est, juxta Hieronym. epist. CXXIII. singulare in ipso est, quod *juxta fidem magis gestorum narret, quam ordinem*: observante Hieronym. præf. in Matth. Dividitur ab Ammonio & Eusebio in capp. CCXXXV.

Luce. §. 91. *Luce Evangelio* occasionem dedit hæreticorum impudentia, qui Apostolis multa falsa supponebant. vid. Euseb. lib. III. hist. c. 24. & Epiph. hæres LI. contenta seu synopsin refert Athanas. Synops. f. 127. Supplet quædam à reliquis Evangelistis præter missa, juxta Epiph. l.c. *Plura nobis gestorum Domini miracula revelavit*, ait Ambros. præfat. in Luc. Et quidem stylo historico: *Historico enim stylo diximus, hunc Evangeliorum librum esse digestum*: paulo post dicit: *denique describendis magis rebus, quam exprimendis*

præ-

præceptis, ſtudium uberius comparatione aliorum videmus impenſum. f. 434. G. & quidem ſtylo tersè Græco: *Evangeliſtam Lucam tradunt veteres Eccleſiæ tractatores medicinæ artis fuiſſe ſcientiſſimum, & magis Græcas literas ſciſſe, quam Hebræas. Vnde & ſermo ejus tam in Evangelio, quam in Actibus Apoſtolorum, i.e. in utroq; volumine, comptior eſt, & ſecularem redolet eloquentiam, magisq; teſtimoniis Græcis utitur quam Hebræis.* ita Hieronym. comm. in VI. Jeſ. f.m.14. G. Materia dividitur ab Ambroſio in titulos 164; ab Ammonio & Euſebio in c.343. referente Sixto Sen. lib.1. Bibl. p.21. Gregorio Naz. orat.1. in Julian. eſt *magnus pugil*; Paulino Nolano-*magno nomine Lucas*; Prudentio Cathem. hym. VI. v.77. *Evangeliſtæ ſummi fidiſſimus magiſtri.*

§. 92. *Ioannes* Evangeliſta *noviſſimus omnium ſcripſit Evangelium*, ait Hieronym. in Catal. uſus miniſtro Gajo. Materiam & ſcopum libri prolixius exponit Epiphan. Hæreſ. LI. nempe adverſus graſſantes Hæreticos voluit ſcribere potiſſimum de Deitate Chriſti, & ſupplere, quæ reliqui Evangeliſtæ prætermiſerant. Confer Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. c.24. Athanaſ. Synopſ. f.111. Finis eſt fides ſalvifica: *Rei profectus* (ait Hilar. lib. VII. de Trin. f.76.) *ſemper ex cauſſa eſt, & omne opus manifeſtam habet ſuſcepti negocij neceſſitatem. Scribens utiq; Evangeliſta ſcribendi afferre debuit rationem, & videamus, quam oſtenderit, dicens*: Hæc autem ſcripta ſunt ut credatis, quoniam Jeſus eſt Chriſtus, filius Dei. *Scribendi igitur Evangelij non aliam protulit cauſſam, quam ut omnes crederent, Ieſum eſſe Chriſtum, Filium Dei.* judicia & elogia de hoc ſcripto Euſebii, Hilarij, Baſilij, Ambroſij, Epiphanij, exhibuit noſtra Hiſtoria Evangelica Artic. I. ſect. 2. §. 34. Iohannis.

§. 93. *Acta* quoque inter Libros Canonicos computantur, ab Athanaſ. Synopſ. f.59. Nomen accepit ab actis Apoſtolicis, tanquam materia ſcripti, f. 134 D ut diceretur *liber πράξεων* ab Hilario comm. in Matth. can. 14. *Auctor* libri eſt Lucas Evangeliſta: *Qui illa exponit Lucas eſt Evangeliſta, qui & librum hunc conſcripſit. Eſt enim una cum Apoſtolis peregrinatus, & maximè cum Paulo, & quæ exacte cognovit, literis mandavit.* Sic Athanaſ. Synopſ. l.c. Ibidem contenta exhibentur; item ab Hieron. in ep. ad Paulin. t. IV. f.4. dicente: *Actus Apoſtolorum nudam quidem ſonare videntur hiſtoriam, & naſcentis* Actæ.

in Ecclesia infantiam texere; sed si noverimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cujus laus est in Evangelio, animadverteimus pariter, omnia verba illius animæ languentis esse medicinam. Tempus scripti exponit Euseb. lib. II. Hist. Eccles. c. 22. Confer notas Valesianas ad h. l.

Epistolæ Apostolicæ, vel *Paulinæ.*

§. 94. *Epistolæ Apostolicæ* dicuntur *Apostolicæ veritatis* ab Hilar. lib. VIII. de Trin. f. 105. Et dividuntur in Catholicas & Paulinas à Cyrillo Hieros. Catech. XVII. f. 201. D. *Paulinarum* XIV sunt, numerante Athanas. in Synopl. f. 60. Curtotidem, i. e. plures, & majores, quam reliquorum Apostolorum? quæstionem movet & resolvit Cyril. Catech. X. f. 90. C. *Miratus sum,* inquiens, *sæpe S. Spiritus dispensationem, quod aliorum quidem epistolas parvo numero circumscripserit, Pauli autem, antea sui persecutoris, quatuordecim esse concesserit. Non enim eo, quod minor esset Petrus, aut Iohannes, præcidit gratiam; Absit! sed ut non dubia esset doctrina illius, qui antea esset inimicus, & persecutor, plura concessit illum scribere, ut omnes sic nobis facilius persuaderemus.* Scriptæ ex inspiratione divina: *Nam & scientia prædicatoris & lima justitiæ tam magnæ; & prædicando & docendo testimonio Spiritus Sancti prolatæ, atq; dilatatæ sunt, ut comparare aut coaquare veteri testamento & Evangelicæ doctrinæ non dubitemus, ipse etiam revelante sibi Spiritu S. cognovit, dum se raptum esse usq; ad tertium cælum in corpore aut extra corpus asserit, hoc est usq; ad tertiam legem veteris noviq; testamenti.* judicio Hieronym. proœm. comm. in epist. ad Rom. t. IX. f. 131. C. quanquam non omnia, unde quædam accepit, ex inspiratione divina fuerint, e.g. scripta Epimenidis, Arati, Menandri; *Non statim* (Paulus) *totam Menandri Comœdiam, & Arati librum probavit.* Hieronym. ad Tit. I. f. m. 122. D. Et paulo post: E. *qui putant totum librum debere sequi eum qui libri parte usus sit, videntur mihi, & apocryphum Enoch, de quo Apostolus Iudas in epistola sua testimonium posuit, inter Ecclesiæ scripturas recipere, & multa alia, quæ Apostolus Paulus de reconditu est locutus.* Adde seqq. ad VII Ecclesias, si Hebræos excluseris: vid. Hieronym. ad Paulin. t. IV. f. 4. A. & in catal. tit. Paulus. Confer & Greg. Naz. in carm. Stylus sublimis & plane divinus est: juxta Hieron. apol. adversus Jovin. t. III. f. 48. B. Esto, quod difficilior videatur; difficultas enim „pertinaci scrutinio & lectione vinci potest: Potens ille jaculator

Aposto-

Digitized by Google

Apostolus, distortis verbis in medium conjectis, obscuram quidem " & occultatam facit lectionum altitudinis elaborationem, verissi- " mam autem & rectæ opinionis, & quæ nihil habet neglectum, " aut ægre adeo explicabile. Nam his, qui non adhibito studio & " ingenio, se à verbis excidunt, aliquando incohærentia & dissona " dicere videtur. Qui vero studiose & sobria ratiocinatione rele- " gunt, magno ordine ac veritate plena. Quod Ciliciſmo tinctus fuerit, ut quidem putat Hieronymus, ad Algasiam q. 10. scribens: *quando se ille imperitum sermone* 2. Corinth. XI 6. *affirmabat. Multa sunt*, inquiens, *verba, quibus juxta morem urbis & provinciæ suæ familiarius Apostolus utitur: E quibus (exempli gratia) pauca ponenda sunt.* Exempla ponit 1. Cor. IV. 3. Rom. VI. 19. 2. Cor. IX. 11. Coll. II. 18. addit: *Quibus, & aliis multis, verbis usq; hodie utuntur Cilices. Nec hoc miremur in Apostolo, si utatur ejus linguæ consuetudine, in qua natus est, & nutritus. Cum Virgilius, alter Homerus, apud nos, patriæ suæ sequens consuetudinem, sceleratum frigus appellet.* vide Lorinum ad Acta XIV. v. 11. f. m. 610. C. Multus in hoc est etiam Chrysostom. de sacerd. lib. IV. f m. 541. A. Confer Franciſci de Mendoza Olysipponensis Jesuitæ viridar. lib. III. probl. 7. f. 54. ubi ex professo tractat problema: *Utrum D. Paulus sua eloquentia veteres oratores superarit?* Eadem præstantia deprehenditur etiam in dogmatibus Paulinis. judicio Greg. Nysseni homil. in 1. Cor. XV. 28. t. 2. opp. f. 6. B. ubi simul notat singularitatem styli in eo, quod quasdam voces in alio nonnunquam sensu, quam vulgo solent, usurpet: Solet sapientia magni Pauli ad id, quod visum fuerit, sed " arbitrium suum, verbis uti, & ad suæ sententiæ seriem atque com- " plexum verborum significationes adaptare, etiamsi ad alios quos- " dam intellectus consuetudo abusum dictionum trahat. "

§. 95. Epistolæ ad *Romanos* argumentum recitat Athan. f. 140. Synopſ. t. 2. Materia ex V. T. potissimum desumpta est: *omnis* enim *pene ad Romanos epistola de veteri structa est instrumento*: ait Hieronym. comm. XVI. in Jes. præf. f. m. 98. B. Difficilis est: *omnis ad Romanos epistola interpretatione indiget, & tantis obscuritatibus involuta est, ut ad intelligendam eam Spiritus Sancti indigeamus auxilio, qui per Apostolum hæc ipsa dictavit.* ita idem ad Hedib. q. 10. f. 67. t. IV. A. Confer q. VIII. Algas. sub fin. ad Romanos.

Ad Corinthios. §. 96. Ad *Corinthios* duæ epistolæ, & prior quidem scripta est Ephesi; posterior in Macedonia, juxta Athan. Synopsi. t. 2. f. 142. seq. ubi & *summam* utriusque explanat. Idem legas de epistola ad *Galatas*, f. 144. Confer & Hieronym. comm. in epist. ad Galat. procem. f. 79. t. IX. Et de epistola *ad Ephesios* Athan. Synopsi. f. 144. Hieronymus ad Paulam & Eustochium t. IX. f. 100. E.

Galatas.

Ephesios.

" observat, quod & quare Apostolus in hac vel potissimum epistola " obscuros sensus, & ignota seculis sacramenta congesserit, & de " sanctarum contrariarumq; virtutum docuerit potestate qui sint " dæmones, quid valeant, quid ante fuerint, & quomodo post ad- " ventum Christi sint diruti atq; destructi: nempe ideo, quia Ephesij præ aliis dediti erant idololatriæ, Magiæ &c. Ad *Philippenses*, & *Colossenses* epistolarum causas & summam exponit idem Athanas. Synopsi. f. 145. Sicut & epistolarum ad *Thessalonicenses*; Ad *Timotheum*; Ad *Titum*. Ad *Philemonem*.

Philippenses.

Colossenses &c.

Ad Hebræos §. 97. Epistola *ad Hebræos* an ab Apostolo Paulo sit scripta? quæritur. Et. Hieronymus: *à pleriſq; extra numerum* (epistolarum Paulinarum) *ponitur*: epist. ad Paulin. t. IV. f. 4. eiusque reddit rationem comm. in Jes. c. VI. 9. inquiens: *idcirco Pauli ad Hebræos epistolæ contradicitur, quod ad Hebræos scribens utatur testimoniis, quæ in Hebraïs voluminibus non habentur.* f. 14. G. Confer ad cap. VIII. 18. Et Catal. de script. tit. Paulus; *Epistola autem, quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur, ob styli sermonisq; distantiam. Sed vel Barnabæ, juxta Tertullianum, vel Lucæ Evangelistæ, juxta quosdam, vel Clementis, Romanæ posteæ Ecclesiæ Episcopi, quem ajunt sententias D. Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone.* &c. f. m. 121. D. Addit tamen: *vel certe, quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter invidiam sui apud eos, nominis titulum in principio salutationis amputaverat, scripserat ut Hebræus Hebræis hebraice, id est suo eloquio disertissime, ut ea, quæ eloquenter scripta fuerint in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum, & hanc causam esse, quod à cæteris Pauli epistolis discrepare videatur.* Et ad Dardanum t. IV. f. 29. B. *illud nostris dicendum est, hanc epistolam, quæ inscribitur ad Hebræos, non solum ab Ecclesiis orientis, sed ab omnibus retro Ecclesiis Græci sermonis scriptoribus, quasi Pauli Apostoli suscipi, licet pleriq; eam vel Barnabæ vel Clementis arbitrentur, & nihil interesse, cujus sit, cum Ecclesiastici viri sit, & quotidie Ecclesiarum lectione celebretur.* Latini autem

non

Digitized by Google

non item recipiebant: *Latinorum conſuetudo non recipit* (ait idem in verbis mox ſeqq:) *inter ſcripturas canonicas.* Atque id eſt, quod Eraſmus ſcribit: *Vivo etiamnum Hieronymo Romani non recipiebant epiſtolam ad Hebræos.* præfat. in tom. 2. opp. Hieronym. f. 3. Quos forſan putat Euſebius, quando lib. VI. hiſt. c. 13. refert epiſtolam ad Hebræos à nonnullis inter *ἀντιλεγομένας γραφὰς ſcripturas, quibus contradicitur*, fuiſſe relatam. Contra, Athanaſius ſcriptorem ejus fuiſſe *Apoſtolum* ait orat. adv. Arian. t. 2. f. 22. C. Et *Paulum* quidem Synopſ. f. 61. & epiſt. *ibid.* f. 39. Euſebius vocat θεῖον ἀπόστολον *divinum Apoſtolum*, lib. IV. dem. Evangel. f. 177. C. Subſcribunt Didymus lib. 1. de Spir. Sanct. Philaſtrius Hæreſ. XLI. Epiphanius Hæreſ. LXIX. f. 366. Chryſoſtom. hom. 61. ad pop. Antioch. Athanaſ. dial. 1. de Trin. f. 163. A. t. 2. Ex recentioribus vid. Baron. an. 109. §. 49. M. Anton. de Domin. lib. VII. de rep. c. 1. f. 4. n. 44. Dallæus de uſu Patr. lib. II. c. 6. p. 321. obſervat cenſuram Baronii adverſus Hieronymum iniquiorem, quaſi quod verum eſt non retuliſſet Hieronymus.

§. 98. Ad *Laodicenſes* an epiſtolam ſcripſerit Apoſtolus? videtur affirmare Athanaſius in Synopſ. t. 2. f. 146. D. Philaſtrius Hæreſ. XLI. Contra Hieronymus in Catal. tit. Paulus, ſub finem, ſcribit: *Legunt quidam & ad Laodicenſes* (epiſtolam) *ſed ab omnibus exploditur.* **An ad Laodicenſes?**

§. 99. Epiſtolarum *Catholicarum* ſunt ſeptem, nempe Jacobi una, Petri duæ, Johannis tres, & Judæ una; quo ordine eas recenſet non Athanaſius ſolum. Synopſ. f. 59. ſed etiam Hieronymus in prologo epiſtolis *canonicis* præmiſſo: Cujus meminerant Eraſm. in annot. ſup. 1. Joh. 5. Et in not. tom. IX. f. 231. Sixtus Senenſ. lib. VII. Bibl. Hæreſ. IX. Gerhardus part. 1. diſp. in dictum 1. Joh. 5. tres ſunt &c. Biblia Duacenſia integrum ponunt prologum iſtum Euſtochio dedicatum; in eo leguntur inter alia etiam hæc verba: Non ita ordo eſt apud Græcos, qui integrè ſapiunt, & « vitam rectam ſectantur, Epiſtolarum ſeptem, quæ Canonicæ « nuncupantur, ſicut in Latinis codicibus invenitur, ut, quia Petrus « eſt primus in ordine Apoſtolorum, primæ ſint etiam ejus epiſtolæ « in ordine cæterarum. Sed ſicut Evangeliſtas dudum ad veritatis « lineam correximus, ita has proprio ordini, Deo juvante, reddimus. « **vel Catholicæ.**

Eſt

» Est enim prima earum una Jacobi, duæ Petri, tres Johannis, & » una Judæ. Quod contenta Epistolarum attinet Hieronymi hoc est judicium: *Iacobus, Petrus, Iohannes, Iudas, Apostoli, septem epistolas ediderunt tam mysticas, quam succinctas, & breves pariter, ac longas, breves in verbis, longas in sententiis, ut rarus sit, qui non earum lectione careat.* epist. ad Paulin. t. IV. f. 4. A.

ut Iacobi. §. 100. *Iacobi* epistola. Hieronymus refert, *asseri*, quod *ab alio quodam sub nomine ejus edita fuerit, licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem.* in Catal. Athanasius in Synopsi t. 2. f. 136. vocat διδασκαλικὴν ἐπιστολὴν *doctrinalem*, seu *dogmaticam epistolam*, cujus & contenta recensetur: Quo nomine appellavit etiam priorem *Petri*; posteriorem vero ἀνάμνησιν τῶν πρώτων *refricationem priorum*: f. 137. judicio Hieronymi quæst. XI. ad Hedib. t. IV. f. 68. B. *duæ epistolæ, quæ feruntur Petri, stilo inter se & charactere discrepant, structuraq; verborum. Ex quo intelligimus pro necessitate rerum diversis eum usum interpretibus.* Erasmus præfat. in tom. 2. Hieron. f. 3. B. *secundam Petri epistolam*, ait, *styli duntaxat judicio* (Hieronymus) *putat alterius esse.* Quo posteriore nomine appellat etiam primam Johannis, tanquam in qua *commonefecerit eos, qui jam in Dominum crediderint*: Ejus deinde, ut & secundæ, & tertiæ argumenta exponit. An idem Johannes Apostolus, qui primæ, sit auctor etiam secundæ & tertiæ epistolæ? *Tradidit Hieronymus, quod alius ejusdem esset nominis Ioannes Presbyter, à quo scriptas affirmant*: Sic Erasmus præfat. in tom. 2. Hieron. f. 3. Respicit sine dubio ad Hieronymi catalogum. tit. Johannes; ubi scribit: *Reliquæ duæ, quarum principium est: Senior electæ Dominæ & natis ejus; Sequentis: Senior Cajo charissimo, quem ego diligo in veritate; Ioannis Presbyteri asseruntur, cujus & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur, & nonnulli putant, duas memorias ejusdem Ioannis Evangelistæ esse.* Sequitur Papiam, nec dissimulat, tit. Papias, utpote ex quo *appareat, alium esse Ioannem, qui inter Apostolos ponitur; & alium Seniorem, quem post Aristionem enumerat. Hoc autem diximus propter superiorem opinionem, quam à pleriq; retulimus traditam, duas posteriores epistolas Ioannis non Apostoli esse, sed Presbyteri.* Ultima est Judæ, de qua idem Hieroym. in Catal. tit. Judas: *parvam quidem, quæ de septem Catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in*

Petri.

Iohannis.

Iudæ.

ea

ea aſſumit teſtimonium, à pleriq; rejicitur, tamen auctoritatem vetuſtate jam & uſu meruit, & inter ſanctas ſcripturas computatur. Paula & Euſtochium ad Marcel. apud Hieronym. t. 1. f. 57. B. vocant *epiſtolam canonicam.*

§. 101. Supereſt *Apocalypſis Iohannis*: quæ, juxta Paulam & Euſtochium ad Marcel. t. 1. Hieronym. f. 57. *multo poſt paſſionem Domini ſcripta eſt à Iohanne*; Sic illæ quidem; Sed quæritur: Utrum à Johanne Apoſtolo fuerit conſcripta? Negarunt id, non ſolum Alogi Hæretici, dicentes: *quid mihi prodeſt apocalypſis Iohannis, quæ dicit mihi de Angelis & ſeptem tubis*? referente Epiphanio hæreſ. LI. f. 215. ſed etiam orthodoxi quidam, ut idem innuit hæreſ. LXXVII. f. m. 496; ita enim ille poſt relatum Apolinaris Chiliaſmum: *quod quidem ſcriptum eſt de millenaria hac ſecta in Apocalypſi Iohannis, & quod apud plerosq; liber receptus eſt etiam apud pios, manifeſtum eſt: Apud plerosq;*, ait, innuens, quod non apud omnes: In quibus eſt Gregorius Nyſſenus t. 2. opp. orat. in ſui ordin. f. 44. A. qui inter libros apocryphos refert. Imo integræ Eccleſiæ; *nec enim Græcorum Eccleſiæ Apocalypſin Iohannis ſuſcipiunt*: ſcribit Hieronym. ad Dardanum t. IV. f. 29. C. Contra ſentiunt alij, & quidem plerique, Apoſtolo Johanni hanc apocalypſin aſſerentes: in quibus ſunt: Athanaſius in Synopſi, f. 61. & 152. Hilarius prolog. in Pſalm. f. 334. Julius Firm. relig. profan. c. 20. Hieronymus epiſt. ad Dardan. l. c. qui & *veteres* laudat *ſcriptores*, quod Apocalypſi utantur velut *Canonico & Eccleſiaſtico Libro*. Sublimitas ejus commendatur ab Hieron. in epiſt. ad Paulin. t. IV. f. 4. *Apocalypſis Iohannis tot habet ſacramenta, quot verba. Parum dixi pro merito voluminis. Laus omnis inferior eſt, in verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te, frater chariſſime, inter hæc vivere, iſta meditari, nihil aliud noſſe, nihil quærere; Nonne tibi videtur jam hic in terris regni cæleſtis habitaculum?* Nec dubium eſt, quin ſenſus ſit profundiſſimus. judice Epiphan. hæreſ. LXXVII. f. 496. Eſt lis inter veteres, literalis ille, an myſticus ſit? referente Hieron. comm. XVIII. in Jeſ. præf. f. m. 113. D. t. V. Qua ratione intelligenda ſit apocalypſis Johannis? *interrogat idem*; quam (*pergit*) ſi juxta literam accipimus, judaizandum eſt; ſi ſpiritualiter, ut ſcripta eſt, diſſerimus, multorum veterum videbimur opinionibus contraire, Latinorum

„ Tertulliani, Victorini, Lactantij; Græcorum, ut cæteros præter-
„ mittam, Hirenei tantum Lugdunensis Episcopi faciam mentio-
„ nem, adversum quem vir eloquentissimus Dionysius, Alexandri-
„ næ Ecclesiæ Pontifex, elegantem scribit librum, irridens mille an-
„ norum fabulam, & auream atq; gemmatam in terris Hierusalem,
„ instaurationem templi, hostiarum sanguinem, ocium sabbati,
„ circumcisionis injuriam, nuptias, partus, liberorum educationem,
„ epularum delicias, & cunctarum gentium servitutem, rursusque
„ bella, exercitus, ac triumphos: & superatorum neces, mortemq;
„ centenarij peccatoris. Cui duobus voluminibus respondit Apoli-
„ narius, quem non solum suæ sectæ homines, sed & nostrorum in
„ hac parte duntaxat plurima sequitur multitudo. Confer ad Mar-
cel. t. IV f. 61.

Libri apocryphi.

§. 102. Hactenus de libris Canonicis. Sequuntur *Apocryphi*, sic dicti ἀπὸ τῦ ἀποκρύπτειν *ab abscondendo*, quod sint ἀποκρυπτὰ μᾶλλον ἢ ἀναγνώσεως ἄξια *digni potius qui abscondantur, quam qui legantur*: explicante Athanasio in Synopsi. f. 154. t. 2. Epiphanius de mens. & pond. aliam rationem dat, διὸ καὶ ἐν τῷ ἁγίων ἀπετέθησαν, τοῦτ' ὄζιν, ἐν τῷ τῆς διαθήκης κιβωτῷ: *quod in arca testamenti non fuerint repositi*, quam nonnulli κρύπτην appellant. Repetimus autem distinctionem, supra §. 55. tactam, inter libros apocryphos Biblicos, & non Biblicos: Athanasius distinguit inter ἀντιλεγόμενα καὶ ἀπόκρυφα libros, *quibus contradicitur*, & *apocryphos*, seu absconditos; Istos vocat Biblicos, uti patet ex (f. 154. B.) enumeratione eorum; Nominat enim sub eo titulo sapientiam, Siracidem &c. Hos vero intelligit eos, qui in codice Biblico non continentur. E.g. librum Henochi, orationem Josephi, circuitus Petri &c. Omnes, cum hos, tum illos, censet esse παρεγγεγραμμένα πάντως καὶ νόθα, καὶ ἀποβλητα *perverse scriptos, adulterinos, & reprobos*, quamvis cum discrimine; Addit enim: καὶ οὐδὲν τούτων, τῶν ἀποκρύφων μάλιστα, ἔγκειται, *& nullus istorum, maxime Apocryphorum, approbatus est*, ἢ ὠφελίας, *aut utilis*. Eandem distinctionem insinuavit epist. XXXIX. (ed. t. 2. f. 39. D. 40. A. ubi distinguit inter τὰ κανονιζόμενα μὲν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον: *inter libros non quidem in canonem receptos, a veteribus tamen propositos illis*

Digitized by Google

illis, qui pietatis elementis imbuendi ſunt; quales ſunt e. g. ſapientia Salomonis, Siracidis &c: Et inter apocryphos, qui ſint αἱρετικῶν ἐπίνοια *hæreticorum commentum*, eo fine conficti, ut occaſionem habeant ἀπατᾶν ἐν τούτοις τοὺς ἀκεραίους: *decipiendi ſimpliciores.* Obſervat Joh. Dallæus de uſu Patr. p.m. 104. quod *Expurgatores* Hiſpani *ex indice operum Athanaſii verba, quibus libros iſtos* (Biblicos) *non eſſe canonicos ſignificatur, deleverint*, ſcilicet, quia cauſſa Pontificiæ parum favebant. Neque ſufficit, citari apocryphos illos libros; Nam *veteres ſcriptores interdum* etiam *de apocryphis* citationes *facere ſolent, quippe qui & gentilium literarum rarò utantur exemplis*: juxta Hieronym. ad Dard. t. IV. f. 29. C. Exemplo ſit Hermæ liber, ἐπειδὴ κἀ τοῦτο, καί τοι μὴ ὂν ἐν τῷ κανόνι, τεθρύλληται: *Nam & inde etiam, quanquam is liber ex canone non ſit, allegationes faciunt.* ait Athanaſ. decr. Syn. Nicæn. t. 1. f. 266. D. Neque juvat, quod in codice Biblico habeantur; Nam & *in libro Eccleſiæ apocryphæ fabulæ arguebantur*, ut de quodam anonymo refert Hieronym. præfat. in Daniel. t. IV. f. 12. Certè cum grano ſalis legendi ſunt, monente eodem: *Caveat omnia apocrypha. Et, ſi quando ea, non ad dogmatum veritatem, ſed ad ſignorum reverentiam legere voluerit, ſciat, non eorum eſſe, quorum titulis prænotantur, multaq; his admixta vitioſa, & grandis eſſe prudentiæ aurum in luto quærere.* Sic ille ad Lætam de inſtit. filiæ. t. 1. f. 27. C.

§. 103. *Apocryphos* libros recenſet Athanaſius Synopſ. t. 2. f. 154. B. qui ſunt: *Sapientia Salomonis, ſapientia Ieſu Sirach, Eſther, Iudith, & Tobias. Iſtis etiam connumerantur Maccabæorum libri quatuor, Ptolemaici, Pſalmi, & Cantica Salomonis, Suſannæ hiſtoria.* Hieronymus præfat in libb. Regg. t. IV. f. 7. D. *Sapientia*, ait, *quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Paſtor, non ſunt in canone. Maccabæorum primum librum Hebraicum reperi: ſecundus Græcus eſt, quod ex ipſa quoq; phraſi probari poteſt.* Confer præf. in Prov. Salomonis. f. 10. D. ubi ait: *Sicut Iudith & Tobiæ, & Maccabæorũ libros legit quidem Eccleſia, ſed eos inter canonicas ſcripturas non recipit; Sic & hæc duo volumina legit ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam.* Per *duo* autem hæc *volumina* intelligit librum ſapientiæ & Siracidis, de quibus paulo ante dixerat. Recenſentur.

insignis Ethica in libro isto continetur, judicio Ambrosij præf. in Lucam. Hebraice, an Græce scriptum sit? quæritur: n. si de canonica scriptione quæris, respondetur, Græce scriptum esse. Nam Hieronymus versionem *juxta Græcum textum, non Hebraum* correxit. vide Cornel. à Lap. in Matth. p. 45. Hebræum vero, judicio Epiphanij, est πεποιημένον, καὶ ἀκρωτηριασμένον, fœtus scil. Ebionitarum. *Neq; satis certum* est Hieronymo, *quis postea ex Hebræo in Græcum transtulerit*: in catal: Athanasius quidem in synopsi scribit, Jacobum Evangelium illud ἐμμενυθῆναι. Sed N. C. ἐμμενυθῆναι E. in linguam Græcam; Etiam ille ἐμμενύει 1. Cor. XII. 10. qui scripti sensum explicat, vim phrasium expendit, & dextre exponit. Dividitur textus ab Hilario in canones XXIII. Ab Ammonio & Euseb. in capp. 354. vide Sixt. Senens. lib. 1 Bibl. p. 21. Parabolas & ænigmata carmine cecinit Naz. f. 910.

Marci. §. 90. *Marci* Evangelium scriptum est rogatu fidelium Petri auditorum, ut ex Clemente refert Euseb. lib. II. hist. c. 14. VI. c. 11. Hieronym. in catal. tit. Marcus. Epiph. hæres. 51. Summam exhibet Athan. Synops. f. 125. Methodus brevis est, observante Epiph. l. c. Finis libri in quibusdam exemplaribus olim desiderabatur, nec ab omnibus admittebatur, tanquam contradicens Matthæo: *Non recipimus Marci testimonium, quod in variis fertur Evangeliis; omnibus Græcia libris pene hoc capitulum in fine non habentibus, præsertim cum diversa atq; contraria Evangelistæ cæteris narrare videatur.* Sic Hieronymus ad Hedibiam n. ad q. 3. t. IV. f. 64. A. Græcè scriptum est, juxta Hieronym. epist. CXXIII. singulare in ipso est, quod *juxta fidem magis gestorum narret, quam ordinem*: observante Hieronym. præf. in Matth. Dividitur ab Ammonio & Eusebio in capp. CCXXXV.

Lucæ. §. 91. *Lucæ Evangelio* occasionem dedit hæreticorum impudentia, qui Apostolis multa falsa supponebant. vid. Euseb. lib. III. hist. c. 24. & Epiph. hæres LI. contenta seu synopsin refert Athanas. Synops. f. 127. Supplet quædam à reliquis Evangelistis præter missa, juxta Epiph. l. c. *Plura nobis gestorum Domini miracula revelavit*, ait Ambros. præfat. in Luc. Et quidem stylo historico: *Historico enim stylo diximus, hunc Evangeliorum librum esse digestum*: paulo post dicit: *denig; describendis magis rebus, quam exprimendis*

pro-

præceptis, studium uberius comparatione aliorum videmus impensum. f. 434. G. & quidem stylo tersè Græco: *Evangelistam Lucam tradunt veteres Ecclesiæ tractatores medicinæ artis fuisse scientissimum, & magis Græcas literas sciisse, quam Hebreas. Vnde & sermo ejus tam in Evangelio, quam in Actibus Apostolorum, i.e. in utroq; volumine, comptior est, & secularem redolet eloquentiam, magisq; testimoniis Græcis utitur quam Hebraïs.* ita Hieronym. comm. in VI. Jes. f.m.14. G. Materia dividitur ab Ambrosio in titulos 164; ab Ammonio & Eusebio in c.343. referente Sixto Sen. lib.1. Bibl. p.21. Gregorio Naz. orat.1. in Julian. est *magnus pugil*; Paulino Nolano *magno nomine Lucas*; Prudentio Cathem. hym. VI. v.77. *Evangelista summi fidissimus magistri.*

§. 92. *Ioannes* Evangelista *novissimus omnium scripsit Evangelium*, ait Hieronym. in Catal. usus ministro Gajo. Materiam & scopum libri prolixius exponit Epiphan. Hæres. LI. nempe adversus grassantes Hæreticos voluit scribere potissimum de Deitate Christi, & supplere, quæ reliqui Evangelistæ prætermiserant. Confer Euseb. lib. III. hist. Eccles. c.24. Athanas. Synops. f.111. Finis est fides salvifica: *Rei profectus* (ait Hilar. lib. VII. de Trin. f.76.) *semper ex caussa est, & omne opus manifestam habet suscepti negocij necessitatem. Scribens utiq; Evangelista scribendi afferre debuit rationem, & videamus, quam ostenderit, dicens*: Hæc autem scripta sunt ut credatis, quoniam Jesus est Christus, filius Dei. *Scribendi igitur Evangelij non aliam protulit caussam, quam ut omnes crederent, Iesum esse Christum, Filium Dei.* judicia & elogia de hoc scripto Eusebii, Hilarij, Basilij, Ambrosij, Epiphanij, exhibuit nostra Historia Evangelica Artic. 1. sect. 2. §. 34. Iohannis.

§. 93. *Acta* quoque inter Libros Canonicos computantur, ab Athanas. Synops. f.59. Nomen accepit ab actis Apostolicis, tanquam materia scripti, f. 134 D ut diceretur *liber* πράξεων ab Hilario comm. in Matth. can. 14. *Auctor* libri est Lucas Evangelista: *Qui illa exponit Lucas est Evangelista, qui & librum hunc conscripsit. Est enim una cum Apostolis peregrinatus, & maximè cum Paulo, & quæ exacte cognovit, literis mandavit.* Sic Athanas. Synops. l. c. Ibidem contenta exhibentur; item ab Hieron. in ep. ad Paulin. t. IV. f. 4. dicente: *Actus Apostolorum nudam quidem sonare videntur historiam, & nascen-* Acta.

in Ecclesia infantiam texere; sed si noverimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cujus laus est in Evangelio, animadverteimus pariter, omnia verba illius animæ languentis esse medicinam. Tempus scripti exponit Euseb. lib. II. Hist. Eccles. c. 22. Confer notas Valesianas ad h. l.

Epistolæ Apostolicæ, vel *Paulinæ.*

§. 94. *Epistolæ Apostolicæ* dicuntur *Apostolica veritas* ab Hilar. lib. VIII. de Trin. f. 105. Et dividuntur in Catholicas & Paulinas à Cyrillo Hieros. Catech. XVII. f. 201. D. *Paulinarum* XIV sunt, numerante Athanas. in Synopl. f. 60. Curtotidem, i. e. plures, & majores, quam reliquorum Apostolorum? quæstionem movet & resolvit Cyril. Catech. X. f. 90. C. *Miratus sum,* inquiens, *sæpe S. Spiritus dispensationem, quod aliorum quidem epistolas parvo numero circumscripserit, Pauli autem, antea sui persecutoris, quatuordecim esse concesserit. Non enim eo, quod minor esset Petrus, aut Iohannes, præcidit gratiam; Absit! sed ut non dubia esset doctrina illius, qui antea esset inimicus, & persecutor, plura concessit illum scribere, ut omnes sic nobis facilius persuaderemus.* Scriptæ ex inspiratione divina: *Nam & scientia prædicatoris & lima justitiæ tam magnæ; & prædicando & docendo testimonio Spiritus Sancti prolatæ, atq; dilatatæ sunt, ut comparare aut coæquare veteri testamento & Evangelicæ doctrinæ non dubitemus, ipse etiam revelante sibi Spiritu S. cognovit, dum se raptum esse usq; ad tertium cœlum in corpore aut extra corpus asserit, hoc est usq; ad tertiam legem veteris novique testamenti.* judicio Hieronym. procem. comm. in epist. ad Rom. t. IX. f. 131. C. quanquam non omnia, unde quædam accepit, ex inspiratione divina fuerint, e. g. scripta Epimenidis, Arati, Menandri; *Non statim* (Paulus) *totam Menandri Comœdiam, & Arati librum probavit.* Hieronym. ad Tit. I. f. m. 122. D. Et paulo post: E. *qui putant totum librum debere sequi eum qui libri parte usus sit, videntur mihi, & apocryphum Enoch, de quo Apostolus Judas in epistola sua testimonium posuit, inter Ecclesiæ scripturas recipere, & multa alia, quæ Apostolus Paulus de reconditu est locutus.* Adde seqq. ad VII Ecclesias, si Hebræos excluseris: vid. Hieronym. ad Paulin. t. IV. f. 4. A. & in catal. tit. Paulus. Confer & Greg. Naz. in carm. Stylus sublimis & plane divinus est: juxta Hieron. apol. advers. Jovin. t. III. f. 48. B. Esto, quod difficilior videatur; difficultas enim „pertinaci scrutinio & lectione vinci potest: Potens ille jaculator

Aposto-

Apoſtolus, diſtortis verbis in medium conjectis, obſcuram quidem & occultatam facit lectionum altitudinis elaborationem, veriſſimam autem & rectæ opinionis, & quæ nihil habet neglectum, aut ægre adeo explicabile. Nam his, qui non adhibito ſtudio & ingenio, ſe à verbis excidunt, aliquando incohærentia & diſſona dicere videtur. Qui vero ſtudioſe & ſobria ratiocinatione relegunt, magno ordine ac veritate plena. Quod Ciliciſmo tinctus fuerit, ut quidem putat Hieronymus, ad Algaſiam q. 10. ſcribens: *quando ſe ille imperitum ſermone* 2. Corinth. XI 6. *affirmabat. Multa ſunt*, inquiens, *verba, quibus juxta morem urbis & provinciæ ſuæ familiarius Apoſtolus utitur: E quibus (exempli gratia) pauca ponenda ſunt.* Exempla ponit 1. Cor. IV. 3. Rom. VI. 19. 2. Cor. IX. 11. Coll. II. 18. addit: *Quibus, & aliis multis, verbis uſq; hodie utuntur Cilices. Nec hoc miremur in Apoſtolo, ſi utatur ejus linguæ conſuetudine, in qua natus eſt, & nutritus. Cum Virgilius, alter Homerus, apud nos, patriæ ſuæ ſequens conſuetudinem, ſceleratum frigus appellet.* vide Lorinum ad Acta XIV. v. 11. f. m. 610. C. Multus in hoc eſt etiam Chryſoſtom. de ſacerd. lib. IV. f m. 541. A. Confer Franciſci de Mendoza Olyſipponenſis Jeſuitæ viridar. lib. III. probl. 7. f. 54. ubi ex profeſſo tractat problema: *Verum D. Paulus ſua eloquentia veteres oratores ſuperarit?* Eadem præſtantia deprehenditur etiam in dogmatibus Paulinis. judicio Greg. Nyſſeni homil. in 1. Cor. XV. 28. t. 2. opp. f. 6. B. ubi ſimul notat ſingularitatem ſtyli in eo, quod quasdam voces in alio nonnunquam ſenſu, quam vulgo ſolent, uſurpet: Solet ſapientia magni Pauli ad id, quod viſum fuerit, ſed arbitrium ſuum, verbis uti, & ad ſuæ ſententiæ ſeriem atque complexum verborum ſignificationes adaptare, etiamſi ad alios quosdam intellectus conſuetudo abuſum dictionum trahat.

§. 95. Epiſtolæ ad *Romanos* argumentum recitat Athan. f. 140. Synopſ. t. 2. Materia ex V. T. potiſſimum deſumpta eſt: *omnis enim pene ad Romanos epiſtola de veteri ſtructa eſt inſtrumento*: ait Hieronym. comm. XVI. in Jeſ. præf. f. m. 98. B. Difficilis eſt: *omnis ad Romanos epiſtola interpretatione indiget, & tantis obſcuritatibus involuta eſt, ut ad intelligendam eam Spiritus Sancti indigeamus auxilio, qui per Apoſtolum hæc ipſa dictavit.* ita idem ad Hedib. q. 10. f. 67. t. IV. A. Confer q. VIII. Algaſ. ſub fin.

ut ad Romanos.

Ad Corinthios. §. 96. Ad *Corinthios* duæ epistolæ, & prior quidem scripta est Ephesi; posterior in Macedonia, juxta Athan. Synopsi. t. 2. f. 142. seq. ubi & *summam* utriusque explanat. Idem legas de epistola ad *Galatas*, f. 144. Confer & Hieronym. comm. in epist. ad Galat. procem. f. 79. t. IX. Et de epistola *ad Ephesios* Athan. Synopsi. f. 144. Hieronymus ad Paulam & Eustochium t. IX. f. 100. E. "observat, quod & quare Apostolus in hac vel potissimum epistola "obscuros sensus, & ignota seculis sacramenta congesserit, & de "sanctarum contrariarumq; virtutum docuerit potestate qui sint "dæmones, quid valeant, quid ante fuerint, & quomodo post ad- "ventum Christi sint diruti atq; destructi: nempe ideo, quia Ephe- sij præ aliis dediti erant idololatriæ, Magiæ &c. Ad *Philippenses*, & *Colossenses* epistolarum causas & summam exponit idem Athanas. Synopsi. f. 145. Sicut & epistolarum ad *Thessalonicenses*; Ad *Timotheum*; Ad *Titum*. Ad *Philemonem*.

Galatas. Ephesios. Philippenses. Colossenses &c.

Ad Hebræos §. 97. Epistola *ad Hebræos* an ab Apostolo Paulo sit scripta? quæritur. R. Hieronymus: *à pleriſq; extra numerum* (epistolarum Paulinarum) *ponitur*: epist. ad Paulin. t. IV. f. 4. eiusque reddit rationem comm. in Jes. c. VI. 9. inquiens: *idcirco Pauli ad Hebræos epistolæ contradicitur, quod ad Hebræos scribens utatur testimoniis, quæ in Hebræis voluminibus non habentur*. f. 14. G. Confer ad cap. VIII. 18. Et Catal. de script. tit. Paulus; *Epistola autem, quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur, ob styli sermonisq; distantiam. Sed vel Barnabæ, juxta Tertullianũ, vel Lucæ Evangelistæ, juxta quosdam, vel Clementis, Romanæ postea Ecclesiæ Episcopi, quem ajunt sententias D. Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone.* &c. f. m. 121. D. Addit tamen: *vel certe, quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter invidiam sui apud eos, nominis titulum in principio salutationis amputaverat, scripserat ut Hebræus Hebræis hebraice, id est suo eloquio disertissime, ut ea, quæ eloquenter scripta fuerint in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum, & hanc causam esse, quod à cæteris Pauli epistolis discrepare videatur*. Et ad Datdanum t. IV. f. 29. B. *illud nostris dicendum est, hanc epistolam, quæ inscribitur ad Hebræos, non solum ab Ecclesiis orientis, sed ab omnibus retro Ecclesiis Græci sermonis scriptoribus, quasi Pauli Apostoli suscipi, licet pleriq; eam vel Barnabæ vel Clementis arbitrentur, & nihil interesse, cujus sit, cum Ecclesiastici viri sit, & quotidie Ecclesiarum lectione celebretur*. Latini autem

non

non item recipiebant: *Latinorum conſuetudo non recipit* (ait idem in verbis mox ſeqq:) *inter ſcripturas canonicas.* Atque id eſt, quod Eraſmus ſcribit: *Vivo etiamnum Hieronymo Romani non recipiebant epiſtolam ad Hebræos.* præfat. in tom. 2. opp. Hieronym. f. 3. Quos forſan putat Euſebius, quando lib. VI. hiſt. c. 13. refert epiſtolam ad Hebræos à nonnullis inter ἀντιλεγομένας γραφὰς *ſcripturas, quibus contradicitur*, fuiſſe relatam. Contra, Athanaſius ſcriptorem ejus fuiſſe *Apoſtolum* ait orat. adv. Arian. t. 2. f. 22. C. Et *Paulum* quidem Synopſ. f. 61. & epiſt. ſoph. f. 39. Euſebius vocat θεῖον ἀπόστολον *divinum Apoſtolum*, lib. IV. dem. Evangel. f. 177. C. Subſcribunt Didymus lib. 1. de Spir. Sanct. Philaſtrius Hæreſ. XLI. Epiphanius Hæreſ. LXIX. f. 366. Chryſoſtom. hom. 61. ad pop. Antioch. Athanaſ. dial. 1. de Trin. f. 163. A. t. 2. Ex recentioribus vid. Baron. an. 109. §. 49. M. Anton. de Domin. lib. VII. de rep. c. 1. f. 4. n. 44. Dallæus de uſu Patr. lib. II. c. 6. p. 321. obſervat cenſuram Baronii adverſus Hieronymum iniquiorem, quaſi quod verum eſt non retuliſſet Hieronymus.

§. 98. Ad *Laodicenſes* an epiſtolam ſcripſerit Apoſtolus? videtur affirmare Athanaſius in Synopſ. t. 2. f. 146. D. Philaſtrius Hæreſ. XLI. Contra Hieronymus in Catal. tit. Paulus, ſub finem, ſcribit: *Legunt quidam & ad Laodicenſes* (epiſtolam) *ſed ab omnibus explodituv.* An ad Laodicenſes?

§. 99. Epiſtolarum *Catholicarum* ſunt ſeptem, nempe Jacobi una, Petri duæ, Johannis tres, & Judæ una; quo ordine eas recenſet non Athanaſius ſolum. Synopſ. f. 59. ſed etiam Hieronymus in prologo epiſtolis *canonicis* præmiſſo: Cujus meminerant Eraſm. in annot. ſup. 1. Joh. 5. Et in not. tom. IX. f. 231. Sixtus Senenſ. lib. VII. Bibl. Hæreſ. IX. Gerhardus part. 1. diſp. in dictum 1. Joh. 5. tres ſunt &c. Biblia Duacenſia integrum ponunt prologum iſtum Euſtochio dedicatum; in eo leguntur inter alia etiam hæc verba: Non ita ordo eſt apud Græcos, qui integrè ſapiunt, & « vitam rectam ſectantur, Epiſtolarum ſeptem, quæ Canonicæ « nuncupantur, ſicut in Latinis codicibus invenitur, ut, quia Petrus « eſt primus in ordine Apoſtolorum, primæ ſint etiam ejus epiſtolæ « in ordine cæterarum. Sed ſicut Evangeliſtas dudum ad veritatis « lineam correximus, ita has proprio ordini, Deo juvante, reddimus. « vel *Catholicæ.*

Eſt

» Est enim prima earum una Jacobi, duæ Petri, tres Johannis, & » una Judæ. Quod contenta Epistolarum attinet Hieronymi hoc est judicium: *Iacobus, Petrus, Iohannes, Iudas, Apostoli, septem epistolas ediderunt tam mysticas, quam succinctas, & breves pariter, ac longas. breves in verbis, longas in sententiis, ut rarus sit, qui non earum lectione carcutiat.* epist. ad Paulin. t. IV. f. 4. A.

ut Iacobi. §. 100. *Iacobi* epistola. Hieronymus refert, *asseri*, quod *ab alio quodam sub nomine ejus edita fuerit, licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem.* in Catal. Athanasius in Synopsi t. 2. f. 136. vocat διδασκαλικὴν ἐπιστολὴν *doctrinalem*, seu *dogmaticam epistolam*, cujus & contenta recenset: Quo nomine appellavit etiam priorem *Petri*; posteriorem vero ἀνάμνησιν τῶν πρώτων *refricationem priorum*: f. 137. judicio Hieronymi quæst. XI. ad Hedib. t. IV. f. 68. B. *duæ epistolæ, quæ feruntur Petri, stilo inter se & charactere discrepant, structuraq, verborum. Ex quo intelligimus pro necessitate rerum diversis eum usum interpretibus.* Erasmus præfat. in tom. 2. Hieron. f. 3. B. *secundam Petri epistolam*, ait, *styli duntaxat judicio* (Hieronymus) *putat alterius esse.* Quo posteriore nomine appellat etiam primam Johannis, tanquam in qua *commonefecerit eos, qui jam in Dominum crediderint*: Ejus deinde, ut & secundæ, & tertiæ argumenta exponit. An idem Johannes Apostolus, qui primæ, sit auctor etiam secundæ & tertiæ epistolæ? *Tradidit Hieronymus, quod alius ejusdem esset nominis Ioannes Presbyter, à quo scriptas affirmant*: Sic Erasmus præfat. in tom. 2. Hieron. f. 3. Respicit sine dubio ad Hieronymi catalogum. tit. Johannes; ubi scribit: *Reliquæ duæ, quarum principium est: Senior electæ Dominæ & natis ejus; Sequentis: Senior Cajo charissimo, quem ego diligo in veritate; Ioannis Presbyteri asseruntur, cujus & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur, & nonnulli putant, duas memorias ejusdem Ioannis Evangelistæ esse.* Sequitur Papiam, nec dissimulat, tit. Papias, utpote ex quo *appareat, alium esse Ioannem, qui inter Apostolos ponitur; & alium Seniorem, quem post Aristionem enumerat. Hoc autem diximus propter superiorem opinionem, quam à pleriq, retulimus traditam, duas posteriores epistolas Ioannis non Apostoli esse, sed Presbyteri.* Ultima est Judæ, de qua idem Hieroym. in Catal. tit. Judas: *parvam quidem, quæ de septem Catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in*

Petri.

Iohannis.

Iudæ.

ea

ea aſſumit teſtimonium, à pleriq; rejicitur, tamen auctoritatem vetuſtate jam & uſu meruit, & inter ſanctas ſcripturas computatur. Paula & Euſtochium ad Marcel. apud Hieronym. t. 1. f. 57. B. vocant *epiſtolam canonicam.*

§. 101. Supereſt *Apocalypſis Iohannis*: quæ, juxta Paulam Apocalypſis, & Euſtochium ad Marcel. t. 1. Hieronym. f. 57. *multo poſt paſſionem Domini ſcripta eſt à Iohanne*; Sic illæ quidem; Sed quæritur: Utrum à Johanne Apoſtolo fuerit conſcripta? Negarunt id, non ſolum Alogi Hæretici, dicentes: *quid mihi prodeſt apocalypſis Iohannis, quæ dicit mihi de Angelis & ſeptem tubis*? referente Epiphanio hæreſ. LI. f. 215. ſed etiam orthodoxi quidam, ut idem innuit hæreſ. LXXVII. f. m. 496; ita enim ille poſt relatum Apolinaris Chiliaſmum: *quod quidem ſcriptum eſt de millenaria hac ſecta in Apocalypſi Iohannis, & quod apud plerosq; liber receptus eſt etiam apud pios, manifeſtum eſt: Apud plerosq;*, ait, innuens, quod non apud omnes: In quibus eſt Gregorius Nyſſenus t. 2. opp. orat. in ſui ordin. f. 44. A. qui inter libros apocryphos refert. Imo integræ Eccleſiæ; *nec* enim *Græcorum Eccleſiæ Apocalypſin Iohannis ſuſcipiunt*: ſcribit Hieronym. ad Dardanum t. IV. f. 29. C. Contra ſentiunt alij, & quidem plerique, Apoſtolo Johanni hanc apocalypſin aſſerentes: in quibus ſunt: Athanaſius in Synopſi, f. 61. & 152. Hilarius prolog. in Pſalm. f. 334. Julius Firm. relig. profan. c. 20. Hieronymus epiſt. ad Dardan. l. c. qui & *veteres* laudat *ſcriptores*, quod Apocalypſi utantur velut *Canonico & Eccleſiaſtico Libro*. Sublimitas ejus commendatur ab Hieron. in epiſt. ad Paulin. t. IV. f. 4. *Apocalypſis Iohannis tot habet ſacramenta, quot verba. Parum dixi pro merito voluminis. Laus omnis inferior eſt, in verbu ſingulu multiplices latent intelligentiæ. Oro te, frater chariſſime, inter hæc vivere, iſta meditari, nihil aliud noſſe, nihil quærere; Nonne tibi videtur jam hic in terris regni cæleſtis habitaculum?* Nec dubium eſt, quin ſenſus ſit profundiſſimus. judice Epiphan. hæreſ. LXXVII. f. 496. Eſt lis inter veteres, literalis ille, an myſticus ſit? referente Hieron. comm. XVIII. in Jeſ. præf. f. m. 113. D. t. V. Qua ratione intelligenda ſit apocalypſis Johannis? *interrogat idem*; quam (*pergit*) ſi juxta literam accipimus, judaizandum eſt; ſi ſpiritualiter, ut ſcripta eſt, diſſerimus, multorum veterum videbimur opinionibus contraire, Latinorum

illis, qui pietatis elementis imbuendi ſunt; quales ſunt e. g. ſapientia Salomonis, Siracidis &c: Et inter apocryphos, qui ſint αἱρετικῶν ἐπίνοια *hæreticorum commentum*, eo fine conficti, ut occaſionem habeant ἀπατᾶν ἐν τούτοις τοὺς ἀκεραίους: *decipiendi ſimpliciores.* Obſervat Joh. Dallæus de uſu Patr. p.m. 104. quod *Expurgatores* Hiſpani *ex indice operum Athanaſii verba, quibus libros iſtos* (Biblicos) *non eſſe canonicos ſignificatur, deleverint*, ſcilicet, quia cauſſa Pontificiæ parum favebant. Neque ſufficit, citari apocryphos illos libros; Nam *veteres ſcriptores interdum* etiam *de apocryphis* citationes *facere ſolent, quippe qui & gentilium literarum raro utantur exemplis*: juxta Hieronym. ad Dard. t. IV. f. 29. C. Exemplo ſit Hermæ liber, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο, κἂν οὐκ ἔστιν ἐν τῷ κανόνι, ἀναγέγραπται: *Nam & inde etiam, quanquam is liber ex canone non ſit, allegationes ſumuntur.* ait Athanaſ. decr. Syn. Nicæn. t. 1. f. 266. D. Neque juvat, quod in codice Biblico habeantur; Nam & *in libro Eccleſiæ apocryphæ fabulæ arguebantur*, ut de quodam anonymo refert Hieronym. præfat. in Daniel. t. IV. f. 12. Certè cum grano ſalis legendi ſunt, monente eodem: *Caveat omnia apocrypha. Et, ſi quando ea, non ad dogmatum veritatem, ſed ad ſignorum reverentiam legere voluerit, ſciat, non eorum eſſe, quorum titulis prænotantur, multaq; his admixta vitioſa, & grandis eſſe prudentiæ aurum in luto quærere.* Sic ille ad Lætam de inſtit. filiæ. t. 1. f. 27. C.

§. 103. *Apocryphos* libros recenſet Athanaſius Synopſ. t. 2. f. 154. B. qui ſunt: *Sapientia Salomonis, ſapientia Ieſu Sirach, Eſther, Iudith, & Tobias. Iſtis etiam connumerantur Maccabæorum libri quatuor, Ptolemaici, Pſalmi, & Cantica Salomonis, Suſannæ hiſtoria.* Hieronymus præfat in libb. Regg. t. IV. f. 7. D. *Sapientia*, ait, *quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Paſtor, non ſunt in canone. Maccabæorum primum librum Hebraicum reperi: ſecundus Græcus eſt, quod ex ipſa quoq; phraſi probari poteſt.* Confer præf. in Prov. Salomonis. f. 10. D. ubi ait: *Sicut Iudith & Tobiæ, & Maccabæorũ libros legit quidem Eccleſia, ſed eos inter canonicas ſcripturas non recipit; Sic & hæc duo volumina legit ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam.* Per *duo* autem hæc *volumina* intelligit librum ſapientiæ & Siracidis, de quibus paulo ante dixerat. Recenſentur.

Sapientia.

§. 104. *Sapientia* vulgo *Salomonis* dicta ab Athanaſio & Hieronymo l.cit. *Pſeudepigraphus* liber eſt, judicio Hieronymi præf. in Prov. Salom. Salomonis enim ideo vocatur, quaſi Σολομὼν ἔγραψε ὁ γράψας, *Salomon eum ſcripſiſſet*; explicante Athanaſio Synopſ. t. 2. f. 114. Confer Julium Firmic. c. 29. de error. prof. relig. qui tamen non ſcripſit, ſed alius εἰς ἀυτῦ πρόσωπον ἀναθείς, *qui librum in perſona ipſius ſcripſit*: juxta Euſeb. lib. II. de præp. Evang. *apud Hebræos minquam eſt, quin & ipſe ſtylus Græcam eloquentiam redolet, & nonnulli ſcriptorum veterum hunc eſſe Iudæi Philonis affirmant*: juxta Hieronym. l.c. Confer Euſeb. lib. VI. hiſt. Eccleſ. c. 13. qui refert inter ἀντιλεγομένας γραφάς *ſcripturas, quibus contradicitur*: Inter apocryphos rejicit Epiphan. Hær. lib. 1. f. 9. & de menſ. & pond. f. m. 613. *Nam duo libri verſu ſcripti, Salomonis Sapientia, panaretus ab omni virtute appellata, & Sapientia Ieſu filij Sirach, & neptis ejus Ieſu, qui ſapientiã illam Hebraicè ſcripſit, ita ut nepos ejus eam interpretatus Græcè ſcripſerit; utiles quidem ſunt, & commodi, ſed in numerum receptorum non referuntur. Quare neque in teſtamenti arcam repoſiti ſunt.* Summam contentorum refert Athanaſius f. 114. Synopſ.

Siracidis liber.

§. 105. Altera *Sapientia* eſt Siracidis, dicta *panaretos* apud Hieronym. præf. in Prov. Salom. t. IV. f. 101. *Eximius & præcipuus*, explicante Eraſmo. *Panaretus* quoque dicitur ab omnigena *virtute*, ſicut Sapientiam Salomonis dici modo ex Epiphanio audivimus. Dicitur & *Eccleſiaſticus*; item *parabolæ*, referente eodem Hieronymo. *Auctor* libri fuiſſe dicitur *Ieſus*, cujus avus ejusdem nominis; parens vero Sirach; à quorum utroque ipſe dictus ſit Jeſus Sirach, collector ſententiarum parentis & avi, vide Athan. Synopſ. f. 116. *Ætas* exponitur ab Euſebio lib. VIII. dem. Evangel. f. 393. C. Stylus hodie Græcus eſt; quamvis Hieronymus olim *Hebraicum* illum *repererit*, l.c. Contenta exponit Athanaſ. l.c. dicens, *hic liber continet ſermones prudentiæ, enigmata, & parabolas, ad hæc & pias quasdã veterum hiſtorias, de viris Deo acceptis, & ſimul illorum preces, & hymnum. Præterea de beneficiis, quibus populum ſuum Deus dignatus eſt, & de malis, quibus hoſtes ipſorum abunde punivit.* Cum inſigni elogio perſonæ. Liber tamen eſt *ambiguæ lectionis*, juxta Epiph. hæreſ. lib. 1. f. 9. & computatur inter ἀντιλεγομένας γραφάς *ſcripturas, quibus contradicitur*: Euſeb. lib. VI. hiſt. Eccleſ. c. 13.

§. 106.

prælect. XV. p.m.130.seqq: Dallæ. de jej. & quadrag. lib. III. c.10. f.500. Hilarius prol. in Psalmos f.336. refert, *quibusdam* (adeoque non omnibus) *visum* esse librum hunc canonicis addi. Imo ipsemet non est in ea sententia, Judith esse librum canonicum; quandoquidem *Hebræos, non Græcos, sequutus* fuerit, fatente ipsomet Bellarm. lib.1. de V.D. c.20. Summam libri proponit Athan.f.111. Synops. *Chaldæo* idiomate, seu *sermone, conscriptum, & inter historias computatum* fuisse, auctor est Hieron. præf.in Judith.

Tobiæ: §. 108. *Tobiæ* liber, eius historiam complectens, à nonnullis quidem etiam Canonicis annumeratur ad explendum numerum XXIV. librorum Biblicorum, referente Hilario prolog. in Psalm. f. 336. Sed ab aliis inter apocryphos merito censetur: *Hebræi* enim *de Catalogo divinarum scripturarum secantes, his, quæ hagiographia memorant, manciparunt*: ait Hieron. præf. in Tobiam. Chaldaico idiomate quondam conceptus fuit; unde, perinde ut librum Judith, transtulit Hieronymus. l.c. summaria refert Athanas. in Synops.t.2. f.112. seqq.

Esdræ. §. 109. *Esdræ libri tertius & quartus* ad apocryphos spectant; Ambrosius de bon. mort.c. 10. allegat quidem quartum librum, tanquã unde Philosophi sua transtulerint. *Esdræ*, inquiens, *usus sum scripto, ut cognoscant gentiles, ea, quæ in Philosophiæ libris mirantur, translata de nostris.* f.63. Sed apocryphum esse, docet Hieronym. adverss. Vigilant.t.III.f.56.A. Et præfat.ad Esdram & Nehem. t.IV.f.9.ubi scribit: *Nec quenquam moveat, quod unus à nobis liber editus est, nec apocryphorum tertij & quarti libri somnius delectetur, quia & apud Hebræos Esdræ Neemiæq; sermones in unum volumen coartantur.* Idem de tertio sentiendum esse ingenuè nobis dat Bellarminus lib.1.de V.D. c.20.agens de tertio Esdræ libro, ajens, *non esse verisimile, Melitonem, Epiphanium, Hilarium, Hieronymum, Ruffinum, aliosq; Patres habuisse eum librum pro canonico, quoniam apertè secuti sunt Hebræos, non Græcos.*

Maccabæorum. §. 110. *Maccabæorum* libri quo tempore scripti sint, refert Euseb. lib. VIII. dem. Evang.f.393.D. dum scribit: *Maccabæo succedit frater Ionathas, deinde Simon; sub cujus mortem regni, quod apud Syros viguit, annus numeratur septimus & septuagesimus supra centesimum, ad quod sane tempus primus, qui Maccabæorum vocatur liber, historiam*

riam deducit, ac deductam relinquit. Hieronymus quidem putat *Ioſephum Maccabæorum ſcriptorem hiſtoriæ* extitiſſe, lib. 2. advers. Pelag. f. m. 129. t. 2. Et in catal. tit. Joſephus. ſed cavenda eſt confuſio inter hæc duo, nempe libros Maccabæorum, qui ſcil. in catalogo librorum Biblicorum continentur, & librum Joſephi de Maccabæis, cui titulus eſt: περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, *de ratione imperatrice*, laudatum à Gregorio Nazianzeno in oratione de Maccabæis; quæ cum non adverteret, confudit libros diſtinctiſſimos Bellarminus, notatus propterea à Rainol. cenſ. libb. Apocr. Lect. XV. f. m. 124. videturq; Joſephi iſtum de ratione librum indigitare Hieronymus, adverſus Pelagianos ſcribens, quoniam *de regendis animi perturbationibus* locutum eſſe, dicit.

§. III. Danieli ſolet annecti *hiſtoria Suſannæ, hymnus trium puerorum, & geſta cum Dracone*; Sed apocrypha ſunt & hæc, & *fabulæ*: refert Hieronymus apol. adv. Ruffin. t. III. f. 104. A. *quid adverſum Suſannæ hiſtoriam, & hymnum trium puerorum, & Belis draconis fabulas, quæ in volumine Hebraico non habentur, Hebræi ſoleant dicere.* Repetit præfat. in Daniel. t. IV. f. 11. D. ubi itidem refert, quod Daniel *apud Hebræos nec Suſannæ habeat hiſtoriam, nec hymnum trium puerorum, nec Belus draconis fabulas; quas nos, quia in toto orbe diſperſæ ſunt, veru antepoſito, easq; jugulante, ſubjecimus; ne videremur apud imperitos magnam partē voluminis detruncaſſe.* Refert deinde & diſputationem ſuper his libris, ſeu ſcriptis, an cum veritate contenta conſentiant? tandemque ſubjicit: *Super hac re lectoris arbitrio judicium derelinquo.* Exprobratum autem eſt Hieronymo ab æmulo Ruffino, quod inter apocryphos libros ea relegarit, in invect. adverſ. Hieron. t II. opp. f. 136. B. dicente: *Omnis illa hiſtoria de Suſanna, quæ caſtitatis exemplū præbebat Eccleſiis Dei, ab iſto abſciſſa eſt, atq; abjecta, atq; poſthabita. Trium puerorum hymnus, qui maximè diebus ſolennibus in Eccleſia Dei canitur, abiſto è loco ſuo penitus eraſus eſt.* Sed non ſolus fuit Hieronymus, qui id fecit; quandoquidem *Euſebius & Apollinarius pari ſententia reſponderunt, Suſannæ Beliq; ac draconis fabulas non contineri in Hebraico; ſed partem eſſe propheticæ Habacuc, filij Ieſu, de tribu Levi: Sicut juxta LXX interpp. in titulo ejuſdem Belus fabulæ ponitur: Homo quidam erat ſacerdos nomine Daniel, filius Abda, convivа regis Babylonis; cum Danielem & tres pueros de tribu Iuda fuiſſe ſancta ſcriptura teſtetur.*

Daniclis.

Vnde

prælect. XV. p.m.130.seqq: Dallæ. de jej. & quadrag. lib. III. c.10. f.500. Hilarius prol. in Psalmos f.336. refert, *quibusdam* (adeoque non omnibus) *visum* esse librum hunc canonicis addi. Imo ipsemet non est in ea sententia, Judith esse librum canonicum; quandoquidem *Hebræos, non Græcos, sequutus* fuerit, fatente ipsomet Bellarm. lib.1. de V.D. c.20. Summam libri proponit Athan.f.111. Synops. *Chaldæo* idiomate, seu *sermone, conscriptum, & inter historias computatum* fuisse, auctor est Hieron. præf. in Judith.

Tobiæ: §. 108. *Tobiæ* liber, eius historiam complectens, à nonnullis quidem etiam Canonicis annumeratur ad explendum numerum XXIV. librorum Biblicorum, referente Hilario prolog. in Psalm. f. 336. Sed ab aliis inter apocryphos merito censetur: *Hebræi* enim *de Catalogo divinarum scripturarum secantes, his, quæ hagiographia memorant, manciparunt*: ait Hieron. præf. in Tobiam. Chaldaico idiomate quondam conceptus fuit; unde, perinde ut librum Judith, transtulit Hieronymus. l.c. summaria refert Athanas. in Synops. t.2. f.112. seqq.

Esdræ. §. 109. *Esdræ libri tertius & quartus* ad apocryphos spectant; Ambrosius de bon. mort. c. 10. allegat quidem quartum librum, tanquã unde Philosophi sua transtulerint. *Esdræ*, inquiens, *usus sum scriptis, ut cognoscant gentiles, ea, quæ in Philosophiæ libris mirantur, translata de nostris.* f.63. Sed apocryphum esse, docet Hieronym. adverss. Vigilant. t.III. f.56.A. Et præfat. ad Esdram & Nehem. t.IV. f.9. ubi scribit: *Nec quenquam moveat, quod unus à nobis liber editus est, nec apocryphorum tertij & quarti libri somnio delectetur, quia & apud Hebræos Esdræ Neemiæq; sermones in unum volumen coartantur.* Idem de tertio sentiendum esse ingenuè nobis dat Bellarminus lib.1. de V.D. c.20. agens de tertio Esdræ libro, ajens, *non esse verisimile, Melitonem, Epiphanium, Hilarium, Hieronymum, Ruffinum, aliosq; Patres habuisse eum librum pro canonico, quoniam apertè secuti sunt Hebræos, non Græcos.*

Maccabæorum. §. 110. *Maccabæorum* libri quo tempore scripti sint, refert Euseb. lib. VIII. dem. Evang. f.393. D. dum scribit: *Maccabæo succedit frater Ionathas, deinde Simon; sub cujus mortem regni, quod apud Syros viguit, annus numeratur septimus & septuagesimus supra centesimum, ad quod sane tempus primus, qui Maccabæorum vocatur liber, historiam*

igitized by Google

riam deducit, ac deductam relinquit. Hieronymus quidem putat *Joſephum Maccabæorum ſcriptorem hiſtoriæ* extitiſſe, lib. 2. advert. Pelag. f. m. 129. t. 2. Et in catal. tit. Joſephus. ſed cavenda eſt confuſio inter hæc duo, nempe libros Maccabæorum, qüi ſcil. in catalogo librorum Biblicorum continentur, & librum Joſephi de Maccabæis, cui titulus eſt: περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, *de ratione imperatrice*, laudatum à Gregorio Nazianzeno in oratione de Maccabæis; quæ cum non adverteret, confudit libros diſtinctiſſimos Bellarminus, notatus propterea à Rainol. cenſ. libb. Apocr. Lect. XV. f. m. 124. videturq; Joſephi iſtum de ratione librum indigitare Hieronymus, adverſus Pelagianos ſcribens, quoniam *de regendis animi perturbationibus* locutum eſſe, dicit.

§. 111. Danieli ſolet annecti *hiſtoria Suſannæ, hymnus trium puerorum, & geſta cum Draconе*; Sed apocrypha ſunt & hæc, & *fabulæ*: refert Hieronymus apol. adv. Ruffin. t. III. f. 104. A. *quid adverſum Suſannæ hiſtoriam, & hymnum trium puerorum, & Belis draconis fabulas, quæ in volumine Hebraico non habentur, Hebræi ſoleant dicere.* Repetit præfat. in Daniel. t. IV. f. 11. D. ubi itidem refert, quod Daniel *apud Hebræos nec Suſannæ habeat hiſtoriam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconis fabulas; quas nos, quia in toto orbe diſperſæ ſunt, veru antepoſito, eaſq; jugulante, ſubjecimus; ne videremur apud imperitos magnam partē voluminis detruncaſſe.* Refert deinde & diſputationem ſuper his libris, ſeu ſcriptis, an cum veritate contenta conſentiant? tandemque ſubjicit: *Super hac re lectoris arbitrio judicium derelinquo.* Exprobratum autem eſt Hieronymo ab æmulo Ruffino, quod inter apocryphos libros ea relegarit, in invect. adverſ. Hieron. t II. opp. f. 136. B. dicente: *Omnis illa hiſtoria de Suſanna, quæ caſtitatis exemplū præbebat Eccleſiis Dei, ab iſto abſciſſa eſt, atq; abjecta, atq; poſthabita. Trium puerorum hymnus, qui maximè diebus ſolennibus in Eccleſia Dei canitur, abiſto è loco ſuo penitus eraſus eſt.* Sed non ſolus fuit Hieronymus, qui id fecit; quandoquidem *Euſebius & Apollinarius pari ſententia reſponderunt, Suſannæ Beliq; ac draconis fabulas non contineri in Hebraico; ſed partem eſſe propheriæ Habacuc, filij Ieſu, de tribu Levi: Sicut juxta LXX interpp. in titulo ejuſdem Belis fabulæ ponitur: Homo quidam erat ſacerdos nomine Daniel, filius Abda, convivа regis Babylonis; cum Danielem & tres pueros de tribu Juda fuiſſe ſancta ſcriptura teſtetur.* Daniclis.

Vnde

Vnde & nos ante annos plurimos cum verteremus Danielem, has visiones obelo prænotavimus, significantes, eas in Hebraico non haberi. Et miror, quosdam μεμψιμοίρους indignari mihi, quasi ego decurtaverim librum, cum & Origenes, & Eusebius, & Apollinarius, alïq; Ecclesiastici viri, & doctores Græciæ, has, ut dixi, visiones non haberi apud Hebræos fateantur, nec se debere respondere Porphyrio pro his, quæ nullam scripturæ sanctæ auctoritatem præbeant: referente Hieron. proœm. comm. in Daniel. t. V. f. 267. B.

Apocryphi alii.

§. 112. Hactenus de libris in codice Biblico apocryphis. Præter eos circumferebantur alia *apocryphorum deliramenta, & Hiberænania*, uti vocat Hieronymus præf. in Pentateuch. t. IV. f. 6. *Somnia*, uti appellat ad Matth. I V. Athanasius dividit in Apocryphos V.T. & N.T. Apocryphi Veteris Testam. sunt hi: *Enoch Patriarchæ, oratio Ioseph, Testamentum Moysis, Assumptio Mosis, Abraham, Eldad & Modad, Eliæ prophetæ, Sophoniæ Prophetæ, Zachariæ patris Ioannis, Baruch, Ambacum, Ezechiel, & Daniel, ψευδεπίγραφα, falsò inscripti.* Novi vero: *Circuitus Petri, circuitus Ioannis, circuitus Thomæ, Evangelium Thomæ, doctrina Apostolorum, Clementina.* in Synops. t. 2. f. 154. D. *Μικρογίννας* meminit Hieronym. ad Fabiol. de XLII mans. Mans. XVIII. t. 4. f. 20. C. De singulis non attinet dicere, utpote remotioribus à nostro instituto.

Stylus authenticus. V. Test.

§. 113. *Stylus authenticus* Veteris Testamenti est maximam partem Hebræus. Nam oracula Hebræorum *τῇ πατρίῳ αὐτῶν φωνῇ patria ipsorum lingua* antiquitus tecta fuerunt, juxta Euseb. lib. VIII. de præpar. Evangel. c. 1. f. 349. *οἰκείᾳ γραφῇ domestica scripturæ* lib. VII. c. 9. Probatur ex colloquio Demetrii Phalerei, Regis Philadelphi Bibliothecarii; Sic enim ille in colloquio cum rege habito: *Interpretatione opus est. Suum enim ac proprium characterem Iudæi, quemadmodum Ægyptij peculiarem literarum figuram ac situm, habent; uti propriam quoq; loquendi rationem. Et nonnulli quidem eos Syriace loqui opinantur; errant illi tamen; alio enim utuntur dialecti genere.* f. 350. C. Et in literis ad eundem: *Iudaicæ gentis volumina Hebraicis literis ac vocibus continentur.* Unde ad Eleazarum, Judaicæ Ecclesiæ Pontificem summum, literis idem scripsit, petiitq;, legem Judæorum in Græcum transferri *ἐκ τῶν παρ' ὑμῖν ἐβραϊκῶν λεγομένων γραμμάτων ex Hebraicis apud ipsos dictis literis.* Idem probatur ex allegatio-

gationibus, quas juxta Hebræos fontes Christus, Apostoli, & Evangelistæ instituerunt: *Christus Dominus noster, utriusq; testamenti conditor, in Evangelio secundum Iohannem; Qui credit*, inquit, *in me, sicut dicit scriptura, flumina &c. utiq; scriptum est, quod Salvator scriptum esse testatur. Vbi scriptum est? LXX non habent; Apocrypha nescit Ecclesia. Ad Hebræos igitur revertendum, unde & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt.* verba sunt Hieronym. apol. adv. Ruff. t. 3. f. 103. A. & f. 104. B. *Apostolici viri scripturis utuntur Hebraicis; ipsos Apostolos & Evangelistas hoc fecisse perspicuum est. Dominus atq; Salvator ubicunq; veteris scripturæ meminit, de Hebraicis voluminibus ponit exempla.* Et proœm. lib. XV. comm. in Jesai. IV. t. 5. f. 92. E. *Crebro, Eustochium, dixisse me novi, Apostolos & Evangelistas, ubicunq; de veteri instrumento ponunt testimonia, si inter Hebraicum & LXX nulla diversitas sit, vel suis, vel LXX interpretum, verbis uti solitos. Sin autem aliter in Hebraico, aliter in veteri editione sensus est, Hebraicum magis, quam LXX Interpretes, sequi.* Consentit Eusebio lib. IX. dem. Evang. f. 452 ad Matth. XII. 18. observanti, quod Evangelistæ ad Hebræos fontes respexerint. *quocirca quasi in Hebraico ea Prophetia non sit, apud ipsos quidem LXX obelisco signatum est nomen Iacob atq; Israel. Apud reliquos autem interpretes silentio præteritum, propterea, quod ne in Hebraico quidem feratur. Proinde etiam Evangelista merito id prætermisit, quippe qui & Hebræus esset, & in Prophetiæ positione Hebraicos libros sequeretur.* D. Horum exemplū secuti patres hujus seculi, etiā ipsi ad Hebræos hos fontes provocarunt; ut e.g. Eusebius ad ἑβραϊκὴν λέξιν *Hebraicam Dictionem* lib. I. dem. Evang. f. 181. Si consensit textus Hebræus, lectio recipiebatur: ἔστι τὸ ἑβραϊκὸν ἔχει. *Sic Hebræum habet*; lib. VIII. dem. f. 414. D. Sin dissensit, repudiabatur; ἑτέρως ἔχει τὸ ἑβραϊκόν *aliter Hebræum habet*; idem excipit. Vis exemplum? Ecce illustre illud ex Prov. VIII. 22. Versio habet: ἔκτισε *creavit*; sed fontes: *possedit* קנני: *Si quis*, ita idem ille inquit, *geminum sensum sacratissimæ scripturæ investigare vellet, inveniet lectionem Hebraicam non habere*: ἔκτισε με, *creavit me*; *qua neq; reliquorum interpretum aliquis usus est*; *Aquila legit*: κύριος ἔκτισέ με *Dominus possedit me caput viarum suarum. Symmachus*: κύριος ἐκτήσατό με *Dominus possedit me initium viarum suarum: Sic & Theodotio*; *Dominus* ἐκτήσατό με *possedit me, initium vie suæ. Et non abhor-*

ret à ratione interpretatio. lib. III. adverſ. Marcel. c. 2. f. 152. B. Conferlib. X. dem. Evang. f. 484. D. Idem fecerunt Didymus, *in Hebræo*, inquiens, *habetur* &c. lib. I. de Spir. Sanct. & Hieronymus, *Hebraea*, dicens, *exponenda veritas eſt*: quæſt. in Gen. f. 95. D. *Ad Hebraicam veritatem, tanquam ad arcem ſe confugere*, ſcribit ad vitalem. *In Hebræo habet*; item: *legimus in Hebræo*: item: *in authenticis* (Hebræis) *codicibus non habetur.* Unde & verſiones ſuas juxta fontes Hebræos adornavit, vide præfat. in Jerem. t. V. f. 122. Et eo fine præceptorem aluit Barchaninam, Judæum, à quo literas Hebræas accurate doceretur, cujus ipſe meminit Apol. 1. adv. Ruffin. f. 91. D. Confer f. 102. D. Epiph. Hæreſ. LXIX. f. 361, 362.

Etymol. §. 114. De *appellatione* literarum Hebraicarum, & earum *Etymologiis* diſputat Euſebius de præp. Evangel. lib. X. c. 5. Et Hieronymus ad Paulam Urbicam t. IV. f. 90. B. Quorum hic negat, hodiernas literas eſſe Hebræas, utpote Chaldæas; Samaritanas vero eſſe affirmat antiquas Hebræorum; vide præf. in Regg. tom. IV. f. 7. quam controverſiam Philologis relinquimus diſcutiendam.

Stylus authenticus N. T. §. 115. Stylus authenticus Novi Teſt. eſt Græcus. *Melius habetur in Græco*, ait Didymus Alex. lib. III. de Spir. S. explicans locum ad Theſſalonicenſes. Et Hieronymus verſionem ad fidem Græcorum codicum adornavit: *Novum Teſt. Græcum eſſe, non dubium eſt, excepto Apoſtolo Matthæo, qui primus in Judæa Evangelium Chriſti Hebraicis literis edidit. Hoc certe cum in noſtro ſermone diſcordat, & in diverſos rivulorum tramites ducit, uno de fonte quærendum.* Sic ille præf. in IV. Evang. ad Damaſ. t. IV. f. 12. D. Cum interrogaretur de verſione 1. Cor. XV. 52. omnes quidem dormiemus, non autem omnes immutabimur; Reſp. *in Græcis voluminibus non* (ita) *haberi*: epiſt ad Miner. & Alex. t. IV. f. 89. A. *Vt enim veterum librorum fides de Hebraeis voluminibus examinanda eſt; ita novorum Græci ſermonis normam deſiderat*: ad Lucin. citante Ramirez. miſc. ſacr. tr. 1. c. 51. §. IV. f. 252. Hilarius, expendens dictum Paulinum Rom. VIII. 32. de *proprio* Dei filio, phraſeos vim ex Græcitate repetiit: *Quid ſit proprium expende, ne ignores veritatem. Nunc enim Apoſtolus proprium ait filium, cum in multis vel ſuum, vel ejus, ſæpe dixiſſet. Et quamvis multi codices, per translatorum ſimplicem intelligentiam in hoc loco pro-*

pro-

proprio filio, suo filio, conscriptum habeant; tamen Græcitas, qua lingua Apostolus est locutus, proprium nunc magis, quam suum nuncupat. Et licet communis intelligentiæ sensu non satis inter proprium & suum differat, verum Apostolus cum in cæteris dictis suum commemorasset filium, quod est Græcè: τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν; tamen in hoc loco *secundum quod ait:* ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο: *qui proprio filio non pepercit, naturæ veritatem significanter expressit.* lib. VII. de Trin. f. 77. De Evangelio Matthæi Hebraico disputatum est supr. §. 89. Atque hic, Hebræus & Græcus stylus authenticus, comparatur *fontibus*; Sicut versiones *rivulis*, ab Hieron. comm. in Zach. c. VIII; istæ *arti*, in epist. ad vital. & vocatur *veritas* καθ' ἑξοχήν; l. c.

§. 116. *Genus scriptionis* est vel *prosaicum*, vel *poëticum*, juxta Hieronym. ad Paulam Urbicam t. IV. opp. f. 90. B. Habes, *inquit*, Genus scriptionis: & in lamentationibus Hieremiæ quatuor alphabeta, è quibus duo « prima quasi Sapphico metro scripta sunt: quia tres versiculos, qui « sibi connexi sunt, & ab una tantum litera incipiunt, Heroici com- « ma concludit. Tertium vero alphabetum trimetro scriptum est, « & à ternis literis, sed eisdem, terni versus incipiunt. Quartum « alphabetum simile est primo & secundo. Proverbia quoque Sa- « lomonis extremum claudit alphabetum, quod tetrametro jambi- « co supputatur, ab eo loco, in quo ait: mulierem fortem quis inve- « niet? Confer Claud. Espenc. f. 1030. D. opp. Theol. Character dicendi non est affectatus juxta morem eloquentiæ secularis; sicut enim Christus ὁ πλουσίως ἁπλοῖς λέξεσι διδάξας *pauperrimo verborum apparatu docuit*, judicio Athanasij t. I. de incarn. verbi. f. 105. Sic amanuenses sacri scripserunt: *Consuetudo est scripturæ ἀπερίεργος καὶ ἁπλῶς incuria & simpliciter verba pronunciare.* Orat. V. adv. Arian. f. 545. A. Et Hilarius lib. IX. de Trin. f. 130. *Quantam potuit Dominus verborum simplicitate Evangelicam fidem locutus est: Et in tantum ad intelligentiam nostram sermones aptavit, in quantum naturæ nostræ ferret infirmitas, non tamen ut quicquam minus dignum naturæ suæ majestate loqueretur.* Confer Cyril. Hieros. Catech. XIII. f. 125. Hieronym. t. IV. ad Paulin. f. 4. & dicta super. §. 12. ubi ostendimus, quod sub illa ipsa simplicitate sublimis lateat sapientia, *profunda Apostoli, ænigmata Prophetarum, Evangelij majestas, ad cujus fulgura omnis mortalium sensus hebetatur*, uti loquitur Hieronymus

ad Gaudentium t. 1. f. 44. D. Confer comm. ad Eccles. c. XII. f. m. 46.

Contenta. §. 117. *Contentorum* in S. literis summa est Christus: *Omnis divina scriptura de verbi Dei descensu ad nos, & de adventu illius in carne propheticam habet. Hæc enim voluntas Dei est, & primarium erat prophetis, ac universæ divinæ scripturæ, hanc rem annunciare.* Sic ait Athanas. in Synops. f 98. C. Et Hieronym. præfat. in Thren. t. V. f. 165. *universa*, ait, *quæ scripta sunt, ad Christi & Ecclesiæ pertinent sacramenta.* Et probatur inductione; vel enim ad legem spectat, quod in S. literis continetur, vel ad Evangelium: juxta Euseb. lib. 1. dem. Evang. c. 4. 5. 6. Utrumque respicit in Christum, & lex quidem ut ad pædagogum, Evangelium vero, ut nucleum; *Nam antequam fides veniisset, sub lege custodiebamur; lexq; noster pædagogus fuit & ductor ad Christum.* ita Cyrillus Catech. IV. f. 36. B. Et ita Christum non Evangelium solum docuit, sed etiam lex & Prophetæ, quod contra Manichæos, Veteris Testamenti adversarios, solicitè urserunt veteres orthodoxi, uti prolixè videre est apud Titum Bostrens. lib. III. contr. Manich. p. m. 121. In hoc tertio igitur lex & Evangelium conveniunt, etsi in aliis differant, ut, quod lex Elementaris fuerit, Evangelium vero perfectionis, de quo Euseb. lib. 1. dem. Evang. f. m. 16. & 37. & nos inferius, Deo volente, in Ἀνθρωπολογία. Aliter dividit Athanasius ad Marcel. t. 1. f. 964. in προφητείας, νομοθεσίας, καὶ ἱστορίας: *Vaticinia, leges, & historias.* Explicatius Ambrosius effert præfat. in Psalm. f. 341. E. dicens: *historia instruit, lex docet, prophetia annunciat, correptio castigat, moralitas suadet.* Et Hieronymus ad Paulam Urbicam t. IV. f. 90. Quomodo philosophi solent disputationes suas in Physicam, Ethicam, Logicamq; partiri; ita & Eloquia divina aut de natura disputare, ut in Genesi & Ecclesiaste; aut de moribus, ut in proverbiis, & in omnibus sparsim libris; aut de Logica, pro qua nostri Rhetoricem sibi vendicant, ut in cantico canticorum, & in Evangeliis; Licet Apostolus sæpe proponat, assumat, confirmet, atque concludat, quæ proprie artis dialecticæ sunt. Qua de Hebræorum philosophia, S. literis inserta, prolixus est Eusebius in libris de præparatione Evangelica, agens de Hebræorum Ethica, Logica,

Logica, Grammatica, Physiologia, Metaphysica &c. ut obtineat, Hebræos præ Græcis longe antecelluisse.

§. 118. Progredimur ad *sensum* scripturarum sacrarum. Non minus jucundum, quam honestum & necessarium est, mysteria scripturæ scrutari; *Totum, quod legimus in divinis libris, nitet quidem & fulget etiam in cortice, sed dulcius in medulla est. Qui edere vult nucleum, frangat nucem: Revela, inquit David, oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Scribit ad Paulinum Hieronym. t. 1. f. 47. D. Idem *nequit satis scripturæ laudare mysteria, & divinum sensum in verbis licet simplicibus admirari*: epist ad Paulam. f. 72. A. Ille vero sensus dextrè indagandus & percipiendus est: Id quod operose contendit Athanasius in invectiva *adversus eos qui dicunt, simpliciter esse sacrarum literarum locutiones accipiendas, καὶ μὴ σκοπεῖν τὰ δι' αὐτῶν σημαινόμενα, nec quid illæ significent considerandum, cum omnium hominum captum excedant.* Quem errorem prolixe refutat t. 2 f. 309. A. Monitum est etiam Hilarii lib. VIII. de Trin. f. 102. *quæ scripta sunt, legamus, & quæ legerimus, intelligamus, & tunc perfectæ fidei officio fungemur.* Ut vapulent Hæretici, *qui omnes scripturas sine sensu loquuntur, fidem sine fide prætendunt. Scripturæ enim non in legendo sunt, sed in intelligendo; neq; in prævaricatione sunt, sed in charitate.* Sic idem ad Augustum, seu contra Constant. f. m. 213. Confer Athanas. orat. 1. adv. Arian. f. 286. D. Nempe Hæretici eo impudentiæ non facile veniunt, ut diserta scripturæ verba negent, pervertunt autem sensum; quare opus est, *ut, quia dictum non ambigitur, quatenus dictum sit, possit intelligi,* juxta Hilar. lib. V. de Trinit. f. 59. Sensus scripturæ.

§. 119. *Dividi* vulgo solet sensus in literalem & mysticum. Didymus lib. III. de Spir. Sanct. f. m. 202. distinguit inter *humilem & corpoream verborum simplicitatem, & spiritualem legis notitiam.* Cum qua distinctione interdum coincidit illa quæ est in λέξιν καὶ διάνοιαν *dictionem & mentem*, apud Euseb. lib. VI. dem. Ev. c. 21. f. 301. C. ῥητὸν καὶ διάνοιαν, *literam & sensum*, lib. VII. c. 1. f. 319. 320. λέξιν καὶ ἰδίωμα *dictionem & figuram* f. 332. ῥήματα καὶ διάνοιαν, *verba & mentem* Athan. adv. Arian. 1. orat. t. 1. f. 286. σωματικὸν καὶ νοητὸν *sensum corporalem & mentalem*, apud Basil. in Ps. XXIX. f. 187. Literalis est κατὰ χεῖρα καὶ ῥητὴ διήγησις *obvia & literalis expositio*, juxta Euseb. de- Dividitur.

demonst.

monst. Evang lib. VI. c. 18. *dictorum virtus*, vocante Hilario lib. II. de Trin. f. 13. *significantia sermonis*; f. 14. *Intelligentia naturæ.* lib. III. f. 30. *Historica expositio*, Hieronym. præfat. in X. vis. Esai. t. V. f. 25. *interpretatio*: in Jes. XVIII. f. 29. quam qui assequuntur, habent γεγραμμένην ἀκρίβειαν ὑπὲρ τῆς γεγονῶς: *literalem in scriptura accurationem*, per Basil. ad Amphil. f. 765. Mysticus vero est κατόπτρου θεωρία *arcana contemplatio*, uti vocat Euseb. lib. IV. de vit. Const. M. c. 45. & Julianus Imper. referente Soer. lib. III. hist. c. 22. *Subtilis & minutus intellectus, qui spiritualis dicitur*, juxta Ruffin. lib. 1. de benedict. Patriarch. Sic etiam Hieronymus vocat, *Spiritualem* nempe, & *spiritualem intelligentiam* comm. in Eccles. c. 3. *mysticos intellectus* quæst. 4. ad Algas. Eusebio est βαθὺς καὶ λεληθὼς λόγος *profundus & latens sermo.* lib. XI. de præp. Evangel. c. 7. f. 523. *abstrusiores & sublimiores sensus*, Gregorio Naz. orat. II. de pascha. *Subjacens interioris caussæ intelligentia* Hilario comm. in Matth. can. 12. Subdividi solet mysticus sensus in *allegoricum*, quem frequenter sectabatur Origenes, & multi ipsum κακοζηλοῦντες; vide Basil. homil. IX. in Hexaëm. Hieronym. comm. in Jesai. XIII. & XVIII. *Anagogicum*, cujus mentionem facit idem Basilius homil. III. in Hexaëm. citante Justiniano Imp. in epist. ad Menam, quæ legitur tom. XII. concil. f. m. 327. princ. Hieronymus q. 12. ad Hedib. vocat *intelligentiam spiritualem* & *spiritualem* θεωρίαν; *anagogen* quæst. VIII. ad Hedib. t. IV. f. m. 65. C. Et *tropologicum*, vide Athan. orat. IV. adv. Arian. f. 471. B. Hieronym. quæst. II. ad Algas. f. 71. C. t. IV. Alibi tres tantum sensus facit, dicens: *Triplex in corde nostro descriptio & regula scripturarum est, prima, ut intelligamus eas juxta historiam; secunda juxta tropologiam, tertia juxta intelligentiam spiritualem*, quæst. XII ad Hedib. f. 69. B. & explicat, quid per quemque sensum intelligat.

Literæ non semper locum habet.

§. 120. Sensus nudæ & crudæ literæ non semper locum habere potest in explicanda scriptura sacra, eo quod interdum à litera recedendum sit, si salvam analogiam fidei esse velimus. Disputat hac de re Dionysius Areop. epist. IX. f. m. 796. D. *Hujus enim*, inquiens, *exteriora, quam plena sunt incredibilis & commentitij monstri? v. g. dum in supresubstantiali Dei generatione uterum Dei corporea generantem effingit, & cor hominis eructans verbum in aerem effusum; &*

Spiri-

Digitized by Google

Spiritum ex ore ſpirantem deſcribit, ac ſinus Dei genios, Filium Dei complectentes, in modum corporis collaudat, aut in modum ſtirpis hæc ipſa depingit, & arbores quasdam, & ſurculos, & flores atq; radices proponit &c. quæ ſi quis vellet κατὰ ῥητὸν accipere, oppido abſurdus foret. Confer Hieronym. q. 2. Algaſ. t. 4. f. 71. Idem in cantico canticorum hoc obſervari vult, f. 798. A. quæ & Athanaſij ſententia eſt Synopſ. t. 2. f 98. Cyrilli Catech. VI. f. 49. D. *dùm quidam ignem eſſe Deum cenſuerunt, alij, quaſi hominem alatum.* Confer Nyſſen. comm. in Cantic. t. 1. f. 468. D. Et in Apocalypſi, cum *omnis ille liber aut ſpiritualiter intelligendus ſit, ut nos exiſtimamus: aut, ſi carnalem interpretationem ſequimur, Iudaicis fabulis acquieſcendum ſit, ut rurſum ædificetur Hieruſalem, & hoſtia offerantur in templo, & ſpirituali cultu imminuto carnales obtineant cæremoniæ.* verba ſunt Hieronym. ad Marcel. t. IV. f. 61. D. Unde non immerito diſtinguitur inter ſenſum literæ, & literalem; iſte vocatur, quem verba crude accepta immediatè dant; hic, quem Spiritus S. ultimato & primario intendit, etſi verba interdū tropicè concepta ſint: *Mos eſt divinæ ſcripturæ res naturales hominibus in ſimilitudinem & exempla proponere. Id autem facit, ut ex illis naturalibus motus hominum, qui ultro voluntate ſuſcipiuntur, manifeſtius appareant, eorumq; mores vel mali, vel juſti, magis in conſpicuo ſint.* ita Athanaſius orat. IV. adv. Arian. t. 1 f. 471. B. illuſtrat & probat exemplis Pſ. XXXII. 9. Luc. XIII. 32. Matth. X. 16. & ſubjungit: *Quæ quidem verba ideo locutus eſt, non ut naturaliter jumenta efficeremur, aut ſerpentes, aut columbæ: Non enim tales nos ipſe condidit, ac proinde nihil tale ipſa natura recipit: ſed ut nos luporum quidem impetus affectusq; irrationales defugeremus, ſerpentis autem prudentiam animadvertentes, non ſineremus nos fraudibus circumveniri, & ex columba manſuetudinem mutuaremur.* Quo pertinet, quod, quæ Deo ἀνθρωποπαθῶς tribuuntur, θεοπρεπῶς ſint intelligenda: *dum ſcriptura loquitur de utero Dei, non ita excipiendum eſt, quaſi corporeus ſit ille uterus; Conſuetudo enim eſt ſacræ ſcripturæ ἀνθρωπίνως τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον λαλεῖν καὶ σημαίνειν, humanitus ea, quæ ſupra hominem ſunt, eloqui & ſignificare.* Sic idem orat. V. adv. Arian. f. 541. A. Confer de Comm. Eſſent. fol. 235. D. Dionyſ. Areopag. epiſt. IX. fol. 798.

§. 121.

Ordinarie tamen.

§. 121. Sensus tamen literæ retinendus est, donec evidens necessitas urgeat inde recedere. *Verba sensum enunciant, sensus rationis motus, rationis motum veritas incitat. Ex verbo igitur sensum sequamur, & ex sensu rationem intelligamus, & ex ratione veritatem apprehendamus.* ita Hilarius lib. V. de Trin. f. 49. In quem sensum etiam lib. III. f. 31. dixerat: *Tene naturæ nomina, tene filij professionem. Nolo adulteres, ut filium de tuo laudes. Bene habet, ut ijs, quæ sunt scripta, contentus sis.* Et alibi negavit, *in dictis aliud, quam verba sonant, esse credendum.* Athanasij judicio: τροπικῶν ἡ ἀλλόπις & μυθολαξία διαφωνεῖ μὲν πρὸς τὰς γραφάς: *Tropicorum aliena à fide fabulosáq; commentatio discrepat à scripturis.* ad Serap. t. 1. f 207. B. Neque ad Origenis allegorias deflectere voluit Basilius, cum Hexaëmeron explicaret: *Ego* inquiens, *cum fœnum audio, fœnum intelligo, & stirpem, & piscem, & feram, & jumentum,* πάντα ὡς εἴρηται ἔτως ἐκδέχομαι, *omnia, ut dicta sunt, ita accipio. Non enim me pudet Evangelij.* homil. IX. in Hexaëm. t. 1. f. 112. A. utut bene nosset artem istam: *Novi leges allegoriarum, etsi non à me inventas, ab aliis tamen elaboratas teneo.* Sed de hoc paulo post.

Exempla.

§. 122. Cum igitur Hæretici vocabula pater, Filius, & Spiritus Sanctus, calumniarentur, tanquam propriè accipienda non essent, reclamavit Hilar. l. II. de Trin. f. 14. dicens: *posuit* (Deus seu scriptura) *naturæ nomina, patrem, filium, Spiritum Sanctum. Extra significantiam sermonis est, extra sensus intentionem, extra intelligentiæ conceptionem, quidquid ultra quæritur, non enunciatur, non attingitur, non tenetur.* Sic ille adversus eos, *qui cælestium verborum simplicitatem pro voluntatis suæ sensu, non pro veritatis ipsius absolutione, susceperunt, aliter interpretantes, quam dictorum virtus postulabat.* f. 13. Ratio sumitur à sapientia divina, qui congruè novit loqui: *Aut forte qui verbum est, significationem verbi ignoravit? Et qui veritas est, loqui vera nescivit? Et qui sapientia est, in stulti loquio erravit? Et qui virtus est, in ea fuit infirmitate, ne posset eloqui, quæ vellet intelligi?* Sic idem lib. VIII. de Trin. f. 101. Et ex naturâ vocum, quæ inventæ sunt eo fine, ut intelligerentur, sicut sonant: *Secundum naturæ intelligentiam nomina divinis rebus aptata sunt. Quid adfers vim verborum veritati. Audis patrem & filium, ne ambigas esse quod nuncupantur.* Sic idem lib. III. de Trin. f. 30. Et sic etiam à Deo in scripturis

sis loquenti accipiuntur. Nam *locutus est ad significationem*, & *docuit ad fidem*. lib. VIII f. 101. Ab hoc sensu si sine necessitate recesseris, dubiam habebis sententiam: *Nunquam* enim *parabolæ & dubia ænigmatum intelligentia potest ad auctoritatem dogmatum proficere*. judicio Hieronym. comm. in Matth. XIII. f. 20. B. Et quia, quod verum est, unum est, unicus tantum est sensus literalis, à Spiritu Sancto primario intentus.

§. 123. Juliani apostatæ contraria erat sententia, nempe, eas (scripturas) *esse sermones mysticos, arcanam quandam intelligentiam complectentes. Quin etiam indignabatur, quod non omnes eandem de illis habeant opinionem, & invehebatur in Christianos illos, ἁπλουστέρων διηχούμενα τὰ λόγια, qui divina oracula simplici & obvio sensu interpretantur.* Ratio ipsius erat sublimitas divinæ naturæ & sapientiæ: *Amat enim latere natura; & abdita Deorum substantia nudis & apertis verbis in impuras aures projici se non sustinet.* φιλεῖ γὰρ ἡ φύσις κρύπτεσθαι, καὶ τὸ κεκρυμμένον τῆς τῶν θεῶν οὐσίας οὐκ ἀνέχεται γυμνοῖς εἰς ἀκαθάρτους ἀκοὰς ῥίπτεσθαι ῥήμασι: Sic ipsius verba, ex libro περὶ κυνικῆς *de Cynica philosophia*, refert Socrat. lib. III. Histor. c. 23. f. 200. A. Sed opponit apostata subordinata: literalis enim sensus stare potest, imo debet, juxta mysticum: *Hæc* enim (mystica) *cum dico historiam non aufero; non enim spiritu literam tollimus, sed spiritus vim efficaciamq; litera conservamus.* ita Athanas. in illud: profecti in pagum &c. t. 1. f. 1008. D. & paulo post: *Salva historiæ fide, perscrutor quæ in ea defossa sunt.* Sic etiam Hilarius in Matth. can. 2. f. 252. ait: *Meminerimus, gestorum veritatem non idcirco corrumpi, si gerendis rebus interioris intelligentiæ ratio subjecta sit.* Iulianus reatur.

§. 124. Modum excessit Origenes, quod suppresso sensu literali omnia fere ad allegorias detorsit: *liberis allegoriæ spatiis evagatur, & interpretatis nominibus singulorum, ingenium suum facit Ecclesiæ sacramenta*: judicio Hieronym. ad Jes. XIII. præf. lib. V. f. m. 25. C. Eum secutus est Eusebius Pamphili, *historicam* quidem *expositionem titulo repromittens, interdum tamen obliviscitur propositi, & Origenis fata concidit*. l. c. Et in cap. XVIII. f. 29. B. Eusebius Cæsarensis historicam interpretationem titulo repromittens, diversis sensibus evagatur, cujus cum libros legerem, aliud multo reperi quam indice promittebat. Ubicunque enim eum historia defecerit, & Origenes.

„ cerit, transit ad allegoriam; & ita separata consociat, ut mirer
„ eum nova sermonis fabrica in unum corpus lapidem ferrumque
conjungere. Sic Hieronymus.

Media sensus eruendi. vel generalia, à Deo.

§. 125. Operæ pretium est, genuinum scripturæ sensum eruere: Id vero, ut feliciter fiat, Dei opus est auxilio, & precibus ardentibus. Athanasius *plurimum precatus est Deum*, ut posset ἐν τοῖς ἀναγνώσμασι τῶν λαβεῖν *in lectionibus sensum genuinum nanciſci*: t. 1. f. 994. B. Extat & Hilarii ad Deum oratio, verbis conceptis ab
» ipso relata l. 1. de Trin. f. 12. precantis: Nos quidem inopes ea quibus
» egemus precabimur, & in scrutandis prophetarum tuorum & Apo-
» stolorum dictis studium pervicax afferemus, & omnes obseratæ
» intelligentiæ aditus pulsabimus: sed tuum est & oratum tribuere,
» & quæsitum adesse, & patere pulsatum. Torpemus enim quo-
» dam naturæ nostræ pigro stupore, & ad res tuas intelligendas in-
» tra ignorantiæ necessitatem ingenii nostri imbecillitate cohibe-
» mur: & seqq: Homo quidem suam diligentiam, quam potest maximam, adhibere debet, ut vero fructuose id faciat, Dei auxilium precibus impetrandum est: *Necessarium est*, inquit Basilius, *ut & nos exquisite & vigilanter unicuiq; dicto attendamus, & eum sensum eligamus, qui supernæ vocationis scopo serviat.* Sed statim addit: *Et hoc faciemus per communes preces, Iesu Christus unigenitus viventis Dei filius confirmet, ut & in nobis fiat, quod Apostolus dixit* (Phil. IV. 13.) omnia possum in Christo, qui me confortat. lib. 1. de bapt. c. 2 f. 649. B. Hieronymus è cælo discendum esse genuinum sensum innuit præfat. qq ad Hedib. t. IV f. 62. D. & aliorum quoque preces advocat, & solicitat; Continuaturus enim explicationem Jesaiæ, rogat Eustochium suam, ut, *se in scripturarum explanatione certante, ipsa cum Mose ad Deum elevet manus.* Præf. in comm. Jes. c. 3. Confer prolog. ad c 6. & in comment. VI. Ezech. IX. X: comm. 3. Zach. Rationem exprimit præfat in Hose. t. VI. f. 2. A. dicens: *In explanationibus omnium Prophetarum Sancti Spiritus indigemus adventu, ut cujus instinctu scripti sunt, illius revelatione pandantur.* Difficilior quidem scriptura est in uno, quam in altero loco, maxime vero in Prophetis, atque ita opus est eo magis Dei assistentia & precibus, id tamen commune est omnibus sacris literis, quod, à Deo profectæ non possint intelligi, nisi Deo revelante.

§. 126.

Digitized by Google

§. 126. Deus tamen habet suum ordinem, & media, per quæ sensum verbi sui hominibus revelare vult. Ordo, in quo Deus hominem constituere vult, & constituit, *est vera fides, pietas, & dona divinitus concessa.* Præclare Athanasius de incarn. verb. t. 1. f. 110. C. *Ad scripturarum,* inquit, *indaginem, verumq; intellectum, opus est vita proba, animo puro, & virtute quæ secundum Christum est, ut mens per ejus tramitem decurrens ea quæ expetit, adipisci possit, quatenus fas est humanam naturam quæ Dei verbi sunt, intelligere. Nam sine pura mente, & vitæ sanctorum imitatione, nemo comprehenderit sanctorum verba.* Simili illustrat ab oculis, quos purgari oportet, si velis uti iis feliciter. Hilarij sententia *intelligentiæ à Deo donum, fidei munus est, per quam infirmitas sensus gratiam revelationis meretur.* lib. XI. de Trin. f. 174. Similia habet proleg. in Psalm. f. 337. Eadem mens fuit etiam Eusebij lib. VII. dem. Evangel. allegatis verbis Jesaiæ c. VII. 9. Si non credideritis, non intelligetis. Sic enim c. 1. f. 315. B. ait: Diligentius attendere par est ipsius oraculi (*Isa. VII.*) exordium, quod legentes admonet, si non crediderint, ne intellecturos quidem esse; Et sane adnotare necesse fuit, atque ostendere, quod non solum intellectu, sed etiam fide iis, qui lecturi sunt, opus sit, & vicissim, non solum fide, sed etiam intellectu. Nempe singulare Dei donum est, intelligere sensum spiritus in scriptura loquentis: *Ego enim novi,* ait Basilius, *quod quæ in oraculis spiritus dicuntur, haud cuivis liceat proprio subjicere examini, sed ei qui spiritum habet discretionis* 1. Cor. XII. 10. epist. LXXV. f. 881. B. Confer nostrum Dn. D. Dorsch. Theol. Zach. part. 2. p. 7. Requiritur ἀγχίνοια, & exercitatio: Qui poterit quis recte res dijudicare, si dictorum intelligentiam neglexerit? Ut enim qui ex vitioso corporis habitu laborat, verum ciborum sensum non habet, nec qualitatem cujusque accurate deprehendit; ita qui ex ignavia, vel bruto stupore inexercitatos sensus habet homo, gustat ille quidem verba, sed nec vires horum sentit, nec sententiarum cognoscit qualitatem, ait Athanasius, vel quisquis auctor est, de judic. mult. t. 2. f. 309. *Non omnibus eloquia Dei scripta sunt, sed habentibus aurem secundum interiorem hominem.* ait Basilius in Psalm. XLIV. f. 249. D. Necessaria est etiam serenitas mentis, ne sit præconceptis falsis opinionibus fascinata: *Legisti quidem, sed ut seres habent intelligere noluisti,*

qui mediis utitur.

luisti, studio criminandi ad convitium Catholicorum cuncta componens, multum ad arbitrium tuum destinare conatus es. Sic Optatus Milev. lib. V. adv. Parmen. p.130 & p.132. *Sensus tuos invidia depravavit, & intelligendi tibi aditus clausit.* Et Hilarius lib.1. de Trin.f.12. *Quia dicti*, ait, *prophetici insciis, & cœlestis doctrinæ imperiti sunt, corrupto sensu, ac proprietate sententiæ, creatum esse per id Deum potius quam natum affirmare nituntur.*

Scrutinio lectoris.

§. 127. Opus est diligenti & laborioso scripturarum scrutinio, id quod Hieronymus observat, *contra eos, qui putant, otiosis sibi & vota facientibus venire notitiam scripturarum.* comm. in Eccles. iast.c.1 f.m.32. A. Non tamen, ut quisquis suæ mentis figmenta proponat, sed ejus, quem explicare vult, mentem: *commentatoris officium est, non quid ipse velit, sed quid sentiat ille, quem interpretatur, exponere*: judicio ejusdem Hieronym. adv. Jovin. t.3.f.49.B. Sicubi vero capere non potest mysterium, in simplici fide acquiescat, consilio Basilij l.2. de Bapt. q.4.f.681. B. Et si omnino mentem alterius assequi non potest, ingenue fatenda erit ignorantia: id quod suo exemplo Hier. comprobavit, cum mansiones Israelitarum explicatum iret, *in plerisq;* ajens, *simpliciter ignorantiam confessus sum* t. in epitaph. Fabiolæ. Non enim suam quisque gloriam debet quærere, sed genuini sensus manifestationem; Quare idem hoc monuit, de scribens: *se non panegyricum, aut controversiam scribere, sed commentarium, i.e. hoc habere propositum, non ut sua verba laudentur, sed, ut, quæ ab alio bene dicta sunt, ea intelligantur, ut dicta sunt. Officij mei est obscura differere, manifesta perstringere, in dubiis immorari. Unde & à plerisq; commentariorum opus explanatio nominatur.* præfat. in cap. V. Galat. f.m.93.F. Et adversus Rheticium Augustodunensem Episcopum: *innumerabilia, quæ in illius sunt commentariis, sordere visa sunt. Est quidem sermo compositus, & Gallicano cothurno fluens. sed quid ad interpretem? cujus professio est, non quo ipse disertus appareat, sed quo eum, qui lecturus est, sic faciat intelligere, quomodo ipse intellexit, qui scripsit.*

Media Personalia.

§. 128. Media ista commodè distribui possunt in personalia, & realia. *Personalia* voco interpretes & commentatores scripturarum, qui sensum ipsarū sive viva voce, sive scriptis explanant. Habuerunt olim Hebræi suos *Deuterotas*, seu interpretes, qui sacrami

cram scripturam ipsis explicuerunt, de quibus Eusebius de præpar. Evangel. lib. XI. c. 5. f. 513. C. *qui res ænigmatis adumbratas, non vulgo quidem as promiscuè omnibus; sed ijs tamen, qui ad eorum intelligentiam idonei censerentur, illustriori explicatione aperirent.* Confer lib. XII. c 1. sub fin. Sed & Christiani suos habuerunt ἐκκλησιαστικοὺς ἐξηγητάς *Ecclesiasticos interpretes*, seu expositores: quos vocat Cyril. Catech. XV. f. 164. A. qui vel viva voce scripturas explicabant, ad' qualem idem Hieron. amandat suam Eustochium, *si quid* (scripturarum) *ignoras, dubitas, interroga eum, quē vita commendat* de cust. virg. t. 1. f. 66. & Algasiā ad Aletium Presbyterū. proœm. qq. Algas. f. 70. C. Secuturas exemplum ipsius met Hieron. qui de sese refert; *Et nobis cura fuit cum eruditissimis Hebræorum hunc laborem subire, ut circumirem us provinciam, quam universa Christi Ecclesiæ sonant; Fateor etiam nunquam me in divinis voluminibus propriis viribus credidisse; Nec habuisse opinionem meam; sed ea etiam, de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitum, quanto magis de his, super quibus anceps eram.* t. IV. præf. ad Paralip. f. 8. D. vel scriptis commentariis enarrabant; quibus hoc præcipue seculum abundavit, observante Gregorio Naz. de Epis. f. m. 1030. D. Ad illos amandat Athanasius hæsitantes, & reprehendit Hæreticos, si scripturam ideo solum repudiant, quod interdum intelligere non possint: *Si vere* (obscuras esse scripturas) *dicerent, non debebant dicere, has voces rejicimus, sed cupimus earum interpretationem à peritis condiscere, alioqui deberent, quæcunq; in S. literis non intelligerent, rejicere, & criminari eorum scriptores. Sed ea maximè Hæreticorum, & non nostra, qui Christiani sumus, audacia est. Quæ enim non intelligimus in scripturis, non abdicamus, sed requirimus ab illis, quibus Dominus revelaverit, & ab eis discere cupimus.* Sic ille de Synod. t. 1. f. 914. D. Excelluit Basilius, judicio Gregorii Nysseni, com. in Hexaem. f. 2. A. Melior certè Ario, qui τὴν τῶν θείων γραφῶν πίστευμένην ἐξήγησιν *concreditam sibi in Ecclesia Alexandrina habuit divinarum scripturarum expositionem*, sed hæresi commaculavit. Eusebius Emesenus *sacrorum voluminum expositionem ex Patrophilo hausit, atq; Eusebio*, referente Socr. lib. II. c. 9.

§. 129. Inter *realia* refero (1.) *commentarios* scriptos. Neq; enim viva solum voce, sed & scripto, quod diximus, & modo exemplis probavimus, patres sacram scripturam exposuerunt: Eo- vel' realia.

rum meminit Eusebius lib. 1. de præpar. Evangel. c. 3. f. 7. A. nempe τὰς ἐνθέους καὶ ἱερὰς γεγραφὰς ἐξηγητικοῖς ὑπομνήμασι καὶ ταῖς κατὰ μέρος ὁμιλίαις διερμηνευσάντων: *eorum, qui divinitus inspiratas & sanctas scripturas exegeticis commentariis, & juxta partes homiliis explicuerunt.* Ubi simul distinctionem insinuat inter exegeticos commentarios, & homilias; quibus tamen utrisque sacram scripturam exposuerint. Ait autem πλείστους *plurimos* ita esse commentatos; Quod & alii annotarunt. Nam: *Plurimi de ea re libri a sanctissimis magistris conscripti sunt; quos si quis evolvat, intelliget aliquo modo scripturarum mentem, & eam, quam cupit, cognitionem adipiscetur.* ait Athanas. init. orat. adv. gent. t. 1. f. 1. B. Et remittit studiosum scripturarum ad illas τῶν διδασκάλων διατάξεις *præceptorum lucubrationes* f. 1012. C. Tales commentarios ut plurimum rogati ab aliis scripserunt. Commentarios in Osee, Amos, Zachariam & Malachiam postulatus est Hieronymus, uti meminit ipse præfat. in Proverb. In Ecclesiasten à Blesilla; in Jesaiam ab Eustochio; in difficiliora quædam scripturæ loca ab Hedibia & Algasia, fœminis Gallicanis; Collationem fontium cum versionibus & editionibus variis à Sunia & Fretela, Germanis. Ipse rogavit Didymum, ut commentarios Origenis in Hoseam compleret.

Distribuuntur. §. 130. Distribui possunt in vetustiores & recentiores: *vetustiores*, quos Socrat. lib. V. hist. c 10. vocat ἐκθέσεις καὶ ὑποθέσεις ἀρχαίων *expositiones veterum*; quales erant Tertulliani, Cypriani &c. laudati subinde à Nepotiano, *illud*, dicente, *Tertulliani, illud Cypriani; hoc Lactantij, illud Hilarij est*: uti de ipso refert Hieronymus. Quorsum referri possunt scripta Apostolorum & Evangelistarum alia scripturæ loca explicantium: *Apostoli* enim (in suis scriptis) *sunt interpretes veteris legis*, ait Titus Bostrens. adverss. Manich. lib. III p. m. 134. *Recentiores*, ut erant commentarij Eusebij in scripturam, ad quos ablegat lectorem lib. VI dem. Evang. c. 21. & 23. Cæteris paribus veteres recentioribus præferendi sunt: Basilius certè & Gregorius Naz. *scripturarum intelligentiam non ex propria præsumptione, sed ex maiorum scriptis & auctoritate sequebantur*: narrat Ruffin. lib. II. hist. c. 9.

Limitatio §. 131. Interpretationes tamen hæ non sunt cœca fide arripiendæ, sed examinandæ ad lydium lapidem ipsarum scripturarum,

Digitized by Google

rum, vel etiam ſanæ rationis : Athanaſius ait indigere eas *μετ' ἀκριβείας καὶ κατανοήσεως mediocri exploratione & conſideratione*, t. 1. opp. f. 992. Qualem inſtituit Marcella, de qua refert Hieron. proœm. comm. in Galat. t. IX. f. m. 79. A. Cum Romæ eſſem, nunquam tam feſtina me vidit, ut non de ſcripturis aliquid interrogaret. Neque vero more Pythagorico quidquid reſponderam rectum putabat, nec ſine ratione præjudicata apud eam valebat auctoritas ; ſed examinabat omnia, & ſagaciter univerſa penſabat, ut me ſentirem non tam diſcipulam habere, quam judicem. Atque hoc bona cum Hieronymi venia illa faciebat ; Sic enim in commentariis verſandum eſſe, docuit ipſe, apol. adv. Ruffin. t. 3. f. 92 B. *Commentarij*, interrogans, &c. verba citavimus ſect. 1. §. 25. Imo licentiam dat cuivis recendendi à ſua quoque interpretatione : *Si quis meliorem vel alterum ſenſum potuerit reperire, qui contrariorum inter ſe teſtimoniorum ſcandalum tollat, illius magis acquieſcendum ſententiæ eſt.* ita ille comm. in Ezech. VI. f. m. 205. D. Confer comm. in Gal. IV. 24. Et quidni daret, cum ipſe ea libertate fuerit uſus : *Sciat* (aliquis) *me illud Apoſtoli libenter audire : omnia probate, quod bonum eſt, tenete : Et Salvatoris verba : dicentis : Eſtote probati nummularij ; ut ſi quis nummus adulter eſt, & figuram Cæſaris non habet, nec ſignatus eſt moneta publica, reprobetur ; Qui autem Chriſti faciem claro præfert lumine, in cordis noſtri marſupium recondatur.* Hæc ille ad objectionem : *quare explanationes* (eorum) *legeret, quorum dogmatibus non acquieſceret ?* Epiſt. ad Miner. & Alex. t IV. f. 88. D. Faceſſat igitur illud Pythagoræum : ἀυτὸς ἔφα ; *Nec enim tanta eſt meæ puſillitatis auctoritas, qui nihil ſum, & invidorum morſibus tantum pateo, quanta eorum, qui nos in Domino præceſſerunt ; Nec juxta Pythagoræ diſcipulos præjudicata Doctoris opinio, ſed doctrinæ ratio ponderanda eſt.* Sic idem l. c. *Quamvis igitur* (alibi infert) tradit. Heb. f. 100. A. verba reliqua allegavimus §. 22. ſect. 1. Neque ſingulorum modo explicationes audet cenſere, notare, deferere, & reprehendere, ſed etiam plurium ſimul, imo & conciliorum Oecumenicorum. Nam ad Oceanum perſcribere non dubitavit : *Quidam coacte interpretantur uxores pro Eccleſiis, viros pro Epiſcopis debere accipi, & hoc in Nicæna quoq; Synodo à patribus eſſe decretum, ne de alia ad aliam Eccleſia Epiſcopus transferatur. Ne virginalis paupercula ſocietate contempta, ditioris adul-*

adulteræ quærat amplexus. Sic ille de explicatione loci Tit. I. 6. citante ipsomet Cosma Magaliano Jesuita comm. ad l. c. p. 60. confer M. Anton. de Domin. lib. VII. de rep. c. 3.

Moderatio. §. 132. Hæc vero accipienda sunt de judicio sobrio, & æquo, non de iniquo, & invido, quale est eorum, qui omnia aliorum exagitare norunt, ipsi vero nihil tale, nedum melius quid, proferre: In quos invehitur idem Hieron. procem. in XIII. comm. Ezech. f. 251. A. *Æmulorum*, inquiens, *maledicta prævenio, qui, non quid ipsi possint, sed quid ego non possim considerant, & cum nostra dijudicent, sua judicanda non præbent, nunquã in agone pugnantes, sed de pugnantibus ocioso, imò superbo, animo judicantes. Facile est, dare dicta de populo, & singulos ictus calummiari, ac de alieno ridere sanguine, & ubi vulnus infigi debuerit, imperiti lanistæ more differere.* Hæc ille. In altero extremo peccant, qui omnia veterum probant, & mordicus defendunt, contra recentiores interpretes, etsi saniora lapientes: quos *Sues* appellat idem *crassas, quarum omne studium est, imo scientiæ supercilium, aliena carpere, & sic veterum defendere perfidiam, ut perdant fidem suam*: ad Miner. & Alex. t. IV. f 39. A.

Erga hæterodoxos. §. 133. Ex dictis apparet, quod commentatorum nonnulli sint heterodoxi, & non quidem plane repudiandi, cum judicio tamen discretionis legendi, & probandi (etiam præ orthodoxis) quoad ea, quæ bene & rectius scripserunt: Ego & in adolescentia, & in extrema ætate profiteor, & Origenem, & Eusebium Cæsareensem viros esse doctissimos, sed errasse in dogmatum veritate. Quod è contrario de Theodoro, Acacio, Apollinario possumus dicere; & tamen omnes in explanationibus scripturarum sudoris sui nobis memoriam reliquerunt. Sic idem ad Miner. & Alex. t. IV. f. 88. D. Si vero in commentariis ipsorum heterodoxa quædam immixta fuerint, opera danda est, ut notentur ea, tanquam heterodoxa, & aliena à mente tua orthodoxa: Hoc cum non observasset Hieronymus, heterodoxorum commentarios sine cauta eorum mentione suos faciens, vapulavit non immerito à Ruffino. vide apol. adv. Ruffin. lib. 1. f. 94. seqq: Aliorum commentarii, licet acu sensum non semper tangant, dant tamen occasionem maturius de sensu cogitandi. vid. Hieron. q. 3. ad Damas. f. 15.

§. 134.

§. 134. Neque deſunt *rationes*, cur caute in Patrum commentariis procedendum ſit. 1. *Ignorantia* fontium, præcipue Hebræorum, apud plerosque fuit; Qui igitur ſcripturæ mentem exacte intellexerint? Epiphanius propterea non dubitavit à multis veterum explicationibus recedere, legendo Prov. VIII. 22. pro ἔκτισε creavit, ἔκτησε poſſedit. Hæreſ. LXIX. f. 362. Eadem ignorantia cauſſa fuit, cur & veterum quidã cõmentarii male verterentur. Taceo corruptelas alias. Confer dicta artic. 1. §. 313. 2. *Feſtinatio*. Urgebantur illi nonnunquam ab amicis, ut *non dicam* (cum Hieronymo) *emendandi, ſed ne relegendi quidem habuerint poteſtatem*, proœm. in III. comm. Zach. f. 121. 3. *Imprudentia*. Nam heterodoxos interpretes incautius nonnulli ſectabantur, transferentes in ſuos commentarios etiam ea, quæ heterodoxa erant, quale quid Ambroſio, Hieronymo, Hilario, Ruffino, Didymo &c. contigiſſe, ſupra artic. 1. §. 316. obſervavimus. Etiam hoc factum eſt, quod plures, & diverſas expoſitiones variorum coacervarint, neque tamen, quæ probanda forent, ſemper addiderint. vid. Hieron. apol. adv. Ruffin. Aut, quæ ſua eſſent expreſſerint: *Hieronymus eo loco ex aliorum ſententia locutus eſt, ut ſæpe facit in commentariis epiſtolæ ad Epheſios, & in aliis locis*. ita Bellarm. de grat. prim. hom. c. 11. ab obj. 4. R. 4. *Fallibilitas* & errores domeſtici. Homines fuerunt patres, ſuis obnoxii erroribus, ut in ſingulis fere artic. 1. notavimus; Hinc fiebat, ut etiam commentarii ipſorum erroribus inficerentur. 5. *Allegoriæ ſtudium nimium*, ut non immerito ἀλληγορομανῆτας cum Baſilio quoſdã dixeris, à quo vitio ne quidem Hieronymus, utpote Origenis aſſiduus lector, immunis fuit; caſtigatum ab ipſis Pontificiis, Bellarm. lib. III. de amiſ. grat. c. 3. Riberâ in proœm. Mal. n. 2. & merito; Nam per illud *hiſtoria deſtruitur*. judice A Coſta in præf. lib. 1. de temp. noviſ. Rationes.

§. 135. Licet ergo commentarii conferri poſſint; præſtat tamen propriis, quam alienis, oculis videre. Igitur (2) *regulæ hermeneuticæ* obſervandæ ſunt, ut ipſe de tuo ſcripturam intelligas. *Claribus* eas comparat Hilarius prolog. in Pſalm f. 338. Fundamentum omnium, & materia circa quam, ipſa eſt ſcriptura ſacra: ita ut ſcriptura ex ſcripturis ſit explicanda. *Non enim fides ex arbitrio noſtro, ſed ex dictorum eſt ineunda virtutibus*: ait Hilar. lib. VII. Regulæ hermeneuticæ.

Digitized by Google

de Trin. f.93. Sententia Athanasij, scriptura ἀφ' ἑαυτῆς ἔχει τι γνώσιμον *à seipsa habet sui intelligentiam*: orat.adv.gent.t.1. f.1. Et *absurdum, imo magnopere impium est,* τοιαύτας ἐχόσης τῆς γραφῆς τὰς εἰκόνας, ἐξ ἄλλων ἡμᾶς δεῖ τῶ Κυρίω διανοῆσθαι *cùm tales similitudines habeat scriptura sacra, nos ex aliis mutuari velle cogitationes intellectusq; de Domino nostro, quæ neq; scriptæ sunt, neq; citra offensam pietatis in mentem hominis admitti possunt.* de decr. Nicæn. t 1.f. 260. D. Confer t. II. f.297. Ipsa ratio dictitat, suorum quemque verborum optimum esse interpretem, & eum esse sensum, quem verba ipsa suggerunt: *Optimus ergo lector est, qui dictorum intelligentiam exspectet ex dictis potius quam imponat, & retulerit magis, quam attulerit, neq; cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumpserit intelligendum. Cum illaq; de rebus Dei erit sermo, concedamus cognitionem sui Deo, dictisq; ejus pia veneratione famulemur. Idoneus enim testis sibi est, qui nisi per se cognitus non est.* ait Hilarius lib.1 de Trin.f.7. & lib.IX. f.118. *Apostolicam fidem seculi homo non capit, & sensus sui dicta alius, præterquam ipsius, sermo non explicat.* Et comm. in Matth. can. 7. f. 267. Non „ nos intelligentiam fingimus, sed gesta ipsa nobis intelligentiam „ impertiuntur. Neque enim res intelligentiæ, sed rei intelligen- „ tia subsecundat. Ipsa igitur scripturæ litera quasi matrix est, unde sensus ejus nascitur. Epiphanius, cum Ariani aliquem scripturæ sensum affingerent, respondit: *ipsa dictio non omnino cogit me de Filio Dei dicere,* &c. Sic ille hæres. LXIX. f.359. quæ in thesi bene sese habent, quidquid sit de hypothesi. Hieronymus de loco Matthæ. XII. 31. adversus Novatianum disputans, distinguit, *aliud,* inquiens, *est tormentis cedere, & se Christianum negare; aliud est Christum Diabolum dicere*; Et addit: *Sicut tibi ipsa scriptura, atq; contextus lecta attentius potuerunt demonstrare.* t.IV. f.62. E.

Fontes. §. 136. *Fontes* igitur ante omnia consulantur. Eusebius dem. Evangel. lib. VI. c. 18. f. 296. A. corrigit dicti explicationem, ratione addita: ὅτω γὰρ ἔχειν φασὶ τὴν ἑβραίων φωνήν· λεγέτωσαν δὴ τὰ ἑβραίων παῖδες: *Sic enim habere ajunt Hebraicam vocem; Dicant ergo Hebræi.* Quem sequitur Hieronymus apol. adv. Ruffin. t. III. f. 103. D-7. Et in Eccles. c.l. f.m. 32. D. t. VII. *necessitate compellimur, ut crebrius, quam volumus, de verbis Hebraicis differamus. Nec enim possumus scire sensum, nisi eum per verbum discamus.* Ad Vitalem scribit, se

ad

ad Hebraicam veritatem tanquam ad arcem confugere. In cap. VIII. Zach. *cogimur*, inquit, *ad Hebræos recurrere, & ſcientiæ veritatem de fonte magis, quam de rivulis, quærere.* Poſt fontes etiam *verſiones* conſuli poſſunt, exemplo, & conſilio Patrum huius ſeculi, qui verſiones LXX. Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, adhibuerunt. vide Euſeb. dem. Evang. proœm. lib. V. f. 211. VI. c. 21. VII. 349. IX. 436. Hieron. comm. in Gal. III. 10. Ad Damaſ. q. 1. t. IV. f. 14. *Antequam*, inquit, *de quæſtione aliquid dicamus, rectum videtur, ut editiones interpretum ſingulorum cum ipſo Hebraico conferentes ſermone, digeramus, quo facilius ſcripturæ ſenſus poſſit intelligi.* Neque id ſine ratione: *In noſtris enim exemplaribus, quæ quicunq; interpretati ſunt, ij & genere ab Hebræis oriundi fuerunt, patriæ ipſorum linguæ peritiſſimi, & in ea eruditione probatiſſimi, ſic habetur.* lib. VII. f. 316. A. Attamen & ipſæ inter ſeſe conferendæ ſunt, ex conſilio Hieronymi: *precor, ut, quomodo Græci poſt LXX Tranſlatores, Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem legunt, vel ob ſtudium doctrinæ ſuæ, vel ut LXX magis ex collatione eorum intelligant; Sic & iſti ſaltem unum poſt priores habere dignentur interpretem.* Sic ille apol. adv. Ruffin. t. 3. f. 103. D. Nec vel ſyllaba ſcripturarum negligenda eſt; ἐν ἑκάστῃ λέξει καὶ συλλαβῇ τὸν κεκρυμμένον ἐξιχνεῦσαι δεῖ; *in unaquaq; dictione & ſyllaba mentem abſconditam inveſtigare oportet.* juxta Baſil. c. 1. de ſpir. ſanct.

§. 137. *Conferantur antecedentia & conſequentia*; Antecedentia, conſilio Hieronymi in Ep. ad 2. quæſt. Amandi, *Legamus*, ait, *paulo ſuperius, & ſic ad hæc verba veniamus, ne de extremis partibus, &, ut ita dicam, cauda capituli, totam ſententiam noſſe cupiamus.* t. IV. f. 60. B. Et Reſp. ad quæſt. XI. Hedibiæ: f. 68. A. *totum loci huius capitulum proponamus, ut ex præcedentibus & ſequentibus poſſint intelligi media quæ ex utroq; contexta ſunt.* (2. Cor. II. 15. 15.) Adeoque & conſequentia, ex conſilio Athanaſij, ἀναγνωτέ δ' ἐχ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ῥημάτων, *legite vero etiam conſequentiam verborum*, ait ad Arianos orat. II. f. 317. D. Et ad Arium: *Erit tibi liquidiſſimus iſtius loci intellectus, ſi in manus ſumas Prophetam (ἐκλελυπτομένων) & ſequentia legas.* diſp. f. 143 C. Subſcribit Hilarius, dicens: *intelligentiæ ſenſum in conſequentibus requiramus.* lib. VII. de Trin. f. 93. Et lib. IX. f. 118. *dictorum intelligentia aut ex præpoſitis, aut ex conſequentibus exſpectetur.* Confer. Pacian epiſt. III. ad Symphron. Quorſum pertinet collatio circumſtantiarum:

Anteced. & conſeqq.

Opus est hic, ut observes, quod ubiq; in scripturis faciendum, ad quænam tẽpora Apostolus sua verba direxerit, quæ sit persona, quod item exemplum, & qua de causa sit scriptum, fideliter excernere, ne sejuncta sint ista à suis rationibus, ac diversum aliquid ab ipsis imperitior aliquis legens, à recto intellectu levius aberret. Verba sunt Athanas. orat. *I I.* adv. Arian. t. 1. f. 360 C. Exemplis subjectis illustrat regulam, & confirmat ab absurdo: *si* (quis) *diversa ab istis, sejuncta q; à veris personis, temporibus, causis, ex scripturis colligit, statim in hæresin delabitur* f. 361. A. Sine ista collatione nonnunquam ambiguæ sunt voces: *unum & idem nomen accipi frequenter in utramq; partem pro discrimine rerum, quæ una denotantur appellatione*, observat Acacius in Caten. parva ad Gen. *I.* Ubi vero contuleris circumstantias, liberabitur illa ab æquivocatione.

Collatio V. & N. T.

§. 138. *Huc spectat etiam collatio V. T. & N. T.* Latet hæc regula in verbis Athanasij orat. *I* V. adversus Arian. t. 1. f. 482. C. de incarnatione filij Dei disputandis, *qui igitur*, infert, *S. literas in manus sumit, is ex V. quidem T. has sententias colligat; ex Evangelio autem, Dominum spectet hominem esse factum.* conf. Eusebius lib. VII. dem. Evang. f. 326. C. Et Hieron. com. in Gal. *III.* 10 f. m. 86. F. *Hunc morem habeo, ut, quotienscunq; ab apostolis de veteri instrumento aliquid sumitur, recurram ad originales libros, & diligenter inspiciam, quomodo in suis locis scripta sint.* Et præfat. quæst. ad Hedib. t. IV. f. 62. D. *abyssus V. T. invocet abyssum Evangelicam.* Novum Testamentum clarius nobis Christum revelat, & per ipsum vaticinia prophetica: *Et hoc quidem ex omni scripturarum Propheticarum genere dictum esse intelligendum est: ut nisi in adventum Domini ex virgine in hominem procreandi intellecta & recognita fuerint, intelligentiæ earum vis obsignata habeatur & clausa*, verba sunt Hilarij prolog. in Psalm. f. 333. qui suam sententiam probat ex Apoc. *III.* 7. 8. V. 1. seqq. Hoc destituti Judæi scripturas V. T. intelligere nequeunt: *Habent Iudæi panem, sed absq; fortitudine; habent aquas, sed absq; robore. Legunt enim scripturas, sed non intelligunt: Tenent membranas: & Christum, qui in membranis scriptus est, perdiderunt.* Ita Hieron. Comm. in Jes. *III.* 1. f. m. 8. confer ad Jes. XI. ult. f. 24.

Parallelor.

§. 139. *Accedat collatio locorum parallelorum, & clariorum, imo totius scripturæ, si opus sit.* Valet in explicandis literis sacris, quod Athanasius monuit fieri debere in explicandis dictis Dionysij, ab Arianis in partes rapti: *scripsisse Dionysium istius generis epistolam agnoscimus,*

Digitized by Google

ſcimus, verum non hanc ſolam, ſed plurimas ab eo poſt modum ſcriptas eſſe dicimus, quas ab iſtis quoq; legi oportuit, ut ex omnibus ſimul, non ex unica duntaxat, judicium de eius fide conſtitui poſſet. t. 1. f. 551. C. Exemplo regulam illuſtravit de nativitate filij Dei diſp. cum Ario, f. 134. A. B. Hilarius ad ipſum Paulum Apoſtolum provocat, dicens: *Ieſaiæ dicta ex dictis Eſaiæ ipſius novit.* lib. V. de Trin. f. 58. Et lib. X. f. 155. idem requirit etiam in Apoſtolicis ſcriptis: *Congruum*, inquiens, *itaq; eſt, omnem ſuper his apoſtolici ſermonis ſenſum retractare: ut ſingulorum quorumq; dictorum ratione expoſita atq; edita, ſacramenti totius capaces per veritatis intelligentiam præbeamur.* f. 173. Et de tota ſcriptura in genere Baſilius lib. II. de Bapt. q IV. t. 1. f. 680. C. *Si mandatum nobis datur, nec additur, quomodo fieri debeat, obediamus domino, dicenti: ſcrutemini Scripturas, & imitemur Apoſtolos, qui ab ipſo domino dictorum ipſius declarationem petebant; & eorum, quæ ab ipſo dicta ſunt, veritatem ac ſalubritatem ex illis quæ alibi dicta ſunt diſcamus.*

§. 140. *Nec negligenda eſt analogia fidei, & indoles ſubſtratæ materiæ.* Athanaſius appellat χαρακτῆρα τῦ χριστιανισμῦ characterem Chriſtianiſmi: χαρακτῆρα τῆς ἐν χριστῷ πίστεως, *characterem fidei Chriſtianæ*, ad Serap. t. 1. f. 171. ἔνθεον διδασκαλίαν καὶ τὴν κατὰ χριστὸν πίστιν, *divinam doctrinam & fidem ſecundum Chriſtum*: de incarn. Chriſt. f. 55. D. Hac regula uſus Athanaſius idem deprehendit Pſeudhermenias Arianorum, eam propterea ipſe & aliis commendavit: *In verbis Evangelicis*, inquiens, *ad calumniam detortis, eos rectum ſenſum non tenere, facillimè perſpicias, ſi vel nunc ſcopum Chriſtianæ fidei ante oculos ponas, eoq; pro regula uſus lectioni ſcripturæ divinitus (ut inquit Apoſtolus) inſpiratæ animum intendas.* Orat. IV. adv. Arian. f. 481. C. confer q. 10. ad Algaſ. Hier. Inſignem hoc uſum habet in dictis, ubi de Deo loquitur ſcriptura ἀνθρωποπαθῶς; ſi enim θεοπρεπῶς explicueris, rem acu tetigiſti: *Scriptura enim Deum nequaquam hominem facit, ſed noſtro more de eo loquitur, ut res, quæ ſupra nos ſunt, ſub iſtiuſmodi natura manifeſtet.* ait Athanaſ. de comm. eſſent. t. 1. f. 217. D. confer. Hilar. lib. VI. de Trin. f. 66. Euſeb. lib. 1. adverſ. Marcel. c. 1. Didym. Alex. de ſpir. ſanct. f. m. 198. Baſil. lib. V. adv. Eunom. f. 133. Et notas Frontonis Ducæi ad Baſil. f. 593. Uſum habet etiam in Patrum ſcriptis explicandis, ut reſpicias πρὸς τὴν ὑποκειμένην ὑπόθεσιν *ad ſubjectam materiam*, ut loquar cum Athanaſ. de ſynod. Arim. f. 919. **Analogia fidei.**

Occasio. §. 141. *Occasio dictorum, scopus, & connexa alia probe sunt ponderanda* Regulam hanc suppeditat Hilarius lib. IV. de Trin. f. 37. dicens: *sequamur ergo adversus irreligiosas & impias de Deo institutiones, ipsas illas divinorum dictorum auctoritates, & unumquodq; eorū ipso, de quo quaeritur, autore tractabimus.* In quem sensum dixerat lib. II. f. 21. *omne dictum ut dicatur ex causa est, & dicti ratio ex sensu erit intelligenda dicentis.* Eandem inculcat Basilius quoq; lib. I. de baptis. c. 2. f. 649. A. t. 1. *Et nominum,* inquiens, *& verborum, ac rerum usum, in divinitus tradita scriptura, de Deo & Christo ipsius, in sanctis Prophetis, Evangelistis, & Apostolis, non utcunq; ac temere pro communi consuetudine accipiendum, sed ut à spiritu sancto decretum est, ad scopum piae sententiae, idq; non universaliter, sed ex parte, & quatenus unumquodq; ad propositum sanae doctrinae facit, & pie sentiendum, & mentem ad judiciorum ac decretorum pietatis cognitionem inducendam esse judico.* adde seqq. Athanasius ex oppositio probat ad Serap. t. 1. f. 171. A. scribens, *quantopere oberrent ignorantes scopū sacrae scripturae* Et peculiari dissertatione adversus eos, qui in hunc lapidem impingebant, *sacrarum literarum oracula absq; ulla vel consideratione vel correctione accipiendo, nec ad pium, quo edita sunt, scopum attendendo,* t. 2. f. 309. B.

Vis verborum. §. 142. *Verba non sunt restringenda, si scriptura generaliter loquitur, nisi aliunde constet, limitate, aut cum exceptione accipienda esse.* Colligimus hanc regulam ex Basilij verbis, quibus de interitu mundi disputat, homil. de judic. Dei t. 2. f. 269. D. dicentis: *Nullum est hoc in loco discrimen, nulla distinctio, nihil usquam reliquum factum est omnino, quin fuerit comprehensum. Non dixit: haec, aut illa; sed verba mea, omnia videlicet simul non praeteribunt.* (ad Math. 24. 35. cœlum & terra transibunt &c.). Neque in contentionem vocanda, si plana sunt; *In expositione enim sanctarum scripturarum veritatem debemus sequi, non contentionem*, ait Hieron. comm. in Jes. II. sub fin.

Literæ humaniores. §. 143. Consulat expositor humaniores quoq; literas. Nam *ad intelligendas extremas partes Danielis multiplex Graecorum historia necessaria est; Suctorij videlicet Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybij, Posidonij, Claudij, Theonis, & Andronici cognomento Alipij; quos & Porphyrius esse secutum se dicit. Iosephi quoq; & eorum quos ponit Iosephus. Praecipuèq; nostri Livij, & Pompeij Trogi, atq; Iustini: qui omnem extremae visionis narrant historiam: & post Alexandrum usq; ad Caesarem Augustum*

Syriæ

Syriæ & Ægypti, i.e. Seleuci & Antiochi, & Ptolemæorum bella deſcribunt. Et ſi quando cogimur literarum ſecularium recordari, & aliqua ex his dicere, quæ olim obmiſimus, non noſtræ eſt voluntatis, ſed, ut ita dicam, gravisſimæ neceſſitatis : ut probemus, ea, quæ à ſanctis Prophetis ante ſecula multa prædicta ſunt, tam Græcorum quam Latinorum & aliarum gentium literis contineri. ſcribit Hieron. præf. in Daniel. t. V. f. 267. E. Alibi requirit notitiam geographiæ ſacræ : *quomodo Græcorum hiſtorias magis intelligunt, qui Athenas viderunt, & tertium Vergilij librum, qui à Troja de per Leucaten, & Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad oſtia Tiberis navigaverint ; ita ſanctam ſcripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus ſit, & antiquarum urbium memorias locorumq;, qui vel eadem vocabula, vel mutata cognoverint.* inquit præfat. in paralip. t. 4. f. 8. D. Confer epiſtolam ad Oratorem Magnum, in qua ex profeſſo de literis gentilium diſputat, t. 3. f. m. 148. ſeqq. Baſil. pecul. homil. de legendis gentil. literis, t. I. f. 570. ſeqq. In princip. Prov. f. 460. Euſeb. lib. I. adv. Marcel. c. 2. Ex recentioribus Andr. Pint. Ramirez ſpicil. ſacr. tract. I. c. 51. f. 264. n. IX.

§. 144. Habent ſpeciales ſcripturæ libri *ſpeciales* ſuas *regulas*, quæ in ipſis præcipuè obſervandæ ſunt. e.g. Pſalmi, de quibus Hilarius, *principalis*, inquit, *hæc in Pſalmis intelligentia eſt, ex cuius perſona, vel in quem ea quæ dicta ſunt intelligi oporteat, poſſe diſcernere. Non enim uniformis & indiſcreta eſt eorum conſtitutio, ut non & auctores habeant & genera diverſa.* prol. in Pſalm. f. 338. Prophetarum mos eſt, ut de futuris loquantur ſicut de præſentibus, & præteritis : *Quod autem quaſi præteritum dicitur quod futurum eſt, conſuetudinem ſequitur prophetalem, in qua tam certa ſunt quæ futura dicuntur, ut putentur eſſe præterita*; *Quod & in Pſalmis canitur* ſcil. Pſ. LXIX. 22. XXII. 19. ait Hieronymus, ad Jeſ. V. 25. f. 13. B. Speciales quoque materiæ ſuas ; e. g. ſimilia, quæ ultra tertium non ſunt extendenda : *Neq; enim in omnibus locis docentur omnia, ſed unaquæq; ſimilitudo refertur ad id cuius ſimilitudo eſt.* ita Hieron t. 3. adv. Jov. f. 40. D. Commata etiam obſervanda ; e.g. Marc. XVI. 9. Hieronymus *parumper ſpiritu coartato* poſt priora verba : *cum autem reſurrexiſſet*, poſteriora : *prima Sabbati mane apparuit Mariæ Magdalenæ*, inferenda putat ; quæſt. 3. ad Hedib. t. IV. f. 64. A. Speciales regulæ.

§. 145.

Stylus.

§. 145. Ut vero alij quoque intelligant sensum scripturæ, necesse est, ut explanator idoneis & claris, & simplicibus utatur verbis: *Qui per me intellecturus est Apostolum, nolo ut mea scripta difficulter intelligat, & ad interpretem cognoscendum, alium quærat interpretem.* Ita Hieron. procem. in lib. III. comm. epist. ad Galat. t. IX. f. 94. D. Et ad Damasum, quæst. 2. t. IV. f. 15. C. resoluturus quæstiones quasdam: *De Hebraicis,* inquit, *libris disputantem non decet Aristotelis argumenta conquirere, nec ex flumine Tulliano eloquentiæ ducendus est rivulus, nec aures Quintiliani floscul is & Scholari declamatione mulcendæ; Pedestris, & quotidianæ similis, & nullam lucubrationem redolens oratio, necessaria est, quæ rem explicet, sensum edisserat, obscura manifestet, non quæ verborum compositione frondescat. Sint alij diserti, laudentur, ut volunt, & inflatis buccis spumantia verba trutinent, mihi sufficit sic loqui, ut intelligar, ut, de scripturis loquens & disputans, scripturarum imiter simplicitatem.* confer advers. Jovin. t. 3. f. 53. D. Ad Marcel. t. IV. f. 30. B. Requiritur & concinna Methodus, *ignosce obscuritati, quæ tribus nascitur modis: aut rerum difficultate: aut magistri imperitia: aut discentis nimia tarditate. Neq. enim Hebræum propheram edisserens oratoriis debeo declamatiunculis ludere, & in narrationibus atq; epilogis Asiatico more cantare: sed auxilio orationum tuarum, & incredibili discendi studio, aperire quæ clausa sunt.* idem ait, comm. ad Ose. II. 16.

Versiones (1.) An liceat adornare?

§. 146. Commentariis scripturarum analogæ sunt earum *versiones*, seu translationes. Sunt autem illæ vel fontium, vel versionum aliarum. *Fontium*, ut erat Latina Hieronymi, juxta fontes seu libros *de archivis Hebræorum revelatos*, (uti loquitur præf. ad Hesther) adornata, vide Apol. advers. Ruffin. f. 103. Versionum aliarum, ut erat LXX in Latinam transfusa. Ubi quæritur: *An fontes in linguas alias, & vernaculas quidem, transferre liceat?* Affirmamus, & probamus rationibus & exemplis. *Rationibus*, desumptis à *fine*, qui est Dei gloria, & hominum salus, ab ipso Deo intenta, & procurata. Discimus hoc ex Eusebio, ubi differit de versione LXX Interpp. auspiciis Ptolemæi Philadelphi adornata, *Deus*, ait, *eam Ptolemæo regi mentem divinitus immisit, τῶν ἱμβαλών*, ut scripturam in linguam Græcam verti curaret; *ut quæ de venturo paulo post humani generis Servatore, eodemq; sanctioris erga unum præpotentem Deum religionis omnibus sub sole gentibus*

bus doctore futuro, prædicta jam olim essent. εἰς φῶς ἦλθεν, ἐπ' ἀκριβὲς μεταβληθέντας, eadem tum accurata explicatione patefacta, & in lucem venirent, publicis in Bibliothecis collocata. lib. III. de præp. Evang. c. 1. f. 349. B. Neque solus Ptolemæus & Ægyptij respiciebantur à Deo; sed etiam reliqui homines: *nimirum ut quædam quasi penus esset, unde illa postmodum in populorum omnium usum fructumq; promerentur.* l. c. Consentit Hieronymus, adversus Ruffinum scribens, & concludens: *Ex quibus omnibus approbatur, & LXX interpp. editionem, quæ legentium vetustate firmata est, utilem esse Ecclesiis, dum ante gentes audiunt Christum venturum esse quam veniat;* *Et cæteros interpretes non reprobandos, quia non sua, sed divina, volumina transtulerunt, & familiarem meum id à Christiano & amico debere suscipere, quod magno sumptu sibi à Iudæis describere festinavit.* t. 3. f. 104. B. Confirmatur ab *effectu*, quem versiones habent in animis legitimè iis utentium; Exemplo sit Ptolemæus modo laudatus: *illi* enim *cuncta* (versionis) *recitata sunt, ex quibus legislatoris mentem summopere admiratus est.* Sic ex Aristæa refert idem Eusebius l. c. f. 354. C. Posset addi argumentum à *principio*, si vera esset illorum sententia, qui statuunt cum Cyrillo Catech. IV. f. 37. B. quod *non orationis facundias, & sapientiæ humanæ commento negocium* (versionis) *gerebatur, sed à Spiritu S. divinarum scripturarum, quæ Spiritus S. profatus erat, interpretatio conficiebatur.* Id tamen verum & certum est, quod Deo placuerit ista versio, eique speciali gratia adfuerit Spiritus Sanctus. *Exemplis*: Ptolemæus Philadelphus versionem procuravit, nec vel Judaica, vel Judaicæ succedanea Christiana Ecclesia eam improbarunt, imò cooperata est ista, & hæc laudavit. Laudavit & recepit etiam alias, quod Hieron. adverſ. Ruffin. t. III. f. 103. B. 1. improbat exemplo eorum, qui *post septuaginta Translatores, jam Christi Evangelio coruscante, Iudæos & Hebionitas, legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, Symmachum, & Theodotionem, curiose legunt, & per Origenis laborem Ecclesiis dedicarunt.* Allegat etiam Origenis, Eusebii, & Didymi exempla, *qui in omnibus libris suis post LXX interpp. Iudæorum translationes explanant, & edisserunt.* Provocat ad exemplum aliorum populorum, asserens, *multarum* (aliarum) *gentium linguis scripturam ante translatam* fuisse: præf. in IV. Evang. In quibus versionibus etiam *Gothica* erat, vertente Ulphila Gothorum Episcopo, vide Socrat.

lib. IV. hist. c. 33. f. 251. C. & quæ infra dicemus. Patet hinc, etiamsi antiquiores extent versiones, posse tamen recentiores & novas alias fieri, imprimis emendatiores. Quo de disputatum est inter Augustinum & Hieronymum, quorum iste pro veteribus, hic pro novis versionibus stabat. vid. Ramir. Spicil. tr. 1. c. 51. p. 251.

Obj. §. 147. *Objicis* (1.) Atqui Aristæus refert de Theopompo, quod ausus Hebræas literas vertere motus mente fuerit. (2.) Et Theodectes Tragœdiarum scriptor sit fassus, *quod aliquid ex S. literis in fabulæ argumentum detorquere conatus, in oculorum glaucoma inciderit, quo non nisi post multos dies, ubi morbi fontem suspicione attigisset, Numenq; sibi conciliasset, liberari potuerit.* referente Euseb. lib. VIII. de præp. Evang. c. 5. f. 355. A. R. Versio non erat in caussa, sed malus vertentium animus, & usus: ὅτι τὰ θεῖα βύλεται περιεργασάμενος εἰς κοινὰς ἀνθρώπους ἐκφέρειν. i. e. *quod divina mysteria rimari curiosius, ac profanis hominibus enunciare voluisset.* verba sunt ejusdem Eusebij f. 354. D.

(II) *Requisita* 1. juxta fontes. §. 148. *Virtutes* versionum sunt 1. *ut ex fontibus ipsis & secundum eos instituantur*, quamvis vetitum non sit, alias quoque versiones conferre: *Nullius auctoritatem secutus sum, sed de Hebræo transferens, maxime LXX Interpp. consuetudini me coaptavi: in his duntaxat, quæ non multum ab Hebraicis discrepabant. Interdum Aquilæ quoque, & Symmachi, & Theodotionis recordatus sum; ne novitate nimia lectoris studium deterrerem; nec rursus contra conscientiam meam, fonte veritatis omisso, opinionum rivulos consectarer.* ait Hieron. præfat. in Ecclesiast. t. IV. f. 10. D. Confer comm. in Gal. III. 10. Unde oportet Interpretem instructum esse notitia Linguarum Originalium, velut erat Hieronymus, de quo ipse non immerito gloriatur præf. ad Esr. & Neh. t. IV. f. 9. C. (2) *Neq; temerè mutetur aliquid in prototypo.* Nam juxta Hieron. ad Pammachium, *mutare quicquam de Græco, non est vertentis, sed evertentis.* conf. com. in Ezech. c. 1. f. m. 178. C. Quæ tamen non ita accipienda sunt, ac si ne à verbis quidem interdum recedere liceret; Hoc enim, salvo sensu, utiq; licet, quandoquidē unaquæq; lingua suum habeat ἦθος καὶ πάθος, quod in alia lingua iisdem verbis inconcinne expresseris: Neque incolet juxta te malignus, perdet euphoniam, & dum interpretationis κακοζηλίαν sequimur, omnem decorem translationis amittimus: Et hanc esse

2. sine mutatione temeraria.

regulam

regulam boni interpretis, ut idioma alterius linguæ ſuæ linguæ exprimat proprietate, quod quidem & Tullium in Protagora Platonis, & in Oeconomico Xenophontis, & in Demoſthenis contra Æſchinem oratione feciſſe convincimus, & Plautum, Terentium, Ceciliumque eruditiſſimos viros in Græcis comœdiis transferendis. Neque ex eo quis Latinam linguam anguſtiſſimam putet, quod non poſſit verbum de verbo transferre, cum etiam Græci pleraque noſtra per circuitus transferant, & verba Hebraica non interpretationis fide, ſed linguæ ſuæ proprietatibus, nitantur exprimere. verba ſunt Hieron. ad Suniam & Fretelam t. IV. f. 34. D. & f. 36. C. *Non debemus putida nos verborum interpretatione torquere, cum damnum non ſit in ſenſibus; quia unaquæq; lingua, ut ante diximus, ſuis proprietatibus loquitur.* Et paulo ante: D. *Non debemus ſic verbum de verbo exprimere, ut, dum ſyllabas ſequimur, perdamus intelligentiam.* & f. 39. B. *Eadem igitur interpretandi ſequenda eſt regula, quam ſæpe diximus: ut ubi non ſit damnum in ſenſu, lingua, in quam transferimus, luquvia, & proprietas, & elegantia conſervetur.* Confer Apol. adv. Ruffin. t. 3. f. 93. & 103. de optim. gen. interpr. f. 167. A. Præfat. in Judith, & Eſther.

§. 149. Licuerit igitur & Luthero noſtro, à verbis nonnunquam recedere ſcripturæ, ut ſenſum earū eo cōmodius in Germanica verſione exprimeret, quandoquidem ipſimet Pontificij iſtum Hieronymi morem probent: v. Ramirez. Spicil. tr. 1. f. 250 tr. LI. n. 3. Probat autem Hieronymus ſuum factum ex vetuſtioribus, imo ex ipſis διορθώσις Apoſtolis & Evangeliſtis. *Vetuſtioribus*, & *gentilibus* quidem Oratoribus, Philoſophis, atque Poetis. f. 167. A. Nec gentilibus ſolum, ſed etiam Chriſtianis: dicens: *Sufficit in præſenti nominaſſe Hilarium confeſſorem, qui homilias in Iob, & in Pſalmos tractatus plurimos in Latinum vertit è Græco, nec aſſedit literæ dormitanti. & putida Ruſticorum* (ſic appellat, judicio Eraſmi, circumforaneos illos, parumque doctos) *ſed quaſi captivos ſenſus in ſuam linguam victoris jure tranſpoſuit.* Et Judæis, ut fuerunt LXX Interpp. imo διορθώσις viris: *Nec hoc mirum*, inquiens, *in cæteris ſeculi videlicet, aut Eccleſiæ viris, cum LXX Interpp. & Evangeliſtæ atq; Apoſtoli idem in S. voluminibus fecerint.* Adjungit exempla ex ſacris. Hæc ille, & plura alia in hunc ſenſum. Confer quæſt. 2. Algaſ. t. IV. f. 71. C.

(III.) Vitia. §. 150. *Vitia* versionum fere in compendio recitat Hieronymus præfat. in IV. Evang. t. IV. f. 12. D. *quod quædam vel à vitiosis interpretibus male reddita, vel à præsumptoribus imperitis emendata perversius, vel à librariis dormitantibus aut addita sint, aut mutata.* Capitale vitium est, si sensus fontium & versionum inter sese discrepant: Nec aliud præsentius est *remedium*, quam si versiones ad fontes examinentur, & corrigantur: *Cum* (Novum Testam. in versione) *in nostro sermone discordat, & in diversos rivulorum tramites ducit, uno de fonte quærendum.* ait idem f. cit. D. Et in epist. ad Suniam & Fretelam: *Sicut in N.T. si quando apud Latinos quæstio oritur, & est inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem Græci sermonis, quo N. scriptum est instrumentum; Ita in V.T. si quando inter Græcos Latinosq; diversitas est, ad Hebraicam recurrimus veritatem, ut quidquid de fonte proficiscitur, hoc quæramus in rivulis.* t. IV. f. 34. D. Neque est, quod dicas: (1.) Scripturam mutari & corrumpi; R. enim Hieronymus, se *nihil de dominicis verbis corrigendum putasse; sed Latinorum codicum vitiositatem, quæ ex diversitate librorum omnium comprobatur, ad Græcam originem (unde & ipsi translata non denegant) voluisse revocare.* epist. ad Marcel. t. III. f. 169. C. Addit contra adversarios suos: *Quibus si displicet fontis unda purissimi, cœnosos rivulos bibant, & diligentiam, qua avium sylvas, & concharum gurgites norunt, in scripturis legendis abjiciant; Sintq; in hac re tantum simplices, & Christi verba existiment rusticana, in quibus per tanta jam secula tantorum ingenia sudaverunt, ut rationem verbi uniuscuiusq; magis opinati sint, quam expressérint; Apostolum arguant imperitiæ, qui ob multas literas insanire dicatur.* l. c. Neque dicas (2.) veteres vilipendi; id quod obtrectatores sui Hieronymo sæpius inculcarunt, examinanti versionem LXX ad fontes Hebræos: Nam masculè se ipse defendit, fontes rivulis præferendo. vid Præf. in Pentateuch. Invectivam adversus Helvidium & Ruffinum, præfationem in qq. Hebraicas.

obj. 1.

2.

(IV.) Auctoritas. §. 151. Apparet hinc, quæ sit *auctoritas* versionum, nempe non *absoluta*, sed *limitata*, ad fontes puta, ut eatenus valeant, quatenus cum fontibus conspirant. Probatur hoc ex iis Patrum locis, in quibus à versionibus, tanquam à rivulis, ad Hebræum vel Græcum textum, tanquam ad fontes, appellant: Loca plura citavimus in præmissis. Probatur etiam ex emendationi-

tionibus verſionum, quæ factæ ſunt juxta normam Codicum Originalium, de quo §. præced. Plura dabimus paulo poſt, ubi de ſingulis verſionibus egerimus. Quod ſi conſenſerit verſio cum fontibus, ſua debita auctoritate non eſt privanda; quandoquidem eadem ipſius ſit vis, quæ eſt fontium, id quod exemplo Ptolemæi Philadelphi §. 141. præced. probavimus. Sed unde ſcio, verſionem fontibus reſpondere? audi conſilium Hieronymi præfat. in libb. Regg. t. IV. f. 7. D. *Mihi omnino conſcius non ſum, mutaſſe me quippiam de Hebraica veritate. Certè ſi incredulus es, lege Græcos codices & Latinos, & confer cum his opuſculis, quæ nuper emendavimus, & ubicunq; inter ſe diſcrepare videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis accommodare debeas fidem; Et ſi noſtra firmaverit, puto quod eum non exiſtimes conjectorem, ut in eodem loco mecum ſimiliter divinaverit.* Confer comm. in Ezech. XXXIII. f. m 234. Locum etiam hodie conſilium hoc habere poteſt, quando quæritur: unde ſcis Lutherum Hebræos & Græcos fontes rectè vertiſſe?

§. 152. De *ſingulis verſionibus* inſignioribus, & quidem Græcis agit Athanaſius in Synopſ. t. I. f. 156. & 157. recenſens verſionem LXXII Interp. Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, quintam, ſextam, & ſeptimam, quæ eſt Luciani. Brevius de iisdem agit Epiphanius Hæreſ. LXIV. mox ab initio. Sciendum vero, quod ante celebriores haſce verſiones extiterit aliqua *vetuſtior*, cujus mentionem facit Ariſtobulus Peripateticus in opere, quod Ptolemæo Regi inſcripſit; Sic enim ille: *Nam etiam ante Demetrium illum Phalereum, adeoq; ante Alexandri & Perſarum imperium hæc jam omnia Græce ab aliis converſa fuerant, quibus illa Hebræorum populariumnoſtrorum ex Ægypto migratio, tum eorum ſeries, quæ cœlitus ipſis evenerunt, permiſſa regionis occupatio, & univerſa legis expoſitio continetur; Neminiut dubium eſſe poſſit, quin ſuos in libros laudatus inde Philoſophus* (Plato) *pleraq; derivarit.* Sic ille ad Ptolemæum Philadelphi nepotem: citante Euſebio lib. XIII. de præp. Evangel. c. 12. f. 664. A. Eodemq; ante Euſebium digitum intendit Clemens Alex. lib. I. ſtrom. cum deſcriptura ſacra ex Ariſtobulo f. 342. B. C. refert: *διηρμήνευται δὲ πρὸ Δημητρίου ὑφ' ἑτέρου πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ πρώτων ἐπικρατήσαντος* &c. *translata eſt ante Demetrium ab alio ante imperium Alexandri & Perſarum.* Forte legendum: *ἐπὶ πρώτων ἐπικρατήσαντος: antequam Alexander Perſis dominaretur.*

(V.) *Species*, ut erant *Græca*: *vetuſtior*, & *recentiores*, in quibus

§. 153. Primas tenet *versio Septuaginta*, in qua expendatur

I. LXX. Ejus auctor primarius.

1. *Auctor* primarius; is quidem Deus est, non tamen ita, ut est auctor scripturæ sacræ per Θέπνευσιν. Deus quidem fuit, qui eam Ptolemæo mentem indidit, ut de versione adornanda cogitaret: *Deus ille* &c. reliqua paulo ante allegavimus ex Euseb. lib. VIII. de præp. Ev. c. 1. f. 349. B. Neq; etiam negaverim, Deum singulari gratia adspiratsse Interpretibus, utpote sanctum opus tractantibus; *Spiritu Sancto plenos* eos fuisse, Hieronymi sententia est præfat. in Paralip. Nego tamen eum ipsorum fuisse afflatum, quem Prophetarum & Apostolorum: *Non damno, non reprehendo LXX; sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero; Per istorum os mihi Christus sonat, quos ante Prophetas inter spiritualia charismata positos lego, in quibus ultimum pene gradum interpretes tenent.* ita Hieron. adverſ. Ruffin. t. III. f. 102. C. præf. in Pentat. f. 6. t. IV. B. & paulo post, t. 3. f. 104. B. *major est* (quam LXX) *Christi & Apostolorum auctoritas*: Quod non diceret, si censuisset, septuaginta æque ac Prophetas & Apostolos fuisse divinitus inspiratos. *Aliud est enim vatem, aliud est esse interpretem. Ibi spiritus ventura prædicit; hic eruditio & verborum copia, ea, quæ intelligit transfert.* Adde seqq. Accedit emendatio codicum Græcorum LXX facta juxta fontes Hebræos: de qua paulo post dicemus. Idem tanquam fabulosam explodit traditionem de cellulis Alexandrinis, quasi in singulis singuli confidentes Interpretes à Deo ita fuissent inspirati, ut exactè secum invicem consentirent: *Habitent* (adversarii mei) *in septuaginta cellulis Alexandrini Pharі*; idem ait comm. in Ezech. XXXIII. f. 235. Clarius & prolixius præf. in Pentateuch. t. IV. f. m. 6. B. *Nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus divisi eadem scriptitarint; Cum Aristæas ejusdem Ptolemæi σωγραφικὸς, & multo post tempore Iosephus, nihil tale retulerint: Sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse.* confer adv. Ruff. t. III. f. 102. C. præfat. ad Paralip. t. IV. f. 8. B. Paulo post se ipse illis in tantum comparat, in quantum & ipse industriam adhibuerit in vertenda sacra scriptura: *Illi interpretati ante adventum Christi, & quod nesciebant dubiis protulere sententiis: Nos vero post passionem & resurrectionem ejus, non tam prophetiam, quam historiam scribimus. Aliter enim audita, aliter visa narrantur. Quod melius intelli-*

intelligimus melius & proferimus. Hactenus Hieronymus parrhesiastes, ut quidem tum versio ista erat in tanta dignitate.

§. 154. *Auctor* minus *principalis* fuit ille φιλολογώτατος, laudante Cyril. Catech. IV; Ptolemæus Philadelphus, Rex Ægypti, alias dictus Ptolemæus *secundus* ab Eusebio lib. VIII de præp. Evangel. c. 1. ubi, & seqq. capp. ex professo agit, quomodo Rex iste operam dederit sedulam, ut versio Græca ex fontibus Hebræis conficeretur: Refert autem illa ex fide Aristæi ἀνὴρ λογίου καὶ φιλαναγνώστου τοῖς πραχθεῖσι ἐπὶ τοῦ Φιλαδέλφου Πτολεμαίου *vir eruditi, & qui interfuerit rebus sub Ptolemæo secundo gestis.* Refert autem primo colloquium inter Regem & Demetrium Phalereum τὸν καταστάντα ἐπὶ τῆς τοῦ βασιλέως βιβλιοθήκης: *constitutum regiæ Bibliothecæ curatorem*, in quo primum Bibliorū Hebraicorum mentio à Bibliothecario injecta fuerit, tanquam dignorū, quæ in Bibliotheca regia exstarent; Hinc factum, ut Rex Demetrium, τὸν τῆς βιβλιοθήκης ἐπισκοπήν *Bibliothecæ inspectorem*, describente Cyrillo Hieros. Catech. IV. juberet literas exarare ad summum Judæorum Pontificem, Eleazarum, περὶ τῆς τῶν Ἰουδαϊκῶν βιβλίων ἀναγραφῆς *de librorum Iudaicorum descriptione* facienda. Imo ipse Rex suo ipsius nomine literas scripsit ad Eleazarum, quæ ῥητῶς extant c. 4. f. 352. D. Et in illis etiam hæc verba: *curandum id nobis agendumq; statuimus, uti lex vestra, ex ea, quam Hebraicam appellatis, Græcam in linguam convertatur, ut illa cum cæteris voluminibus Regiis nostra in Bibliotheca collocetur.* Subjungit & petitum, ut aliquot idonei viri sibi huius versionis adornandæ gratia Hierosolymis mitterentur. Ad has regias literas respondit Eleazarus, literis, quæ cap. 5. recensentur, annuitque Regis voto & petito, promisitque in illis desideratos interpretes, οὓς καὶ ἀπεστάλκαμεν ἔχοντας τὸν νόμον, *quos & misimus habentes legem*: sub finem literarum scribit. Minus principalis.

§. 155. *Ministerialis* caussa fuerunt septuaginta duo illi viri, quos Eleazarus Hierosolymis ad Regem in Ægyptum misit, an ex singulis tribubus sex? ἐπελεξάμην ἄνδρας καλοὺς, καὶ ἀγαθοὺς, πρεσβυτέρους, ἀφ' ἑκάστης φυλῆς ἓξ *selegi viros bonos & probos, seniores, ex singulis tribubus sex*: scribit Eleazarus ad Ptolemæum. Tales enim & tot hic desideraverat, ἄνδρας καλῶς βεβιωκότας, πρεσβυτέρους, ἐμπειρίαν ἔχοντας τοῦ νόμου, καὶ δυνατοὺς ἑρμηνεῦσαι, ἀφ' ἑκάστης φυλῆς ἓξ: Ministerialis.

i.e.

i.e. *viros probatæ vitæ, seniores, experientiam habentes legis, & potentes in interpretando, ex singulis tribubus sex.* Horum opera & industria illustre opus versionis in Pharo Alexandrino confectum est: καλῶς καὶ ὁσίως διηρμήνευται *bene & sanctè translata* sunt Bibliæ Hebræa, καὶ πάντ' ἀκριβῶς καλῶς &c. *Et per omnia accuratè & rectè*, Aristæo referente. Fateor autem, quædam in his intricata mihi videri; dum ex singulis tribubus dicuntur sex eo missi esse, cum tamen decem tribus ex captivitate Assyriaca non redierint; porro quod auspiciis Eleazari summi Pontificis, & cum consensu Ecclesiæ Hierosolymitanæ versio dicatur peracta esse, cum tamen Judæi improbare referantur illam versionem, tanquam qua sacra Hebræa fuerint profanata. Facilius conciliaveris, cur modo LXXII modo LXX dicantur, nempe ideo, quod rotundior sit hic præ isto numerus.

Materia. §. 156. *Materia*, quam verterunt, à nonnullis putatur solus Pentateuchus fuisse, in quibus est Josephus, de quo Hieronymus qq. Hebraic. f. 91. t. IV. *Iosephus*, ait, *qui LXX Interpretum proponit historiam, quinq; tantum ab eis libros Moysi translatos refert, quos nos quoq; confitemur, plusquam cæteros cum Hebraicis consonare.* Sed communior sententia est, vertisse τὰς θείας γραφὰς, τὰ εἴκοσι δύο βιβλία τῆς παλαιᾶς διαθήκης *divinas scripturas, Veteris Testamenti libros viginti duos*: adeoque totam V. T. scripturam canonicam: uti loquitur Cytill. Catech. IV. f. 36. C. confirmatur ex Aristobuli libro ad regem Ptolemæum (citante verba Eusebio lib. XIII. de præp. Evang. c. 12.) qui ait, *totam scripturam* Hebræorum *sacram Demetrij Phalerei opera, & Philadelphi Regis jussu, rectè translatam*: Imo ex ipso (quem Hieronymus allegat) Aristæo, qui refert de Demetrio Phalereo, quod Philadelpho Regi laudarit τὰ τῶν Ἰουδαίων νόμιμα *Iudæorum monumenta*; & quod Rex Bibliothecarium illum suum jusserit esse solicitum περὶ τῆς τῶν Ἰουδαϊκῶν βιβλίων ἀναγραφῆς *de Iudaicorum voluminum descriptione*: Judæorum autem monumenta & volumina non solo Pentateucho absolvuntur, sed & reliquos libros canonicos continent: refert Chrysostomus: ἐκεῖ τῶν προφητῶν αἱ ἑρμηνευθεῖσαι βίβλοι μένουσι i.e. *ibi* (in Serapidis templo) *librorum Propheticorum interpretatio* (sub Ptolemæo Philadelpho facta) *asservatur*. orat. contr. Jud. quam Antiochiæ

ed by Google

tiochiæ adhuc Diaconus habuiſſe Uſſerio videtur de edit. LXX. c. 3. p. m. 33. Refert Hottingerus ex Arabico ſcriptore de Euſebio Cæſareenſi, quod ſcripſerit: *Rex* (Philadelphus) *cum eos* (Judæos) *de libris, qui in manibus eorum eſſent, rogaſſet, ijsq; indicaſſet, gratum ſibi fore, ſi & ipſe illorum haberet exemplar, obtinuit, ut omnes libros, quos poſſederunt, legem videlicet, prophetas, & reliqua in foliis argenteis, literis aureis ſcripſerint.* Theſaur. lib. 1. c. 3. ſect. 3. p. 347. Et licet (quod objicit Uſſerius de edit. LXX. p. 4.) rex petierit τὸν νόμον μεθερμηνευθῆναι *legem transferri*, & Eleazarus promiſerit τὴν τῶ ἁγίω νόμω μετα-γραφήν *ſanctæ legis translationem*; Attamen non ſolus Pentateuchus intelligendus eſt, quandoquidem tota ſcriptura Veteris Teſtamenti legis nomine veniat: vid. Hieronym. quæſt. ad Algaſ. VIII. Quod vero tota ſcriptura legis nomine veniat, ratio in promptu eſt. *Propter illuſtrem enim & pervagatam Legislatoris Moſis gloriam, apud externos præſertim populos, Judæorum ſacri libri legis fere nomine dicebantur.* verba ſunt doctiſſimi Maſij ex præfatione in Joſuam. Inſtat Uſſerius, & objicit Judæorum ſententiam, Joſephi, & aliorum, qui ſolum Pentateuchum eſſe verſum referant; adductis Hieronymi ad Micheæ II verbis: *Interpretatio LXX, ſi tamen LXX eſt, (Joſephus enim ſcribit, & Hebræi tradunt, quinq; tantum libros Moſis ab eis translatos, & Ptolemæo Regi contraditos) tantum diſcordat in præſenti loco ab Hebraica veritate, ut nec capita poſſimus ex æquo ponere, nec eorum ſimul ſententias explicare.* p. 6. ℞. Quidquid ſit de Judæis, Hieronymus non probat iſtam eorum ſententiam.

§. 157. *Forma* verſionis inſtitutæ ita quidem traditur, ut miraculoſa fuiſſet, ſi ita ſeſe haberet, tanquam ſinguli Interpretũ ſigillatim collocati verſiones ſuas ita adornarint, ut de verbo ad verbum ſibi invicem illæ reſponderent, cum conferrentur; Sed traditio iſta ſolido hiſtoriæ fundamento caret: Probabilius eſt, ut induſtria humana verſio illa peracta fuit, ita mediis etiã & modis ordinariis eos fuiſſe uſos, conferendo nimirum invicem, & juvando alter alterum, donec opus perficeretur: Id quod diſcimus ex iis, quæ §. 148. ex Hieronymo attulimus. Verterunt autem non ſemper ad literam, contenti ſenſum expreſſiſſe; ſcribit hoc ad Algaſiam Hieronymus, *ubi ſeptuaginta*, inquiens, *ab Hebræo diſcrepant, Hebræum ſenſum ſuis* (Evangeliſtas & Apoſtolos) *expreſſiſſe ſermonibus.* Forma.

bus. t. IV. f. 71. Nam Apostoli & Evangelistæ, citantes dicta Veteris Test. non semper verba, sed interdum solum sensum retulerunt: *Matthæus sensum potius, quam verba interpretans, pro lege & insulis nomen posuit & gentes.* Sic idem loc. cit. Neque etiam omnia vertisse dicuntur, sed quædam omisisse, quæ videbantur Philadelphum offensura esse. Hieron. adverſ. Ruffin. t. IV. f. 102. C. f. 103. D. qq. Hebr. t. IV. f. 91. præfat. in Penteteuch. f. 6. In Esdr. & Nehem. f. 9. consentiens Epiphanio libr. de mens. & ponder. Sed quomodo hæc accipienda sint, vide Bellarminum, citante Usserio, dicentem: *Isti patres pie quærebant rationes excusandi & defendendi eam versionem quæ tunc Ecclesia utebatur. Cæterum si ita* (ut ex instinctu Spiritus Sancti quædam mutassent) *esset, quomodo Philo diceret, summam fuisse consonantiam rerum & verborum? Quomodo etiam assereret Aristeas, omnes, qui eam initio viderunt, acclamasse, singula esse bene & fideliter versa? Quomodo non admirati fuissent, tam multa detracta, tam multa addita, tam multa contrario sensu reddita?* Neque omnia ad veritatem Hebraicam transtulisse, *literarum* nonnunquam *falsos similitudine*, uti loquitur Hieron. ad Ose. II. 10. Interdum & transposuerunt literas, ut Zach. XII. 10. legentes כקרו, ἐξεκέντησαν, pro דקרו, ἐξεκέντησαν, uti legitur Joh. XIX. 37.

Finis. §. 158. *Finis* alius à Philadelpho, alius à Deo intentus fuit: A Philadelpho exornatio Bibliothecæ suæ & perfectio intendebatur: Postquam enim Demetrius Phalereus ipsi dixisset: *Judæorum monumenta, quæ describerentur, ac regiam Bibliothecam augerent, esse dignissima.* Euseb. lib. VIII. c. 2. de præp. f. 350. B. Rex vestigio annuit, jussitque operam dari, ut illa Judæorum monumenta suæ Bibliothecæ exornandæ insererentur: A Deo verò intendebatur revelatio & propalatio sui verbi, Ecclesiæ plantatio & amplificatio inter gentes, & ita hominum salus æterna, quod Eusebij verbis §. 148. præced. retulimus.

Affectiones & accid. Mutatio §. 159. Non mansit versio hæc in sua integritate, sed varias mutationes, corruptiones, & emendationes sustinuit, *cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaq; translatio corrupta sit atq; violata.* Idem scribit Hieronym. in paralip. t. IV. f. 8. B. distinguit inter communem, & communi contradistinctam, ad Suniam & Fretelam scribens: *κοινὴ ista, hoc est*

eſt communis editio, ipſa eſt, quæ & LXX. ſed hoc intereſt inter utramq; quod κοινῶς pro locis & temporibus & pro voluntate ſcriptorum veterum corrupta editio eſt. Ea autem quæ habetur in ἑξαπλοῖς, & quam nos vertimus, ipſa eſt, quæ in eruditorum libris incorrupta, & immaculata, ſeptuaginta interpretum translatio reſervatur; Quidquid ergo ab hac diſcrepat nulli dubium eſt, quin ita & ab Hebræorum auctoritate diſcordet. t. IV. f. 34. D. Uſſerius pro *Hebræorum* legit *eorum* de edit. LXX interpp c. 4. p. 35. Mutata ſunt in Paralipomenis nomina propria, uti ſcribit ad Domn. & Rogat. præf. ad paral. f. 8. D. *Ita*, inquiens, *in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitioſus eſt, ut non tam Hebræa quam Barbara quædam & Sarmatica nomina conjecta arbitrandum ſit.* Numeri immutati. e. g. Gen. XLVI. 27. collatio cum Act. VII. 14 obſervante eodem in quæſt. Hebr. I integræ etiam ſententiæ aliunde infarctæ, quod tum maxime factum eſt, cum aliæ verſiones iſti admiſcerentur: *Origenes editioni antiquæ translationem Theodotionis miſcuit*: refert Hieronym. adverſ. Ruffin. f. 102. B. & 103. A. ubi *audaciam* vocat. Hinc maximus inter ſeſe codicum diſſenſus: vide Hieron. ad Oſe. II. 8. & adverſ. Ruff. t. 3. f. 102. D. poſt Euſeb. lib. VI. dem. Evang. c. 15. f. 279. VIII. f. 383 c. X. 484. ubi laudat ἀκριβῆ ἀντίγραφα *accuratiora exemplaria.* Acceſſit Hæreticorum, & Judæorum πανουργία; Nam quæ ſibi minus favebant, ex verſione illa ſuſtulerunt, & faventia inſeruerunt.

§. 160. Quemadmodum vetuſtiores, ita & recentiores, qui hujus ſeculi fuerunt, Patres operam dederunt, ut certis quibusdam *ſignis* ſeu *characteribus* adhibitis diſcrepantiam verſionis LXX interpp. ab Hebræis fontibus, & verſionibus aliis notarent. Primus ſuperiori ſeculo fuit Origenes, qui his mediis uteretur, nempe aſteriſcis, ſeu ſtellulis; & obelis ſeu verubus: *Obelo* notavit *non poſita in Hebræo*; aſteriſco vero, *quæ poſita erant apud ſeptuaginta, ſed ex editionibus cæteris addita, convenienter Hebræo*: uti ipſe ſua ſigna explicat Origenes tract. VIII. in Matth. Easdem notas etiam Hieronymus explicat, præfat. in Pentat t. IV. f. 6. 8. *editioni*, inquiens, *antiquæ translationem Theodotionis miſcuit, aſteriſco & obelo opus omne diſtinguens: dum aut illuceſcere facit, quæ minus ante fuerant; aut ſuperflua quæq; jugulat & confodit, maxime, quæ Evangeliſtarum & Apoſtolorum auctoritas promulgavit.* Eadem verba legas

Characteres critici.

adverſ. Ruffin. t. III. f. 102. B. Confer præf. in lib. paralip. & in libr. Daniel. & in Job. à ſeſe verſum; & epiſt. 89 ad Auguſtinum. Epiphan. de menſ. & ponder. f. m. 611. ſeqq: Euſebium lib. VII. f 383. & lib. X. f. 484. de præp. Evang. ex recentioribus Voſ. Rr. ad Ravenſperg. judic. c. 2. Origenis induſtriam imitatus eſt hic ipſe Euſebius, quippe de quo refert Maſius, quod poſſideat aliquot libros Biblicos in linguam Syriacam verſos, *de Græco exemplari, quod manu Euſebij ad Origenis libros, qui in Cæſareenſis Eccleſiæ Bibliotheca aſſervabantur, fuerat emendatum, cum huic ad eam rem adjutor fuiſſet ſuus Pamphilus* præfat. in Edit. Græc. Joh. p. 125. Imitatus eſt etiam Hieronymus, ut ipſe refert præfat. ad Paralip. t. IV. f. 9. A. *Vbicunq;*, ſcribens, *aſteriſcos, i. e. ſtellas radiare in hoc volumine videritis, ibi ſciatis de Hebræo additum, quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi vero obelus, transverſa ſcilicet virga poſita eſt, illic ſignatur quid ſeptuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus S. auctoritatem, licet in Hebræis voluminibus non legatur.* Et vehementer dolet Eraſmus notas iſtas ex operibus Hieronymi hodie excidiſſe: *Quis hæc abſq; dolore legat, intelligens & Hieronymi vigilias & noſtram utilitatem in hac parte Theologorum incuria periſſe? Nam ſi quod hæc diſtinxit Hieronymus, nihil ad rem pertinebat; ſtultus fuerat oportet, qui in re infrugifera ſudandum putarit. Sin id ad divinæ ſcripturæ ſinceritatem faciebat, impiè fecerunt, qui notas hujusmodi ſuſtulere de voluminibus.* Sic ille ad l. c. Hieronymi. Confer infer. ſect. 3. §. 16. ſeqq:

Auctoritas non abſoluta.

§. 161. *Auctoritas* verſionis hujus non abſoluta, ſed limitata fuit, ſicut apud Apoſtolos, ita etiam apud Patres hujus ſeculi. De Apoſtolis res clara eſt, dum teſtimonia Veteris Teſtamenti non ſemper citarunt verbis LXX, ſed ſuis, ad Hebraicam veritatem compoſitis: confer loca Matth. II. v. 15. cum Hoſ. XI. 1. Item Joh. XIX. 37. cum Zach. XII. 10. Item Matth. II. 18. cum Jerem. XXXI. 15. Item Hoſe. VI. cum Matth. IX. 13. *Ex quo perſpicuum eſt,* infert Hieronymus, *Apoſtolos & Evangeliſtas & ipſum Dominum Salvatorem non LXX Interpp. auctoritatem ſequi, qua Hebrææ linguæ habentes ſcientiam non indigent, ſed ex Hebræo transferre quod legerint, non curantes de Syllabis punctisq; verborum: dummodo ſententiarum veritas transferatur. Quod quidem & in pluribus locis eos feciſſe docuimus, & maxime in eo libro, qui à nobis inſcriptus eſt: De optimo genere interpretandi,*

tandi, multis ſimul teſtimoniis comprobatum eſt. in c. III. Malachiæ. Confer præfat. in Pent. t. IV. f. 6. B. f. 8. in Eſdr. & Neh. f. 9. ubi adducit dicta ex V. T. allegata in N. T. quæ in LXX verſione non occurrunt. Quæſt. 2. Algaſ. De patribus hujus ſeculi unicus ſufficiat Hieronymus, quippe qui verſionem novam Latinam adornavit non juxta Septuaginta Interpretes, ſed juxta fontes Hebræos, eo quod interpretes frequentius ab his diſſentirent: Multa quidem ille ab æmulis & inimicis ſuis eapropter paſſus eſt, tanquam veteres ſperneret, & ſe ipſis præferret, ſed factum ſuum paſſim ita defendit, ut nihil in ipſo jure potuerit deſiderari; Etiam alii patres, & vetuſtiores quidem, verſioni LXX alias prætulerunt: e. g. Baſilius in catena patrum Symmachianam, dicens ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἑρμηνεύων ἐξέδωκε *Symmachus clarius interpretatus eſt*: Alibi ait, quosdam τῶν ἑρμηνέων σαφέστερον τὴν τῶν ἐκδιδόντες εἱρμήναι, *interpretum clarius mentem* (verborum Gen. I. 1.) *reddidiſſe*, quam LXX interpp. In Hexaem. f. 5. Epiphanius hæreſ. LXIX, deſertis LXX, qui Prov. VIII. 22. verterant: ἔκτισε, ſequitur Aquilam, qui transtulit: ἐκτήσατο *poſſedit*, quia congruit Hebræo. vide notas Ducæi ad Baſilii tom. II. f. 7. pag. 59. Imo *Eccleſiæ Danielem juxta Theodotionis traditionem ſuſceperunt*, referente Hieron. præf. in Joſ. IV. f. 7. A.

§. 162. Etiamſi autem verſionis hujus auctoritas non ea fuerit, quæ librorum θεοπνεύστων, fuit tamen *aliqua*, nec parva, apud Eccleſias præſertim Græcas, & tanta, ut eam temere rejicere non licuerit: *Eccleſia Catholica LXXII interpretationem legit, colit, & prædicat; alia autem ſupervacua & contraria tantæ editioni contemnit & abjicit.* ita Philaſtrius Hæreſ. XXXIX. & XL. Quanquam varietas quædam fuerit editionum & exemplarium apud diverſas gentes; Nam *Alexandria & Ægyptus in ſeptuaginta ſuis Heſychium laudat auctorem: Conſtantinopolis uſq; ad Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat. Media inter has provincia Paleſtinos codices legunt: quos ab Origene elaboratos Euſebius & Pamphilus vulgaverunt*: referente Hieron. apol. adv. Ruffin. t. 3. f. 102. D. Licet etiam in quibusdam erraverint, vel corruptæ fuerint, in uſu tamen & auctoritate penes Eccleſiam etiam Apoſtolicam fuerunt: *Quanta dimiſerint, vel aſteriſci teſtes, ut dixi, ſunt, vel noſtra interpretatio, ſi à diligente lectore tranſlationi veteri conferatur; Et jure LXX editio obtinuit in Eccleſiis,* Sed limitata.

vel quia prima est, & ante Christi facta adventum, vel quia ab Apostolis in quibus tamen ab Hebraico non discrepat, usurpata. itaque Hieronymi verba legisti ex libro de optim. gen. interpr. t. III. f. 168. C. Quod ait, *de non discrepantia ab Hebræo*, sine dubio intelligit de sensu; Nam citasse Apostolos & Evangelistas loca ex LXX Interpp. in quibus illi recesserunt à litera Hebræa, ex aliquot exemplis palam est, in quibus & quoad nomina propria, & appellativa; & quoad consonantes, & quoad puncta vocalia ab Hebræis fontibus recesserunt: Confer Act. XIII. 41. cum Habac. I. 5. Rom. IX. 33. cum Jes. XXVIII. 16. Act. XV. 16. cum Amos IX. 12. vide Hotting. Thes. lib. I. c. 3 sect. 3. q. XI. *Usum* hæc insignem habent in hodiernis controversiis Theologicis de valore, certitudine, efficacia fontium apud eos, qui literarum originalium ignari sunt, & tamen fidem suam in scripturam sacram resolvere debent, de quo prolixè disputat Dn. D. Dorscheus noster Theol. Zach. part. II. p. 123. seqq. ostendens, quod Ecclesia orientalis de consensu versionis LXX Interpp. cum fontibus Hebræis certa non fuerit, & tamen versione ista usa fuerit tanquam principio fidei plantandæ & conservandæ. Simili ratione versione Lutheri tanquam organo salutis nostri laici uti possunt, etiamsi illi nesciant, cum fontibus eam convenire, vel etiam ipsa versio non ubivis locorum Hebræos fontes fuerit assecuta.

Usus.

II. Aquilæ.

§. 163. Versionem LXX excipit II. *Aquilæ*. Sic enim Athanasius Synops. t. 2. f. 156. B. *Altera* (versio) *est Aquilæ, qui cum Synope Ponti ortus, & Græcus esset Hierosolymis baptizatus est. Postea vero reprobato Christianismo Iudæus sese conjunxit, & sacram scripturam perversa ratione sub Adriano Rege trecentis triginta post LXXII versione annis interpretatus est.* Quibus verbis describitur *auctor*, quod ex Græco Christianus, ex hoc Judæus evaserit; unde προσήλυτος ἀ φύσει Ἰουδαῖος *proselytus, non natura Iudæus* ab Eusebio lib. VII. dem. Evang. f. 316. B. dicitur. Auctoris *ætas*, nempe imperium Adriani, quorsum refert etiam Epiphanius de mens. & ponder. f. 617. *Versio* alicubi ab Hieronymo laudatur, quod retinentissima sit verborum, ut in cap. XLIX. Jes. *de Aquila*, ait, *non miror, quod homo eruditissimus linguæ Hebrææ, & verbum de verbo exprimens.* Et in Ose. II. 16. *diligens & curiosus interpres*: in quem sensum epist.

epist.139. eum *verborum Hebraorum diligentissimum explicatorem* vocavit. vit.Ducæus ad Basil. t. 2.f.7.pag.59. Sed de opt. gen. interp. f. m. 168. C. t.3. ejus explicationem aliquam repudiat, dicens: *Aquila proselytus & contentiosus interpres, qui non solum verba, sed & Etymologias verborum transferre conatus est, jure projicitur à nobis.* Exemplis mox illustrat, eundemque paulo post vocat ψηλαφήτορα, *qui Syllabas interpretetur & literas, ut* e.g. *dicat:* σεὶτ τὸν ἀέρα καὶ σεὶτ τὴν γῆν, *quod Latina lingua omnino non recipit.* & Epiphan. de mens. & ponder. f. 618. *interpretatus est* (scripturas) *non recta ratiocinatione usus, sed quo aliqua ex receptis libris perverteret, irruens in septuaginta duorũ interpretationẽ, ut testimonia de Christo in scripturis prolata aliter ederet, propter confusionem, quam sustinuit ab temerariam suam excusationem.* pergit: *poteramus porro, ô dilecte, etiam adulteratas ab ipso dictiones recensere quæ ex interpretatione ipsius ipsum redarguunt.* Quare nec hæc versio ex omni parte probatur.

§. 164. Tertia est *Symmachi*; de qua hæc sunt Athanasij Synopl. t.2.f.156. C. verba: *Tertia est Symmachi. Hic cum Samaritanus esset, nec populo suo acceptus propter ambitionis morbum haberetur, ad Iudæos sese recepit, ac secundo circumcisus est. Et ut Samaritanos subverteret, vertit & ipse divinas literas sub Severo Rege, annis post versionẽ Aquilæ quinquaginta sex.* Quibus verbis similiter, ut ante, exponit *auctorem*, qui, & qualis fuerit; de quo & Euseb. lib. VII. dem. Evangel. f. 316. C. *Symmachus*, scribit, *dicitur Ebionæus fuisse: Secta autem hæc fuit Iudæorum, qui eo nomine vocabantur, & in Christum credere dicebantur, ex quibus Symmachus fuit.* & Epiphanius de mens. & ponder. f. 618. *Symmachus*, ait, *quidam Samarita ex numero sapientum apud ipsos, quam non reperisset fidem apud propriam gentem, principatus studio ægrotans, & contra propriam tritum indignatus, accedit ad Iudæos, ac fit proselytus, & circumciditur secunda circumcisione.* & paulo post: *Ad perversionem interpretationum apud Samaritas, tertiam edidit interpretationem à se conversam.* III. Symmachi.

§. 165. IV. *Theodotionis.* Etiam de hac versione exaudiendus est Athanasius Synopl. t.2.f.156. D. *Quarta*, inquiens, *Theodotionis Ephesii est. Hic cum primum hæresi Marcionis Pontici favisset, postea assectatoribus hæresis illius succensens, & ipse sacram scripturam, sub Commodo Rege, eo ipso tempore, quo Symmachus ad subversionem prædicta* IV. Theodotionis.

dictæ hæresis, interpretatus est. Eadem fere habet etiam Epiph. de mens. & ponder. f. 618. unde novimus *auctoris* religionem, quod fuerit Hæretica; Hieronymus adv. Ruffin. f. 104. vocat *Hæreticum & Iudaizantem*; & quidem *Ebionitam.* præfat. in Daniel. f. 267. t. 5. & de *versione* ejus judicium, quod septuaginta interpretibus proxime accesserit; unde factum puto, quod Origenes ejus versionem cum versione LXX commiscuerit.

hinc tetrapla Origenis.

§. 166. Ex his quatuor versionibus conflavit Origenes *Tetrapla*, distributis illis secundum quatuor columnas contiguas: Quibus cum accessissent V. *Hierichuntina* & VI. *Nicopolitana*, facta sunt *hexapla*; utraque autem harum sic dicitur à loco, ubi inventa: Athanas. Synops. t. 2. f. 158. D. Epiphanius de mens. & ponder. f. 619. Hieronym. apol. adv Ruffin. t. 3. f. 103. & præfat. in Jos. f. 6. t. IV. ubi insuper, *sumptu*, ait, *& labore maximo indigent.*

V. Hierichuntina.

VI. Nicopolitana.

VII. Luciani.

§. 167. Septima est *Luciani*; de qua sic Athanasius Synops. f. 157. D. *Septima & postrema* (versio) *Sancti Luciani magni religiosi & Martyris est, qui & ipse, cum in prædictas versiones, & Hebraicos libros incidisset, & diligenter, quæ vel veritati deerant, vel superflua aderant, inspexisset, ac suis quæq; locis correxisset, versionem hanc Christianis fratribus edidit, quæ sane post ipsius certamen & martyrium, quod sub Diocletiano & Maximiano tyrannis sustinuit, libro videlicet propria ipsius manu scripto comprehensa, Nicomediæ sub Constantino rege magno, apud Iudæos in pariete armarij calce circumlito, in quo custodiæ gratia posita fuerat, inventa est.* De Luciano superiori seculo diximus. Versionem ejus amplectebatur potissimum Græcia, *Constantinopolis* nempe *usq; ad Antiochiam*: juxta Hieronym. apol. adv. Ruffin. f. 102. & præfat. paralip. t. IV. f. 8. Cæterum ipse non adeo multum versioni huic videtur tribuere, scribens præf. in IV. Evangel. f. 12. » t. IV. D. Prætermitto eos codices, quos à Luciano & Esychio » nuncupatos, paucorum hominum asserit perversa contentio: Qui» bus utique nec in toto veteri instrumento post LXX interpretes » emendare quid licuit, nec in novo profuit emendasse, cum multa» tum gentium linguis scriptura ante translata, doceat falsa esse quæ » addita sunt. Confer epist. ad Suniam & Fretel. f. 34. C. Baron. an. 311. n. 10. seqq.

§. 168.

Digitized by Google

§. 168. *Origenis* quoque & *Hesychii* non tam versiones quam emendationes erant versionis LXX. *Origenes* enim *non solum exemplaria posuit quatuor editionum, è regione singula verba describens, ut unus dissentiens, statim cæteris inter se consentientibus arguatur: sed, quod majoris audaciæ est, in editione septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis videlicet designans, quæ minus fuerant, & virgulis, quæ ex superfluo videbantur apposita.* ait Hieronym. adv. Ruffin. f. 103. A. & paulo post idem dicit, quod *omnia veteris instrumenti volumina obelis asteriscisq; distinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione sumptos translationi antiquæ inseruit, probans, defuisse quod additum est.* B. confer præfat. in Pentateuch. t. IV. f. 6. A. Neque caruit suis fautoribus: *Omnes* enim *Christi Ecclesiæ tam Græcorum, quam Latinorum, Syrorumque, & Ægyptiorum, hanc sub asteriscis & obelis editionem legunt.* ita Hieron. præf. in Daniel. t. V. f. 267. E. Sicut nec Hesychii editio caruit suis applausoribus; *Alexandria* enim *& Ægyptus in LXX suis Hesychium laudant auctorem*: referente Hieronym. præf. ad Paralip. confer Baron. an. 306. n. 53. Origenis & Hesychii.

§. 169. Ejusdem Origenis opera coaluerunt *Octapla*; sic enim Epiphanius in *ἀναχεφ.* f. 614. *Sex interpretationes, & Hebraicam scripturam Hebraicis elementis atq; ipsis verbis in una columna composuit, & aliam columnam ex adverso apposuit, per Græcas quidem literas, Hebraicas vero dictiones, ad intelligentiam eorum, qui non noverunt Hebraica elementa, quo per Græca Hebraicæ linguæ vim cognoscerent.* Repetit de mens. & ponder. f. 619. Monet tamen de situ, quod præcedant duæ columnæ Hebrææ, sequantur versiones Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, LXX, quinta, & sexta; Id inde factum ab Origene ait, ut LXX in medio reliquarum versionum posita cum omnibus posset conferri. Octapla.

§. 170. Photius cod. CLXXVII. f. m. 395. lin. 17. refert de quodam, *Ara* dicto, Hæretico, coævo Theodoro Mopsvestiæ, quod novum Evangelium, & versionem novam adornarit; verba Photii sunt hæc: *Hunc quintum Evangelium confinxisse, illudq; se in Eusebii Palæstini Bibliothecis reperisse, ait. Rejecta præterea divini, ac Veteris Testamenti versione, quam septuaginta Interpretes simul convenientes ediderunt, ut & Symmachi, & Aquilæ, aliorumq; interpretatione, propriam quandam suam novamq; conficere ausum: cum neq; Hebraicæ lin-* Aræi.

gua, ut illi, à puero assuevisset, neq; mentem S. Scripturæ didicisset: Hebreis tantummodo quibusdam abjectæ sortis disciplinam se tradidisse, atque hinc propriam sibi editionem conscribere aggressum. Cujus idiomatis fuerit hæc versio non quidem exprimit, ex circumstantiis tamen apparet, Græcam fuisse.

Samaritana

§. 171. *Samaritani* codicis, seu *voluminis* mentionem facit Hieronymus quæst. in Gen. t. IV. f. 92. B. agens de Caini & Abelis colloquio: *Superfluum est, quod in Samaritanorum & nostro volumine reperitur: transeamus in campum.* & comm. ad Gal. III. 10. referens, quod *Samaritanorum Hebræa volumina relegens* invenerit locum, sicut Paulus citaverit. De eodem differit præfat. in Regg. f. 7. B. *Samaritani*, inquiens, *Pentateuchum Mosi totidem literis scriptitant, figuris tantum & apicibus discrepantes. Certumq; est, Esdram scribam legisq; Doctorem, post captam Hierosolymam, & instaurationem templi sub Zorobabel alias literas reperisse, quibus nunc utimur: cum ad illud usq; tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint.* De posteriore hac Hieronymi sententia acriter nuper disputatum est inter recentiores Criticos, imprimis Joannem Morinum & J. H. Hottingerum. vide scripta ipsorum amœbea.

Latina, ut vetusta communis & recentior Hieronymi

§. 172. *Latinarum vetus* alia, alia *recentior* est. *Veteris*, ut *vulgatæ*, mentionem facit Hieronymus Jes. IX. 3. & alibi hinc inde. Translata fuerat ex versione sive κοινῇ *communi*, sive, (juxta Sixt. Sen. lib. VIII. Bibl. hæres. 13.) LXX interpp. Sed multas mutationes passa erat. Nam *apud Latinos tot sunt exemplaria, quot codices: & unusquisq; pro arbitrio suo vel addidit, vel subtraxit, quid ei visum est* Sic Hieron. præf. in Jos. t. IV. f. 6. D. Et tamen *ejus lectione usa erat Ecclesia longe ante tempora Hieronymi*, ipsomet referente l. c. *Recentior* est Hieronymi, quam adornavit *ex archivis Hebræorum.* (uti loquitur ipse præfat. in Esther,) *Non ex Græco, sed ex Hebræo in Latinum divinas scripturas convertit. Cujus tantum literarum laborem etiam Hebræi fatentur esse verum.* ita Aug. lib. XVIII. de C. D. c. 43. Impulsus partim à Desiderio, Chromatio, Domnione, Rogatiano &c. ad quos, & ad quas, exstant præfationes, singulis partibus præmissæ, partim necessitate & utilitate Ecclesiæ. In usu tum erat versio LXX, sed varia, dubia, & incerta. Nec enim uniusmodi erat, *varietas* ipsam *lacteatam & inversam*, & hoc ipso non ubique

ubique *veram* demonſtrabat, juxta Hier. præf. in Neh. ut ſupra viſum: Nec Latinæ uniusmodi erant; *Multi* erant *codices*, & eorum *varietas* interdum *vitioſiſſima*, uti conqueritur præfat. in Judith: *variis translatoribus erant vitiati*, ut liber Eſther; *quem editio vulgata lacinioſis hinc inde ſinibus trahebat*. Ut igitur certiorem habet verſionem Eccleſia, ex Hebræis fontibus novam, & Latinam quidem, molitus eſt Hieronymus, *periculoſum opus certe & obtrectatorum meorum latratibus patens*, uti præſagiit præf. in Pentateuch. & fere in præfationibus ſingulorum librorum repetiit. Prætextus adverſariorum erat, ſpreta veterum auctoritas; Nam quædam in ſua verſione habebat, quæ aliter ſeſe in Græca LXX habebant: *edidi aliquid quod non habetur in Græco, aut aliter habetur, quam à me verſum eſt*. fatetur ipſe præfat. ad Eſdr. & Neh. f 9. B. Sed B. *Quid interpretem laniant? interrogent Hebræos, & ipſis auctoribus translationi meæ vel arrogent, vel derogent fidem*. l.c. q. d. ad Hebræos fontes componendæ ſunt verſiones, non ad alias verſiones: Præf. in Pentateuch. proteſtatus fuerat, interpretes ſe *non damnare*. In ſcriptis Apoſtolorum & Evangeliſtarum citantur dicta quædam Veteris Teſtamenti, (citat ea Hieronymus præf. in Pentateuch. & alibi) quæ fruſtra in verſione LXX requiras; hinc dilabebantur quidam *ad deliramenta apocryphorum*, cum tamen recurrendum fuiſſet ad fontes Hebræos, unde iſta erant deprompta; adeoque operæ pretium vel maximum erat, ex fontibus potius, quam LXX, verſionem adornari, & uſurpari. Etiamſi enim veteres verſiones ſpernendæ non ſint, novis ſubſtitutis: *Quod enim ſemel aures hominum occupaverat, & naſcentis Eccleſiæ roboraverat fidem, juſtum erat etiam noſtro ſilentio probari*. ait idem præf. in Paralip t. IV. f. 8. B. Attamen nec ſuperſtitioſe iis ita adhærescendum, uti novæ, licet meliori, locus nullus ſit dandus. Reliquit Hieronymus veterem, ſicut erat, nec interpolavit, ut Græci ſuam LXX; id quod l.c. idem inculcat, ut eo majorem veniam inſtitutæ novæ verſionis conſequeretur: *Cur me non ſuſcipiant Latini mei, qui inviolata editione veteri ita novam condidi, ut laborem meum Hebræis, &, quod his majus eſt, Apoſtolis authoribus comprobem?* Sed nec in publicum efferri voluit: *Obſecro vos, mi Domnion & Rogatiane, chariſſimi, ut privata lectione contenti libros non efferatis in publicum, nec faſtidioſis*

vulgatæ & communis nomen accepit, tum quia nullum certum habet auctorem, tum quia non de Hebræo fonte, sed de κοινῇ, vel de LXX interpretatione sumpta est; Quemadmodum Aug. XVIII. de C.D. c. 43. & Hieronym. in præfat. Evangeliorum testantur, cujus lectione usa est Ecclesia longè ante tempora Hieronymi, & etiam multò post, usq; ad tempora Gregorij Papæ. E vetustioribus loquatur ipse Augustinus lib. XVIII. de C.D. c. 43. Nam cum fuerint, *inquiens*, & alii interpretes &c. „ hanc tamen, quæ LXX est, tanquam sola esset, sic recipit Ecclesia, „ eaque utuntur Græci populi Christiani, quorum plerique, utrum „ alia sit aliqua? ignorant. Ex hac LXX interpretatione etiam in „ Latinam linguã interpretatum est, quod Ecclesiæ Latinæ tenent; „ Quamvis non defuerit temporibus nostris Presbyter Hieronymus, homo doctissimus, & omnium trium linguarum peritus, „ qui non ex Græco, sed ex Hebræo in Latinum eloquium easdem „ scripturas convertit. En versionem ex LXX factam sequebatur non Augustinus modo, sed ipsa *Ecclesia Latina*; Et alibi, nempe epist. X. ad Hieron. non dissimulat, se malle versionem ex LXX factam prævalere in Ecclesia Latina quam Hieronymianam; & epist. XIX. profitetur, se *nolle* Hieronymi *ex Hebræo interpretationem in Ecclesiis legi.* Confer lib. II de doctr. Christ. c. 15. & lib. XIII. de C.D. c. 24. ubi verba: *Et formavit Deus hominem ex pulvere terræ*; examinat ad versionem *Græcorum codicum, unde in Latinam linguam scriptura ipsa conversa erat.*

Cur serius usurpata?

§. 175. Neque sine ratione factum est, quod Ecclesia vetustior circumspectè, & tardius Hieronymi versione usa sit. Si cogitamus, Hieronymum interdum festinantius vertisse libros Biblicos: Transtulit enim *tanta facilitate ac velocitate pleraq; veteris instrumenti Hebraica volumina, ut tridui labore tres libros Salomonis, Proverbia scilicet, Ecclesiasten, & Canticum Canticorum, ex Hebræis Latinos fecerit, & librum Tobiæ ex Chaldæo in Latinum unius diei opera verterit.* verba sunt Sixti Sen. lib. IV. Bibl. p. m. 303. Neque semper tempus idoneum habuisse revidendi, vel corrigendi, quæ scripserat, vel dictaverat: *Non sum tantæ felicitatis, quantæ plerig; hujus temporis tractatores, ut nugas meas, quando voluerim, emendare possim. Statim ut aliquid scripsero, aut amatores mei, aut invidi, diverso quidem studio, sed pari certamine, in vulgus nostra disseminant, & vel in*

laude

laude vel in vituperatione nimii sunt: non meritum styli, sed suum stomachum sequentes. Queritur ad Pammach. pro libr. adv. Jov. t. III. f. 53. C. Nonnunquam sequutus est Thalmudicos, sicut à Barraba suo Informatore didicerat; observante Cl. Hacspanio apud Hottinger. Thesaur. l. 1. c. 3. sect. 3. p. 380. Accedit natura versionum; prius enim aliquid respiciunt, quod principium sit, quare ipsæ (nisi aliud accedat) principium esse non possunt, ita ut fides ultimato in ipsas resolvatur, si quod dubium occurrit: Qua de re loquatur ipse Hieronymus; quandoquidem hoc principio innixus fuit, cum scripturam verteret, vel explanaret. Aliquot ejus testimonia in præmissis allegavimus, quæ vid. §. 107. & 109. §. 130. & 143

§. 176. Absit autem, ut debitas versioni Hieronymianæ laudes denegemus. Ex fiducia caussæ ipse illius laudes, modeste tamen, canit: *Transtuli nuper Iob in linguam nostram: cujus exemplar à sancta Marcella consobrina tua poteris mutuari. Lege eundem Græcum & Latinum, & veterem editionem, nostræ translationi compara, & liquido providebis, quantum distet inter veritatem & mendacium.* adverss. Jov. f. 53. Laus ejus.

§. 177. Præter has versiones elaboravit Ulphilas, Gothorum Episcopus, sui idiomatis versionem, de quo Socrates refert: *Eodem* (Valentis Imp.) *tempore Vlfila Gothorum Episcopus, Gothicas literas excogitavit, καὶ τὰς θείας γραφὰς εἰς τὴν Γότθων μετέβαλεν, & sacris scripturis in Gothorum sermonem conversis, effecit, ut Barbari divina eloquia perdiscerent.* lib. IV. hist. c. 33. Quibus consona sunt, quæ retulit Sozom. lib. VI. c. 37. dicens, *primus apud eos* (Gothos) *inventor extitit literarum, καὶ εἰς τὴν οἰκείαν φωνὴν μετέφρασε τὰς ἱερὰς βίβλους, & sacros libros in patrium sermonem convertit.* Dolendum vero, auctorem versionis hujus orthodoxiæ saltem non constanter fuisse addictum, utpote qui Arianismo ese imbui passus est, quod referunt illi ipsi. Socr. lib. II. c. 41. Sozom. lib. IV. c. 24. Hieronymus fecit *Dalmaticam*, Sic enim Sixtus Sen. lib IV. Bibliothec. p. m. 304. Transtulit quoque Hieronymus, ut ipsemet in Epistola ad Sophronium testatur, universum totius divinæ scripturæ corpus in Dalmaticam linguam ad utilitatem nationis suæ gentium, quâ usque in hanc diem hujus translationis lectione summa cum veneratione utuntur. Vlphilæ Gothica. & Dalmaticæ Hieronymi.

§. 178.

vel quia prima est, & ante Christi facta adventum, vel quia ab Apostolis in quibus tamen ab Hebraico non discrepat, usurpata. iterum Hieronymi verba legisti ex libro de optim. gen. interpr. t. III. f. 168. C. Quod ait, *de non discrepantia ab Hebræo*, sine dubio intelligit de sensu; Nam citasse Apostolos & Evangelistas loca ex LXX Interpp. in quibus illi recesserunt à litera Hebræa, ex aliquot exemplis palam est, in quibus & quoad nomina propria, & appellativa; & quoad consonantes, & quoad puncta vocalia ab Hebræis fontibus recesserunt: Confer Act. XIII. 41. cum Habac. I. 5. Rom. IX. 33. cum Jes. XXVIII. 16. Act. XV, 16. cum Amos IX. 12. vide Hotting. Thes. lib. I. c. 3 sect. 3. q. XI. *Vsum* hæc insignem habent in hodiernis controversiis Theologicis de valore, certitudine, efficacia fontium apud eos, qui literarum originalium ignari sunt, & tamen fidem suam in scripturam sacram resolvere debent, de quo prolixè disputat Dn. D. Dorscheus noster Theol. Zach. part. II. p. 123. seqq. ostendens, quod Ecclesia orientalis de consensu versionis LXX Interpp. cum fontibus Hebræis certa non fuerit, & tamen versione ista usa fuerit tanquam principio fidei plantandæ & conservandæ. Simili ratione versione Lutheri tanquam organo salutis nostri laici uti possunt, etiamsi illi nesciant, cum fontibus eam convenire, vel etiam ipsa versio non ubivis locorum Hebræos fontes fuerit assecuta

Vsus.

II. Aquilæ.

§. 163. Versionem LXX excipit II. *Aquila.* Sic enim Athanasius Synops. t. 2. f. 156. B. *Altera (versio) est Aquilæ, qui cum Synopa Ponti ortus, & Græcus esset Hierosolymis baptizatus est. Postea vero reprobato Christianismo Iudæis sese conjunxit, & sacram scripturam perversa ratione sub Adriano Rege trecentis triginta post LXXII versione annis interpretatus est.* Quibus verbis describitur *auctor*, quod ex Græco Christianus, ex hoc Judæus evaserit; unde προσήλυτος ἢ φύσει Ἰουδαῖος *proselytus, non natura Iudæus* ab Eusebio lib. VII. dem. Evang. f. 316. B. dicitur. Auctoris *ætas*, nempe imperium Adriani, quorsum refert etiam Epiphanius de mens. & ponder. f. 617. *Versio* alicubi ab Hieronymo laudatur, quod retinentissima sit verborum, ut in cap. XLIX. Jes. *de Aquila*, ait, *non miror, quod homo eruditissimus linguæ Hebrææ, & verbum de verbo exprimens.* Et in Ose. II. 16. *diligens & curiosus interpres*: in quem sensum epist.

Digitized by Google

epist.139. eum *verborum Hebraorum diligentissimum explicatorem* vocavit. vit.Ducæus ad Basil. t. 2.f.7.pag.59. Sed de opt. gen. interp. f. m. 168. C. t.3. ejus explicationem aliquam repudiat, dicens: *Aquila proselytus & contentiosus interpres, qui non solum verba, sed & Etymologias verborum transferre conatus est, jure projicitur à nobis.* Exemplis mox illustrat, eundemque paulo post vocat ψηφόζηλον, *qui Syllabas interpretetur & literas, ut* e.g. *dicat:* σείσ τὸν ἀέρα καὶ σείσ τὸν γῆν, *quod Latina lingua omnino non recipit.* & Epiphan. de mens. & ponder. f. 618. *interpretatus est* (scripturas) *non recta ratiocinatione usus, sed quo aliqua ex receptis libris perverteret, irruens in septuaginta duorū interpretationē, ut testimonia de Christo in scripturis prolata aliter ederet, propter confusionem, quam sustinuit ab temerariam suam excusationem.* pergit: *poteramus porro, ô dilecte, etiam adulteratas ab ipso dictiones recensere quæ ex interpretatione ipsius ipsum redarguunt.* Quare nec hæc versio ex omni parte probatur.

III. Symmachi.

§. 164. Tertia est *Symmachi*; de qua hæc sunt Athanasij Synopl. t.2.f.156. C. verba: *Tertia est Symmachi. Hic cum Samaritanus esset, nec populo suo acceptus propter ambitionis morbum haberetur, ad Iudæos sese recepit, ac secundo circumcisus est. Et ut Samaritanos subverteret, vertit & ipse divinas literas sub Severo Rege, annis post versionē Aquilæ quinquaginta sex.* Quibus verbis similiter, ut ante, exponit *auctorem*, qui, & qualis fuerit; de quo & Euseb. lib. VII. dem. Evangel. f.316.C. *Symmachus*, scribit, *dicitur Ebionæus fuisse: Secta autem hæc fuit Iudæorum, qui eo nomine vocabantur, & in Christum credere dicebantur, ex quibus Symmachus fuit.* & Epiphanius de mens. & ponder. f 618. *Symmachus*, ait, *quidam Samarita ex numero sapientum apud ipsos, quam non reperisset fidem apud propriam gentem, principatus studio ægrotans, & contra propriam tritum indignatus, accedit ad Iudæos, ac fit proselytus, & circumciditur secunda circumcisione.* & paulo post: *Ad perversionem interpretationum apud Samaritas, tertiam edidit interpretationem à se conversam.*

IV. Theodotionis.

§. 165. IV. *Theodotionis.* Etiam de hac versione exaudiendus est Athanasius Synopl.t,2.f.156. D. *Quarta*, inquiens, *Theodotionis Ephesii est. Hic cum primum hæresi Marcionis Pontici favisset, postea assectatoribus hæresis illius succensens, & ipse sacram scripturam, sub Commodo Rege, eoipso tempore, quo Symmachus ad subversionem prædicta*

dictæ hæresis, interpretatus est. Eadem fere habet etiam Epiph. de mens. & ponder. f. 618. unde novimus *auctoris* religionem, quod fuerit Hæretica; Hieronymus adv. Ruffin. f. 104. vocat *Hæreticum & Iudaizantem*; & quidem *Ebionitam.* præfat. in Daniel. f. 267. t. 5. & de *versione* ejus judicium, quod septuaginta interpretibus proxime accesserit; unde factum puto, quod Origenes ejus versionem cum versione LXX commiscuerit.

hinc tetrapla Origenis.

§. 166. Ex his quatuor versionibus conflavit Origenes *Tetrapla*, distributis illis secundum quatuor columnas contiguas: Quibus cum accessissent V. *Hierichuntina* & VI. *Nicopolitana*, facta sunt *hexapla*; utraque autem hæc dicitur à loco, ubi inventa: Athanas. Synops. t. 2. f. 156. D. Epiphanius de mens. & ponder. f. 619. Hieronym. apol. adv Ruffin. t. 3. f. 103. & præfat. in Jos. f. 6. t. IV. ubi insuper, *sumptu*, ait, *& labore maximo indigent.*

V. Hierichuntina.

VI. Nicopolitana.

VII. Luciani.

§. 167. Septima est *Luciani*; de qua sic Athanasius Synops. f. 157. D. *Septima & postrema* (versio) *Sancti Luciani magni religiosi & Martyris est, qui & ipse, cum in prædictas versiones, & Hebraicos libros incidisset, & diligenter, quæ vel veritati deerant, vel superflua aderant, inspexisset, ac suis quæq; locis correxisset, versionem hanc Christianis fratribus edidit, quæ sane post ipsius certamen & martyrium, quod sub Diocletiano & Maximiano tyrannis sustinuit, libro videlicet propria ipsius manu scripto comprehensa, Nicomediæ sub Constantino rege magno, apud Iudæos in pariete armarij calce circumlito, in quo custodiæ gratia posita fuerat, inventa est.* De Luciano superiori seculo diximus. Versionem ejus amplectebatur potissimum Græcia, *Constantinopolis* nempe *usq; ad Antiochiam*: juxta Hieronym. apol. adv. Ruffin. f. 102. & præfat. paralip. t. IV. f. 8. Cæterum ipse non adeo multum versioni huic videtur tribuere, scribens præf. in IV. Evangel. f. 12. » t. IV. D. Prætermitto eos codices, quos à Luciano & Esychio » nuncupatos, paucorum hominum asserit perversa contentio: Qui» bus utique nec in toto veteri instrumento post LXX interpretes » emendare quid licuit, nec in novo profuit emendasse, cum multa» tum gentium linguis scriptura ante translata, doceat falsa esse quæ » addita sunt. Confer epist. ad Suniam & Fretel. f. 34. C. Baron. an. 311. n. 10. seqq.

§. 168.

Digitized by Google

§. 168. *Origenis* quoque & *Hesychii* non tam versiones quam emendationes erant versionis LXX. *Origenes* enim *non solum exemplaria posuit quatuor editionum, è regione singula verba describens, ut unus dissentiens, statim cæteris inter se consentientibus arguatur: sed, quod majoris audaciæ est, in editione septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis videlicet designans, quæ minus fuerant, & virgulis, quæ ex superfluo videbantur apposita.* ait Hieronym. adv. Ruffin. f. 103. A. & paulo post idem dicit, quod *omnia veteris instrumenti volumina obelis asteriscisq; distinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione sumptos translationi antiquæ inseruit, probans, defuisse quod additum est.* B. confer præfat. in Pentateuch. t. IV. f. 6. A. Neque caruit suis fautoribus: *Omnes* enim *Christi Ecclesiæ tam Græcorum, quam Latinorum, Syrorumque, & Ægyptiorum, hanc sub asteriscis & obelis editionem legunt.* ita Hieron. præf. in Daniel. t. V. f. 267. E. Sicut nec Hesychii editio caruit suis applausoribus; *Alexandria* enim *& Ægyptus in LXX suis Hesychium laudant auctorem*: referente Hieronym. præf. ad Paralip. confer Baron. an. 306. n. 53. Origenis & Hesychii.

§. 169. Ejusdem Origenis opera coaluerunt *Octapla*; sic enim Epiphanius in *de ponder.* f. 614. *Sex interpretationes, & Hebraicam scripturam Hebraicis elementis atq; ipsis verbis in una columna composuit, & aliam columnam ex adverso apposuit, per Græcas quidem literas, Hebraicas vero dictiones, ad intelligentiam eorum, qui non noverunt Hebraica elementa, quo per Græca Hebraicæ linguæ vim cognoscerent.* Repetit de mens. & ponder. f. 619. Monet tamen de situ, quod præcedant duæ columnæ Hebraæ, sequantur versiones Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, LXX, quinta, & sexta; Id inde factum ab Origene ait, ut LXX in medio reliquarum versionum posita cum omnibus posset conferri. Octapla.

§. 170. Photius cod. CLXXVII. f. m. 395. lin. 17. refert de quodam, *Ara* dicto, Hæretico, coævo Theodoro Mopsvestiæ, quod novum Evangelium, & versionem novam adornarit; verba Photii sunt hæc: *Hunc quintum Evangelium confinxisse, illudq; se in Eusebii Palæstini Bibliothecis reperisse, ait. Rejecta præterea divini, ac Veteris Testamenti versione, quam septuaginta Interpretes simul convenientes ediderunt, ut & Symmachi, & Aquilæ, aliorumq; interpretatione, propriam quandam suam novamq; conficere ausum: cum neq; Hebraicæ lin-* Aræi.

gua, ut illi, à puero assuevisset, neq; mentem S. Scripturæ didicisset: Hebræis tantummodo quibusdam abjectæ sortium disciplinam se tradidisse, atque hinc propriam sibi editionem conscribere aggressum. Cujus idiomatis fuerit hæc versio non quidem exprimit, ex circumstantiis tamen apparet, Græcam fuisse.

Samaritana

§. 171. *Samaritani* codicis, seu *voluminis* mentionem facit Hieronymus quæst. in Gen. t. IV. f. 92. B. agens de Caini & Abelis colloquio: *Superfluum est, quod in Samaritanorum & nostro volumine reperitur: transeamus in campum.* & comm. ad Gal. III. 10. referens, quod *Samaritanorum Hebræa volumina relegens* invenerit locum, sicut Paulus citaverit. De eodem disserit præfat. in Regg. f. 7. B. *Samaritani*, inquiens, *Pentateuchum Mosi totidem literis scriptitant, figuris tantum & apicibus discrepantes. Certumq; est, Esdram scribam legisq; Doctorem, post captam Hierosolymam, & instaurationem templi sub Zorobabel alias literas reperisse, quibus nunc utimur: cum ad illud usq; tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint.* De posteriore hac Hieronymi sententia acriter nuper disputatum est inter recentiores Criticos, imprimis Joannem Morinum & J. H. Hottingerum. vide scripta ipsorum amœbea.

Latina, ut vetusta communis & recentior Hieronymi

§. 172. *Latinarum vetus* alia, alia *recentior* est. *Veteris*, ut *vulgatæ*, mentionem facit Hieronymus Jes. IX. 3. & alibi hinc inde. Translata fuerat ex versione sive κοινῇ *communi*, sive, (juxta Sixt. Sen. lib. VIII. Bibl. hæres. 13.) LXX interpp. Sed multas mutationes passa erat. Nam *apud Latinos tot sunt exemplaria, quot codices: & unusquisq; pro arbitrio suo vel addidit, vel subtraxit, quid ei visum est* Sic Hieron. præf. in Jos. t. IV. f. 6. D. Et tamen *ejus lectione usa erat Ecclesia longe ante tempora Hieronymi*, ipsomet referente l. c. *Recentior* est Hieronymi, quam adornavit *ex archivis Hebræorum.* (uti loquitur ipse præfat. in Esther,) *Non ex Græco, sed ex Hebræo in Latinum divinas scripturas convertit. Cujus tantum literarum laborem etiam Hebræi fatentur esse veracem.* ita Aug. lib. XVIII. de C. D. c. 43. impulsus partim à Desiderio, Chromatio, Domnione, Rogatiano &c. ad quos, & ad quas, exstant præfationes, singulis partibus præmissæ, partim necessitate & utilitate Ecclesiæ. In usu tum erat versio LXX, sed varia, dubia, & incerta. Nec enim uniusmodi erat, *varietas* ipsam *lacerata & inversa*, & hoc ipso non

ubique

ubique *veram* demonſtrabat, juxta Hier. præf. in Neh. ut ſupra viſum: Nec Latinæ uniusmodi erant; *Multi* erant *codices*, & eorum *varietas* interdum *vitioſiſſima*, uti conqueritur præfat. in Judith: *variis translatoribus erant vitiati*, ut liber Eſther; *quem editio vulgata laciniosis hinc inde finibus trahebat*. Ut igitur certiorem habet verſionem Eccleſia, ex Hebræis fontibus novam, & Latinam quidem, molitus eſt Hieronymus, *periculoſum opus certe & obtrectatorum meorum latratibus patens*, uti præſagiit præf. in Pentateuch. & fere in præfationibus ſingulorum librorum repetiit. Prætextus adverſariorum erat, ſpreta veterum auctoritas; Nam quædam in ſua verſione habebat, quæ aliter ſeſe in Græca LXX habebant: *edidi aliquid quod non habetur in Græco, aut aliter habetur, quam à me verſum eſt*. fatetur ipſe præfat. ad Eſdr. & Neh. f 9. B. Sed &. *Quid interpretem laniant? interrogent Hebræos, & ipſis auctoribus translationi meæ vel arrogent, vel derogent fidem*. l.c. q. d. ad Hebræos fontes componendæ ſunt verſiones, non ad alias verſiones: Præf. in Pentateuch. proteſtatus fuerat, interpretes ſe *non damnare*. In ſcriptis Apoſtolorum & Evangeliſtarum citantur dicta quædam Veteris Teſtamenti, (citat ea Hieronymus præf. in Pentateuch. & alibi) quæ fruſtra in verſione LXX requiras; hinc dilabebantur quidam *ad deliramenta apocryphorum*, cum tamen recurrendum fuiſſet ad fontes Hebræos, unde iſta erant deprompta; adeoque operæ pretium vel maximum erat, ex fontibus potius, quam LXX, verſionem adornari, & uſurpari. Etiamſi enim veteres verſiones ſpernendæ non ſint, novis ſubſtitutis: *Quod enim ſemel aures hominum occupaverat, & naſcentis Eccleſiæ roboraverat fidem, juſtum erat etiam noſtro ſilentio probari*. ait idem præf. in Paralip t. IV. f. 8. B. Attamen nec ſuperſtitioſe iis ita adhæreſcendum, uti novæ, licet meliori, locus nullus ſit dandus. Reliquit Hieronymus veterem, ſicut erat, nec interpolavit, ut Græci ſuam LXX; id quod l.c. idem inculcat, ut eo majorem veniam inſtitutæ novæ verſionis conſequeretur: *Cur me non ſuſcipiant Latini mei, qui inviolata editione veteri ita novam condidi, ut laborem meum Hebræis, &, quod his majus eſt, Apoſtolis authoribus comprobem?* Sed nec in publicum efferri voluit: *Obſecro vos, mi Domnion & Rogatiane, chariſſimi, ut privata lectione contenti libros non efferatis in publicum, nec faſtidioſis*

cibos ingeratis, vitetisq; eorum supercilium, qui judicare tantum de aliis, & ipsi facere nihil noverunt. Sic ille præf. ad Esdram; f.9. B. Quanquam utrumque contigerit postea; Nam vetus illa & Hieronymiana inter sese commixtæ sunt jam ætate Gregorii Magni, ut quidem tradit Baron. an.231.n.48. id quod ex diversitate styli discas: & miscella ista sensim in Ecclesia publicè valere cœpit, nulla licet Synodo eam recipiente & confirmante.

Quid verterit Hieronymus?

§. 173. Vertit autem Hieronymus non libros solum canonicos, sed etiam apocryphos, ut erat *Tobiæ* ex Chaldæo; præf.in Tob. t.IV. f.9. D. *Iudith* itidem ex Chaldæo, l.c. Neque tamen omnes sive canonicos, sive Apocryphos; *Non Canonicos*; Nam Evangelia IV non vertit de novo, sed recognovit solummodo, conferens versiones inter sese, & cum Græco textu; Sic enim ille ad Damasum: *Novum opus me facere cogis ex veteri, ut post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam, & quia inter se variant, quæ sint illa, quæ cum Græca consentiant veritate, decernam.* t.IV. præf. in IV. Evang. f. m.12. C. quomodo autem arbiter sederit, paulo post declarat, dicens: Ad *Græcam originem revertentes, ea quæ vel à vitiosis interpretibus male reddita, vel à præsumptoribus imperitiæ emendata perversius, vel à librariis dormitantibus aut addita sunt, aut mutata, corrigimus.* D. Augustinus tamen versionem vocat, & præclare laudat, scribens ad Hieronymum: *Non parvas Deo gratias agimus de opere tuo, quod Evangelium de Græco in Latinum interpretatus es, quin pene in omnibus nulla offensio est, cum scripturam Græcam contulerimus. Unde si quisquam veteris falsitatis contentiosus fuerit, prolatis collatisq; codicibus, vel docetur, vel refellitur, &, si quædam rarissime merito movent, quis tam durus labori tam utili non facile ignoscat, cui vicem laudis referre non sufficit?* Neque omnes vertit ex Hebræo, sed quosdam tantum ex versione LXX Interp. nempe Psalterium, Sapientiam, Ecclesiasticū, & libros Maccabæorum; Salmeron addit Baruchum, & epistolam Jeremiæ: & ajunt, *Hieronymum bis Vetus Test. Latinè vertisse, semel ex Græca LXX Interpp. semelq; versus ex Hebræo, atq; ex duabus illis editionibus vulgatam in quibusdam libris, e.g. Regum & Proverbiis, esse mixtam; Psalterium autem esse ex versione B. Martyris Luciani* &c. verba sunt Sixt. Amam. Anti Barb. lib.1.c.5. p.m.38. Congrua Augustini verbis epist.XIX. ad Hieronymum,

Digitized by Google

mum, quod attinet verſiones Hieronymi ex LXX & Hebræo factas, *deſidero* (ſcribit) *tuam de* LXX *interpretationem, ut & tanta Latinorum, qui qualescunq; hoc auſi ſunt, quantum poſſumus imperitia careamus, & hi, qui me invidere putant utilibus laboribus tuis, eandem aliquando, ſi fieri poteſt, intelligant, propterea me nolle tuam ex Hebræo interpretationem in Eccleſiis legi, ne contra LXX auctoritatem, tanquam novum aliquid proferentes, magno ſcandalo perturbemus plebes Chriſti, quarum aures & corda illam interpretationem audire conſueverunt, quæ ab Apoſtolis approbata eſt.* paulo poſt nominat ejusdem eam, quæ eſt *ex Hebræo.* Et Sixti Senenſis, qui lib. IV. Bibl. p. 303. dicit: *Nec prætereundum eſt, quod Hieronymus LXX interpp. editionem ab incerto auctore multis jam antea ſeculis Latine verſam, & injuriâ temporum corruptam, emendavit, & ad Græcam veritatem reſtituit, ſicut ipſemet in præfatione Paralipomenon teſtatur.*

§. 174. *Auctoritas* hujus Hieronymianæ verſionis quæ ſit? dudum hactenus quæſitum eſt: divinam dicent illi eſſe, qui ſtatuunt, Hieronymum *Spiritus Sancti peculiari dono ſacras literas converſiſſe*, ne abſurdum ſequatur, *Eccleſiam Latinam multis retro ſeculis non habuiſſe Dei Evangelium*, quæ ſententia, & ratio eſt Melchioris Cani Loc. Theol. II. c. 14. Cui ſubſcribit Gretſerus, dicens. *Deum interpretis manum, & calamum ita direxiſſe, ne uſpiam à Spiritus Sancti mente in translatione aberraret.* def. Bellarm. lib. II. c. 10. f. 537. Modeſtiores ſunt (apud Serarium p. 110. proleg. Bibl.) Driedo, Andradius, Vega, ſtatuentes, *Hieronymum ordinaria, qua homines, qui bene aliquid actitant, proſequi ſolet Deus, ope, ac generali tantummodo concurſu fuiſſe adjutum in Bibliis vertendis, aut emendandis. Quæ etiam opinio idcirco eum in iſthoc opere velut hominem errare potuiſſe, ac fortaſſis etiam interdū erraſſe, infert.* Quidquid ſit de auctoritate hac, id certum, quod Hieronymi verſio ſeculo hoc quarto, & ſequente non obtinuerit auctoritatem, quam hodie habet. *Oſtendit* Ludovicus Vives comment. ad Auguſt. de C. D. lib. XIII. c. 24. *Olim Eccleſias Latinas uſas interpretatione Latina ex LXX verſa, non hac Hieronymi, & miratur, eſſe, qui tantum nefas exiſtiment translationes attingi, modo ſobriè ac prudenter fiat.* Sic ille vir eruditiſſimus & cordatiſſimus. Nec diffitetur id etiam Sixtus Senenſis lib. VIII. Bibl. hæreſ. 13. *Vetus*, inquiens, (loquitur autem de Latina verſione) Auctoritas

vulgatæ & communis nomen accepit, tum quia nullum certum habet auctorem, tum quia non de Hebræo fonte, sed de κοινῇ, vel de LXX interpretatione sumpta est; Quemadmodum Aug. XVIII. de C.D. c. 43. & Hieronym. in præfat. Evangeliorum testantur, cujus lectione usa est Ecclesia longè ante tempora Hieronymi, & etiam multò post, usq; ad tempora Gregorij Papæ. E vetustioribus loquatur ipse Augustinus lib. XVIII. de C.D. c. 43. Nam cum fuerint, *inquiens*, & alii interpretes &c. „ hanc tamen, quæ LXX est, tanquam sola esset, sic recipit Ecclesia, „ eaque utuntur Græci populi Christiani, quorum plerique, utrum „ alia sit aliqua? ignorant. Ex hac LXX interpretatione etiam in „ Latinam linguã interpretatum est, quod Ecclesiæ Latinæ tenent; „ Quamvis non defuerit temporibus nostris Presbyter Hieronymus, homo doctissimus, & omnium trium linguarum peritus, „ qui non ex Græco, sed ex Hebræo in Latinum eloquium easdem „ scripturas convertit. En versionem ex LXX factam sequebatur non Augustinus modo, sed ipsa *Ecclesia Latina*; Et alibi, nempe epist. X. ad Hieron. non dissimulat, se malle versionem ex LXX factam prævalere in Ecclesia Latina quam Hieronymianam; & epist. XIX. profitetur, se *nolle* Hieronymi *ex Hebræo interpretationem in Ecclesiis legi.* Confer lib. II de doctr. Christ. c. 15. & lib. XIII. de C.D. c. 24. ubi verba: *Et formavit Deus hominem ex pulvere terræ*; examinat ad versionem *Græcorum codicum, unde in Latinam linguam scriptura ipsa conversa erat.*

Cur serius usurpata?

§. 175. Neque sine ratione factum est, quod Ecclesia vetustior circumspectè, & tardius Hieronymi versione usa sit. Si cogitamus, Hieronymum interdum festinantius vertisse libros Biblicos: Transtulit enim *tanta facilitate ac velocitate pleraq; veteris instrumenti Hebraica volumina, ut tridui labore tres libros Salomonis, Proverbia scilicet, Ecclesiasten, & Canticum Canticorum, ex Hebræis Latinos fecerit, & librum Tobiæ ex Chaldæo in Latinum unius diei opera verterit.* verba sunt Sixti Sen. lib. IV. Bibl. p. m. 303. Neque semper tempus idoneum habuisse revidendi, vel corrigendi, quæ scripserat, vel dictaverat: *Non sum tantæ felicitatis, quantæ plerig; hujus temporis tractatores, ut nugas meas, quando voluerim, emendare possim. Statim ut aliquid scripsero, aut amatores mei, aut invidi, diverso quidem studio, sed pari certamine, in vulgus nostra disseminant, & vel in laude*

Digitized by Google

laude vel in vituperatione nimii sunt: non meritum styli, sed suum stomachum sequentes. Queritur ad Pammach. pro libr. adv. Jov. t. III. f. 53. C. Nonnunquam sequutus est Thalmudicos, sicut à Barraba suo Informatore didicerat; observante Cl. Hadspanio apud Hottinger. Thesaur. l. 1. c. 3. sect. 3. p. 380. Accedit natura versionum; prius enim aliquid respiciunt, quod principium sit, quare ipsæ (nisi aliud accedat) principium esse non possunt, ita ut fides ultimato in ipsas resolvatur, si quod dubium occurrit: Qua de re loquatur ipse Hieronymus; quandoquidem hoc principio innixus fuit, cum scripturam verteret, vel explanaret. Aliquot ejus testimonia in præmissis allegavimus, quæ vid. §. 107. & 109. §. 130. & 143

§. 176. Absit autem, ut debitas versioni Hieronymianæ laudes denegemus. Ex fiducia caussæ ipse illius laudes, modeste tamen, canit: *Transtuli nuper Iob in linguam nostram: cujus exemplar à sancta Marcella consobrina tua poteris mutuari. Lege eundem Græcum & Latinum, & veterem editionem, nostræ translationi compara, & liquido providebis, quantum distet inter veritatem & mendacium.* adverss. Jov. f. 53. Laus ejus.

§. 177. Præter has versiones elaboravit Ulphilas, Gothorum Episcopus, sui idiomatis versionem, de quo Socrates refert: *Eodem* (Valentis Imp.) *tempore Vfila Gothorum Episcopus, Gothicas literas excogitavit, & τὰς θείας γραφὰς εἰς τὴν Γότθων μεταβαλὼν, & sacris scripturis in Gothorum sermonem conversis, effecit, ut Barbari divina eloquia perdiscerent.* lib. IV. hist. c. 33. Quibus consona sunt, quæ retulit Sozom. lib. VI. c. 37. dicens, *primus apud eos* (Gothos) *inventor extitit literarum, & εἰς τὴν οἰκείαν φωνὴν μεταγαγὼν τὰς ἱερὰς βίβλους, & sacros libros in patrium sermonem convertit.* Dolendum vero, auctorem versionis hujus orthodoxiæ saltem non constanter fuisse addictum, utpote qui Arianismo iese imbui passus est, quod referunt illi ipsi. Socr. lib. II. c. 41. Sozom. lib. IV. c. 24. Ulphilæ Gothica.

Hieronymus fecit *Dalmaticam*, Sic enim Sixtus Sen. lib IV. Bibliothec. p. m. 304. Transtulit quoque Hieronymus, ut ipsemet in Epistola ad Sophronium testatur, universum totius divinæ scripturæ corpus in Dalmaticam linguam ad utilitatem nationis suæ gentium; quâ usque in hanc diem hujus translationis lectione summa cum veneratione utuntur. & Dalmatica Hieronymi.

§. 178.

Finis ultimus.

§. 178. Hactenus de sensu scripturæ, & mediis ejus eruendi, & cognoscendi. *Finis* scripturarum sacrarum ex parte nostri ultimus est salus æterna: *Habemus* enim *πρὸς σωτηρίαν τὰς θείας γραφὰς ad salutem divinas scripturas*: ait Athanas. epist. festas. XXXIX. & ad Ægyptios perscribens, *omnia*, inquit, *quidem quæ Dominus noster & Salvator Iesus Christus, ut Lucas ait, docuit & fecit, ad nostrã omnino salutem pertinent.* t. 1. f. 283. C. Hilarii judicio scriptura est *sacramentum salutis humanæ* lib. II. de Trin. f. 13. Basilius, *audiamus*, ait, *igitur verba veritatis neutiquam consistentia in persuasibilibus humanæ sapientiæ suadelis; sed quæ depromta sunt è veraci doctrinæ spiritus promptuario, quorum exitum non plausibilis auditorum acclamatio lauq; excipit, potius iis, qui docentur, conciliant salutem.* homil. 1. in Hexaëm. f. 3. A. Ratio est, quia in scripturis revelatur Christus, per quem salutem æternam adimus: *Quæ enim alia potest esse vita sine scientia scripturarum, per quam etiam ipse Christus cognoscitur, qui est vita credentium*: ait Hieron. præf. in Thren. t. V. f. 165 & paulo post, *scripturis æterna subsidia ministrari*, ait. Unde consequitur monitum: *Discamus in terris, quorum nobis scientia perseverat in cœlo*: epist. ad Paulin. t. IV. f. 4.

vel intermedius.

§. 179. Finis intermedius est *fides* nostra; quam scriptura, „ ut norma, dirigit: Non enim ambiguis nos & erraticis indefinitæ „ doctrinæ studiis dereliquit, (Deus) vel in incertis opinionib⁹ inge„ nia humana permisit, statutis per se & oppositis obicibus in libertatem intelligentiæ voluntatisq; concludens, ut sapere non nisi ad id „ tantum, quod prædicatum à se fuerat, nos sineret, cum per definitam fidei & indemutabilis constitutionem credi aliter atque aliter non liceret. ait Hilarius lib. XI. de Trin. f. 166. Ita scripturas sa„ cras lege, ut semper memineris Dei illa verba esse, qui legem suam „ non solum sciri, sed etiam impleri jubet. Nihil enim prodest fa„ cienda didicisse, & non facere; optime uteris lectione divina, si „ eam tibi adhibeas speculi vice: ut ibi velut ad imaginem suam „ anima respiciat: & vel fœda quæque corrigat, vel pulchra plus ornet. Sic Hieron. epist. ad Demetr. t. 1. f. 10. C. D. *Ad normam omnia diriguntur, & utrum prava rectave sint, cum regula apposita fuerit, arguuntur; ita & doctrina Dei quædam quasi norma sermonis est, quæ inter justa judicat & injusta, quam qui secutus fuerit, habebit pacem in semetipso,*

Digitized by Google

ipso, quæ superat omnem sensum? & post pacem misericordiam, quæ præcipua est in Dei Israel. Sic idem comm. in c. VI. Galat. f. 100. A. Probatur ex Joh. XX. v. 30. 31. ab Hilario lib. VII. de Trin. f. 76. *Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quoniam Iesus est Christus filius Dei; Scribendi igitur Evangelij nonaliam prætulit causſam, quam ut omnes crederent, Iesum esse Christum filium Dei.* Confer Serap. adv. Manich. fam. 12. Hinc sequitur, quod controversiarum Theologicarum judex sit scriptura. Dei quidem, ut judicis personalis est, *nosse verum, illius ferre sententiam*; juxta Optat. Milev. l. 4. attamen per scripturam judicat, uti se ipse Optat. mox explicat, dicens: *Cesset humana suspicio; utriusq; partis præsumptio sileat; Quis sit peccator solus judicet Deus. Legimus XXXVIII Psalmo, sub secundo diapsalmate, spiritum sanctum dixisse: Peccatori autem dixit Deus.* Quare neque Ecclesia, neque Concilia, neque Papa, neque ullus alius, præter scripturas, judex est controversiarum. vid. Marc. Anton. de Dom. lib. VII. de rep. c. 3. 4 5.

§. 180. Fidei pedissequa est *pietas & virtus*; quare & hanc intendit scriptura: Ambrosius ait *ad virtutis spectare profectum.* lib. VI. hexaëm. c 2. Spectat autem eo partim per præcepta, partim per exempla. Pambo quidã, audito præcepto Ps. 39. de lingua cõpescenda, discessit, nõ redituras, donec opere ipso præceptũ compleviſſet: referente Socr. lib. IV. c. 23. hist. f. 233 D. innuens, ideo præcepta virtutum in S. literis tradi, ut in praxin deducantur. *Oportet nos secundum scopum sanctorum vitam moderari, eosq; imitari.* scribit Athanasius ad Dracontium. t. 1. f. 955. D. & Gregorius Nyssenus de vit. Mos. t. 1. opp. f. 170. C. *Idcirco credendum est, præstantissimorum virorum vitas exquisitissime perscriptas, ut vita nostra imitatione ad virtutem ac bonum rectius deducatur.* Et frater ipsius Basilius epist 1. ad Greg. Naz. t. 2. f. 784. A. *Maxima virtutum, ad veri investigationem ferentium, meditatio est scripturarum divinitus inspiratarum. Quandoquidem in his quum rerum agendarum præcepta reperiuntur, tum beatorum hominum vitæ memoriæ proditæ atq; perscriptæ,* διὸ εἰκόνες τινες ἔμψυχοι τῆς κατ' ἀρετὴν πολιτείας *tanquam simulachra quædam animata propositæ sunt, vitæ ad normam divinam institutæ ijs quidem, qui bonorum operum exemplaria imitari cupiunt.* Confer homil. XXI. in Laciz. f. 535. C. t. 1. Euseb. lib. VII. de præp. Evang. c. 7. C.

§. 181. Utilis est scriptura etiam ad consolationem, eamque intendit: *omnis scriptura consolationem affert & refrigerium*, ait Chrysost. h m. VIII. ad pop. Antioch.

Seculi Quarti

Articulus III.

Sectio III. & Ultima.

De

AFFECTIONIBUS, EFFECTIS, ADJUNCTIS ET CONTRARIIS SCRIPTURÆ.

Argumentum.

De Affectionibus scripturæ hac sectione disseritur, nempe de perfectione ejus, qua explicatur, asseritur, probatur, & vindicatur; de veritate; de claritate, qua & ipsa asseritur, distinguitur, probatur; de efficacia. Lectio explicatur, asseritur, probatur, dividitur. Disputatur de Critica sacra & Ecclesiastica, qua versatur circa codices Biblicos, in quibus observabant varias lectiones, defectus, additiones, confusiones, descriptiones, correctiones, per asteriscos & obelos; distinctiones. Contraria notantur, nempe scriptura neglectus, mutilatio, Pseudhermenia, rejectio; Remedia subjunguntur.

§. 1.

Affectiones. 1. *Perfectio.*

Actenus de nominibus, descriptionibus, & caussis scripturæ sacræ dictum est, sequuntur *affectiones*; In quibus est: *Perfectio*: ubi tamen ante omnia distinguendum est inter (1.) *perfectionem scripturæ in se, & nostri intellectus*: de hac non est quæstio, quippe quod intellectus noster imper-

Digitized by Google

imperfectè norit perfectè revelata in scripturis, id quod Hieronymus ex tertia literarum Hebraicarum connexione illustrat, *quamvis*, dicens, *nunc sciamus universa quæ scripta sunt, tamen ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & nunc per speculum in ænigmate videmus. Cum autem meruerimus esse cum Christo, & similes angelis fuerimus, tunc librorum doctrina cessabit, & tunc videbimus facie ad faciem bonum principium sicuti est.* t. IV. opp. f. 90. C. in literis ad Urbicam. (2.) *Inter scripturam collectivè & distributive sumptam*: Loquimur de scriptura collectivè sumpta, ita ut Testamentum cum testamento, & liber cum libro conferatur: *Alioqui quid Marcioni & Manichæo hæreticis cum Evangeliis, qui legem abnegant? Ex veteribus enim nova, & vetera novis, contestata redduntur. Qui igitur ista inficiantur, quomodo illa agnoscent?* ait Athanas. orat. 1. adverl. Arian. t. 1. f. 286. A. & orat. II. f. 365. A. *Si igitur ista Apostolus non scripsisset in Epistola ad Hebræos, tamen ex aliis epistolis ejus, atq; adeo ex universa scriptura, impedimenta illis objiciebantur, ne talia de filio comminiscerentur.* His limitationibus præmissis, asserimus, quod αὐτάρκης ἡ εὐαγγελικὴ παράδοσις *sufficiens sit Evangelica traditio*, juxta Athan. de incarn. t. 1. f. 633 Consentit Hilarius ab init. lib. II. de Trin. f. 13. scribens: Sufficiebat quidem credentibus Dei sermo, qui in aures nostras « Evangelistæ testimonio cum ipsa veritatis suæ virtute transfusus « est, cum dicit Dominus: Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, docentes « eos servare omnia quæcunque mandavi nobis, & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. « Quid enim in eodem Sacramento salutis humanæ non continetur? aut quid est, quod reliquum sit, aut obscurum? Plena sunt omnia & perfecta, ut à pleno & perfecto: Nam & verborum significationem, & efficientiam rerum, & negotiorum ordinem, & naturæ intelligentiam comprehendunt. Hieronymus, ad Urbicam « scribens, elicere idem conatur ex primo ordine literarum Hebraicarum: Aleph, Beth, Gimel, Daleth: *prima connexio est*, inquiens, *doctrina domus, plenitudo tabularum, quod videlicet doctrina Ecclesiæ, quæ domus Dei est, in librorum reperiatur plenitudine divinorum.* f. 90. B.

§. 2. *Probatur* inductione & experientia. Hieronymus in Epitaphio Paulæ narrat, quod ipsa in sacris literis invenerit dicta

omnibus casibus apta, quæ prolixè enumerat, t.1.f.84. verba citavimus supra sect.2. §.20. Nec in praxi solum, sed etiam in theoria perfecta est, sufficiens Hæreticis & infidelibus quibusvis convincendis & confutandis: *Iudæos*, inquit Athanasius, *igitur istis aliisq; multis è divina scriptura mutuatis redargueris*, postquam præmisisset, quod Judæi Christianismum ex vaticiniis propheticis sufficienter potuissent addiscere, de incarn. verb. t.1.opp.f.94.D. Imo ipse diabolus ex scripturis potest debellari; Christus enim *immissa in se tentationum tela repetita sacrarum literarum memoria excussit, non auctoritate Deitatis adversarium repellens, sed ministerio humanitatis prævium scripturæ lumen ad universa objecta proferens.* ait idem f. 321. C. de incarn. Neque otiosum in scriptura quicquam est: Hieronym. de custod. virgin. t.1. f.63. B. *Margaritum est sermo Dei, & ex omni parte foraripotest.* Confer Epiph. hæres. LXXX.

§. 3. Consequitur hinc, sacris literis nihil addendum, vel adimendum esse: *μηδεὶς τούτοις ἐπιβαλλέτω nemo his quicquam superaddat*; *μηδὲ τούτοις ἀφαιρείσθω neq; quicquam his detrahat*: ait Athanas. epist. fort. t.2.f.39. & Basilius: *Apostolus* (Gal.III.15.) *vehementissime interdicit, ne quid S. literis demat, aut addat.* &c. concludit: *Quamobrem nos quoq; cum antehac semper illud in animo ratum habuerimus, ut omnem à dominica doctrina alienam & vocem & sententiam fugeremus, tum verò hoc ipso tempore (ut supra diximus) hoc à nobis servari arbitror oportere.* Hæc ille de ver. fid. t.II.opp. f. 251. A. Si quid additum fuerit, resecetur: *cum non sit in libris authenticis, sed obelo prænotatum, ergo & vos legite magis ea quæ vera sunt, ne, dum additum suscipitis, quod à propheta scriptum est relinquatis.* Hier. ad Sun. & Fretel. f.4.f 37.D.

§. 4. Largimur equidem, plura à viris θεοπνεύστοις esse conscripta, quam in S. literis habentur; demus etiam Nathanis, Iddonis, Achiæ Silonitæ, Semei, & Jehu Prophetarum scripta; Etiam Davidis Psalmos 3000, exceptis 150; Salomonis quoque 5000 parœmias, & Cantica, excepto uno; Ezechielis etiam librum alterum intercidisse; Athanas. in Synops. f.157. Negamus tamen amissa ista fuisse canonica. Deinde inter exemplaria quoque distinguimus; Quædam fuisse vitiata, concedimus Hilario, cum lib. X. de Trin. f.155. D. & *in Græcis & in Latinis codicibus complurimis, vel de adve-*

Digitized by Google

adveniente angelo, vel de sudore sanguinis nil scriptum reperiri, dicit; sed omnia esse, negamus: *Tibi stultissimè persuasisti, Graecos* (N.T.) *codices esse falsatos*: scribit adversus Helvidium Hieronymus. Objicit idem sibi ipse: *Si aliquis dixerit, hebraeos libros postea à Iudaeis esse falsatos*, Resp. *audiat Origenem, quid in octavo volumine explanationum Esaiae huic respondeat quaestiunculae: quod nunquam Dominus & Apostoli, qui caetera crimina arguunt in scribis & pharisaeis, de hoc crimine, quod erat maximum, reticuissent.* Instat: *Sin autem dixerint, post adventum Domini Salvatoris, & praedicationem Apostolorum libros hebraeos fuisse falsatos, cachinnum tenere non potero, ut Salvator, & Evangelistae, & Apostoli ita testimonia protulerint, ut Iudaei postea falsaturi erant.* com. in Jes. VI. 9. f. 14. H.

§. 5. *Veritas.* Dionysius Areopagita de div. nom. f. 380. celebrat τὴν τῶν λογίων ἀλήθειαν *oraculorum veritatem.* Merito vocat veritatem, *omnia* enim *sancti Evangelistae nobis veraciter fideliterq; in scripturis reliquerunt, ita ut nulla prorsus in eorum verbis & dictis enasci posset dubitatio*: juxta Ephrem. t. 3. opp. f 681. C. Ratio est, quia Dei ista verba sunt: *à Deo enim profecta sunt haec verba,* ἃ δὲ παρὰ θεοῦ ἔστιν οὐκ ἔστιν ψευδῆ *nec mendacium esse possunt*; ait Athanasius orat. III. adv. Arian f. m. 386. C. agens de vaticinio Psalmi XVI. Deoq; subordinatorum Prophetarum; quare ἔδει τοῦτον μὴ ψεύσασθαι, *talem mentiri non* decebat, seu *oportebat*: juxta eundem de pas. & cruc. f. 1070. D. Cyrillus Hieros. Catech. XIII. f. 133. D. provocat ad ἀποφάσεις, dicens ad Zach. XIV. 7. *cernis Prophetarum exactam certitudinem* (ἀκρίβειαν) *cernis ἀλήθειαν τῶν προγεγραμμένων veritatem eorum, quae ante scripta sunt.* Idem dicit de scriptis N. T. sic enim Catech. XIV. f. 142. A. ait: *cum Evangelia leguntur, non fabulae, neq; commenta esse putentur sanctorum Evangeliorum enarrationes*; confer Epiphan. haeres. LXX. f. 395. Basil. l. 2. de bapt. q. 4. & de harmonia Testamenti veteris, & novi, & huius inter se, Hieron. ad Damas. t. IV. f. 52. B. & q. 6. ad Algas: f. 73. t. IV. D. quae praemissa sunt articulo hoc sect. 2. §. 15. seqq. Veritas.

§. 6. *Claritas.* Hanc scripturae 1. *asserunt* Patres huius seculi: *Fulgoribus qui nobis è sanctis eloquiis affulgent, attendamus, quorum deinde luce ad divinos hymnos excitemur, quibus* ἐξηχούμεθα *supernaturaliter illuminamur, sacrisq; laudum canticis formamur ad divina lumina, quae in ijs ad captum nostrum* συμμέτρως *conceduntur, contuenda, beneficiumq;* Claritas 1. asseritur.

cunq; principium omnis illustrationis, prout ipsum de se in eloquiis expressit, collaudandum. inquit Dionysius Areop. de div. nomin. c. 1. f. 377 D. Constantinus M. in concilio Nicæno, *libri*, inquit, *Evangelici & Apostolici, veterumq; Prophetarum oracula, σαφῶς ἡμᾶς ἀρχὴν θεὶ τῆς θείας φρονεῖν ἐπαιδεύσαν, de divino numine quid sentiendum sit aperte docent.* referente Theodor. lib. 1. hist. Eccles. c. 6. f. 542. A. Alexander Episc. Alex. conqueritur, ab Arianis spretam esse *ἀρχαίων γραφῶν φιλόθεον σαφήνειαν veterum scripturarum divinam claritatem*: referente eodem c. 3. f. 532. D. Athanasius profitetur *αὐτὰ τὰ ῥήματα σαφῆ, ipsa* (etiam Propheticorum vaticiniorum) *verba clara esse*: de incarn. verb. t. 1. f. 86. & ideo remittit Catechumenum ad scripturas, ut inde discat *λιπαρώτερον καὶ σαφηνέστερον τῶν λεχθέντων τὴν ἀλήθειαν, perfectius & clarius dictorum veritatem.* f. 109. Epiphanio *omnia clara sunt in divina scriptura his, qui pia ratiocinatione divinum sermonem adire volunt, & non diabolicam operationem in se ipsis conceperunt, ac se ipsos in barathrum mortis conicere conantur*, hæres. LXXVI. f. m 444. confer Dn. D. Dorsch. Theol. Zach. part. II. dedic. p. 8. seq. plura huius seculi suffragia citantem.

II. dist. (1.) §. 7. Omnino autem cum *distinctionibus* hæc capienda sunt. Distinguendum enim 1. inter scripturæ ipsa mysteria & verba; Mysteria sunt, & manent, intellectui nostro obscura, ut verum sit, quod Hilar. scripsit: *verborum significantiã rei ipsius naturæ consumit.* &c. lib. II. de Trin. f. 14. verba autẽ, quibus mysteriã proponuntur, plerunq; sunt clara. (2.) Inter verba seu loca quædam, & omnia; Non dicimus, omnia scripturæ loca esse clara, sed quædam; Fatemur *σκολιώτερα ea obscuriora quadã, & modis ac difficultatibus implicita, quæ longioris atq; altioris obsiguram, qua enunciata sunt, interpretationis indigeant*, cum Euseb. lib. VI. dem. Evang. c. 20. f. 300. A. Et talia sunt non rarò vaticinia prophetica; *sunt* enim *omnes prophetiæ ad mundialem sensum, & prudentiam seculi clausæ atq; obsignatæ, secundum illud Esaiæ: Et erunt vobis omnia verba hæc tanquam eloquia libri huius signati.* ait Hilarius prolog. in Psalm. f. 333. Exempli gratiã, templum Ezechielis, *opus in omnibus scripturis sanctis vel difficillimum*, judicio Hier. de serv. virgin. t. 1. f. 28. D. Obscuritas nonnunquam etiam inde provenit, quia *personæ in his* (prophetis) *plurimæ commutantur*, quod idem dicit com. in Jes. XXI. f. 31. A. Causam autem, cur Deus quædã obscura scripturis sacris

Digitized by Google

sacris inserenda curaverit, reddit Athanas. de judic. mult. t. 2. f 496. A. & Basil. unam & alteram, *in scripturis*, inquiens, *studio (Dei) voluit esse obscuritatem, ad utilitatem mentis humanæ, suam ipsius indicans virtutem atq; efficaciam. Primum quidem, ut his occupata à deterioribus avocetur. Deinde, quod, quæ labore parata sunt, ea nescio quo pacto, magis amantur, quæq; longo tempore contingunt, constantius permanent. Porro, quæ facile parantur, his non perinde avide fruimur. Negligitur enim rerum obviarum copia, neq; ulla custodia dignas ducit, qui possidet.* com. in Jes. f. 807. t. 1. C. Idem suppeditat medium loca obscuriora declarandi, nempe collationem locorum clariorum, *Est enim*, inquiens, *domino consuetum, quæ alicubi strictim præcepta sunt, per alia alibi dicta clare tradere*, lib. 1. de Bapt. f. 637. t. 1. confer reg. brev. R. ad quæst. 267. C. Hilarium Prolog. in Psalm. p. 333. Hieron. com. in Jes. c. XIX. f. m. 29. Et in Matth. *XIII.* f. 18. Excipit quidem Fronto Ducæus Jesuita ad Basil. loc. cit. f. 61. Hinc N.C. *omnia scripturæ loca obscuriora ex alio dilucidiore facile à quovis explicari posse*; Sed frustra; Nec enim de *omnibus* loquimur, sed quibusdam; nec de *quovis*, sed aliquibus. Vitio nonnunquam hominum fit, ut scriptura obscura esse videatur; hinc tamen N.C. obscuram esse in sese. Hieronymus ex Victorino Rhetore docet, *obscuritatem voluminum ex tribus rebus fieri: vel rei magnitudine, vel doctoris imperitia, vel audientis duritia.* comm. *XIII.* in Ezech. f. 251. A.

§. 8. Unde recte distinguitur (3) inter scripturarum sacrarum obscuritatem in sese, & quoad nos. Si quibus obscura est scriptura, suo ipsis obscura est, non scripturæ, vitio: *Indoctos admirari operæ pretium est, non tam, quod adversus ea, quæ ita perspicua sunt, intendere oculos audeant, quam quod ita caligent, eorumq; mens ita involvatur tenebris, ut non videant ea, quæ tam clara tamq; evidentia sunt divinarum scripturarum eventa (ἐκβάσματα.)* ait Eusebius lib. *VII.* dem. Evangel. f. 404. A. Conferantur Ephrem de sent. nat. f. 680 E. Et Hieron. ad Algas q. *VIII.* f. 75. D. sub fin. Ne vero cui obscura sit scriptura, opus erit scrutinio: Cum nonnemo objiceret: *Sunt (in scripturis) nonnulla, quæ captum nostrum superant*; R. Athanas. de judic. mult. t. 2. f. 296. A. *Idem & ego fateor, & hoc ex scriptura didicimus, ut sciamus, quærenda quædam esse, ut quæ apprehendi possint.* Quare laudandus erat Marcellinus quidam, quod *omnibus quidem divinis* (3.)

literis

literis vacarit, potißimum tamen Psalmorum libellis inhæserit, & magna contentione id egerit, ut sensum, qui in singulis Psalmis est, assequeretur. de quo Athanas. in epist ad Marcell. t. 1. f. 960. A. confer de synod. f. 914. D. Et in synops. t. 2. f. 95. D.

(4) § 9. Hoc fine distingui solet (4) *inter claritatem absolutam, & ordinatam*: Habet scriptura suum certum ordinem, à Deo præscriptum, quem sequatur necesse est, qui ipsam intelligere velit; Et est instar alicuius radii, qui *in aures nostras cum ipsa veritatis sua virtute transfunditur*: uti loquitur Hilarius lib. *II.* de Trin. f. 13 sed opus est quibusdam quasi tubis, per quos lux ista ad nos derivetur; Huc pertinent media hermeneutica, de quibus supra artic. hoc sect. 2 §. 121. seqq. prolixè actum est. Vapulant ergo, qui *omne sacrarum literarum studium supervacaneum esse attendunt, tum quod propria cuiq; fides sufficiat; tum quod inquisitio obscuriores nobis res ipsas reddat*, apud Athan. de judic. multit. t. 2. f. 295. A. Nam experientia eorum, qui scrutando scripturas intellexerunt, contrarium ostendit.

III. probatur. §. 10. Hoc sensu declarata thesis *probatur* (1) ex ipsa *scriptura*, nempe Rom. X. 6. seqq. ab Hilario lib. X. de Trin. f. 195. dicente *Non per difficiles nos Deus ad beatam vitam quæstiones vocat, nec multiplici eloquentis facundiæ genere solicitat. In absoluto nobis ac facilis est æternitas, Iesum suscitatum à mortuis per Deum credere, & ipsum esse Dominum confiteri.* Sicille. (2) ex *stylo* scripturæ, quo ad imbecillitatem humanam sese Deus accommodat, ἀνθρωποπαθῶς loquendo. Dicta citavimus sect. 2. §. 134. (3) Ex *sapientia* divina, quippe quod Deus sapientissimus ita etiam loqui norit, ut intelligatur: *Aliorum hominum sermones plerumq; amphiboli sunt: sapientum vero, quales quales sint, veri sunt, & omni ex parte absoluti, ita ut contradici illis nequeat*, ait Athanas. synops. t. 95. A. Deus autem sapientissimus est, imo ipsa sapientia, quare minimè omnium ille obscure loquatur; Et ex *fine* verborum, qui est, revelare mentis sensa, adeoque clarum esse: *Est enim sermonis virtus nativa hæc, ut, quæ significantur, non occultet obscuritate, nihilq; complectatur, quod supervacaneum sit, aut vanum, vel certe circumfluat ullis rebus frustraneis.* juxta Basilium, in illud Mosis: attende, t. 1. f. 341. D. Quibus confer antecedentia.

Efficacia. §. 11. *Efficax* est scriptura sacra. Verum quidem est illud Hieronymi: *Habet nescio quid latentis ἐνεργείας viva vox, & in aures discipuli*

discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat: ad Paulin. t. IV. f. 2. attamen & scripta vox suam habet efficaciam; Est enim aliqua *veritatis virtus*, juxta Hilar. lib. II. de Trin. f. 13. *Ex scriptura procedit doctrina vivifica ac salutaris.* Et quidem semper: *Ex scriptura semper scaturit doctrina salutaris.* Sententia Ephremi serm. de transfig. Dom. t. 3. f. 686. B. ea infideles convertuntur: *Non alia sane quam Evangelica Servatoris nostri doctrina informati adducti*, scribit de conversione Eus. lib. II. de præp. Ev. c. 4. f. 69. A. Et tristes corroborantur: *Si quicquã est, Paula & Eustochium, quod in hac vita sapientem virum teneat, & inter pressuras & turbines mundi æquo animo manere persuadeat, id esse vel primum reor, meditationem & scientiam scripturarum.* verba sunt Hieronymi epist. ad Paulam & Eustoch. comm. ad Ephes. f. 100. D. t. IX. animi afficiuntur; *Externa doctrina multas jactans nugas, & multa detimens auditores loquacitate, vacuis remittit manibus, nullum neq; parvum, neq; magnum lucratos emolumentum; spiritus vero gratia non hujusmodi, sed in contrarium tota per modica verba omnibus advertentibus disciplinam adfert.* juxta Chrysost. homil. 1. ad pop. Antioch. f. m. 10. C. Neque ullus simpliciter est excluſus: *Evangelium enim amuletum est, & redundat omnibus per universum orbem fidelibus, & mentes omnium rigat, animumq; confirmat.* ait Ambros. comm. in Lucæ proœm. f. 434. M. ut proinde scripturæ non deroget, si qui non illuminentur; Nam *& ipsi Domino & Apostolis ejus plurimi restiterunt; nec persuaderi veritas cuiquam potuit, nisi ei propria religione consensit*, disputat Pacianus adv. Sympron. epist. 1. f. 95. t. 3. Bibl. PP. postquam scripsisset: *persuadere quis aliquid possit invito? Tua ergo frater, non illorum culpa est, si tibi quod erat optimum nemo persuasit. Nam & hodie in potestate tua est, ut nostra etiam scripta contemnas, si ea mavis vincere quam probare.*

§. 12. *Lectio* igitur scripturæ sacræ omnibus adultis hominibus non solum licita, sed etiam, tanquam necessaria, est imperata. Dico 1. *omnibus* adultis hominibus; adeoque non Clericis solum, sed etiam Laicis, iisque utriusque sexus, masculini & fœminini; *Jure enim ac merito leges quoq; nostræ genus omne tam mulierum quam virorum, tam servorum quam liberorum, tam barbarorum, quam Græcorum, in divinæ doctrinæ ac Philosophiæ communionem admittunt.* ait Eus. lib. XII. de præp. Evang. c. 32. f. 609. B. Ratione ducta è civitate Platonit.

Lectio. (1) Explicatur asseritur.

nis. Dico 2. *adultis*, ita tamen, ut nec pueros excluserim, vel puellas, i. e. minorem ætatem; Hieronymus Paulæ parentes monet: *quærant eam in itinere sæculi inter turbas & frequentiam propinquorum, & nusquam alibi reperiant, nisi in adyto scripturarum, prophetas & Apostolos de spiritualibus nuptiis scisscitantem* Epist. ad Lætam t. 1. f. 26. D. & f. 27. A. *reddat tibi pensum quotidie de scripturarum floribus carptum.* Confer de Pacatulæ educatione f. 45. B. Dico 3. *Lectio*; vult enim Cyrillus suum Christianum studere *θείων λογίων ἀναγνώσμασιν divinorum eloquiorum lectionibus.* Catech. IV. f. 38: Observato tamen ordine: Lectioni enim præmittendæ sunt preces: *Lectionem frequenter interrumpat oratio, & animum, jugiter adhærentem Deo, grata vicissitudo sancti operis accendat.* monitum est Hieronymi epist. ad Demet. f. 10. t. 2. c. confer f. 33. & delectu habito scripturarum, seu librorum scripturæ; Nec enim omni ætati & statui omnia conveniunt: vid. Nazianz. apol. p. fug. f. 406.

(2.) Probatur. 1. Ex Dei mandato.

§. 13. Sic declarata nostra assertio *probatur* 1. *ex mandato divino*, quod urget Athanasius de judic. multitud. t. 2. f. 295. D. *atq;* inquiens, *hinc est, cur ipse præceperit, scrutamini scripturas.* Cui consona est invitatio ipsius scripturæ, *cum ejusmodi sit tamq; amans hominum verbi divini suavitas, ut neminem omnino repudiet, sed potius cuilibet sanando congruam & convenientem medicinam adhibeat: adeoq; imperitos & idiotas ad leviorem curationis rationem invitet.* juxta Euseb. de præp. Evang. lib. 1 c. 5. f. 14. D. 2. Ex medio concipiendæ & confirmandæ fidei: *vis scripturas negligam, unde ergo cognitio? vis cognitionem relinquam? unde Fides?* clamat Paulus: *Si non audierint, quomodo credent? & iterum: fides ex auditu, auditus vero per verbum Dei. Igitur qui verbum despicit, auditum obstruit, & fidem expellit.* Sic idem Athanas. l. cit. B. Et f. 663. D. *mentem ad sacram scripturam homines advertant, & semper in eius intellectu proficientes, sensum illius spiritu vivificante cognoscant.* 3. ex fine, qui est vita æterna: *æterna* enim *subsidia ex scripturis ministrari*, certum est Hieronymo ad Paulam Urbicam scribenti, t. IV. 90. C. Cuius cogitatio jucundam facit scripturæ lectionem & meditationem, quod ibidem docet, *orate*, inquiens, *quid hoc sacratius sacramento? quid hoc voluptate jucundius? qui cibi, quæ mella sunt dulciora, quam Dei scire prudentiam, & in abdita eius intrare, & sensum creatoris inspicere, & sermones domini Dei tui, quæ*

2. medio.

3. fine.

ab

ab huius mundi sapientibus deridentur, plenas docere sapientia spirituali? Habeant sibi ceteri, si velint, suas opes, gemmabibant, sericoniteant, planssa populi delectentur, & per varias voluptates suas divitias vincere nequeant: Nostra divitia sint, in lege domini meditari die ac nocte, pulsare januam non patentem, panestrinitatis accipere, & seculi fluctus domino praeunte calcare. 4. Ex *incommodis cavendis*: Recte ait Chrysostomus homil. XLII. ad pop. Antioch f. 305. D. *Magnum est malum ignorare scripturas*: confer homil. LVIII. Athanasius periculum ex neglecta lectione repræsentat; *Romanas*, inquiens, *leges sine periculo nemo ignoraverit; quas ergo parant insidias qui magnorum cœlestis Regis oraculorum cura, studioq; omnibus volunt interdictum? scriptura est animae cibus; Desine vero, ô homo, fame internum hominem necare, divinq; non panis & aquae; sed audiendi verbum domini, famem attrahere. Est qui infligat vulnera, & tu medicinam non vis adhiberi? Desine variam medicinalium libellorum sapientiam vanitatis nomine traducere,* l. c. B. Nec extra suspicionem malæ causæ fuerit, qui scripturas fugit: *Qui ipsi de suis dogmatibus pronunciare volunt, à scripturis alios deterrent, hoc quidem nomine; ne temere ad inaccessa videantur velle penetrare, re autem vera, ne haeretica sua dogmata falsitatis ex iisdem convincantur.* f. 296. B. 4. incommodis.

§. 14. 5. *Ab Exemplis*: Plurima prostant cum sacra, tum Ecclesiastica exempla eorum, vel earum, qui, vel quæ S. literas ipsi, vel ipsæ legerunt, vel legi sibi audiverunt, quod perinde erat, ac si ipsi, vel ipsæ, legissent. Eunuchi, & aliorum exempla laudat Athanas. l. cit. Antiquos Hebræos eodem nomine commendat Euseb. lib. XI. de præp. Evangel. c 5. f. 513. Christianos suos Hierosolymitanos producit Cyrillus Catech. XVII. f. 208. C. Constantinus M. nondum Christianus, τῆς ἐνθέου ἀναγνώσεως ἄξιον ἡγούμενος εἶναι τυγχάνειν, divinitus inspiratorum librorum lectioni vacare dignatus est. referente Euseb. de vit. c. 32. conversus *sacros codices in manus sumens oracula à Deo edita attento animo meditabatur.* lib. IV. c. 17. f. 514. A. Eidem ait Athanasius in Apol. f. 700. t. 1. σὺ γινώσκων τὰς θείας γραφάς, *tu legis sacras scripturas.* Eusebius Emesenus ἐκ παίδων τὴν ἁγίαν τῶν ἱερῶν γραμμάτων μαθὼν ἀπὸ παιδὸς didicit *sacras literas*: referente Socr. lib. II. c. 9. Et Edesseni pueri memoriæ scripturas sacras tradebant: vide Hen. Vales. notas ad h. l. f. 20. Suum ipsius exemplum 5. ab exemplis.

refert Basilius de jud. Dei. t.2. f.258. A. confer f.208. 996. ep.2. 9. Blæsilla *aut Prophetam, aut Evangelium semper in manibus tenebat*, referente Hieronymo de ejus obit. t.1. f.71. In Marcella *divinarum scripturarum ardor erat incredibilis*, teste eodem f.54. Ad Furiam viduam scripserat: *Quando comedis, cogita, quod statim tibi orandum dicto & legendum sit. De scripturis sanctis habeto fixum versuum numerum. Istud pensum domino tuo redde. Nec ante quieti membra concedas, quam calathum pectoris tui hoc subtegmine impleverit. Post scripturas sanctas doctorum hominum tractatus lege, eorum duntaxat, quorum fides nota est. Non necesse habes aurum in luto quærere.* f.38. A. confer quæ ad Demetriadem f.31. C. & ad Principiam, f.54. pro defensione sui, quod Paulæ & Eustochio aliquot commentarios dedicarit, scripsit præfat. in Sophon. t.6 f.92. quæque Nyssenus de Macrina sua sorore retulerit, t.2. f.179. B.C. Et quid singulis enumerandis immoramur, cum prostent integræ Ecclesiæ, quibus Scriptæ literæ lectæ sunt: Procopius, Lector Schytopolitanus, *sacras scripturas, quæ Græco sermone in Ecclesia legebantur, plebi, quæ Græcè nesciret, vernacula, i.e. Syra lingua interpretatus est*, referente ex Actis ipsius Hen. Valesio in not. ad Euseb. f.172. B. Imo *ab Oriente ad Occidentem usq;, & à finibus orbis terrarum divina scriptura per Ecclesias, & in omni loco legitur*, teste Ephrem. f.107. opp.

Lectio Patrum.

§. 15. Huc referri potest *lectio Patrum* Ecclesiasticorum: Qui Patrum legendi sint à sequiore sexu, exposuit Hieronymus: *Cypriani*, inquiens, *opuscula semper in manu teneat, Athanasii epistolas & Hilarij libros inoffenso decurrat pede. Illorum tractatibus, illorum delectetur ingenijs, in quorum libris pietas fidei non vacillet. Cæteros sic legat, ut magis judicet, quam sequatur.* epist. ad Læt. t.1. f.27. C. An

& Gentilium.

Gentilium etiam *libros* legere consultum sit? peculiari homilia edisseruit Basilius n.XXIV. t.1 f.570. seqq: Et Hieronymus cavit, ne cum fastidio sacrarum literarum; ad Eustoch. de custod. virgin. t.1. f.66. confer Gregor. Naz. ad Seleuc. f.1065. A. & 104. D. Ex recentioribus Jacob. Bill. lib. 1. observ. sacr. c.13. Filesac. Select. lib. 1. c. 19.

Critica Ecclesiastica. Et ejus 1. Objectum.

§. 16. Non insuper habenda est *Critica* eruditorum hujus seculi, quam exercuerunt 1. *circa scripturam sacram*, seu codices Biblicos, observando: *varias lectiones*: e.g. Didymus Alex. lib. III. de

de Spir. Sanct. f. m. 201. b. *scimus* (ait de loco Psalm. CXLIII. 10.) *in quibusdam exemplaribus scriptum esse: Spiritus Sanctus tuus.* Et versionum *varia exemplaria*, qualia observavit in versione LXX Hieronymus, ut testis est ipse præfat. in libr. Paralip. t. IV. f. S. B. *Defectus*, ut e. g. in Evangelio Marci, utpote cujus ultimum caput in quibusdam exemplaribus erat refectum; Et in Lucæ c. XXII. 43. quæ verba in quibusdam & Græcis & Latinis codicibus non inveniebantur, vide eundem Hieronym. lib. II. adv. Pelag. t. III. f. 131. & confer quæ refert apol. adv. Ruffin. f. 103. C. *apud Latinos*, inquiens, *ante eam translationem, quam sub Asteriscis & Obelis nuper edidimus, septingenti ferme aut octingenti versus desunt, ut decurtatus & lacer atus corrosusq; liber fœditatem sui publice legentibus præbeat.* Vice versa: *additiones*, quales in libro Esther observavit idem, utpote *quem librum editio vulgata, lacinioſis hinc inde verborum finibus trahit, addens ea, quæ ex tempore dici poterant & audiri, sicut solitum est scholasticis disciplinis sumpto themate excogitare, quibus verbis uti potuit qui injuriam passus est, vel qui injuriam fecit.* præfat. in Esther. t. IV. f. 9. D. Talis fuit in vulgata Latina ea, qua verba Pauli Rom. III. 10. seqq: inserta sunt Psalmo XIV. Neque enim apud veteres Hebræos, vel apud LXX. Interpp. leguntur, teste eodem Hieron. præfat. comment. XVI. in Jes. *Confusiones*; quæ præsertim in nominibus singulis contigerunt; de qua confusione conqueritur Hieronymus idem, arguens *inextricabiles moras, & sylvam nominum, quæ scriptorum confusa sunt vitio*: Apol. adv. Ruffin. t. 3. f. 103.

§. 17. II. *Circa modum tractandi scripturam sacram.* Religiose operam dabant codicibus describendis, uti videre est ex verbis Ruffini artic. I. §. 4. p. 5. allegatis. Confer ex recentioribus Voſ. de Philoſ. p. 172. 173. & præmissa à nobis artic. I. §. 6. p. 6. Si qui codices, ejusdem, vel diversi idiomatis, dissentirent inter se, eum dissensum signis quibusdam notabant, asteriscis nimirum, obelis seu verubus, (explicuimus hæc supra sect. II. §. 155.) lemniscis, & sublemniscis; Lemnisci hæc est figura ÷; Et sublemnisci hæc ⸗; *istius notæ figuram divinis scriptis Origenes apposuit, ut quando raro alicubi inveneru in septuaginta duorum interpretatione dissonantem dictionem, non tamen expressam, neq; appositam similibus ipsi dictionibus, cognoscas quod ab uno pari aut duobus hæc dictio conversa est propter* appo-

2. Modus.

appoſita duo puncta. Appellantur autem hæc, ſimul utraq;, aut ſimilia. Explicatio eſt Epiphanii ἀνακεφ. f. m. 614. Hic vero (ſublemniſcus) *ubi inventus fuerit ad dictionem aliquam appoſitus, indicium eſt, ab uno pari interpretum prolatum eſſe ſermonem, velut unum punctum indicat, & habet hic ſe utroq; modo, aut conſimiliter dictioni, cui incumbit.* f. 615. Ejusdem Epiphanii verba ſunt. Confer Joſuæ editionem ab Andrea Maſio procuratam, utpote in qua aſteriſcos, obeliſcos, & lemniſcos exemplo Origenis repræſentavit vir eruditiſſimus. In harmonia Evangeliſtarum concinnanda utebantur minio, ut canones harmonici diſtinguerentur & cognoſcerentur. *Singulis Evangeliis ab uno incipiens uſq; ad finem librorum diſpar numerus accrescit. Hic nigro colore præſcriptus, ſub ſe habet alium ex minio diſcolorem numerum, qui ad decem uſq; procedens, indicat, prior numerus in quo ſit canone requirendus.* Sic ipſe ſe explicat Hieronymus præf. in IV Evang. t. IV. f. 13. A. Eodem colore uſus eſt etiam in verſione LXX Interpp. aptanda: *In libro Heſter alphabetum ex minio uſq; ad theta literam fecimus diverſis in locis, volentes ſcilicet ſeptuaginta interpretum ordinem per hoc inſinuare ſtudioſo lectori. Nos etiam juxta morem Hebraicum ordinem proſequi etiam in ſeptuaginta editione maluimus.* ejusdem verba ſunt ex præf. in lib. Eſth. f. 10. A. Canonum ratio quæ fuerit, legere eſt apud eundem præf. in IV Evangg. f. m. 12. D. „ Canones quoque, quos Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus Alexan„ drinus, ſecutus Ammonium, in decem numeros ordinavit, ſicut in „ Græco habentur, expreſſimus. Quod ſi quis de curioſis voluerit „ noſſe, quæ in Evangeliis vel eadem, vel vicina, vel ſola ſint, eo„ rum diſtinctione cognoſcet. Magnus ſiquidem hic in noſtris co„ dicibus error inolevit, dum, quod in eadem re alius Evangeliſta „ plus dixit, in alio, quia minus putaverint, addiderunt, vel, dum e„ undem ſenſum alius aliter expreſſit, ille qui unum è quatuor pri„ mum legerat, ad ejus exemplum cæteros quoque exiſtimaverit „ emendandos. Unde accidit, ut apud nos mixta ſint omnia, & in „ Marco plura Lucæ, atque Matthæi; rurſus in Matthæo plura „ Johannis & Marci, & in cæteris reliquorum, quæ aliis propria „ ſunt, inveniantur. Cum itaque canones legeris, qui ſubjecti ſunt, „ confuſionis errore ſublato, & ſimilia omnium ſcies, & ſingulis ſua „ quæque reſtitues. t. IV. Addit, quæ ſubjungit; Nam docent uſum

cano-

canonum miniatorum. Obscuriora loca clare interpretabantur; de quo juvat audire eundem, quid præstiterit: *Studij nostri erit, vel eorum, qui de libris Hebraicis varia suspicantur, errores refellere, vel ea quæ in Latinis & Græcis codicibus scatere videntur, authoritati suæ reddere, etymologias quoq; rerum, nominum, atq; regionum, quæ in nostro sermone non resonant, vernaculæ linguæ explanare ratione. Et quo facilius emendatio cognoscatur, ipsa primum ut apud nos sunt testimonia proponimus, & ex collatione eorum quæ sequuntur, quid in illis aut minus, aut plus, aut aliter sit, indicabimus.* Sic ille proœm. in tradit. Hebr. t. IV. f. 91. A. Defectus istorum signorum confusionem peperit: *Apud vos, & apud plerosq; error exoritur, quod scriptorum negligentia, virgulis & asteriscis subtractis, distinctio universa confunditur.* Scribit idem ad Suniam & Fretelam f. 36. A. Confer ep. 89. ad Aug. & Ducæum not. ad Basil. f. 9.

§. 18. De *distinctione* codicum, & singularum particularum, inter se disputant Daniel Heinsius & Joannes Crojus, observatio. in N. T. Id certum est, quod aliquæ distinctiones fuerint, etsi non præcisè in ea capita, & eos versus, sicut hodie. Nam Athanasius Orat. III. adv Arian. citat ex epistola ad Hebræos *περικοπὴν sectionem* quandam: Basilius quoque, conciliaturus loca *ἐναλλαγὴν ἀλλήλων τῆς περικοπῆς totam periopen* vult conferri. lib. II. de Bapt. q. 4. Etiam in versus distinctum fuisse codicem Biblicum, ex eodem Athanasio constat, dum jubet Hæreticos lectitare *τὸν ἑξῆς στίχον. sequentem versiculum*; similis locus exstat in tract. de virgin. citantis *στίχον versiculum* ex Ps. CXIX. Theodorus Martyr *versum* ex Ps. XXXIX. citavit, referente Gregorio Nysseno. Etiam Epiphanius, de mens. & ponder. refert. *ἀχρίλλους ἐπῄνεσαν τὸν στίχον integrum versum reddiderunt*: Inter Latinos *à πάνυ* Hieronymus libros Paralipomenorum *per versuum cola digessit*; Etiam Ezechielem *per cola scripsit, & commata*. Confer dicta artic. I. §. 8. p 7. de distinctionibus.

§. 19. *Contraria* scripturæ factæ sunt 1. *Negligentia* hominum, qui tanti non curant Dei ad nos literas, quanti litteras alicuius mundani principis: *certè ad regis imperium ita omnes parati sunt, & in procinctu obedientiæ constituti, ut etiam optent juberi. Et non solum bene meritos esse se credunt, si jussa fecerint, sed tanquam jam meruissent quod jussi sunt ita pro dignitate præcipientis servitium beneficij loco ducunt.* Contraria. 1. negligentia.

tur. *Nobis vero Deus ipse, aeterna illa majestas ineffabilis atq; inaestimabilis potestas S. literas, & vere adorandos praeceptorum suorum apices misit, & non statim cum gaudio ac veneratione suscipimus, nec pro magno ducimus beneficio, tantae ac tam illustris potestatis imperium.* verba sunt Hieronymi, vel quisquis auctor est epist. ad Demetriad. de virgin. t. 2. f 8. C. sub fin. Invehitur in ipsos proœm. comm. in epist. ad Ephes. f.m. 100. dicens: *cum à caeteris &c.*

(2) contentiosi tas. §. 20. 2. *Contentiositas*: In quod vitium detonat idem Hieron. comm. in c. 5. epist. ad Galat. f. 98. B. t 9. *videas, plerosq; de scripturis inter se contendere, & athleticum scomma Dei facere sermonem: invicem provocant: & si victi fuerint, invident; manu quippe gloriae cupidi sunt.*

(3) Mutilatio. §. 21. 3. *Mutilatio*, quam tentarunt Haeretici, in ea scripturae loca, quae sibi adversabantur: e.g. Marcionitae, in quos invehitur Cyrillus Hieros. Catech. XVI f. 178. A. *primus enim impiissimus Marcion, primus, inquam, qui tres esse Deos asserebat, & cum de Christo multa Prophetarum testimonia in N. T. citari videret, abstulit illa ex lege veteri testimonia, ut rex Christus absq; testimonio esset.* Quod genus hominum etiam Athanasius notat. t. 2. opp. f. 297. A. Et Gregorius Naz. orat. XL. dicens, esse hanc Diaboli artem. f. m. 621. Quo pertinet omnimoda *abolitio*, qualis fit flammis; ut facta est jussu Diocletiani, persecutoris: vide Baron. an. 302. n. 16. seqq. an. 303. n. 35.

(4.) Pseudhermenia §. 22. 4. *Falsa interpretatio.* Sunt qui scripturae mentem non intelligunt, sed suo ipsorummet vitio: Scriptura *cum legitur audimus omnes, & non audiunt omnes; Incrassatum est enim cor quorundam, & aures eorum graviter audierunt; Aures scilicet interioris affectus. Non enim caro peccat, quae suum servat officium, & recipit auditum: sed animus puri auditus pravus interpres, qui recusat audire, quae dicuntur, intelligere quae leguntur.* verba sunt Ambrosij de incarn. c. 3. f. 118. B. Sunt, qui malitiosè pervertunt interpretando; Apud Athanasium vocatur μάχην ἐπεισάγειν τοῖς θείοις λόγοις *pugnam indicere divinis verbis*: t. 2. opp. f. 297. Et vim inferre scripturis, dum βιάζονται λέγειν; *coguntur dicere*, quod nolunt. Uti idem vocat orat. III. adv. Arian. f. 371. D. Ambrosius hoc hominum genus tineis comparat, *consumit tinea*, inquiens, *si, quod bene legeris, male credas, tinea haereticus est,*

est, tinea Fotinus est, tinea tua Arrius est. Scindit vestimentum, qui separat à Deo verbum. Scindit vestimentum Fotinus, cum legit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat. Integrum enim vestimentum est, si legas: & Deus erat verbum &c. comm. in Luc. f. 435. G. In illud vitium Patres hinc inde invehuntur. vide Athanas. in disp. cum Ario t. 1. opp. f. 134. Apol. ad Imper. Constant. f. 673. A. Ad Serap. f. 171. Orat. II. adv. Arian. f. 313. Euseb. lib. 1. adv. Marcel. cap. 18. Cyrillus Catech. XVIII. f. 216. D. Epiphanius hæres. LI. f. 203. & in literis ad Johannem Hieros. t. 3. opp. Hieron. f. 72. B.

§. 23. 5. *Rejectio*: Et hæc vel *universalis*, qualis erat Porphyrii, qui universum V.T. & N.T. everſum ibat, scriptis libris XV; & aliorum infidelium, de quibus vide Cyril. Catech. V. f. 40. B. vel *particularis*, ut Manichæorum, qui rejecerunt Vetus Test. referente Tito Bostreno lib. III. contr. Manich. p. m. 121 seq: Et Alogi, qui Johannis Evangelium, & Apocalypsin repudiabant. vide Epiph. hæres. LI. De quibus & similibus aliis infra in *αἱρεσιολογία* erit locus amplius dicendi. (5) Rejectio.

§. 24. Contrariis hisce pii veteres *remedia* opposuerunt, & quidem 1. *negligentiæ*, & *contemptui* commendationes scripturarum. 2. *Mutilationi* crisin, potissimum circa vetusta exemplaria occupatam. 3. *Pseudhermeniis* veras interpretandi regulas, de quibus supra ex professo. 4. *Rejectioni* argumenta pro divinitate literarum sacrarum pugnantia, & de his actum est supra Sect. 2. §. 10. seqq: *Remedia.* 1. 2. 3. 4.

SECULI QUARTI
Articulus IV.
De
FIDEI ARTICULIS ET SYMBOLIS.

Argumentum:

Differentia inter ſcripturam & fidei articulos. An de his agendum? diſtingue. Rationes affirmandi. Fidei & Articulorum onomatologia. & πραγματολογία: diviſio. Symbolorum onomatologia, pragmatologia, diviſiones, confeſſores.

§. I.

Differentia inter ſcripturam & fidei articulos:

SAcra ſcriptura & articuli fidei inter ſeſe nonnihil differunt. Nam Cyrillus Catech. VIII. f. m. 72. B. laudat θείαν γραφὴν, καὶ τὰ τῆς ἀληθείας δόγματα *divinam ſcripturam & veritatis dogmata*: aliud faciens ſcripturam, aliud ipſa dogmata. Differunt autem ut principium & principiatum, ſeu ut continens & contentum, quandoquidem articuli fidei in ſcriptura, tanquam in ſuo principio & fonte contineantur: *Idcirco monet Eccleſia, idcirco ſcripturarum recitationes fiunt.* Sic idem Catechiſtes IV. f. 23. Loquitur autem de modo cavendi ſibi à Diabolo; confer fol 30. B. & Catech. V. f. 45. A. Conſentit Hilarius ad Conſtantium Auguſtum ſcribens: *Fidem, Imperator, queris, audi eam non de novis chartulis, ſed de Dei libris: ſcito eam poſſe etiam in occidente donari, unde venientes in regno Dei, cum Abraham, & Iſaac, & Iacob recumbent.* f. 212. Et Baſilius, dum, enumeraturus fidei articulos, Catechumenis proponi ſolitos,

tos, præmittit ſcripturam, tanquam principium, unde illi ſumendi: *Inſtructi*, inquiens, *cum à Moſe, & Prophetis, tum ab Evangeliſtis & Apoſtolis*, hæc ſcilicet tradimus. lib. 1. de Baptiſt. c. 1. f. 642. Quod confirmavit in Moralibus ſuis, quippe quibus veſtigio ſcripturæ dicta, unum, vel plura ſubjunxit, ut probaret, quæ in regulis aſſeruerat.

§. 2. Poſtquam igitur de ſcripturis hactenus egimus, ſequitur, ut etiam de fidei articulis agamus. Ubi tamen primo omnium expedienda venit quæſtio: *An licitum ſit, ſcrutinium articulorum fidei inſtituere?* Forte videatur quod non; quoniam, Baſilio judice, decet τὸν μυστηρίων τὸ σεμνὸν σιωπῇ διασώζεσθαι *Myſteriorum decus ſilentio aſſervari.* de Spirit. Sanct. c. 27. Neque deeſt ratio; Nam *infinitæ æternitatis operatio* (cujus conditionis articuli fidei etiam reliqui ſunt) *infinitam* (quanta mentis noſtræ humanæ non eſt) *metiendi exigit opinionem*, juxta Hilarium lib. 1. de Trinit. f. 6 & lib. X. f. 159. *Non enim natura inferior cauſam naturæ potioris intelliget, nec ſubjacet humanæ conceptioni ratio cæleſtis. Nam intra conditionem infirmitatis erit, quicquid infirmi conſcientiæ ſubditur.* Philoſophi dicunt: inter ſcibile & ſcientiam debet eſſe proportio, qualis inter divina & humana nulla eſt. An liceat de fidei articulis agere?

§. 3. *Diſtinctionibus* res extricari poteſt. Diſtingue (1.) inter ſcrutinium religioſum & curioſum. Religioſum voco, quod ſequitur ductum ſcripturæ, & rationem captivam ducit ſub obedientiam fidei; Curioſum autem & profanum, quod extra ſcripturam myſteria quærit, nec iis, quæ in ſcripturis invenit, ſimplici fide & obedientia acquieſcit: Hoc genus ſcrutinii vetitum eſt; *Neque* enim *quærendum eſt, cur omnino non tale ſit Dei verbum, quale noſtrum eſt? Cum Deus nequaquam talis ſit, quales nos ſumus, quemadmodum dictum eſt; imo indecorum eſt quærere, quomodo ex Deo verbum ſit, aut quomodo ſit Dei ſplendor, aut quomodo gignat Deus, & quis ſit modus generationis Dei? Inſanierit enim, qui talia auderet, quoniam rem ineffabilem, & propriam divinæ naturæ, & duntaxat ipſi ac filio ſuo cognitam, verbis interpretari conatur.* Auctore Athanaſio orat. III. cont. Arian. t. 1. f. 406. C. D. confer ad Serap t. 2. f. 19. C. & dial. 1 de Trinit. f. 177. A. Tales ſunt, qui identidem quæritant πῶς, ἢ πρὸς τί, ἢ διὰ τίνος ἀναλογίας quomodo? & qua ratione? & qua conſequentia? univer- Diſtinguendum eſt. (1.)

ba ipſorum refert idem in oratione, quod unus ſit Chriſtus, t. 1. f. 665. Simili rem illuſtrat Hilarius lib. X. de Trinit. f. 159. dicens: *Si contuentibus ſolis claritatem, virtus intenti luminis obſtupeſcit, ut ſi quando cauſam radiantis luminis ſolertius acies curioſæ contemplationis inquirat, uſq; ad emortuum videndi ſenſum oculorum natura revocetur, accidat q; nitendo magis videre, nec videas: quid nobis in Dei rebus & in ſole juſtitiæ exſpectandum eſt? Nonne incumbet volentibus ſuperſapere ſtultitia? Nonne ipſum illud acre intelligentiæ lumen ſtupor hebetis deſipientiæ occupabit.* Et lib. XII. f. 195. dicit: *Vltra ſe ita q; infirmitas humana non tendat, & loquatur hoc ſolum, in quo ſolo ei ſalus eſt.* Confer Ambroſ. lib. 1. de interp. c. 9. Religioſum vero ſcrutinium adeo non vetitum eſt, ut etiam mandatum ſit. vide Gregor. Naz. orat. II. f. 18. III. f. 80. D. Ex recentioribus M. Ant. de Dom. lib. VII. de rep: c 9.

(2.) §. 4. (2.) Inter tractationem ordinatam ſeu prudentem, & inordinatam ſeu imprudentem; Auditores, & Lectores articulorum fidei non ſunt uniusmodi; Sicut nec articuli fidei ſunt uniusmodi. Nonnulli articuli ſunt faciles, & lactis inſtar; nonnulli difficiles, & inſtar cibi ſolidi (de quo paulo poſt pluribus;) Auditorum alii ſunt inſtar infantum, alii inſtar robuſtorum virorum; alii ſunt tractabiles, & quietis auribus animisque articulos propoſitos admittunt; quidam ſunt profani & intractabiles, qui in ludibrium myſteria convertunt. Tales hi indigni ſunt, quippe canes & porci, quibus margaritæ cœleſtes, & ſancta verbi divini objiciantur; proſtituerentur enim hæc; Iſti vero infantes gradatim ducendi ſunt in penetralia articulorum fidei; prius ad faciliora & lactea, quam ad difficiliora & ſolidiora dogmata. Neq; putaverint vel ipſi, vel etiam robuſtiores in fide viri, ſe comprehenſuros eſſe intellectu ſuo myſteria iſta; Manent enim hæc incomprehenſibilia. His obſervatis facile eſt reſponſu ad ea, quæ ex Baſilio & Hilario §. 2. objecta ſunt.

Rationes affirmandi: §. 5. Si nihil eſſet, quod ſcrutinium tale ſuaderet, aut cogeret, eſſet neceſſitas fidei, cujus illi articuli ſunt. Fides enim *θεῖ δεῖ λόγων ἡγεῖσθω agmen ducat in eloquiis Dei*: juxta Baſil. comm. in Pſalm. CXVI. f. m. 313. t. 1. cautela adverſus ſeductiones: *Maximum eſt operæ precium in dogmatum intelligentia & animi vigilantis ac ſobrii*

sobrii usu, quandoquidem multi sunt, qui prædantur per philosophiam, & inanem imposturam: tum gentiles, per linguæ facundiam seducunt, nam à mulieris meretricis labiis mel distillat: tum recutiti Iudæi, qui per divinas scripturas, quas exponunt vitiose, decipiunt accedentes, à puero adusq; senectutem meditantes, & in ignoratione rerum consenescentes; tum hæretici, qui blandis ac bonis verbis, linguaq; facundia simplicium corda decipiunt, nomine Christi quasi melle illita impiorumq; dogmatum venenata jacula contegentes, de quibus omnibus simul Dominus ait: videte ne quis vos fallat. Ideo & fidei doctrina traditur, & ejus expositiones fiunt. judicio Cyrilli Cat. IV. f. 24. Et inquisitio veritatis; *Summo* enim *studio requiratur, quid verum sit*: Sententia Ambrosij lib. 1. de offic. c. 26. Quod tamen ut feliciter fiat, Deus invocandus est in auxilium, quod fecit Dionysius Areop. de myst. Theol. c. 1. f. 707. cum precatus est: *Trinitas supersessentialis & supraquamdivina, & supraquam-bona Theosophiæ Christianorum Præses, ἴθυνον ἡμᾶς ἐπὶ τὸν τῶν μυστικῶν λογίων ἐπέκεινα φωτὸς, καὶ ἀπερφαῆ, καὶ ἀκροτάτην κορυφὴν dirige nos ad mysticorum oraculorum plusquam indemonstrabile, & plusquam lucens & summum fastigium.* & seqq. Necesse quoque est, ut tractator mysteriorum sit ἐυπαιδεύτος; oportet enim, Nazianzeno dissérente, *à vitiis immunem esse eum, qui de divinis rebus disserere velit; Et, quantum ejus fieri potest, purum, ut per lucem scilicet ab eo lux percipiatur.* Orat. 2. de Theol. f. m. 17. Quod si non fit, metuendum, ne contingat, quod immundis, montem Sinai attingentibus, & Nadabo & Abihu, ignem peregrinum sanctuario inferentibus, de quo periculo idem paulo post verba facit.

§. 6. Tractatio articulorum fidei appellatur ab eodem *rerum animi tantum intelligentia comprehensibilium contemplatio*, & *tractationis de Deo* seu rebus divinis *vertex*, quia scilicet, explicante Dionysio, *ad mysticorum oraculorum plusquam indemonstrabile & plusquam lucens & summum fastigium* homo deducitur. Sunt autem duo termini probe expendendi, *Fides*, & *articulus* fidei. *Fides* alia creditur, alia creditur: quo sensu Hieronymus commendat *fidem & dogmata Ecclesiastica*. adv. Joh. Hierol. t. 3 f. 76. B. Utrumque significatum videtur in fide Petri describenda insinuasse Ambrosius, quando de sacram. incarn. c. 5 f. m. 119. E. sic loquitur: *Fides ergo est Ecclesiæ fundamentum. Non enim de carne Petri, sed de fide dictum est,*

Articulorum fidei (1.)onomatologia.

Fides quotuplex?

eſt, quia portæ mortis ei non prævalebunt, ſed confeſſio vicit infernum. Talis fuit fides non ſolius Petri Apoſtoli, ſed omnium fidelium. vide Forbeſ. inſtruct. Theol. f. 742. ſeqq. ex veteribus late id probantem. *Quæ credit* eſt actus mentis humanæ, ſeu, uti Baſilius definit: δι' συγκαταθέσεως ἀδιστάκτου τῶν ἀκουσθέντων ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἀληθείας, τῶν κηρυχθέντων διὰ χάριτος: *Eſt eorum, quæ audita ſunt, aſſenſus indubius, in fiducia veritatis, eorum quæ Dei gratia ſunt prædicata.* de ver. ac pia fid. t. 2. f. 250. D. Conſer Euſeb. lib. XI de præp. Evangel. c. 1. & 2. ubi ex conſenſu Chriſtianorum, Judæorum, Ethnicorum, fidem tanquam *virtutum maximam* commendat. Ephremum, qui de fide diſſertationem ſcripſit, f. 80. ſeqq. Cyrillus Catech. XIV. eam vocat πέτραν πίστεως *petram fidei*; Et Catech. 1. myſtag. comparat eandem horto amœno, & menſæ opiparæ. *Quæ creditur* eſt objectum, circa quod iſte mentium noſtrarum actus verſatur. Sic vocatur à Cyrillo Catech. IV. f. 30. C. ubi laudat τὴν γνῶσιν τῆς σεμνῆς καὶ ἐνδόξου καὶ παναγίας πίστεως, *notitiam ven. anda, & glorioſa, & ſacroſanctæ fidei*, intelligens per fidem articulos hactenus recenſitos de Deo Patre, Chriſto, Spiritu Sancto. Cum autem de fidei articulis loquimur, fides equidem utroque ſenſu venire poteſt, potiſſimum tamen poſteriore.

Objectum credentis.

§. 7. *Objectum* hoc fidei credentis eſt inevidens. Etiamſi enim aliquid eorum, quæ creduntur, in ſenſus incurrere poſſit, attamen quà in ſenſus incurrit, objectum fidei non eſt. Athanaſius *fide*, ait, in Deum capi τὰ μεγάλα καὶ ἀνεξιχνίαστα τῶν πραγμάτων *magnas & captu difficiles res*: de incarn. verb. t. 1. f. 592. A. Alibi explicans introitum Chriſti in civitatem Hieruſalem, Luc. XIX. 37. de diſcipulis Chriſti, iſtum ſpectantibus, ait, *per res hiſtoriam myſteria quædam & divinas virtutes videbant.* homil. in illud: *eunte illo* &c. Hilarius ait: Mens credula *omnia ultra intelligentiæ humanæ metitur ſenſum.* lib. 1. de Trin. f. 5. Novit ea ὅτι, neſcit διότι: *Hoc de naturæ divinitatis attigimus, non ſummam intelligentiæ comprehendentes, ſed intelligentes eſſe incomprehenſibilia quæ loquamur. Nullum ergo, dicis, officium eſt fidei, ſi nihil poterit comprehendi? Imo hoc officium fides profiteatur, id unde quæritur incomprehenſibile ſibi eſſe, ſe ſcire.* ait Hilarius lib. II. de Trinit. f. 17. adeoque fit, quod de miraculoſa panum multiplicatione contigit: *Res cernitur, & neſcitur; fit, & non intelligitur.*

gitur; rationon apprehenditur, effectus ingeritur. ejusdem verba sunt lib. III. f. 29. confirmat, quando lib. VIII. f. 100. scribit: *Habet enim, dicens, non tam veniam quam pramium, ignorare quod credas, quia maximum stipendium fidei est, sperare quæ nescias, at vero ultimæ impietatis furor est, aut intellecta non credere, aut intelligentiam corrupisse credendi.* Consentit Basilius, cum dicit: *Si quid eorum, quæ dicta sunt, probabile tibi videatur, ad Dei sapientiam, quæ res omnes ita instituit atq; disposuit, admirationem transferto.* homil. I. in Hexaëm. f. 13 D. Et comm. in Ps. CXVI. f. m. 313. B. ubi πίστιν *fidem* & ἀπόδειξιν *demonstrationem* sibi invicem opponit. Et rationem mox reddit, quod fides consensionem efficiat ὑπὲρ τὰς λογικὰς μεθόδους *supra rationales methodos*; utpote quæ non nitatur γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις, *geometricis probationibus.* Confer homil. XV. de fide t. I. f. 498. Epist. 400. f. 1185. ubi disputat, quomodo & quatenus in divinis detur scientia. Ep. 101. f. 1187. Ambrosium lib. I. de Abrah. c. 3. ad illud Gen. XV: *credidit Abraham Deo* &c. docentem, *quod rationem* (Abraham) *non quæsierit, sed promptissima fide crediderit*: Gregorium Naz. orat. XXVI. Ex recentioribus Filesac. select. lib. I. c. 7. p. 106. seq. Forbes. instr. Theol. hist. lib. I. c. 5. f. 14. n. 4. f. 15.

§. 8. *Exemplum* talium fidei articulorum sunt dogmata de vita æterna, de quibus 1. Cor. II. 9. Paulus agit, & Nyssenus disputat orat. Catech. c. 17. t. 3. f. 73. D. quod *bonitas* divina habeat κεκρυμμένην τὴν ὠφέλειαν *absconditam utilitatem, quæ in hac vita clare non cernatur.* Probat exemplo incredulorum; *revera enim*, inquiens, *incredulorum ablata esset omnis contradictio, εἰ τὸ προσδοκώμενον ἐν ὀφθαλμοῖς ἦν, si quod exspectatur, oculis cerneretur.* In qua igitur vita? in futura, ut in illis revelentur τὰ νῦν διὰ τῆς πίστεως μόνης ὁρώμενα, *quæ nunc per solam fidem videntur.* Hieronymus ad Marcellam scribens ne quidem de mysteriis illis interrogari permittit, dicens: *non debere nos quærere, quid sit illud, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, si ei ignoratur, quomodo sciri potest. Quod promittitur in futuro, non cernitur in præsenti. Spes etiam, quæ videtur, non est spes, sed jam certa possessio: quomodo si velit quispiam dicere: ostende mihi, quod invisibile est, loquere quod audiri non potest, expone quod cogitatio non comprehendit humana.* t. IV. fol. 61. C. Exempla.

§. 9.

Diviſio. §. 9. *Dividitur* fides credens in dogmaticam, ſeu juſtificam, & miraculoſam; ſenſum diſtinctionis exponit Cyrillus Catech. V. f.m.43.B. *Nomen fidei*, inquiens, *unum quidem eſt appellatione, dupliciter autem dividitur. Eſt enim unum genus fidei, quæ habet dogmaticam de aliquo animæ aſcenſionem, & commodat animæ, ſicut inquit Dominus: Qui verba mea audit, & credit ei, qui me miſit, habet vitam æternam, & in judicium non veniet; qui credit, non judicatur: Sed tranſlatus eſt à morte ad vitam.* (calumnia enim Ethnicorũerat, Chriſtianos credere ſine ullo fidei principio. vid. Fileſac. lib. 1. ſelect. c. 7. p. 203.) Alterum genus verbis nonnullis interjectis etiam explicat, dicens: D. *Alterum autem genus fidei eſt, quæ ex parte gratiæ à Domino donatur. Alii enim per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, ſecundum eundem ſpiritum: alij vero fides in eodem ſpiritu, alij autem gratia curationum.* Exempla ſubjecta dant, quod prior illa ſit ſalvifica, poſterior non item. Alia eſt firma, alia infirma, quam *trepidam* vocat Hilarius lib. 1. de Trinit.

Principium §. 10. *Principium* & fundamentum hujusmodi fidei eſt verbum Dei, in ſcripturis revelatum. Optime Hilarius ait: *Hoc ſolum de Deo bene credi intelligamus, ad quod de ſe credendum ipſe ſibi nobiſcum & teſtis & auctor* (in ſcripturis) *exiſtit.* lib. III. de Trinit. f. 32. Suffragatur Baſilius de fid. t. 2. f. 251. A. *Si fidelis eſt dominus in omnibus verbis ſuis, fidelia etiam omnia mandata ejus, confirmata in ſeculum ſeculi, facta in veritate & æquitate, haud dubiè manifeſtiſſimum hoc infidelitatis argumentum fuerit, & ſignum ſuperbiæ certiſſimum, ſi quis eorum, quæ ſcripta ſunt, aliquid velit rejicere, aut eorum, quæ non ſcripta, introducere, cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerit: Oves meæ vocem meam audiunt; Et paulo ante dixiſſet: alienum autem non ſequentur, ſed fugient ab eo, quia non noverunt vocem aliorum.* Idem interrogat: quid ſit *proprium fidei?* Et Reſp. *certiſſima animi expletio de divinorum verborum veritate; quæ nulla neq; à naturali neceſſitate inducta ratione, neq; ad veræ pietatis ſimulationem conformata illo modo poſſit labefactari.* reg. moral. LXXX. c. 22. f. 386. D. pergit interrogando: *Quid proprium ſit fidelis?* Et reſp. *Vt cum ejuſmodi certa animi expletione veram eſſe illorum vim credat quæ dicta ſunt in ſcriptura; nihilq; rejiciat, aut novum ſtatuere audeat. Etenim ſi omne, quod ex fide non eſt, peccatum eſt, ut ait Apoſtolus, fides autem ex auditu, auditus autem per*

verbum

verbum Dei, ſine dubio cum quicquid extra divinam ſcripturam eſt, ex fide non ſit, id peccatum eſt. Si qui ſcripturam rejecerint, contra eos ex κοιναῖς ἐννοίαις erat diſputandum. vide Gregor. Nyſſen. orat. Catech. præf. f. 44. A. & 50. C. De tota re confer Baſilii inſcriptionem reg. VIII. f. 287. Hilar. lib. III. f. 24. 25. 30. lib. VI. f. 68. lib. X. f. 164. lib. XII. f. 196. Lib. adv. Conſtant. f. 206. Ephrem cont. ſcrut. div. majeſt. f. 679. Et quæ nos prolixe diſputavimus ſupra, artic. præced. ſect. 1. de fidei principio.

§. 11. Altera vox eſt *articulus*, qui eſt ipſa fides quæ creditur, ſeu doctrina fidei, quæ varie appellatur, & deſcribitur, à cauſſis, affectionibus, & adjunctis ſuis. Cyrillus Cat. IV. f. 30. vocat θεῖα γὰρ ἅγια τῆς πίστεως μυστήρια *divina* (Deus enim ea revelavit) *& ſancta fidei ſecreta.* Idem Catech. 1. f. 227. appellat πνευματικὰ *ſpiritualia*, à Spiritu Sancto profecta, καὶ ἐπουράνια *& Cœleſtia*, à Cœlo profecta μυστήρια. Athanaſius ὀρθὸν διδασκαλίαν καὶ τὴν κατὰ χριστὸν πίστιν divinam doctrinam & fidem ſecundum Chriſtum. De incarn. verb. f. 55. D. Nyſſenus τὰ τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας προστάγματα *doctrinæ divinitus inſpiratæ præcepta, ſeu ordinationes.* orat. de Natal. Dom. t. 3. f. 339. D. Hilarius, *divini ſacramenti doctrinam* lib. 1. de Trin. f. 5. *Fidei ſacramentum*, f. 6. *ſacramentum* ſimpliciter lib. V. f. 59: *Sacramentum cœleſte*: f. 60. *ſacramenta divinæ virtutis*, lib VI. f. 63. Baſilius epiſt. XLIII ad Gregorium Nyſſenum μυστικὰ δόγματα *occultas doctrinas*: Euſebius lib. 1. adv. Marcel. c. 3. *doctrinam Eccleſiaſticam*; c. 4. *ſanam & Eccleſiaſticam fidem.* Hilarius *Eccleſiæ religionem* lib. V. de Trin. f. 60. *conclavia, lapides, & margaritas in turre fidei*; Ruffin. expoſit. ſymb. t. 2. f. 59. confer Cyril. præfat. Catech. f. 16. A. Articulus fidei.

§. 12. In talibus fidei articulis *medium* inter extrema erro- medium.
rum probè tenendum eſt, ne quis e.g. in Judaiſmum delabatur, negando Trinitatem, dum pugnat pro eſſentiæ divinæ unitate contra Ethnicos: *per medium duarum opinionum procedat veritas, & utramq; tollens hæreſim, & ab utraq; accipiens id quod eſt uſui.* Monitum eſt Nyſſeni orat. Cat. f. 45. c. 1. t. 3. B. C. ubi & illud docet, quod imperfectiones humanæ, (Nam ἀνθρωποπαθῶς Deus de rebus divinis interdum loquitur) abſtrahendæ ſint, ſi de divinis ſermo eſt. f. cit. D.

Distinctio.

§. 13. Non sunt autem articuli fidei *uniusmodi*; alii enim, utpote fundamentales, sunt magis; alii, ut non fundamentales, sunt minus necessarii. Talis fidei articulus est doctrina de Trinitate, quam Hilarius propterea vocat *verum & absolutum & perfectum fidei nostræ sacramentum* lib. V. de Trin f. 59. Et de merito Christi: *Similiter credas in filium sicut in patrem credis, similiter in spiritum sanctum credas, sicut credis in filium, hoc solo excepto, quæ in crucem solius Domini Iesu fateris tibi esse credendum.* ita Ambros. de init. myst. c. 5. f. 330. Præter hos nonnulli evadunt necessarii ex accidenti, vitio scilicet Hæreticorum, contra quos subtilius nonnunquam disputandum est: *compellimur, hæreticorum & blasphemantium vitiis, illicita agere, ardua scandere, ineffabilia eloqui, inconcessa præsumere. Et, cum sola fide expleri quæ precepta sunt, oporteret, adorare sc. patrem, & venerari cum eo filium, sancto spiritu abundare, cogimur sermonis nostri humilitatem ad ea quæ inenarrabilia sunt extendere, & in vitium vitio coarctamur alieno, ut quæ contineri religione mentium oportuisset, nunc in periculum humani eloquii proferantur.* ait Hilarius lib. II. de Trin. f. 13. & f. 14. verba citavimus supra art. II. sect. 3. §. 29. *Certe mihi extorquetur hoc velle velum & audaciæ resistitur, & errori consulitur, & ignorantiæ providetur. Immensum est autem quod exigitur, incomprehensibile est quod audetur, ut ultra præfinitionem Dei sermo de Deo sit.* Vel ex aliis circumstantiis, subjectorum nimirum, finium, casuum, quo de accurate differit Basil. de ver. fid. t. 2. f. 251. & Nyss. orat. Cat. f. 43. confer dicta art. II. sect. 3. §. 1.

in Catechetico.

§. 14. Alii sunt Catechetici, alii Mystagogici. Distinctio est Cyrilli præfat. Catech. f. 19. C. *Catecheses*, dicentis, *istas illuminatorum, accedentibus quidem ad baptismum, & his, qui hoc lavacrum habent jam fidelibus, legendas exhibeas: Catechumenis vero, & aliis, qui non sunt Christiani, ne dederis, alioquin reddituros es Domino rationem.* Et Cat. IV. f. 24. C. *patienter vero ferant ij, qui in hoc cætu perfectiores sunt & doctiores, jam exercitatos habentes & animi habitum, & sensus ad boni malique discretionem.* Informatio, quæ fit inprimis fidei elementis, appellatur κατήχησις καὶ τὴν ἀρχὴν *institutio secundum principia.* apud Athan. orat. III. adv. Arian. f. 405. Et quod proponitur vocatur λόγος ἐξ ἀρχῆς σπειρόμενος *sermo ab initio seminatus*, ab eodem. Cyrillus nuncupat κεφαλαιώδεις εἰσαγωγὰς, *summa rudimento-*

rum

rum fidei capita. Cat. IV. f. 26. γαλακτώδεις εἰσαγωγάς, *lacteas introductiones.* f. 24. εἰσαγωγικὰ μαθήματα *introductorias doctrinas.* f. 36. quo officio qui funguntur, dicuntur κεφαλαιωδῶς ὑποστρώσειν, *summatim* quasi *subseminare.*

§. 15. Mystagogici constituunt μυστικὴν ἐπιστήμην *reconditam scientiam*, uti vocat Dionysius Areop. Eccles. hierarch. c. 1. n. 1. Et comparat notitiæ illi sublimiori, quam accipiebant, qui *sancta sanctorum* ingrediebantur, ἐποπτεύοντες *intimius intuentes* divinam majestatem; & *beatam illam divinamq; lucem*; Sicilli, qui sublimiora Dei mysteria intelligunt, *arcana Dei reverentur*; verba sunt ejusdem Dionysij, loc. cit. ubi ex professo hac de materia agit. Cyrillus appellat τὴν τῶν ἐντελεστέρων μαθημάτων τράπεζαν, *mensam doctrinarum perfectiorum.* Cat. Mystag. f. m. 227. idem extollit τὸν φωτεινότερον καὶ εὐωδέστερον λειμῶνα *splendidiorem & fragrantiorem paradisi campum*; in quem ducuntur, qui ἀκριβῶς παιδεύονται *accurate informantur.* **Mystagogicos.**

§. 16. Qui vero Catechetici, qui itidem Mystagogici articuli fuerint, expositum est supra artic. II. sect. 3. §. 29. ubi §. 26. seqq. etiam observatus est ordo in his articulis tradendis, quod prius Catechetici, posterius Mystagogici articuli fuerint traditi; Quare & mystagogici; ut adeo non fuerit acquiescendum in lacte, i. e. Catecheticis & elementaribus dogmatibus.

§. 17. Ad probandos fidei articulos non opus est ex S. literis plura cumulari dicta, *quia in divinis rebus non frequentius dicta, sed tantum dicta sufficiunt.* verba sunt Hilarij lib. IV. de Trinit. f. 39. Quod confirmat Nyssenus, scribens: *Sufficit autem, cum meminerimus unius testimonij, plura invenienda relinquere studiosis.* Orat. Catech. c. 4. t. 3. f. 49. D. **Probatio.**

§. 18. Veteres soliti sunt articulos fidei interdum in unum corpus redigere, quod dixere *Symbolum.* Cyrillus & Ruffinus comparant talia Symbola ædificiis, singulos vero articulos conclavibus ædificia constituentibus: verba Cyrilli sunt hæc: *Ædificium quoddam esse intelligas Catechesim, ac nisi ordine vinculis constringamus structuram, ne quid laxum & hians reperiatur, debile fiet ædificium, sed & operæ pretium, lapidi lapidem apponi, & angulum angulo conjungi, atq; superfluis abscissis perfectas ædes efficere.* Ad eundem mo- **Symbola.**

dum adferimus tibi tanquam lapides cognitionis, audire oportet de Deo vivente, audire opus eſt de Chriſto, audire neceſſe eſt de reſurrectione, & alia permulta ex ordine dicenda ſunt, quæ nunc tantum ſummatim recenſentur, deinceps vero ſuo loco ſatis explicabuntur. præf. Catech. f. 16. A. Ruffinus Apoſtolos, in orbem miſſos, confert (licet in æquali qualitate) ſtructoribus turris Babel, *monumenta fidei, quæ ſtarent adverſum faciem inimici, è lapidibus vivis & margaritis Dominicis ædificantes*: expoſ. Symb. t. 2. opp. Hieron. f. 59. Paulo poſt dicit, quod *turrim fidei conſtruxerint.*

Nomina. §. 19. *Symbola* appellabantur & deſcribebantur variis cum propriis tum figuratis verbis. Dicebantur *fides* ab Euſebio apud Socrat. l. 1. c. 8. *fides Eccleſiaſtica* ab Athanaſio de decret. Nicæn. t. 1. f. 248. Et in illud Evangelii: quicunque dixerit &c. f. 995. & ab Acacio in libello de fide apud Socr. lib. 2. c. 40. f. m. 149. A. Ruffino apud Hieronym. t. 2. f. 123. B. *Fidei traditio* à Cyrillo Hieroſ. Catech. IV. f. 24. V. f. 45. *fidei doctrina.* l. c. *Fidei Evangelicæ ſacramentum*; ab Hilario lib. XI. de Trinit. ἀμώμητος πίστις χριστιανῶν *immaculata fides Chriſtianorum*, à Baſilio epiſt. ad Julian. n. 205. t. 2. f. 993. *vera ac pia fides*, ab eodem, f. 249. Fides communi conſenſu compoſita πίστις πολιτευομένη. apud Theod. l. 1. c. 6. f. 542. C. ὅρος τῆς πίστεως *definitio fidei*: apud Socr. lib. 1. c. 8. f. 31. B. *fidei expoſitio*: l. 2. c. 10. f. 88. C. Ἀνακεφαλαίωσις *compendiaria ſummorum fidei capitum repetitio* à Cyril. Catech. IV. f. 30. σφραγὶς *ſigillum* ab eodem; *ſigillum integrum* ab Optato Milev. l. 2. adv. Parm. c. 48. *Symbolum Catholicum* ab eodem. *Regenerationis Symbolum* ab Hilario in libr. ad Conſtant. *Theſaurus vitæ* à Cyrillo Catech. V. f. 45. *Profeſſio Catholica* à Phœb. c. 10. adv. Arian. *Eccleſiaſtica confeſſio* à Ruffino de Symb. ἀληθείας σύνταγμα *veritatis compoſitum volumen*, apud Theodor. l. 2. hiſt. Eccleſ. c. 15. f. 613. A. *Turris fidei* à Ruffino; *ædificium* à Cyrillo, confer dicta §. 18. præced.

Symboli Etym: §. 20. Uſitatiſſimum vocabulum erat *Symbolum*; cujus rationem exponit Ruffinus in expoſ. Symb. apud Hieron. t. 2. f. 59. B. dicens: *Symbolum Græce & indicium dici poteſt, & collatio, h. e. quod plures in unum conferunt.* Hæc poſtquam ad Symbolum Apoſtolicum applicuiſſet, pergit, & addit: *denique & in bellis civilibus hoc obſervari ferunt, quoniam & armorum habitus par, & ſonus vocis idem, & mos.*

mos unus eſt, atq; eadem inſtituta bellandi, ne qua doli ſurreptio fiat, Symbola diſtincta unusquisq; dux ſuis militibus tradit, quæ Latinè ſigna vel indicia nuncupantur; ut ſi forte occurrerit quis de quo dubitetur, interrogatus Symbolum prodat, ſi ſit hoſtis vel ſocius. Hæc quidem Symbolo Apoſtolorum accommodat idem, ſed non excluſivè; Nam de quibusvis Symbolis orthodoxis & receptis intelligi poſſunt, quippe quorum unus idemque, qui Apoſtolici, finis eſt, Sicut & §. 19. præmiſſa nomina & deſcriptiones κατ' ἐξοχὴν quidem de Apoſtolico & Nicæno Symbolis accipiuntur, attamen etiam aliis Symbolis legitimis communia ſunt.

§. 21. *An liceat ejusmodi Symbola concinnare, & alios ad eorum obſervantiam adigere?* Quæſtio eſt hoc ſeculo ſæpius ventilata inter orthodoxos & heterodoxos: Nam iſti Symbolum Nicænum concinnarant, cum hi quererentur, adigi ſeſe ad id, quod ſcriptura ſacta non ſit, ſed inventum humanum. Qua de controverſia paulo poſt, ubi de auctoritate Symbolorum, & aliquando in articulo de hæreſi, Deo volente, plura dicturi ſumus; ſufficit nunc digitorem tetigiſſe. Optime Athanaſius ad Jovianum t. 1. f. 245. D. *Nihil nobis conſultius viſum, quam ut fidem, à Patribus Niceæ confeſſam, tuo religioſo animo recitarem. Huius enim fidei aſpernatores & mihi multifariam inſidiati ſunt, eo quod non obtemperaremus Arianorum Sectæ, & hæreſes & Schiſmata in Catholicam Eccleſiam introduxere, cum tamen vera & pia in Chriſtum fides ex ſacris literis & liqueat & agnoſcatur,* hacipſa vero in epiſtola Symbolum Nicænum verbotenus recitat. Licentia.

§. 22. *Auctor primarius* orthodoxorum Symbolorum eſt Spiritus Sanctus; Sic enim Conſtantinus M. ad Eccleſiam Alexandrinam perſcripſit: *Quod trecentu* (in Concilio Nicæno) *placuit Epiſcopis* (placuit autem Symbolum) ἐδὲν ἐστιν ἕτερον, ἢ τῦ θεῦ γνώμη, μάλιστά γε, ὅτε τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοσύτων καὶ τηλικύτων ἀνδρῶν ταῖς διανοίαις ἐγκείμενον, τὴν θείαν βύλησιν ἐξεφώνησεν, i.e. *nihil eſt aliud, quam Dei ſententia, præſertim cum in tantorum virorum mentibus inſidens Spiritus Sanctus divinam voluntatem aperuerit.* Socr. lib. 1. c. 9. f. 31. B. Niſi placuiſſet Spiritui Sancto, Symbolum ab ipſis condi, ipſorum mentes nec inſediſſet, nec illuminaſſet. Hujus ſententiæ erant etiam Patres Ariminenſes orthodoxi; Nam ad Conſtantium Auctor Deus.

in literis ſuis Synodicis ita perſcripſerunt, & rogarunt: *In iis permanere nos ſinas, quæ à majoribus* (in Symbolo) *definita & ſancita ſunt, quos magno ingenio & prudentia, μετὰ πνεύματος ἁγίου, Spiritu Sancto duce, omnia egiſſe non dubitemus affirmare.* Apud Theodor. lib. II. hiſt. c. 15. f. m. 613. D.

Eccleſia. §. 23. *Secundarius* eſt Eccleſia. Nam Symbolum Nicænum vocatur ὅρος ἐκκλησίας apud Theod. l. 2. c. 15. f. 612. D. Multumq; refert, à quo Symbola fuerint compoſita. Hilarius non immerito cenſuit, *pro dignitate eorum, qui eloquuntur, vel gravia exiſtimari ſolere, vel levia: dum diſtantibus opinionibus, ambiguam ſententiam ad ſtudium intelligentiæ promovet hominis contemtus aut gratia. Magiſtratus politicus*, utpote hyperEpiſcopus, qui imperare poteſt Clero, ut Symbolum concinnetur, idem judicare, cenſere, confirmare, ſubditis præſcribere, & commendare, defendere, vindicare, declarare. Cum Concilium Nicænum, auſpiciis Conſtantini M. imperatoris congregatum, Symbolum concinnaſſet, non ipſum ſolum ea de re literas ad alios perſcripſit, ſed etiam Imperator, & quidem ad Alexandrinam Eccleſiam, in quibus ſuum judicium etiam de Symbolo exponit, (id paulo antè relatum eſt) & Alexandrinis, ut id reciperent, imperavit: *Nemo veſtrum ambigat,* (Symbolum, & cum eo pacem recipere) *nemo differat; ſed omnes alacri animo ad veritatis viam redite.* Socr. lib. 1. c. 9. f. 30. B. Idem Arium adegit, ut Symbolo iſti ſubſcriberet: *Si Arius decretis Synodi* (in quibus etiam Symbolum continetur) *ſubſcribit, & eadem ſenſit cum Synodo, eum in conſpectum meum admittam libens, & cum honore remittam Alexandriam.* Reſpondet idem imperator Presbytero Arium excuſanti, c. 23. f. 61. De eodem refert Theod. lib. 1. hiſt. c. 11. f. m. 554. B. *Primus ipſe Deo chariſſimus imperator rectiſſima illam* (fidem Nicæni Symboli) *continere affirmavit, ſeq; ipſum ita ſentire confeſſus eſt, & ut huic omnes aſſentirentur, decretiq; ſubſcriberent, & in hu ipſis conſpirarent, hortabatur.* Conſtantius Conſtantini M. filius, & ipſe Imperator, *Expoſitionem fidei, quæ lecta fuerat Arimini, ad Eccleſias Italiæ mitti juſſit, mandans, ut, quicunq; ei ſubſcribere nollent, pellerentur Eccleſiis, & in eorum locum alij ſubſtituerentur.* lib. II. c. 37. f. 140. C. qui quidem in eo peccavit, quod Arianum Symbolum aſſeruerit, minimè vero in eo, quod Symbolum recipi voluerit.

luerit. Eundem Euſtathius Epiſcopus rogavit: *quando de fide diſceptari placet, Imperator, Eudoxii blaſphemias, temere in unigenitum effuſas, conſidera.* Simul ἔκθεσιν ἐκθεσιν *formulam fidei ab eo ſcriptam obtulit*, indeque legit verba quædam, auſcultante imperatore, & improbante. Nam Impietate formulæ cõmotus, Eudoxium ea de re rationem reddere coëgit; Cum vero auctorem ſe ſcripti eſſe negaret, & Ætius auctorem ſeſe profiteretur; imperator hunc exulare juſſit. Theod. lib. II. hiſt. c. 24. Et ne quis dicat, Conſtantium fuiſſe heterodoxum, neque proinde valere ejus auctoritatem, ecce tibi Ariminenſes orthodoxos, quid in Synodica ad eundem imperatorem perſcripſerint: *Dei juſſu, & pietatis veſtræ* πρόσταγμα *& mandato, quæ de fide olim decreta ſunt, obſervata credimus.* c. 15. f. m. 611. D. Illi ipſi legatos ad Imperatorem miſerunt, qui *veritatem confirmarent ex iis, quæ à priſcis olim recte ſancita ſunt.* Putabant autem Symbolum Nicænum, utpote quod orthodoxi in hac Synodo aſſerebant. Athanaſius epiſtolam ad Jovianum Imperatorem perſcripſit, cujus initium eſt: πρέπει τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως φιλομαθῆ περαίνειν τὴν πόθον τῶν ἐγγίων i. e. *Decet charum Deo principem cœleſtium perdiſcendorum ſtudium*; Subjungit deinde, *& ſuggerit* ipſi Symbolum Nicænum, ut *cognoſcat* (ſcribit ad ipſum) *pietas tua, etſi cognoſcit, fidem tamen, quam Niceæ 318 Epiſcopi profeſſi ſunt, ſubjicere ſtuduimus.* Theod. l. IV. c. 3. Valentinianus quoque & Valens Impp. legem tulerunt, ut fides Nicæna, ſeu Symbolum, ab Illyrica Synodo recens repetitum, ſervaretur, & Aſiatici decretis concilii ſtarent, ἐμμένειν τοῖς ὁρισθεῖσιν. c. 7. & in literis ipſis ita loquuntur: κηρύττειν δὲ τοῦτο προστάξει τὸ ἡμέτερον κράτος i. e: *Hanc vero* (Nicæni Symboli fidem) *prædicari majeſtas noſtra præcepit.* Theodoſius Imp. *Demophilo Arianæ partis Epiſcopo mandat, utrum velit* πιστεύειν τῷ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ credere *Synodo* (Symbolo) *Nicænæ, & populum admirare, pacemq; amplecti?* renuentem *juſſit fugere* τῶν ἐκκλησίων τόπων *ex Eccleſiis.* Socr. lib. V. c. 6. In concilio Conſtantinopolitano cum fides Nicæna confirmata & expoſita fuiſſet à Patribus, *Imperator ea ſuffragio ſuo comprobavit: legemq; tulit, ut fides eorum, qui Niceæ olim convenerant, rata eſſet, atq; omnibus in locis Eccleſiæ ijs traderentur, qui in tribus perſonarum ſubſiſtentia, honore ac poteſtate æqualium, unam eandemq; Deitatem confiterentur Patris ac Filij*

& Spiritus Sancti. Confer dicta ſup. artic. II. ſect. 1. §. 127.

Limitat. §. 24. Intelligenda hæc ſunt de poteſtate externa, deque ſubſtantia Symbolorum, legitimoq; poteſtatis uſu; Nam abuſus erat, ſi Magiſtratus, in qualitatem Symbolorum impingens, conſcientiis ea vellet obtruſa; vel orthodoxa Symbola vetita & abolita. Impegit in hunc lapidem Conſtantius Imp. Cum enim Ætio damnato Ariani apud ipſum inſtarent, etiam Homouſianos uti Symbolo & formulis ἀγράφοις quæ in ſcripturis non exſtent; Vetaret igitur & ipſis earum uſum. Imperator annuit, *& ut anathema* (formulæ Nicænæ) *dicerent imperavit*, niſi facerent, *Eccleſiis ſeſe eos ejecturum*; Cui vero Euſebius & Sylvanus, orthodoxi Epiſcopi, reſponderunt; *in ipſius quidem poteſtate ſitum eſſe ſupplicium, in ſua pietatem vel impietatem; cæterum ſe doctrinam Patrum non prodituros.* Hinc factum, ut Eccleſiis ſuis pellerentur. Theod. l. 2. c. 23. Idem reverſus Antiochiam *Epiſcopos rurſus convocavit, omnes tum (ὁμοούσιον) ad ejusdem, tum ad diverſæ ſubſtantiæ negationem compellere* præſumpſit. c. 27. Quare rectius & prudentius Valentinianus & Valens reſcripſerunt, imperato Nicæno Symbolo; *Sic tamen* (ſequamini illud Symbolum,) dicentes, *ut non dicant aliqui: ὃν ἀνίκαμεν θρησκείᾳ βασιλέως τοῦ δόντος καὶ τὴν γῆν ταύτην ſequimur religionem Imperatoris hanc terrã gubernantis; illum non attendentes, qui de ſalute mandata nobis dedit.* lib. IV. c. 7. Igitur, ſi ſubditi non habent ex verbo Dei, cui religio & Symbola à Magiſtratu propoſita repugnent, obligati ſunt iſtis deferre.

Miniſterium §. 25. *Miniſterij Eccleſiaſtici* erat concinnandis & conſcribendis fidei Symbolis manum admovere. Athanaſius epiſt. ad Jovian. apud Theod. l. IV. c. 3. f. m. 662. C. *Sancti patres noſtri*, ſcribit, *Nicænain Synodo convenientes, & Arianam hæreſin anathemate damnarunt, τὴν δὲ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πίστιν ὁμολόγουν ἐγγράφως, & Eccleſiæ Catholicæ fidem communi ſententia conſcripſerunt.* Confer verba Patrum Ariminenſium apud eundem lib. II. c. 15. f. 611. D. 614. A. vulgaris traditio eſt, Symbolum, quod Athanaſianum appellatur, ab Athanaſio, cum Treveris exularet, fuiſſe compoſitum, uti videre eſt apud Voſſ. de Symbol. diſſert. II. c. 1. Concilij Patres Conſtantinopolitani, referente Socr. lib. V. hiſt. c. 8. f. m. 265. *Nicænam fidem denuo confirmarunt*, ſcilicet augendo quidem, ſed non novis

novis dogmatibus additis, utpote vetuſtis tantum declaratis. Confer Soz. lib. VII. c. 7. & c. 9. Qui vero nominatim fuerit, vel fuerint ille, vel illi Epiſcopi, qui Symbola in ſpecie concinnarint, id ego de omnibus in probatis hujus ſeculi ſcriptoribus expreſſum non inveni; Chriſt. Sandius l. 2. hiſt. Eccleſ. enucl. p. 25. aſſerit, *Symbolum Apoſtolicum in Concilio Nicæno eſſe compoſitum ab Arii homodoxis, Symbolum autem modernum Nicænum compoſitum fuiſſe ab Oſio Cordubenſi, Alexandro Alex. Marcello Ancyrano, & Euſtathio Antiocheno, Homouſianis & Sabellianis, ſeu Samoſatenianis.* Sed nullo id antiquitatis teſtimonio probat. Id certum eſt, quod non únius, & ſólius Romani Epiſcopi fuerit, Symbola talia componere, & aliorum conſcientiis credenda & amplectenda dictitare; Tale quid enim nuſpiam hiſtoricorum probatorum & veterum legitur. Licet enim fuiſſent, qui ſuas confeſſiones ipſi obtuliſſent, ut de Athanaſio fertur, quod ſcripto Symbolo Julio Epiſcopo R. rationem fidei adverſus calumniam reddiderit, hoc tamen plus non probat, quam fratrem apud fratrem ſiniſtram ſuſpicionem diluiſſe, quod nullam infert jurisdictionem.

§. 26. *Norma* Symbolorum componendorum ſit ſcriptura ſacra, cui conſentire ea debent. In Synodo Nicæna, & Symbolo concinnando laudabilis adhortatio fuit Conſtantini M. ad Epiſcopos: *ἐκ τῶν θεοπνεύστων λόγων λάβωμεν τῶν ζητουμένων τὴν λύσιν quæſitorum explicationem ſumamus ex verbis divinitus inſpiratis.* Theod. lib. I. c. 6. f. m. 542. A. Id quod etiam factum eſt, teſte eodem in literis ad Alexandrinam Eccleſiam. Poſtquam enim adverſus Arianos queſtus fuiſſet contra *ἀναιτίαν ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς καὶ τῇ ἀγίᾳ πίστει φθεγγομένους τι καὶ πιστεύειν ὁμολογοῦντας contraria divinitus inſpiratis ſcripturis & ſacroſanctæ fidei proferentes, & credere ſeſe profitentes*; Subjungit quid contra Nicæni orthodoxi patres fecerint, nempe quod *unam omnes & eandem fidem, ἣ καὶ ταῖς ἀληθείαις καὶ ἀκριβείαις τῷ θείῳ νόμῳ πόρρω πίστις εἶναι, quæ juxta veritatem & examen divinæ legis ſola fides poteſt eſſe, unanimi ſententia confirmarint.* Socr. lib. I. c. 9. f. 30. Agnoverunt hanc normam etiam Orientales Epiſcopi, quando in prolixa ſua confeſſione Symbolica, ad Occidentales miſſa, ſub finem ſcribunt: Catholicum Orientalium de Chriſto dogma *μαρτυρόμενον ἀβιάστως ὑπὸ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν divinarum ſcripturarum* teſti-

Norma.

teſtimonio confirmatum eſſe. lib. II. c. 19. Neque aliter Occidentales, Damaſus, & reliqui in Synodo Romana congregati: *Credimus*, profitentes, *ſanctam fidem noſtram ἐκ τῆ διδαχαὶ ἐξ τῶν Ἀποστόλων ἐμπεριωθεῖσαν in Apoſtolorum doctrina fundatam.* Sic illi in Synodica ad Illyricos. Theod. lib. II. c. 17. Athanaſij confeſſione fides Nicæna *ἐκ τῶν θείων γραφῶν γινώσκεται τε καὶ ἀναγινώσκεται ex divinis ſcripturis cognoſcitur & legitur*, uti loquitur in epiſtola ad Jovianum Imp. Theodor. lib. IV. c. 3.

Termini. §. 27. Diſtinguendum vero eſt inter ſcripturæ *ῥητὸν καὶ διάνοιαν verba & mentem*; Neque enim hoc volumus, quod mera tantum ſcripturæ verba, ſed quod ſaltem mens & ſenſus ſcripturæ in Symbolis debeant contineri; Hujus ſententiæ fuit Synodus Nicæna; Cum enim Ariani, verſipelles hæretici, ſub ambiguis loquendi formulis laterent, & orthodoxis illuderent, placuit Symbolo inſeri vocabulum *ὁμοούσιον*, quod quidem totidem literis & Syllabis in ſcriptura non legitur, legitur tamen ſenſu. Id vocabuli deinde in omnibus Symbolis orthodoxis continuatum eſt, nominatim in Conſtantinopolitano. Ariani indigniſſimè id ferebant, quippe quod ipſis non amplius liceret ſub æquivocis vocibus & phraſibus latitare, & eo allaborabant, ut vel aliud vocabulum ſubſtitueretur, nempe *ὁμοιούσιον*, vel *ἑτερούσιον*, vel *ἀνόμοιον*, vel omnes hi termini ſimul omitterentur, nec alia, quam ſcripturæ, verba in Symbolis legerentur. Digna ſunt verba cordatiſſimi Athanaſij, quæ habet de Syn. Nic. decret. t. 1. f. 267. A. Quæ à Synodo, *dicentis*, „ ſunt ſcripta, & ſtatuta, contra eos, ſi quis diligenter excutiat, inve„ niet in iis abſolutiſſime ſenſum veritatis contineri, & cauſam uten„ di iſtiusmodi vocabulis recta ratione niti, ſi diligenter audiantur. „ Cauſa autem huiusmodi fuit, cum Synodus in hoc eſſet, ut Ariano„ rum impia vocabula tolleret, & voces adhibere vellet, quæ ſine con„ troverſia ſacrarum literarum eſſent, nimirum, eum Filium eſſe, & „ nequaquam ex non Entibus eſſe, ſed ex Deo, eumq; & verbum eſſe „ & ſapientiam, & nequaquam creaturam, aut facturam, ſed germen „ proprium ſui patris, Euſebiani pro inveterata ſua & prava opinio„ ne volebant illud, ex Deo eſſe, commune eſſe, & ad homines quo„ que pertinere, neque quicquam Chriſtum eo nomine à nobis dif„ ferre, eò quod ſcriptum eſſet: Unus Deus, ex quo omnia. Et rurſum:

ſum : Vetera tranſierunt, ecce nova facta ſunt omnia, omnia vero " ex Deo. Ibi Patres animadverſa illorum fraude & impietatis va " fritie, evicti ſunt clarioribus verbis exponere, quid ſit ex Deo eſſe & " ſcribere, Filium ex ſubſtantia Dei eſſe, ne ex Deo eſſe, & commune, " & æque ad filium & creaturas pertinere, exiſtimaretur. (loquitur " autem de fide Nicæna.) & f. 268. A. *Ideo enim ſacroſancta Synodus liquidius dixit, eum ex ſubſtantia patris eſſe, ut alius à natura rerum conditarum crederetur, cum ſolus ſit revera ex Deo, & ut nulla deinceps occaſio hominibus impiis ad fraudem relinqueretur. Hæc igitur ratio eſt, cur filium ex ſubſtantia patris ſcriptum eſſe voluerint.* confer quæ ex eodem allegat Theodor. lib. 1. c. 7. f. m. 543. ſeqq: Objiciebant Ariani 1 Tim. VI. 20. profanas vocum novitates eſſe fugiendas. Reſp. Hilarius ad Conſt. Auguſt. f. m. 202. D. *Novitates vocum, ſed profanas, devitari jubet Apoſtolus. Tu cur pias excludis? cum præſertim ab eo dictum ſit: omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt. Innaſcibilem ſcriptum nusquam legis: Nunquid & hoc negandum erit, quia novum eſt? Decernis ſimilem Patri Filium, Evangelia non prædicant. Quid eſt quod non refugis hanc vocem? In uno novitas eligitur, in alio ſubmovetur.* Quia hæretici novas fraudes excogitant, igitur opus eſt, ut Eccleſia etiam de remediis novis cogitet: *διδασκαλίαι καιναὶ καινῶν πραγμάτων ἀπαγγελτικαί doctrinæ novæ novarum rerum annunciatrices ſunt:* ait Cyrillus Cat. I I. Myſt. f. m. 231. vide Eſpenc. f. 303. opp. ex profeſſo.

§. 28. Non neceſſe eſt, Symbolis omnes inſeri articulos fi- Contenta.
dei, ſed ſufficit eos interdum ſolos exprimi, quos præſentis Eccleſiæ neceſſitas & utilitas requirit. Apparuit in Symbolo Nicæno, utpote in quo de illis præcipue articulis fiebat mentio, de quibus inter orthodoxos & heterodoxos potiſſimum controvertebatur. Controvertebatur de ὁμουσίᾳ Patris & Filij, quare hæc in confeſſione exprimebatur; *Symbolum noſtræ fidei eſt conſubſtantialis Trinitas, Deus verus, ex Maria genitus homo; qui autem iſtis non aſtipulatur, anathema eſto.* Scribit Athanaſius in epiſtola Catholica t. 1. f 570. unde *Symbolum* (Nicænum) *Trinitatis* appellatur ab Optato Milev. lib. I I. contr. Donatiſt. p. 49. Tale erat & Athanaſij de incarnatione Filij Dei. t. 2. f. 30. Contra de Spiritu Sancto quæſtio non erat, quare *ſententia de Spiritu Sancto ἐν παραδρομῇ κεῖται in tranſcurſu, ſine omni di-*

ligentia posita est, propterea quod nondum mota esset quæstio, sed adhuc credentium mentibus securus, ac nullis objectus insidiis, ineſſet de Spiritu Sancto intellectus : ſcribit Baſil. epiſt. LXXVIII. f. 891. A. Confer ep. LX. ſub finem; & ex reliquis vetuſtioribus Epiphanium hæreſ. LXXIV. Hieron. de error. Orig. t. 3. f. 87. A. *confeſſi ſunt* (Nicæni, ait) *quod negabatur* (ὁ μονοὺσιος Filii Dei) *tacuerunt* (de Spiritu Sancto) *de quo nemo quærebat.* Ex recentioribus Eraſmum præf. in Hilar. & Dionyſ. Petav. de Trin. lib. 1. c. 14. §. 14. ſed cautè legendos.

Inferenda. §. 29. Cum vero inſerendi ſint ij articuli, qui potiſſimum controverſi, neceſſarij, & utiles ſunt, male fit, ſi, his omiſſis, illorum ſolum mentio fit, de quibus controverſia non eſt. Ars hæc Hæreticorum hujus ſeculi fuit, ut Symbolis ſuis ea inſererent dogmata, quæ in controverſiam non veniebant, vel certè iis uterentur formulis, ſub quibus uterque, & orthodoxus, & heterodoxus ſenſus locum habere poterat. Tales erant confeſſiones Antiochenorum Arianorum, de quibus Socratis judicium eſt, quod quidem *nihil reprehenderint eorum, quæ apud Nicæam decreta fuerant, revera tamen id egerint, ut conſubſtantialis fides ſubverteretur.* lib. II. hiſt. c. 10. Rectè judicat; omiſerunt enim in his confeſſionibus ſuis ὁ μονοὺσιον Patris & Filij, de qua quæſtio erat; & inſeruerunt, quod Chriſtus *ſit Filius Dei unigenitus, ante omnia ſecula ſubſiſtens, manensq; cum Patre, qui ipſum genuit &c.* Item, quod ſit *Filius Dei, per quem omnia facta ſunt, genitus ex Patre ante omnia ſecula, Deus ex Deo, totus ex toto &c.* Ejusdem farinæ eſt & ea confeſſio, quam Orientales Crypto-Ariani ad Occidentales miſerunt, multis quidem verborum phaleris exornata, ſed mutila, ubi maximè integra eſſe deberet, nempe in termino ὁ μονὸσιον, quo caret. Unde nec Occidentales Epiſcopi confeſſionem iſtam admiſerunt. Socr. lib. II. c. 19. Neque minus fugienda ſunt in Symbolis, imò in toto Syſtemate Theoloxico, otioſa, & inutilia, id quod monet Baſilius reg. moral. XXV. t. 2. f. 306. Et probat ex monito Apoſtolico 2. Tim. II. 14. Matth. XII. 36. Epheſ. IV. 29.

Theſis & antitheſis. §. 30. Perfecta Symbola theſin & antitheſin complectuntur. Præclarè Hilarius lib. VIII. de Trin. f. m. 98. *Duplex*, ait, *nobis in refellendis eorum vaniloquiis cura eſt, ut primum quæ ſunt ſancta, & quæ perfecta, & ſana doceamus, neq; ſermo noſter per deflexum quos-*

dam

dam atq; an fractus oberrans, ex devio atq; erraticis curriculis emergens, veritatem potius quærat quam oſtendat: tum deinde, ut quæ ab illis inanium ac fallacium ſententiarum argutiis ad ſpeciem veri blandientis aptantur, ea ipſa conſcientiæ omnium ridicula eſſe & inepta pandamus. Non enim ſufficit nobis docuiſſe quæ pia ſunt, niſi piißima ea eſſe per id intelligantur, dum quæ impia ſunt refelluntur. Adde his congrua l. 1. f. 9. Exemplum præbet Symbolum Nicænum. Poſtquam enim theſis orthodoxa fuiſſet explicata, ſequebatur antitheſis: *Eos autem qui dicunt: erat, quando non erat, & antequam fieret, non erat, &c. hos anathemate ferit Catholica & Apoſtolica Eccleſia.* Sic Cyrillus, expoſita theſi vera, ſubjungit antitheſin; *Obmuteſcat omnis hæreſis, quæ diverſos factores & mundi conſtitutores inducit. Obmuteſcat lingua, quæ Chriſtum filium Dei blaſphemat. Obmuteſcant, qui dicunt, ſolem eſſe Chriſtum, ſolis enim ille opifex eſt, non eſt autem ſol hic apparens. Obmuteſcant, qui dicunt hunc mundum angelorum eſſe opificium, qui unigeniti dignitatem abripere volunt.* Catech. XI. f. 102. A. Atque hoc neceſſarium eſt propter hæreticorum fraudulentiam & impudentiam, dicentium, theſi aliqua ſeſe non feriri: *Quia aut hæreſis ſuſcipienda eſt, ut Catholici dicamur, aut vere Catholici non futuri, ſi hæreſin non repudiamus, ad hanc tractatus conditionem neceſſitate deſcendimus, qua Zabolicum virus ſub modeſtia religioſæ venerationis ſepultum, in medium proferre nos convenit, ut & malum, quod ſub opinione verborum ſimplicium latet, deprehendatur, & mendacio detecto, veritas intercluſa reſpiret. Deſtruenda ſunt enim aliena, ut noſtris credatur, noſtris autem, niſi ea fuerint deſtructa, ut ſolus credi debeat, non ante credendum video. Igitur niſi hæreſin Zabolica fraude cæcatam proferre in conſcientiam publicam poßim; tamen dum de ipſa mihi ſermo eſt, dans fidei meæ pignus, Catholicum me probabo, probatum quidem (ut ſpero) Deo primum, dein conſcientiæ, ſed & his probandum, quos aut metus, aut ſeculi ambitio non vicerit.* verba ſunt Phœbadii adverſ. Arian. f. m. 3. c. 1. & 2. Neque ſufficit interdum unum antitheſis extremum feriiſſe, ſed opus eſt etiam alterum damnare, quandoquidem inter duo extrema conſiſtat media orthodoxia, & periculum eſt, ne, dum unum extremum damnamus, in alterum declinaſſe videamur. Intellexerunt hoc Patres Conſtantinopolitani in ſua Synodica, dum profitebantur credentes *unam divinitatem, & potentiam, & ſubſtan-*

tiam Patris & Filij & Spiritus Sancti, æqualemq; dignitatem, & imperium coæternum, in tribus perfectis hypostasibus, sive in tribus perfectis personis: Atque hæcita, *ut neq; Sabellij pestis locum inveniat, qua hypostases confundantur, tollanturq; proprietates*: *Neq; Eunomianorum, Arianorumq;, & eorum qui spiritum sanctum oppugnant, vires habeat blasphemia, quæ substantiam seu naturam, & divinitatem discindit, atq; increatæ & consubstantiali & coæternæ Trinitati posteriorem quandam aut creatam, aut diversæ substantiæ naturam inducit.* vide Theod. lib. V. c. 9. f. m. 716. D. Noverant prudentissimi & experientissimi confessores calumniam Arianorum & Eunomianorum, quod orthodoxos, ὁμοούσιον statuentes, & ἑτερούσιον, ὁμοιούσιον, ἀνόμοιον damnantes, in suspicionem Sabellianismi adducere allaborarint: Quare utrumq; extremum à sese amoliebantur: Atque tale quid fecit etiam Ambrosius lib. 1. de fid. c. 1. f. m. 76. K. dum, unitatem Dei professus, addidit antithesin gentilismi, Judaismi, Sabellianismi, Photinianismi, Arianismi.

Ordo. §. 31. Ex dictis patet, Symbola habere suam œconomiam seu ordinem. Cyrillus, uti verba allegavimus, ædificio ordinato eadem comparat, dum articuli quoque fidei ordine dispositi sunt in Symbolis, sicut conclavia in ædibus. præfat. Catech. f. 16. A. Talem ordinem in suis orationibus observabat Constantinus M. referente de vit. ejus Eusebio lib. IV. c. 29. f. 540. B. quomodo (ut tum quidem necessitas requirebat) initium differendi fecerit ab Elencho Ethnicismi, & progressus fuerit ad articulum de Deo; de œconomia, seu de filii Dei incarnatione & merito; de Anthropologia, seu officio hominis. Etiam Hilario curæ fuit, ut ordine ageret de fidei articulis; *Primum* enim, scribit, *ita totius* (de Trinitate) *operis modum temperavimus, ut aptissimus legentium profectibus connexorum sibi libellorum ordo succederet. Nihil enim incompositum indigestumq; placuit afferre, ne operis inordinata congeries rusticum quendam tumultum perturbata vociferatione præberet.* lib. 1. f. 7. Prudentius, poeta licet, tamen methodice cecinit de dogmatibus, nempe de hominis creatione, lapsu, restitutione, & similibus, καθημ. hymn. III. v. 95. seqq. Examinentur Symbola, Apostolicum, à Patribus huius seculi commentariis illustratum, Nicænum, Constantinopolitanum, alia, apparebit, in omnibus concinnam aliquam methodum observatam fuisse. §. 32.

Digitized by Google

Tempus.

§. 32. An in Symbolis etiam *temporis* mentio ſine præjudicio fieri poſſit? videtur quod non; Athanaſius enim Arianos non parum exagitavit in eo, quod fidei ſuæ confeſſioni diem & conſulem addidiſſent. *Nam cum eam*, dicens, *fidem perſcripſiſſent quam ipſi amplecti volebant, conſulatum præſentis anni, & menſem, ac diem prænotaverunt, ut omnibus prudentibus viris palam facerent, fidem ipſorum non olim, ſed nunc primum ſub Conſtantio, initium accepiſſe.* referente Socrate lib. II. c. 37. f. m. 134. C. Sed materialis hæc conſequentia eſt, quæ tum valet, cum confeſſores conſenſu antiquitatis, & auctoritate ſcripturarum deſtituuntur; non formalis; Secus & Nicæna fides, ſeu Symbolum recens fuerit, quandoquidem deſcribatur à loco, ubi concinnatum & promulgatum, & à tempore, quando id factum, nempe imperante Conſtantino M. Ita deſcribitur in epiſtola Synodica Nicænorum ipſorummet, miſſa ad Ægyptios, apud Socr. lib. I. c. 9. f. m. 27. D. *Quando quidem Deo optimo maximo, eiq; carißimo Principe Conſtantino, nos ex diverſis civitatibus ac provinciis congregante, ſacra & magna Synodus Nicæa celebrata eſt, prorſus neceſſarium duximus, ab univerſo ſacro concilio etiam ad vos literas mitti*; In quem ſenſum idem Symbolum hinc inde deſcribitur.

Finis. didacticus, & Elenchticus

§ 33. *Finis* Symbolorum, poſt gloriam Dei, ratione hominum eſt vel didacticus, vel Elenchticus; *Didacticus*, docent enim Symbola, quid credat Eccleſia, atque hoc ſenſu interdum etiam *apologeticus* eſt adverſus calumnias adverſariorum, ſiniſtre dogmata orthodoxorum interpretantium. *Elenchticus*, arguant enim, & refutent heterodoxiam; utrumque finem expreſſit Phœbadius in συμφωνίσι ad Patres Nicænos: *Quid egiſtis*, interrogat, *ò beatæ memoriæ viri, qui ex omnibus orbis partibus Nicæam congregati, & ſacris voluminibus, perfectam fidei catholicæ regulam circumſpecto ſermone feciſtis, dantes bene credentibus communia fidei dexteras, errantibus vero formam credendi.* adv. Arian. c. 9. p. m. 10. In ſpecie quod *didacticum* attinet, Symbolum eſt διδασκαλία τῆς πίστεως *doctrina fidei*, juxta Cyril. Cat. V. f. 45. ejusdemque σφραγὶς *ſigillum*, ſicut idem vocat, Cat. IV. f. 30. & Opt. Milev. lib. II. p. 48. ἀληθείας σύνταγμα *veritatis libellus*, uti appellant orthodoxi Ariminenſes, apud Theod. l. 2. c. 15. f. 613. καινὴ πίστεως regula fidei f. 611. D. Quod item *Elenchticum*. Nam Nicæni

Nicæni Symbolum condiderunt, ut esset μηχάνημα κατὰ τῆς Ἀρειανοκαπηλείας, *instrumentum adversus Arii malitiam*, juxta Theod. l. 2. c. 18. hist. & Damasus in Synodica vocat *murum adversus Diaboli arma, & antidotum adversus lethifera venena.* c. 17. ut, qui in *Arianam hæresin lapsi essent, resurgerent, & auctores ejus deprehenderentur*, uti explicat Athanasius in literis ad Afros, t. 1. opp. f. 931. & epist. ad Jovian. apud Theodor. l. IV. f. 662. C. *Sancti patres nostri Nicæna in Synodo convenientes, ut diximus, & Arianam hæresin anathemate damnarunt, & Ecclesiæ Catholicæ fidem communi sententia conscripserunt, ut hac ubiq; prædicata extingueretur hæresis flamma, quam hæretici suscitarant.* Hæc ille. *Ideo*, ait Cyrillus, nempe propter Hæreticos cavendos, *& fidei doctrina traditur, & ejus expositiones fiunt.* Cat. IV. f. 24. B. Dumq; aliquis etiam Elenchticus finis est, etiam *distinctivus* erit, ita ut per Symbola orthodoxi ab heterodoxis, & vice versa, distinguantur, id quod vel unica vox, Symbolum, superius ex Ruffino expositа, evincit. Atque hoc fine Symbola ad *subscribendum* proponebantur, ut orthodoxi ab Heterodoxis discernerentur.

Effectus ex parte Eccle-siæ vel per se.

§. 34. Fines hi, executioni dati, sunt *effectus* Symbolorum; qui distingui possunt in effectus per se, & per accidens. *Effectus per se* est ex parte veræ Ecclesiæ informatio & confirmatio orthodoxorum; heterodoxorum vero vel conversio, vel confusio & remotio, & quæ porro his connexa sunt. Apparuit hoc in Symbolo Nicæno; Detexit enim, qui ὁμοούσιον statuerent, quique eam repudiarent. *Hanc fidem* (Symbolum Nicænum putat) *trecenti quidem & octodecim antistites probaverunt, & amplexi sunt, atq;, ut Eusebius scribit, uno omnes ore & in unam sententiam conspirantes conscripserunt.* verba sunt Socratis lib. I. hist. c. 8. f. 23. A. pergit narrando, & addit: C. *quam ob causam Synodus quidem Arium, & omnes qui cum eo sentiebant, anathemate percussit; adjecto insuper ne Alexandriam ingredi ei liceret. Imperator vero tum Arium ipsum, tum Eusebium ac Theognin exilio multavit.* *Effectus* vero per *accidens*, vel potius eventus, sunt adversariorum odium, & persecutiones adversus orthodoxos, tumultus, calumniæ, discordiæ, & similia vitia. Exemplum esto illud ipsum Symbolum Nicænum, & in eo vocabulum ὁμοούσιον; Hujus enim gratia Ariani, & quotquot porro ὁμοουσίας (inter Trinitatis personas) erant adversarii, Tyria maria commoverunt, nec destiterunt,

vel per accidens.

donec

Digitized by Google

donec omnia turſum deorſumque volverentur. Nihilominus orthodoxi terminum mordicus, nec immerito, tenuerunt. Apparuit in Arianis, cum Conſtantio concilium colligendum Arimini ſuaderent & perſuaderent. *Fidei enim propugnatoribus expulſis, rati jam, qui Imperatoris animum pro arbitrio inflectebant, per facile ſibi eſſe contrariam ſuæ fidem evertere, Ariiq; doctrinam ſtabilire, Conſtantio perſuadent, ut Orientis Occidentiſq; Epiſcopos Arimini convocet, præciperetq; ſubſtantiæ & conſubſtantialis vocabula, quæ velut machinæ quædam adverſus Arij præſtigias à patribus excogitatæ fuerant, ex fidei formula tolli.* referente Theod. lib. II. c. 15. ſ. m. 611. B.

§. 35. Apud adverſariorum Symbola contrarii ſunt, ut fines, ita etiam effectus, ſi rem ipſam ſpectes. Finis enim & effectus per ſeſe eſt aſſertio heterodoxiæ, & deſtructio orthodoxiæ: Per accidens eſt damnum heterodoxiæ, & confirmatio orthodoxiæ. Apparuit in concilio Pſeudo-Nicæno, ſeu ſecundo. Hic loci Ariani concilium congregarunt, & in eo Symbolum condiderunt, eo fine, ut pro vero Nicæno incautis ſupponeretur, ſeu, ut hiſtoricus loquitur, *ut quam ipſi dudum adverſus pietatem machinam excogitarant, abſolverent atq; perficerent, detractiq; de fidei formula vocibus ſubſtantiæ & conſubſtantialis, harũ loco ſimile ſubſtituerent.* Theod. l. II c. 16. f. 615. C. Hoc vero multum hæreſi profuiſſet, Eccleſiæ vero nociſſet. Cæterum Deo dirigente bono Eccleſiæ ceſſit; dum Romana Synodus fraudem iſtam Hæreticorum maturè detexit. c. 17. Et ex parte adverſariorum.

§ 36. *Auctoritas* Symbolorum, formaliter acceptorum, non eſt divina, ſed Eccleſiaſtica. Ratio iſtius eſt, quia ſub hac forma non ab ipſo Deo, vel θεοπνεύστοις viris, ſed ab hominibus vulgaribus concinnantur, & proponuntur; Hujus ratio eſt, quia Eccleſia poteſt formulam credendi dictitare iis, qui ſecum velint in eodem corpore Eccleſiaſtico vivere. Prius apparuit in repudio eorum Symbolorum, quæ ab heterodoxis erant compilata. Cum Ariminenſes Ariani Symbolum condidiſſent, in quibus Arii hæreſin ſtabilire allaborabant, omiſſis vocabulis ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον, orthodoxi ſubſcribere illi noluerunt, Nicæno firmiſſimè adhæreſcentes, id quod teſtabantur literis ad Imperatorem ſcriptis, apud Theod l. b II. c. 15. Synodus item Romana, in Synodicis ad Illyrici Epiſcopos. c. 17. Nec non Athanaſius in epiſtola ad Afros. c. 18. *Poſterius* elucet ex Sym- Auctoritas formalis.

boli & Synodi Nicænæ actis. Nam quotquot illud non acceperunt, pro membris, vel miniſtris Eccleſiæ orthodoxæ non ſunt habiti. *Aut repudiate Nicænum concilium* (Symbolum,) *aut ut Hæreticiſta inferte; Aut ſi vultis filij Patrum* (adeoque fratres orthodoxorum) *eſſe, μὴ φρονεῖτε παρ' ἐκεῖνα, ἅπερ ἔγραψαν αὐτοί, ne ſentiatis diverſa ab iis, quæ Patres ipſi conſcripſerunt.* Scribit Athanaſius ad Epictetum contra Hæret. epiſt. t. 1. f. 584. C. Cum nonnulli Ariani Epiſcopi Symbolo Nicæno ſubſcribere nollent, ſedibus ſuis moti, & ab Eccleſia ſeparati ſunt, auctoritate Imperatoris, & ſuffragio concilii. Socr. lib. I. c. 8. p. 23. Ubi vero poſtea ſubſcripſerunt, ut Euſebius & Theognis, recepti ſunt. c. 14.

Materialis. §. 37. *Materialiter* vero accepta, quædam Symbolorum fidem merentur divinam, eandemque habent auctoritatem; Sunt autem talia ea, quæ in S. literis fundata ſunt: Quale fuit Nicænum; Iſtud confirmant verba Cyrilli Cat. V. f. m. 45. A. *non enim*, ratiocinantis, *ab hominibus compoſitæ ſunt res fidei, ἀλλ' ἐκ πάσης γραφῆς τὰ κυριώτατα συλλεχθέντα, ſed ex omni ſcriptura, quæ ſunt potiſſima, unam replent fidei doctrinam.* Si non ab hominibus, ergo ex Deo, cujus ſcriptura verbum eſt. Idem proinde Symbolum confert *theſauro vitæ*, hominibus *tradito, quem Dominus, poſteaquam apparuerit, tanquam depoſitum, requiſiturus ſit.* l. c. Hoc, quod tale fuerit Nicænum, patebit paulo poſt ex elogiis & æſtimio ejusdem recenſendis. Unicum teſtimonium præmittamus, nempe Athanaſij ex epiſtola ad Jovianum Imp. cum vult in fide Nicæna perſeverari *ὡς θείᾳ καὶ ἀποστολικῇ ut divina & Apoſtolica.*

Explicatio. §. 38. Ne vero quis cæco auſu Symbola vel recipiat, vel repudiet, opus eſt, ut prius ſenſum eorum, & fundamenta accuratè ſcrutetur. Symbola quidem debent perſpicuè & ſine ambiguitate concipi; *Apoſtolus Paulus in præſcribenda Eccleſiaſticæ vitæ forma ne Diaconos quidem bilingues, ne dum Epiſcopos, eſſe voluit*, ait Athanaſ. decr. Syn. Nic. t. 1. f. 252. D. Et pura ea eſſe Nazianzenus vult ſub Symbolo agni paſchalis non elixi, ſed toſti, orat. XLII. 687. Attamen fit, vitio vel verborum, vel hominum, ut obſcura & ambigua fiant, quare opus eſt, ut mentem eorum genuinam prius explores. Obſervavit hoc Euſebius Cæſareenſis. Cum enim juberetur Symbolo Nicæno ſuum quoque nomen dare, prius vim vocabuli ὁμοού-

σιον

non doceri voluit, quo ſenſu acciperetur; *Cum hæc ab illis dictata eſſet fidei formula, id quod ab illis dictum erat, ex ſubſtantia Patris, & conſubſtantialis, οὐκ ἀνεξέταστον αὐτοῖς καταλιμπάνομεν, non abſq; examine præter miſimus*: ſcribit ipſe Euſebius de ſemet apud Socr. lib. I. c. 8. f. 25. D Cumque genuinum & commodum ſenſum vocis didiciſſet, *διόπερ τῇ διανοίᾳ καὶ αὐτοὶ συντιθέμεθα: quamobrem & nos huic notioni aſſenſum præbemus*: idem in ſeqq. addit. confer lib. II. c. 21. Theodor. lib. I. hiſt. c. XI. f. 555. Hoc fine Symbola explicabantur; Cyrillus commentarios ſcripſit in Catecheſes Illuminatorum, & myſtagogicas; E.g. de Deo; *Non* enim *ſolum in unum Deum oportet credere, verum etiam Patrem eundem eſſe unigeniti Filii, Domini noſtri Ieſu Chriſti.* ait Cat. VII. f. 64. Euſebius Cæſareenſis de Eccleſ. Theol. lib. I. c. 8. Symboli explicationem ſcripſit; Ruffini quoque expoſitio nota, & Epiphanii hæreſ. XXXI. f. m. 95.

§. 39. Multiplicem tales expoſitiones *uſum* habent, ex parte orthodoxorum genuinum Symbolorum ſenſum, ut ille ab adverſariorum calumniis, Pſeudhermeniis, & ſiniſtris ſuſpicionibus vindicetur. Hunc uſum habuit expoſitio Euſebiana, paulo ante laudata, cum nonnulli ſenſum vocis ὁμοούσιον calumniati fuiſſent, tanquam ſignificaret *partem patris, modum corporalem* &c. Socr. lib. I. c. 8. f. 25. expoſitio iſtas calumnias diluebat: ut Euſebius ſcriberet: *Quod quidem cum ita expoſitum fuiſſet, jure merito approbandum eſſe cenſuimus.* l. c. Quadrat in orthodoxos, quod Sirmienſes de ſua expoſitione ſcribunt: *Hæc poſt fidei formulam brevi compendio antehac editam, fuſius exponere coacti ſumus, non inani ac ſuperflua ambitione impulſi, ἀλλ' ἵνα πᾶσαν τὴν κατὰ τῆς ἡμετέρας ὑπολήψεως ἀλλοκρίαν ὑποκαθάρωμεν ὑποψίαν παρὰ τοῖς τὰ καθ' ἡμᾶς ἀγνοοῦσι: Sed ut omnem de fide noſtra ſiniſtram ſuſpicionem apud eos diluamus, qui ſententiam noſtram penitus ignorant* &c. Socr. lib. II. c. 19 f. m. 101. A. Neque excuſati ſunt heterodoxi, ſi, parata expoſitione, obſcuritatem alicujus Symboli pertinaciæ ſuæ prætexunt, judicio Athanaſij de Synod. t. I. f. m. 914. D. *Inquiunt*, Hæretici, *obſcura eſt iſtiusmodi vocum ſignificatio; Et quia non aſſequantur vocabuli interpretationem, ideo ſeſe abdicare has dictiones*; Sic eorum verba refert Athanaſius; *Sed*, reſpondet, *ſi vere dicerent, non debebant dicere, has voces rejicimus; ἀλλ' ἀξίουν μαθεῖν παρὰ τῶν εἰρημένων, ſed cupimus earum interpretationem*

Vſus.

à peritis condiſcere. Dat inſtantiam à S. literis, *alioqui*, dicens, *deberent, quæcunq; in SS. literis non intelligerent, rejicere, & criminari earum ſcriptores.* Ex parte igitur heterodoxorum uſus eſt ille, ut quæ involutius & obſcurius ab ipſis dicta ſunt, dilucidius aperiantur. Solent Hæretici Symbolis etiam orthodoxis interdum ſubſcribere, ſed ſuo, i.e. perverſo ſenſu intellectis; ita ſubſcripſerunt Nicæno Arius apud Socr. lib. I. c. 25. f. 61. A. Ætius, c. 35. f. 129. C. Acaciani. l. 3. c. 25. Macedoniani; lib. 4. c. 12. f. 220. D. Alij apud Theod. l. IV. c. 3. Sed produnt tandem fraudulentiam ſuam, cum perversè docent apertè, ut Ariani in Synodo Antiochena, Socr. l. 2. c. 8. & 10. Philippopolitana, c. 20. Seleucienſi. c. 39. Imprimis impetrata religionis ſuæ libertate, ut Macedoniani. c. 5. c. 4. confer Athan. d. Syn. Arim. f. 892. In Synodica Sardicenſi tales Arianorum æquivocationes facta Symboli expoſitione in lucem protrahebantur, ut quidem dixerint filium Dei, ſed *non verum filium; genitum*, ſed quod ſignificaret *creatum* &c. Theod. lib. II. c. 6. *Quia Hæretici blandis ac bonis verbis linguæq; facundia ſimplicium corda decipiunt, nomine Chriſti quaſi melle illita, impiorum dogmatum venenata jacula contegentes, de quibus omnibus ſimul Dominus ait:* (Matth. XXIV. 2.) videte ne quis vos fallat. *Ideo & fidei doctrina traditur, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐξηγήσεις γίνονται, & expoſitiones in eam inſtituuntur.* Scribit Cyrillus Catech. IV. f. m. 24.

Norma. §. 40. *Norma* exponendi, quatenus divina ſint, nec ne, eſt ſcriptura ſacra; quatenus vero ſenſui hominum congruunt, ſunt dicta vel ſcripta eorum, quorum ſunt Symbola. Cyrillus ſcribit: *Symboli capita μετὰ τῆς τῶν γεγραμμένων ἀποδείξεως cum ſcripturarum demonſtratione pro viribus explicabuntur.* Cat. IV. f. m. 30. A. Ruffinus, facta Symboli expoſitione, ſubjungit: *Hæc ſunt, quæ in Hieroſolymis, in Eccleſia Dei, à S. ſacerdote ejus Ioanne prædicantur: Hæc nos cum ipſo & dicimus & tenemus. Si quis præter hæc vel credit, vel docet, vel à nobis aliter credi, quam expoſuimus, putat, anathema ſit. Noſtræ ergo fidei documentum ſi quis habere vult, habeat ex his.* In invect. in Hieron. t. 2. f. 122. C.

Obligatio. §. 41. Ubi mentem Symbolorum exacte noveris, & ex Sacris literis vera illa & orthodoxa eſſe cognoveris, decet iis fidem deferre, & conſtanter iisdem poſthac inhærere: *Oportuerat enim,* ſuri-

ſcribente Hilario lib. ad Conſtant. f.m. 211. *humanæ infirmitatis modeſtia omne cognitionis divinæ ſacramentum illis tantum conſcientiæ ſuæ finibus contineri, quibus credidit: neq; poſt confeſſam & juratam in baptiſmo fidem in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti quicquam aliud vel ambigere, vel innovare.* Et Athanaſius in epiſtola ad Jovianum: *In hac fide* (Nicæna) *ut divina & Apoſtolica,* ἐμμένειν ἀναγκαῖον *neceſſario perſeverandum eſt.* Laudandique ſunt præter Athanaſium & alij orthodoxi Zelotæ, qui ſedulam operam dederunt, ut fides Nicæna conſervaretur. Athanaſius Tyrum concedere noluit, veritus, *ne quid illic contra decreta Nicæna Synodi innovaretur.* Socr. l. I. c. 28. Idem Alexandriam rediens *in ſingulis, per quas tranſibat, civitatibus, cunctos commonebat, ut Arianos quidem averſarentur, eos vero ſuſciperent* τὸ ὁμοούσιον ὁμολογοῦντας, *qui conſubſtantialis fidem profiterentur.* l. 2. c. 24. Alexander Epiſc. Conſtantinopolitanus ſalutatur φύλαξ τῶν ὅρων τῶν συνόδου *cuſtos eorum, quæ à Concilio* (Nicæno) *definita erant*; pro quibus precibus pugnavit adverſus Arium, donec hæreticus extingueretur lib. 1. c. 37. Occidentales Epiſcopi, cum ad aliam fidei formulam amplectendam ſolicitarentur, reſponderunt: *Nicænam fidem ſufficere, nec quicquam amplius curioſe inquirendum eſſe.* l. 2. c. 20. id quod in ipſis commendat Athanaſius epiſt. ad Antiochen. t. 1. f.m. 576. C. Confer exempla Luciferi Calaritani l. 3. c. 9. Hilarij c. 10. Damaſi, Theod. l. 2. c. 17. f.m. 617. Valentiniani & Valentis Impp. lib. IV. c. 7. Illyricorum. c. 8.

§. 42. Hoc fine neceſſe eſt, *una* eademque Symbola ſervari, ne temere ea, & ſubinde mutentur. Sardicenſium verba in præced. retulimus; quibus addimus Ariminenſium, quæ exſtant in literis ad Imperatorem apud Athanaſium t. 1. de Synod. Arimin. f. 877. C. Scribunt enim: καὶ τὸ προσθεῖναί τι σφαλερὸν, καὶ τὸ ἀφελέσθαί τι ἀπιόνδυνον ὑπάρχει: *Et addere* (Symbolo Nicæno) *aliquid temerarium eſt; & auferre periculoſum:* Addunt: *Quorum ſi alterutrum fiat, erit hoſtibus quidlibet agendi libera facultas.* Peccarunt in hoc puncto Ariani, quippe qui decies ſuas confeſſiones immutarunt, quod ipſis exprobrat Athanaſius, *Quis cum hominibus,* interrogans, *convenire velit, qui nec ſua ipſorum approbant? Nam qui in decem, eoq; pluribus, ut dictum eſt, Synodis ſuis aliàs alia ſcripſerunt, aperte docent, ſe ſingulas reprehendere.* In epiſtola ad Afros apud Theod. Vnitas.

lib.2.c.18.Nec placuit talis, imo tales variationes Sophronio, Pompejopolis in Paphlagonia Epiſcopo; dicenti: *Si propriam quotidie ſententiam exponere, id fidei expoſitio eſt, deſtituet nos regula veritatis.* Socr. lib.2. c. 40. f. m. 150. B. Neque Baſilio, ſcribenti ad Antiochenam Eccleſiam: *Fidem nos neq; recentiorem ab aliis conſcriptam acceptamus; neq; ipſi mentis noſtræ fœtus aliis obtrudere audemus, ne humana putentur pietatis verba, ſed quæ à ſanctis Patribus edocti ſumus, ea nos interrogantibus annunciamus.* epiſt.LX.t.2. f.835. D. Rationem reddit epiſt. LXXIII. f. 872. A. *Si alias licet atq; alias fidei confeſſiones conſcribere, & pro temporum varietate mutare, falſa eſt ſententia ejus qui dixit: unus Dominus, una fides, unum baptiſma.* Sic ille Monachis ſuis. f.872. A. Cyrillus eo progreditur, ut ſcribat: *Habere hanc* (Symbolicam) *doctrinam tanquam viaticum omni tempore vitæ, & præter hanc aliam non ſuſcipere decet:* μήτε ἂν ἡμεῖς αὐτοὶ μεταθέμενοι τῆς νῦν διδασκομένης ἐναντιολογήσωμεν; μήτε ἄγγελος ἐναντίος εἰς ἄγγελον φωτὸς μεταχωρήσῃ, *Nec ſi nos ipſi mutati contrarium his, quæ docemus nunc, aſtruamus, neq; ſi Angelus contrarius, in Angelum lucis transmutatus, ſeducere te voluerit;* Gal.I.v.9. Sic ille Catech. V. f. m.44. D. Confer Hilarium ad Conſt. f.m. 204.

Limitatio. §. 43. Hæc vero intelligenda ſunt de ſubſtantia & qualitate Symbolorum, minimè vero de quantitate; Licet enim Symbola mutare eatenus, ut ſicubi imperfecta ſunt, ſuppleantur, neceſſitate & utilitate Eccleſiæ ita exigente; vel explicentur, ſi quid obſcuritatis habuerint, vel controverſiæ. Perfectum cenſebatur Symbolum Nicænum, ſic, ut nihil addendum videretur; Et tamen Arianis illud perversè interpretantibus, & Macedonianis Deitatem Spiritus Sancti perſonalitatemq; negantibus, opus erat, ut explicaretur, & perficeretur. Alexander Epiſcopus Alex. explicatius proponit Symbolum in literis ad Conſtantinopolitanum, apud Theodor. lib.I.c.3.f.533.B.ſeq. Athanaſij de *incarnatione*, & de *fide Catholica* tractatus ſunt explicatiora Symbola Apoſtolicum & Nicænum. t.2.opp.f.m.30.& 31. Talis eſt & *expoſitio fidei* ejusdem.t.1. f.240.ſeqq: Hoc modo Baſilius quoque in libello de vera fide Symbolum auxit.t.2.f.254.C.ſeq. Gregorius Naz.orat. XL de Baptiſ. à Catechumenis plura alia, quam in Symbolo Nicæno continentur, requirit. Talis etiam eſt ſermo major Catecheticus Gregorii

Digitized by Google

Gregorii Nyſſeni t. III. opp. f. 43. ſeq. Item Catecheſes illuminatorum, & Myſtagogicæ Cyrilli. Ut πνευματομάχοι occurreretur, Synodus Conſtantinopolitana Nicæno Symbolo addidit, quæ de Spiritus Sancti Deitate & perſonalitate deſiderabantur: *Etiam Spiritus Sancti gloriam, utpote ſimilem atq; æqualem Patri & filio, ſancto Nicænæ fidei Symbolo adjecerunt, Gregorio Nyſſeno id quod illi deeſſet ſupplente.* Refert Niceph. Calliſt. l. XII. c. 13. Exemplum ſecutus eſt Damaſus. Nam in anathematiſmis ſuis primum hunc poſuit: *Quoniam poſt concilium Nicænum hic error emerſit, ut quidam ore profano dicere audeant: Spiritum ſanctum per filium factum eſſe, anathematizamus eos, qui non liberrimè prædicant Spiritum ſanctum unius ejusdemque cum Patre & Filio ſubſtantiæ ac poteſtatis exiſtere.* apud Theod. lib. V. c. 11. f. m. 720. A. Baſilius epiſt. 78. f. m. 891. A. vult articulum hunc adjectitium Catechumenis poſthac proponi ediſcendum & profitendum. *Neceſſarium eſt* (propter rationes præmiſſas) *ut adverſum eos, qui ſibi ipſi non parcunt, nec inevitabiles minas proſpiciunt, quas in blaſphematores Spiritus Sancti Dominus vibravit, hoc cautionis protendatur, ut anathematizent ipſi eos, qui Spiritum ſanctum creaturam eſſe dicunt.* Sic ille & plura alia in hunc ſenſum. Confer epiſt. CCCXXV. f. 1099. D. ubi Symbolo addi vult doxologiam de Spiritu Sancto. Et Spondan. an. 381. n. 4. Præterea etiam alia adjecta eſſe, collatio oſtendit. vide Voſ. diſ. 3. de Symb. §. IX. ſeqq. Huc pertinet illuſtris locus Epiphanii in Ancorato, f. m. 593 dicentis: *Quandoquidem noſtro ſeculo proruperunt aliæ quædam hæreſes, alia ſuper aliam, h. e. à tempore Valentiniani & Valentis regis, circa decimum regni ipſorum annum, & rurſus circa ſextum annum Gratiani h. e. nonageſimo anno Diocletiani tyranni; ea gratia vos & nos, & omnes orthodoxi Epiſcopi, & in ſumma, univerſa ſancta & Catholica Eccleſia, adverſus illas hæreſes, in hoc ſanctorum illorum Patrum* præſcriptam fidem ſequentes, ſic di- "cimus, præſertim his, qui ſacrum lavacrum accedunt, ut confitean- "tur, atque ſic dicant: Subjungit mox Symbolum, ſed multis modis auctum. Imo, ſi Euſebio fides habenda, jam Nicæni patres Symbolum vetuſtius auxerant. Sic enim refert ille in literis de Synodo Nicæna, memorans fidei formulam, antiquam ſcilicet, ſicut ab Anteceſſoribus acceperat Catechumenus, & alteram ἐν ταῖς ἡμετέραις φωναῖς περιέχας ὑπερβαλόντες ἐνεδείξαντο: quam *Epiſcopi* (Nicæni)

cæni) *quibusdam ad noſtram adjectis appendicibus promulgarunt.* Socr. lib. 1. c. 8. f. m. 24. A. Neque Hieronymus, neque idem ipſe Epiphanius, neque alii Anti-Origeniani, contenti erant confeſſione de reſurrectione carnis, ſed requirebant confeſſionem *hujus* carnis, quam Origeniſtæ negabant. vide Ruffinum invect. in Hieron. t. 2. opp. f. 221. A. Symbolo Aquilejenſi, quod expoſuit Ruffinus, Presbyter Aquilejenſis, *in diverſis Eccleſiis aliqua* mox initialibus verbis *inveniebantur adjecta* (ut ipſe ſcribit expoſ. Symb t. 2. opp. Hieron. f. m. 59. C.) Et quidem, ut paulo poſt addit, *propter nonnullos Hæreticos addita quædam videntur, per quæ novella doctrinæ ſenſus crederetur excludi.* Conferatur collatio à Ruffino inſtituta inter tria Symbola Romanum, Aquilejenſe, & Orientalium. Et quis neſcit Symbolo Apoſtolorum in Nicæno quædam acceſſiſſe? Ex dictis ſimul apparet, quod addidamenta debeant eſſe homogenea Symbolis: *Sicut enim ſemen dum creſcit, majus quidem è modico redditur, idem tamen eſt quod antea non immutatum genere, ſed perfectum ex incremento: ita & mihi eandem ſententiam quidem ſuis auctam profectibus, non autem quæ nunc eſt, ei quæ ab initio erat, adverſam eſſe arbitror.* ſcribit Baſilius ep. LXXIX. f. m. 895. D. Secus ſi fit, mirum non eſt, ſi quis Athanaſianus Zelotes dicat: *καλίγουν τῶν ἀγράφων condemno veſtrum illud addidamentum, idq; poſſum à vobis demonſtrare adjectum eſſe contra ejus ſententiam.* Athan. t 2. f. 210.

Objectio: §. 44. Neque eſt, cur dicas: quæ olim creditu & dictu neceſſaria non erant, hodie itidem non eſſe, quid igitur opus ſit Symbolorum augmentis & additamentis? Nam nec ante revelatum in carne Chriſtum, opus erat credere, & confiteri, Jeſum Nazarenum eſſe Chriſtum, ſeu Meſſiam, quod tamen poſtea neceſſarium evaſit. Loquatur Optatus Milevitanus lib. V adv. Donat. p. m. 144. *Cum Ioannes*, dicens, *infinita millia hominum baptizaret, jam Chriſto præſente operaret formam, per acceptum non modicum tempus millia hominum in pœnitentiæ remiſſione tincta ſunt peccatorum, ſed nemo adhuc noverat Chriſtum: Nemo audierat, eſſe Chriſtum ſanctum. At ubi venit tempus plenitudinis, certo tempore dedit leges baptiſmatis Filium Dei, & dedit viam, quâ iretur ad regna cœlorum, etiam tunc præcepit, dicens: ite, docete omnes gentes baptizantes eas, in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti: Ex ea die oportuit fieri quod mandatum eſt.* Hæc ille.

Con-

Consimili ratione sequenti tempore potuit fieri necessaria, saltem secundum quid, confessio alicujus articuli, quæ olim non fuerat, nulla tali occasione exigente. Contingit, ut antiqua Symbola generaliora sint, nec adeo præsè concepta, hæreticis & calumniatoribus nondum ortis, quare opus est, ut recentiora fiant, quibus illi arctius constringantur, sicut factum est Nicænum, cum Ariani ad antiquiora Symbola provocarent. Exemplum Eusebij paulo post. §. 47. recensebimus. Usum hæc insignem habent adversus clamores Pontificiorum & Calvinianorum, tanquam Confessores Augustani Symboli inconstantes in sua fide extitissent, in Formula Christianæ Concordiæ eam exponentes, & augentes. vide Sächs. Hauptverth. c. XXXIII. f. 334.

vitia. §. 45. *Vitia* Symbolorum ex præmissis facile colligi possunt, in compendio fere eadem repræsentat Hilar: fere ad Constantium Augustum ita differens: *Scribendæ atq; innovandæ fidei exinde usus inolevit. Qui postquam nova potius cœpit condere, quam accepta retinere, nec veterata defendit, nec innovata firmavit, & facta est fides temporum potius quam Evangeliorum, dum & secundum annos scribitur, & secundum confessionem baptismi non tenetur. Periculosum nobis admodum, atq; etiam miserabile est, tot nunc fides existere, quot voluntates, & tot nobis doctrinæ esse, quot mores; & tot caussas blasphemiarum pullulare, quot vitia sunt; dum aut ita fides scribuntur, ut volumus; aut ita, ut volumus, intelliguntur; Et cum secundum unum Deum, & unum Dominum, & unum Baptisma, etiam fides una sit, excidimus ab ea fide quæ sola est, & dum plures fiunt, ad id cœperunt esse, ne ulla est.* f. m. 211. Hæc ille de fidei formulis post formulam Nicænam scriptis.

Divisio Symbolorum Apostolicum. §. 46. Symbolorum igitur alia sunt vetustiora, alia recentiora. *Vetustius* est Symbolum *Apostolicum.* quod Ruffinus sic dictum putat ab Apostolis, qui ante discessum suum illud concinnarint; sed neminem habet ὁμόψηφον ex hoc seculo, qui eadé tradat. An ex *majoribus* quosdā habeat, unde acceperit, ut quidem ipse dicit, ipse viderit; forte Pseudo Clementem; Nam apud hunc in Recognitionibus occurrit. vide Dn. D. Calov. Syncretis. de Symb. Apost. §. 13. p. 33. Quis igitur auctor? Sandius ait *Arii homodoxos in Concilio Niceno.* lib. 2. hist. Enucl. p. 25. Idque seculo 1. p. 98. seq. probare conatur (1) Ex Alphonso de Vargas, qui referat, Jesuitas Hi-

ſpanos quædam Symboli *rejicere, & Arianiſmi aut Photinianiſmi ſuſpectum facere, quod nulla de Filij aut Spiritus Sancti divinitate, aut etiam æternitate in eo mentio fiat, ſed potius contrarium de filio in articulo tertio inſinuetur.* (2) Symboli auctorem eſſe *Marcellum Ancyranum, teſte Epiphanio.* hæreſ. LXXII. eum vero fuiſſe Photini præceptorem, & hæreticum. Ad 1. reſpondeant Papiſtæ, Jeſuitæ præſertim, quorum maximè intereſt. Ad 2. reſp. de Marcelli fide nondum perorata lis eſt; Nam *multa de hoc quæſtio fuit.* Certè in Concilio Nicæno nondum ſuſpectus fuit, utpote Arianorum hoſtis acerrimus. Nec confeſſiones vel ipſius, vel aſſeclarum apud Epiphanium Photinianiſmum ſapiunt: Neque Epiphanius dicit, eum Symbolum vel Nicænum, vel Apoſtolicum condidiſſe. Apud Patres vero hujus quarti ſeculi Apoſtolicum Symbolum purum raro legitur; Nam ordo variat, & multa quædam alia admiſta vel omiſſas ſunt, ut videre eſt apud laudatiſſimum modo Calovium, qui invicem contulit, dum ad loca ex Hilario, Baſilio, Cyrillo, Nazianzeno, Epiphanio, Ambroſio, Optato Milevitano, Ruffino, & Hieronymo objecta reſpondet, §. XXXIX. p. 63. ſeqq: Et hoc ipſo, poſt Voſſium, diſſert. de Symbolo Apoſtolico, & D. Dannh. Chriſteid. phæn. IX. p. 393. &c. ferias nobis in hac quidem materia indixit.

Aliud. §. 47. Aliud vetuſtius Symbolum recitat Euſebius Cæſareenſis in epiſtola ad Cæſareenſes, ubi de actis Synodi Nicænæ, in cauſſa Symboli, narrationem inſtituit. Verbotenus illud recitat Socrates lib. I. hiſt. c. 8. p. 24. quem vide; Nam longum foret hanc, & alias confeſſiones omnes hic recenſere. Apparebit Lectori, quod & prolixius ſit Nicæno, & alicubi auctius, alicubi minutius, ſeu imperfectius, & tale, ut Nicæni in eo acquieſcere noluerint, cum fidem Euſebij, orthodoxa, an heterodoxa & Ariana eſſet? penitius vellent explorare; ſed addiderint vocem ὁμοούσιον, characterem ſcilicet inter orthodoxos & Arianos: Quo de ipſe Eusebius refert his verbis: *Cum hæc à nobis fides eſſet expoſita, nullus erat contradicendi locus. Sed & imperator ipſe noſter Deo chariſſimus, eam rectiſſime conceptam eſſe, primus omnium teſtatus eſt, atq; ita ſentire ſe affirmavit, cunctosq; hortatus eſt, ut ei aſſentirentur atq; ſubſcriberent, utq; in hanc doctrinam omnes conſpirarent,* ἐντὸς μόνου σεσω-

σθαι

ἑνηγορίᾳ & φύσει τῷ ὁμοουσίῳ, *una duntaxat voce conſubſtantialis adjecta.* f.25.A. Hoc, an aliud, vetuſtius Symbolum putet Vigilius, quando lib.IV. de Eutych. ſcribit: *Roma, & antequam Nicæna Synodus conveniret, à temporibus Apoſtolorum uſq; ad nunc & ſub beatæ memoriæ Cæleſtino, cui iſte recte fidei teſtimonium reddidit, ita fidelibus Symbolum tradidit,* nempe *credere ſe in Deum Patrem omnipotentem; & in Ieſum Chriſtum Filium ejus?* quæritur, probabile non eſt, Eccleſiam Orientalem, in qua Euſebius vixit, non habuiſſe peculiare ſuum, ab Occidentali diſtinctum, Symbolum. Apparet hoc ex collatione Symbolorum Aquilejenſis, Romani, & Orientalis, quam inſtituit Ruffinus expoſ. Symboli, f.59.C. ſeq. Et poſt ipſum Voſſius diſſert. 1. de Symb. §. XXXI. p. 24. ſeqq: Diſcrepant enim illa à ſeſe invicem.

§. 48. *Recentiora* ſunt: *Nicænum*, quod nomen ominoſum accepit à Νικαία Nicæa, Bithyniæ urbe; Probe vero diſtinguendum eſt, ſicut inter concilia, ita etiam inter Symbola Nicæna, prius & poſterius. Prius, ut concilium, ita Symbolum fuit orthodoxum, de quo eo h. l. agimus, poſterius autem heterodoxum, utpote Arianum. Ariani enim, ut æquivocatione nominis ſimplicioribus imponerent, Nicæ Thraciæ ipſi concilium celebrarunt, & Symbolum condiderunt, quod Nicænum appellarunt, adeoque Nicænæ fidei profeſſores ſeſe venditarunt, & venditando alios deceperunt, vid. Socr. l. 2. c. 37. IV. 12. Conciliabuli hujus Symbolum verbotenus recenſet Theod. lib. II. c. 16. Sandius lib. 1. hiſt. Enucl. p. 100. ex Laur. Valla contendit, *Symbolum, quod vulgo fertur Nicænum, non eſſe reipſa Nicænum, ſed ipſum Symbolum Apoſtolicum*; Et probare ſatagit ex Iſidori, ſcriptoris canonum, libris admodum antiquis, & Evagrii lib. III. c. 17. ſcribentis, *baptiſmum peragi in confeſſionem Symboli* 318 *Patrum, at nunquam baptizatum quem legi in Symbolum Nicænum, ſed ſemper in Symbolum Apoſtolicum.* Cæterum hæc argumenta tanti non ſunt, ut paradoxæ opinioni fidem concilient. Non *antiqui* Iſidori *libri*; Nam Mercator iſte quam malæ fidei fuerit, diximus ſupra artic. 1. §. 81. p. 50. Neque baptiſmus in Symbolum Apoſtolicum; Nam Symbolum Nicænum interdum accipitur etiam de iis, quæ ejusdem ſententiæ cum ipſo ſunt, e.g. de Conſtantinopolitano, quod Nicænum interdum dici, & quare, oſtendit accurate Voſſius

Recentiora. ut Nicænum.

diſſert. III. de trib. Symb. §. IV. p. 57. ſeqq: *Semper in Symbolum Apoſtolicum* Catechumenos fuiſſe baptizatos, falſum eſt Nam Symbolum Apoſtolicum non fuit, quod Euſebius Cæſareenſis ab *anteceſſoribus ſuis Epiſcopis acceperat, tunc cum primis fidei rudimentis inſtrueretur, & cum ſalutari lavacro tingeretur*, quæ ipſius verba ſunt ex literis ad Cæſareenſes, Socr. l. 1. c. 8. f. 24. A. Neque Apoſtolicum fuit Symbolum, quod *in Aquilejenſi Eccleſia lavacri gratia ſuſcepit Ruffinus*: Imo Conſtantinopolitani Patres in ſua Synodica Symbolum Nicænum ajunt eſſe ἀκόλυθον τῷ βαπτίσματι. Theodor. lib. V. c. 9. f. 716. C. Baptizati ſunt ſinguli Catechumeni in ſuarum quique Eccleſiarum Symbola, quæ inter ſeſe variaſſe, & à Symbolo Apoſtolico ſaltem verbis quibusdam diverſa fuiſſe, nemo ſeculi hujus vel modice gnarus negabit, ut paulo poſt ulterius patebit.

ejus nomina.

§. 49. Illuſtria *nomina* & *deſcriptiones* habet hoc Symbolum, deſumptas ab ipſius principio, ſubjecto, forma, fine, affectionibus, & circumſtantiis. Athanaſius in epiſt. ad Jovian. t. 1. f. 247. D. vocat fidem θείαν καὶ Ἀποστολικὴν *divinam & Apoſtolicam*: Quo nomine ipſum vocat etiam Damaſus, Epiſcopus Romanus, nempe *Apoſtolicam fidem* in literis ad Orientales perſcriptis. Theod. l. V. c. 10. f. 719. A. Synodica Conſtantinopolitanorum nuncupat πίστιν εὐαγγελικὴν *fidem Evangelicam*, c. 9. f. 716. C. Conſtantinus M. *fidem, quæ juxta veritatem & examen divinæ legis ſola fides poteſt eſſe*: in epiſtola ad Alexandrinos. Socr. lib. 1. c. 9. f. 30. D. Ariminenſes orthodoxi in literis ad Imperatorem ἀληθείας σύνταγμα (præſidium) *volumen veritatis*; Theod. lib. II. c. 15. f. 613. A. Iidem *Catholicæ Eccleſiæ fidem*, f. 612. A. Euſebius Cæſareenſis in literis ad ſuos Auditores *Eccleſiaſticam fidem*, Socr. lib 1. c. 8. f. m. 23. D. Athanaſius de decr. Nic. f. 251. ὑγιαίνουσαν καὶ ἐκκλησιαστικὴν πίστιν *ſanam & Eccleſiaſticam fidem*. Ariminenſes modo laudati κανόνα τῆς πίστεως, *regulam fidei*, l. c. Phœbadius, *perfectam fidei regulam circumſpecto ſermone factam*. c. 9. Adv. Arian. Nyſſenus in orat. ſuæ ordin. t. 2. f. 43. C. *ſtolam fidei primam*; Socrates συμφωνίαν τῆς πίστεως *conſenſum fidei*, lib. 1. c. 8. f. 22. C. Athanaſius βελτίονα καὶ ἀκριβεστέραν *optimam & exactiſſimam fidei formulam*: In epiſt ad Antioch. f. 578. t. 1. θεμέλιον ἀσφαλῆ *fundamentum infallibile*, in epiſt. ad Joh. & Antioch. Presbyteros. f. 951. *mu-*

rum

rum adverſus Diaboli arma, & remedium lethifera venena repellendi, à Concilio Romano apud Theodor. lib. II. c. 17. f. 618. idem *ſalutare decretum ac adorabile quæſitum*, σωτηρίου ὅρου καὶ σεβασμίου σκέψιν. B. Baſilius ex ore cujusdam Diancei, piè vita defuncti, *ἀπὸ σεβίου κήρυγμα piam prædicationem*: epiſt. LXXXVI. f. 920. A. t 2. Gregorius Nyſſenus in ſui ordin. *præclaram textrinam*. Acacius *fidem Nicænam*, apud Socr. lib. 2. c. 40.

§. 50. Ex his & ſimilibus deſcriptionibus & elogiis diſcimus naturam & conditionem præſtantiſſimi Symboli; Quod priusquam exequamur, juvat ipſum verbotenus recenſere, ſicut legitur apud Athanaſium epiſt. ad Jovian. t. 1. opp. f. 247. Gregorium Naz. de fid. f. 392. (835). Baſilium epiſt. LX. & LXXVIII. Epiphanium in Ancor. f. m. 593. ſeq. Euſebium in literis ad Cæſareenſes apud Socr. lib. I. c. 8. f m. 25. Theod. lib. I hiſt. Eccleſ. c. XI. Ruffinum lib. I. hiſt. c. 6. Ex recentioribus apud Forbeſ. inſtruct. hiſt. Theol. lib. I. c. 3. ita autem ſonat: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα, παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ. γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ. δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας, φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. i. e. *Credimus in unum Deum, Patrem, omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium effectorem. Et in unum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei, genitum à Patre unigenitum, hoc eſt, ex Patris ſubſtantia, Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri: per quem omnia facta ſunt, quæ in Cœlo, & quæ in terra: qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlo, incarnatus eſt, homo factus eſt, paſſus eſt, reſurrexit tertiâ die, aſcendit ad Cœlos, venturus eſt judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Illu autem, qui dicunt, tempus fuiſſe, cùm Filius Dei non erat,* Textus.

& non ante fuisse quam nasceretur, & ex nihilo ortum esse, aut ex alia subsistentiâ vel substantiâ quam Patris constare, vel creatum esse, vel posse converti, mutarive; Catholica, & Apostolica Ecclesia indicit anathema. Hactenus verba Symboli.

Mutationes. § 51. Coactum est Symbolum varias subire *mutationes*, præsertim ab Arianis, quibus erat sudes in oculis. πολλὰ τὸν λόγον τῆ ὁμοουσίῳ σκόλοπα *dictionem, consubstantialis, multum exagitantibus*, referente Socr. lib. I. c. 8. f. 23. Non diffiteri id potuit Acacius, Arianus Episcopus, quando in Seleuciensi Concilio palam dixit: *Cum fides Nicæna jam pridem semel, & deinde sæpius, mutata sit, nihil vetat, quo minus nunc quoq; alia conscribatur fides.* Socr. lib. 2. c. 40. f. 150. C. D. Omittebatur ut plurimum vox ὁμοούσιος, uti patet ex confessione Arii, Constantino M. oblata lib. I. c. 26. Et ex confessione Acacianorum, post Ariminense concilium Constantinopoli fabricata. l. 2. c. 41. & aliis quamplurimis. Confer ex nostris D. D. Dorsch. ad Diatypos. Concil. Nicæn. p. 76. seqq. ubi collatione instituta docet, etiam apud orthodoxos Symbolum variè recitari, & quidem non solum in translationibus, ut Baronius vult, sed etiam in fontibus, & reipsa. Ex Pontificiis Baron. an. 325. n. 47.

Auctor. §. 52. Deus auctor Symboli fuit. Nam *quidquid in sanctis Episcoporum conciliis decernitur, id universum divinæ voluntati debet tribui.* ait Constantinus M. in literis ad Ecclesias. lib. III de vit. Const. c. 18. Quare & Nicænis patribus *quod visum est, non est aliud putandum, quam Dei sententia.* Idem scribit ad Alexandrinos. Socr. l. 1. c. 8. Sic ille de Symbolo Nicænorum, qui sese Deo per scripturas regendos præbuerunt. Quis post Deum auctor Symboli extiterit? quæstio est, Christ. Sandius lib. 2. hist. Enucl. p. 25. censet *Symbolum modernum Nicænum compositum fuisse ab Osio Cordubensi, Alexandro Alex. Marcello Ancyrano, & Eustathio Antiocheno, Homousianis & Sabellianis, seu Samosatenianis.* Sed noui probat opinionem ullo antiquitatis testimonio, Sicut nec illud, quod laudatissimi illi viri fuerint *Sabelliani vel Samosateniani.* Antiqua hæc est Arianorum calumnia, qua Homousianos criminari solebant, sexcenties refutata, quoties ostensũ est, Homousianos, tres quidẽ inter sese realiter distinctas personas, ὁμοούσιος tamen, statuisse, quid clarius contra Sabellium & Paulum Samosatenum ullus dixerit? Per realem enim perso-

personarum distinctionem, Sabelliana confusio; per ὁμοουσίαν vero Samosateniana ὑπαρξία funditus evertitur. Hosium fuisse auctorem Symboli palam est ex epistola Athanasii ad Solitarios, t. 1. f. 837. referentis verba Arianorum adversus Hosium: *Hic*, inquiunt ad imperatorem, *princeps est Synodorum, & si quid scribit, ubiq; auditur,* ὃς καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἐξέθετο, *hic formulam fidei in Nicæna Synodo concepit.* Patet hinc, quod Hosius non solum præses fuerit in Concilio Nicæno, sed etiam auctor Symboli, in eo concinnati. Fuit autem Cordubensis in Hispania, non Romanus in Italia, Episcopus, neq; Romani Episcopi, sed Imperatoris legatus. vid. Dorsch. exerc. ad concil. Nic. p. 39.

§. 53. *Finis* Symboli hujus facti bonus erat; Nam habuit λογικὸν αἴτιον *rationabilem caussam*, uti loquitur Athanasius in epist. ad Afric. t. 1. f. 933. A. Factum enim est *tum ad subversionem impij dogmatis*, (Ariani) *tum ad tutelam utilitatemq; Ecclesiasticæ doctrinæ*; Item, ut sequentia verba habent, ut *caveretur, ne deinceps particulatim cavillationes fidei orirentur, aut, si ortæ fuissent, ve auctoritatem haberent*: verba autem sunt ejusdem Athanasij l. c. f. 932. qui ab initio epistolæ scripserat, Patres Nicænos *fidem tradidisse propter Arianos, ut qui in eam hæresin lapsi essent, resurgerent, & auctores ejus deprehenderentur.* Varii igitur fines fuerunt, omnes tamen tandem ad utilitatem Ecclesiæ Orthodoxæ collimantes Vapulant merito Remonstrantes, cum statuunt, symbola olim facta esse, aut fieri debere, *non ut definiant auctores, & statuant, quid pro vero aut falso habendum, quid credendum, aut non credendum, qua ratione quid enunciandum aut proferendum sit? sed quod tantummodo notum & testatum faciant, quid pro vero aut falso habeant, quid credant aut non credant, quomodo sensa mentis suæ enuncient ij, quorum & formulæ & declarationes propriæ sunt.* Præf. in confes. Alia mens fuit Nicænorum Patrum; Nam illi non solum exposuerunt, quid crederent, sed aliter credentibus etiam anathema dixerunt, & merito; Decet enim adversarios veritatis ἐλέγχειν & διορθοῦν. Finis.

§. 54. *Auctoritas* & *æstimium* Symboli deprehenditur ex nominibus, & descriptionibus, & elogiis, paulo ante §. 49. recensitis, & jam dicendis. Commendatur: ab *antiquitate.* Commendantibus Patribus Constantinopolitanis, in Synodica apud Theod. Auctoritas.

Theod. lib. V. c. 9. f. m. 786. vocant enim πίστιν ἀρχαιοτάτην *fidem antiquissimam*; non obstante, quod anno demum seculi XXV fuerit compilata; Nam doctrina ipsa, tanquam materia Symboli, non demum tum cœpit, etsi cœperit sub nova forma proponi: *à perfectione*, tanta, ut epistola Synodalis apud Athanasium de Synod. t. 1. f. 877. C. putet, *& addere illi aliquid temerarium esse, & auferre periculosum.* Quorsum tendunt verba Athanasij, in epistola ad Afric. f. 941. G. *Synodum* (adeoque & confessionem) *Nicænam revera tropheum columnamq; esse, ubi omnes hæreses* (Trinitatem oppugnantes) *inscriptæ ostentui sunt, ac triumphantur.* Confer epist. ad Epictet. f. 582. A. t. 1. Ad Afros. f. 932. A. Quo sensu etiam Liberius, Episcopus R. dixit: fidem Nicænam *perfectam continere veritatem, & omnes Hæreticorum catervas confutare atq; evertere.* In literis ad Episcopos Macedonianos apud Socr. lib. IV. c. 12. f. 223. A. Basilius epist. LXXVIII. f. 889. B. inductione idem probat, scribens, quod Symbolum faciat ad explorandos suspectos, detegendos Hæreticos, informandos Catechumenos, &c. A *Catholicissimo*, quod ab universo orbe receptum fuerit: *Huic certe concilio* (Symbolo Nicæno) ἡ οἰκουμένη συμπεφώνηκε *universus orbis assensum præbuit, & quanquam multæ habitæ sunt Synodi, hujus tamen omnes sunt memores.* Scribit Athanasius ad Afros, t. 1. f. 931. D. Et ad Jovianum Imp. *Cum hac fide*, refert & gloriatur, *consentiunt omnes ubiq; gentium Ecclesiæ*, quas nominetenus recenset, Theod. hist. lib. IV. c. 3. f. 663. *ab observantia religiosa* ipsi præstita. Patres Constantinopolitani in Synodica scribunt: *Hanc* (Nicænam doctrinam) *& vobis, & nobis, & omnibus, qui veræ fidei verbum non pervertunt, probari convenit.* lib. V. c. 9. Id se fecisse, gloriantur Eustathius, Theophilus, & Silvanus, Liberio scribentes: Fides Nicæna *hactenus integra & inconcussa perpetuo permansit, in qua consubstantialis verbum ἁγίως καὶ εὐσεβῶς sancte & piè positum est: similiter & nos una cum supradictis eandem fidem tenuisse ac tenere, & usq; ad extremum spiritum servaturos esse, ipsi manu nostra profitemur.* Socr. lib. IV. c. 12. f. m. 220. D. Utinam autem tam sincere hæc dixissent Macedoniani, quam Orthodoxi Symbolum hoc, in genuino scilicet sensu, mordicus tenuerunt. Hi dicebantur οἱ τὸ ὁμοούσιον ὁμολογοῦντες, *confessores consubstantialitatis*: Socr. lib. 2. c. 24. οἱ ἀσπαζόμενοι τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν *salutantes fidem Nicea conditam*; οἱ

τὸ ὁμοούσιον

Τὸ ὁμοούσιον ὁροῦντες, *ſtatuentes conſubſtantialitatem.* l. V. c. 4. Horum veſtigia hodie & nos premamus, ita tamen, ut primas ſcripturæ tribuamus, cum Auguſtino, qui ad Maximinum, Epiſcopum Arianum, ſcripſit: *Nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminenſe tanquam præjudicaturus proferre concilium: Nec ego hujus auctoritate, nec tu illius detineris. Scripturarum auctoritatibus, non quorumcunq; propriis, ſed utrunq; communibus teſtibus, cauſſa cum cauſſa, res cum re, ratio cum ratione certet.* Lib. III. c. 14.

§. 56. Satis de Nicæna fide pro noſtro inſtituto: ſequitur auctius Nicænum, nempe *Conſtantinopolitanum*, alterum inter Symbola celebriora. Sic autem illud dictum eſt à Conſtantinopoli, regia urbe, in qua anno 381. alterum generale orthodoxum concilium eſt celebratum, de quo nonnihil diximus artic. I. p. 60. Ad verbum Græce & Latine ita ſonat: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα, παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα. σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς. καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸν κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ Ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν. i.e. *Credimus in unum Deum, Patrem, omnipotentem, factorem cœli ac terræ, viſibilium q; omnium & inviſibilium. Et in unum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, ex Patre genitum ante omnia ſecula: lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri: per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt ex Spiritu Sancto & Mariâ Virgine, & homo factus eſt. qui pro nobis crucifixus eſt ſub Pontio Pilato,*

Symbolum Conſtantinopolitanum.

& passus est, & sepultus, & resurrexit tertiâ die secundùm scripturas: & ascendit in cœlos, & sedet à dextris Patris, & rursum venturus est cum gloria ad judicandum vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum, vivificatorem, ex Patre procedentem, qui cum Patre & Filio simul adoratur & simul glorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Inunam sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma, in remissionem peccatorum. Exspectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi. Amen.

Contenta. §. 57. Collatio utriusque, Nicæni & Constantinopolitani, Symboli ostendit, multa in hoc isti accessisse illustrationis & perfectionis gratia, eam instituit Vossius dissertatione peculiari, nempe tertia, de Symb. §. 9. seqq: Maximè controversa est φερόμενον addidamentum: *Filioq;* ad verba Symboli: *Et in Spiritum Sanctum, qui ex Patre procedit*: An factum illud sit statim in ipso Concilio Constantinopolitano? vel in Hispano aliquo, circa ann. 447. quod ajunt Latini; num postea, Latinorum fraude? quod contendunt Græci, processionem Spiritus Sancti à Patre Filioque negantes; Nobis placet judicium B. Dn. D. Dannhavveri noſtri styl. v ndic. disp. 1. §. 3. p. m. 13. *quando præcisè, & à quo suffixa* (φερόμενον de Spiritu S. à Filio procedente) *nondum liquidissimè constat.* Confer art. V. §. 80. p. 194. seqq: Idem Concilium in Synodica sua Lectorem remittit ad *tomum Synodi Antiochenæ, & eum, qui superiore anno Constantinopoli à Synodo universali erat editus, utpote in quo & fidei confessionem uberius exposuerint, & in recens adinventas hæreses anathematis sententiam perscripserint*: Quæ proinde *amplius animis* lectorum *satisfacere possint*. Theod. lib. V. c. 9. t. 717. A.

Auctor. §. 58. Auctor Symboli post Deum fuisse fertur Gregorius Nyssenus, quod refert Spondanus, nec refellit, aut improbat, dicens: *Tradunt, scriptum fuisse à Gregorio Nysseno*, an. 381. n. 4. Ad marginem allegat *Nicephorum lib. XII. c. 13. & alios*. verba Nicephori sunt hæc: *Etiam Spiritus Sancti gloriam* &c. *Nicæna fidei Symbolo adjecerunt, Gregorio Nysseno id quod illi deesset supplente.* Fuit autem Nyssa Cappadociæ civitas.

Athanasianum. §. 59. *Athanasianum* quoque Symbolum inter ea pertinet, quibus verba Nicæni orthodoxe illustrantur. Sic autem illud dicitur ab insigni confessore Athanasio, Alexandrino quondam Episcopo:

Digitized by Google

Epiſcopo: Sed quæſtio eſt, utrum ideo, quod ille immediate illud compoſuerit? num vero propterea, quod doctrina, in Symbolo contenta, ſit Athanaſianæ conformis? Prius poſt, & ante, multos alios contendit Baronius, an. 340, n. 11. ſcribens: *Athanaſius, Romæ cum eſſet, illud quoq; inſigne fidei ſuæ reliquit occidentalibus monumentum, nempe Symbolum, quod hactenus Athanaſij nomine in Eccleſia Catholica publicè recitatur.* Occaſionem ſcripti idem tradit fuiſſe citationem; Accuſantibus enim Euſebio-Arianis *Romam citatus, tanquam reus cauſſam dicturus, illuc continuo convolavit*; ejusdem §. 4. verba ſunt: Et Symbolum compoſuit, *quod Romanæ ſedis communicationem* aliter *haud habere licuiſſet, & aliorum Epiſcoporum, qui ad Synodum conveniſſent, nec plane audiendus eſſet, qui reus advenerat, niſi edita publicè Catholicæ fidei profeſſione*: Sic idem §. 11. Sed neminem allegat idoneum auctorem Baronius, unde hæc habeat: Neque narratio convenit cum hiſtoria temporis. Neque enim Athanaſius doctrinæ gratia ab Euſebianis fuit accuſatus Romæ, ut ipſe fatetur Baronius: *Ipſius*, inquiens, *fides Catholica omnibus* (Romæ) *innotuit, ut nulla penitus ſuboriri potuerit ſuſpicio, quippe qui ejus defenſionis cauſſa ab Euſebianis poſt tot ærumnas etiam exilium paſſus eſſet.* Cui bono igitur aliam, & quidem præter Nicænam, ſufficientem orthodoxorum characterem, fidei confeſſionem edidiſſet? Et Latinè quidem, cujus ignarus videtur fuiſſe? Tranſeo alia Baronianæ narrationis vitia. Confer pro alterutra parte pugnantes, hinc Genebrardum in expoſitione Symboli iſtius, ut & diſputationes Serarii de eodem Symbolo, laudatas à Baronio §. 14. inde Voſſium diſſert. II. 8. & D. Dannhavv. ſtyl. vind. p. 195. ſeqq: Noſtra ſententia expoſita eſt ſupr. artic. I. §. 51.

§. 60. Alia traditio eſt, *Treveris*, in ciſterna latitantem, Symbolum hoc compoſuiſſe; Sed ea videtur Baronio §. 14. eſſe *fabella, nulla ex parte veritate ſubnixa.* Rationem addit ex hiſtoria temporis, quod Treveros *non profugus, ſed exul pervenerit*, & tanquam ſub Imperatore Catholico, in loco orthodoxo clementer, & honorifice fuerit habitus. i. e. neceſſe non habuerit in puteo latitare. Videmus igitur hinc, utut traditiones perantiquæ ſint, ut eſt hæc, niſi tamen in probatis hiſtoriis teſtimonia habeant, in du-

bium revocandas, imo pro *fabellis, nulla ex parte veritate ſubnixis*, habendas eſſe.

Recitatur. §. 61. *Symbolum* iſtud Athanaſianum habetur Græcè & Latine in operibus ejus, tom. II. f. m. 31. D. In gratiam eorum, qui editione ejus Græca deſtituuntur, textum utrumque huc referamus; Eſt autem Græcus hic: Εἴ τις θέλοι σωθῆναι, πρὸ πάντων χρὴ αὐτῷ τὴν καθολικὴν κρατῆσαι πίστιν, ἣν εἰ μή τις ὑγιῆ καὶ ἄμωμον τηρήσειεν, πάσης ἀμφιβολίας ἐκτὸς εἰς τὸν αἰῶνα ἀπολεῖται. πίστις δὲ ἡ καθολικὴ αὕτη ἐστίν, ἵνα ἕνα θεὸν ἐν τριάδι, καὶ τριάδα ἐν μονάδι σεβώμεθα. μήτε συγχέοντες τὰ πρόσωπα, μήτε τὴν οὐσίαν διαιροῦντες. ἄλλη γάρ ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς ὑπόστασις, ἄλλη τοῦ υἱοῦ, καὶ ἄλλη τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἀλλὰ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος μία ἐστὶ θεότης, ἴση δόξα, συναΐδιος μεγαλειότης. οἷος ὁ πατὴρ, τοιοῦτος καὶ ὁ υἱὸς, τοιοῦτον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἄκτιστος ὁ πατὴρ, ἄκτιστος ὁ υἱὸς, ἄκτιστον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἄμετρος ὁ πατὴρ, ἄμετρος ὁ υἱὸς, ἄμετρον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. αἰώνιος ὁ πατὴρ, αἰώνιος ὁ υἱὸς, αἰώνιον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ ὅμως οὐ τρεῖς αἰώνιοι, ἀλλ' εἷς αἰώνιος, ὥσπερ οὐ τρεῖς ἄκτιστοι, οὐδὲ τρεῖς ἄμετροι, ἀλλ' εἷς ἄκτιστος, καὶ εἷς ἄμετρος. ὁμοίως παντοκράτωρ ὁ πατὴρ, παντοκράτωρ ὁ υἱὸς, παντοκράτωρ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ ὅμως, οὐ τρεῖς παντοκράτορες, ἀλλ' εἷς παντοκράτωρ. οὕτω θεὸς ὁ πατὴρ, θεὸς ὁ υἱὸς, θεὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἀλλ' ὅμως οὐ τρεῖς θεοὶ, ἀλλ' εἷς θεός. οὐ σάρκωται, κύριος ὁ πατὴρ, κύριος ὁ υἱὸς, κύριος καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὅμως οὐ τρεῖς κύριοι, ἀλλ' εἷς ἐστι κύριος. ὅτι ὥσπερ μοναδικῶς ἑκάστην ὑπόστασιν θεὸν καὶ κύριον ὁμολογεῖν τῇ Χριστιανικῇ ἀληθείᾳ ἀναγκαζόμεθα· οὕτω τρεῖς θεοὺς, ἢ τρεῖς κυρίους λέγειν, καθολικὴ εὐσεβεία κωλυόμεθα. ὁ πατὴρ ἀπ' οὐδενός ἐστι πεποιημένος, οὔτε δεδημιουργημένος, οὔτε γεγεννημένος· ὁ υἱὸς, ἐκ μόνου τοῦ πατρός ἐστιν, οὐ πεποιημένος, οὐδὲ δεδημιουργημένος, ἀλλὰ γεγεννημένος· ὁ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, οὐ πεποιημένον, οὔτε δεδημιουργημένον, οὔτε γεγεννημένον, ἀλλ' ἐκπορευτόν. εἷς οὖν ἐστι πατὴρ, οὐ τρεῖς πατέρες. εἷς υἱὸς, οὐ τρεῖς υἱοί. ἓν πνεῦμα ἅγιον, οὐ τρία πνεύματα ἅγια; καὶ ἐν ταύτῃ τῇ τριάδι οὐδὲν πρῶτον, ἢ ὕστερον, οὐδὲν μεῖζον, ἢ ἔλαττον. ἀλλ' ὅλαι αἱ τρεῖς ὑποστάσεις συναΐδιοι ἑαυταῖς εἰσι καὶ ἴσαι. οὕτως, ἵνα διὰ πάντων, ὥσπερ ἤδη προείρηται, καὶ τριὰς ἐν μονάδι, καὶ μονὰς ἐν τριάδι λατρεύηται. ὁ θέλων οὖν σωθῆναι, οὕτω περὶ τὴν ἁγίαν τριάδα φρονείτω. ἀλλ' ἀναγκαῖον δέ ἐστιν πρὸς

πρὸς αἰώνιον σωτηρίαν, ἵνα καὶ τῷ ἐναθρώπησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βεβαίως πιστεύῃ. Ἔστιν οὖν πίστις ὀρθή, ἵνα πιστεύωμεν καὶ ὁμολογῶμεν, ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, Θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστι, Θεὸς ἐστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, πρὸ αἰώνων γεννηθείς. καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς μητρὸς, ἐν χρόνῳ γεννηθείς. τέλειος Θεὸς, καὶ τέλειος ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ ἀνθρωπίνης σαρκὸς ὑποστάς. ἴσος τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, ἔλαττων τοῦ πατρὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. ὃς, εἰ καὶ Θεὸς ἐστὶ καὶ ἄνθρωπος, οὐκ εἰσὶ δύο, ἀλλ' εἷς ἐστι Χριστός. εἷς δέ, οὐ τροπῇ θεότητος εἰς σάρκα, ἀλλὰ διὰ προσλήψει τῆς ἀνθρωπότητος εἰς θεότητα. εἷς καθόλου, οὐ συγχύσει φύσεως, ἀλλ' ἑνότητι τῆς ὑποστάσεως. ὥσπερ γὰρ ψυχὴ λογικὴ καὶ σὰρξ εἷς ἐστιν ἄνθρωπος. ὅτω Θεὸς καὶ ἄνθρωπος εἷς ἐστι Χριστός. ὃς ἔπαθεν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, κατελθὼν εἰς τὸν ᾅδην, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀνελθὼν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καθήμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, τοῦ παντοκράτορος, ὅθεν ἐλεύσεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. τοῦ τῆς ἐλεύσεως πάντες ἄνθρωποι ἀναστήσονται σὺν τοῖς ἰδίοις σώμασιν, ἀποδώσοντες περὶ τῶν ἰδίων ἔργων λόγον. καὶ οἱ τὰ ἀγαθὰ πράξαντες, εἰσελεύσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον. οἱ δὲ τὰ κακὰ, εἰς πῦρ αἰώνιον. Αὕτη ἐστὶν ἡ καθολικὴ πίστις. ἣν ἐάν τις μὴ πιστῶς τε καὶ βεβαίως πιστεύσῃ, σωθῆναι οὐ δύναται.

§. 62. Verſio Latina ita ſonat: *Quicumq; vult ſalvus eſſe, ante omnia opus eſt ipſi, ut teneat Catholicam fidem: quam niſi quiſq; integram inviolatamq; ſervaverit, abſq; dubio in æternum peribit. Fides autem Catholica hæc eſt: Vt unum Deum in Trinitate; & Trinitatem in unitate veneremur: neq; confundentes perſonas, neq; ſubſtantiam ſeparantes. Alia enim eſt perſona Patris; alia Filii; alia Spiritus Sancti: ſed Patris, & Filii, & Spiritus Sancti una eſt divinitas, æqualis gloria, & coæterna majeſtas. Qualis Pater; talis Filius: talis Spiritus Sanctus. Increatus Pater; increatus Filius; increatus Spiritus Sanctus. Immenſus Pater; immenſus Filius; immenſus Spiritus Sanctus, æternus Pater; æternus Filius; æternus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres æterni; ſed unus æternus: ſicuti non tres increati, nec tres immenſi, ſed unus increatus, & unus immenſus. Similiter, Omnipotens Pater; omnipotens Filius; omnipotens Spiritus Sanctus: & tamen non tres omnipotentes; ſed unus omnipotens. Ita Deus Pater; Deus Filius; Deus Spiritus Sanctus: & tamen non tres Dei; ſed unus eſt Deus. Ita Dominus Pater; Dominus*

Filius; Dominus Spiritus Sanctus: & tamen non tres Domini; ſed unus eſt Dominus. Quia ſicut ſigillatim unamquamq; perſonam Deum aut Dominem confiteri, Chriſtiana veritate compellimur: ita tres Deos aut Dominos dicere, Catholica religione prohibemur. Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus: Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus; ſed genitus ex Patre: Spiritus Sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus eſt; ſed procedens. Vnus ergo Pater; non tres Patres: unus Filius; non tres Filii: unus Spiritus Sanctus; non tres Spiritus Sancti. Et in hac Trinitate nihil prius aut poſterius; nihil majus aut minus: ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales. Ita ut per omnia (ſicut jam ſuprà dictum eſt,) & unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate veneranda ſit. Qui vult ergo ſalvus eſſe, ita de Trinitate ſentiat. Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem, ut incarnationem quoq; Domini noſtri Ieſu Chriſti fideliter credat. Eſt ergo fides recta: ut credamus & confiteamur, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei Filius, Deus & Homo eſt. Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſecula genitus: Homo ex ſubſtantia matris in ſeculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens. Æqualis Patri, ſecundùm divinitatem: minor Patre, ſecundùm humanitatem. Qui licet Deus ſit & homo: non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus. Vnus autem, non converſione divinitatis in carnem; ſed aſſumtione humanitatis in Deum. Vnus omnino: non confuſione ſubſtantiæ; ſed unitate perſonæ. nam ſicut Anima rationalis & caro unus eſt homo: ita Deus & homo unus eſt Chriſtus. Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra: deſcendit ad Inferos: tertia die reſurrexit à mortuis: aſcendit ad Cœlos: ſedet ad dextram Dei Patris Omnipotentis; inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Ad cujus adventum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam; qui verò mala, in ignem æternum. Hæc eſt fides Catholica! Quam niſi quiſq; fideliter, firmeq; crediderit; ſalvus eſſe non poterit.

Alia. §. 63. Præter hoc Symbolum exſtant aliæ Athanaſii confeſſiones, qualis eſt, quam propoſuit Joviano Imp. *donum verè regium & magnificum*, elogio Gregorii Naz. orat. XXXI. f. 533. Sæpius in præmiſſis laudata, in qua Symboli quidem Nicæni fidem urget, ſed verbis interdum aliis additis; Item ea, quam de incarnatione edidit,

edidit, & legitur t.2. opp.30. & incipit: ὁμολογοῦμεν &c. *Confitemur* &c. Talia Symbola & alii compoſuerunt, ſuisque inſeruerunt ſcriptis, ὁμόϕωα Nicæno, ſi quidem orthodoxi auctores fuerint: nempe Baſilij in epiſtola ad Julianum Apoſtatam Tom. II. opp. f. 995. C. Item Symbolum de vera fide f.254.C.D. Ambroſij, quod precibus ſuis incluſit: lib. V. de fid. c. 9. Damaſi, quod incipit: *Credimus in unum* &c. & habetur t.2. opp.Hieron. f. 56. cui jungi poteſt ὁμολογία τῆς καθολικῆς πίστεως *confeſſio fidei Catholicæ*, quam in Macedoniam miſit ad Paulinum Epiſcopum, conſtans meris ferè anathematiſmis adverſus varios Hæreticos, recenſetur à Theod. lib. V. hiſt. c. 11. Prudentii poetæ, carmine ligatum, p.m. 163. ſeq: Hieronymi ad Cyrillum, t.2.opp.f.57.B. Ruffini, quod & Aquilejenſe dicitur, f. 56.B. De Confeſſionibus, Sardicenſi, & Sirmienſibus jam ſupra diſſeruimus artic.1. §.82. p.70.& 74.

§. 64. *Heterodoxorum*, & *Arianorum* quidem, Symbola & confeſſiones plures exſtant; Non ſolum ſingulorum, e. g. Arii; Athan. diſp.t.1.f.113. Socr.lib.1.c.26. Euſebii Nicomedienſis, apud Athan. de Synod.t.1.f.892.A.B. Theophronii, Epiſcopi Tyanenſis, f.894. Auxentii Mediolanenſis apud Hilar.f.213.opp. Euſebii Cæſareenſis, lib.1.Eccleſ doct.c.8. olim Luciani, laudata à Macedonianis, apud Athan. dial.III. f.211. A. t.2.opp. Sed etiam plurium, Synodicè collectorum. Athanaſius in epiſtola ad Afros plures quam decem numerat, ſcribens: *Quis cum hominibus convenire velit, qui nec ſua ipſorum approbant?* οἱ γὰρ ἐν ταῖς ἑαυτῶν δέκα τῆ ἢ πλέον; *Nam qui in decem, eoq; pluribus, ut dictum eſt, Synodis ſuis alias alia ſcripſerunt, aperte docent, ſe ſingulas reprehendere.* Theod.lib.II.c.18. Sufficerent huic probando vel ſola Antiochena concilia, ab Arianis celebrata, utpote in quibus non ſolum orthodoxos, e.g. Euſtathium Antiochenum, Athanaſium &c. ſed etiam orthodoxam doctrinam condemnarunt, inſidioſis & contrariis editis Symbolis. vid. Athanaſ. de Synod. f.892.t.1. In quinto concilio Antiocheno tres fidei formulas propoſuerunt, Luciani quondam Martyris, & duas ſuas, in quibus omnibus vox ὁμοούσιον omiſſa. Socr. lib.II.c 10. Athan.t.1. f.894. In octavo & undecimo receperunt formulam conciliorum Ariminenſis, Seleucienſis, & Conſtantinopolitani ſecundi. Socr. lib. **Heterodoxorum.**

lib. II. c. 35. Quæ compoſita erat ad normam Sirmienſis ſecundi Symboli. Socr. l. c. 19. & 30. 37. In decimo rejectum itidem eſt ὁμοούσιον. Aliam fidei expoſitionem Orientalium legati Imperatori Occidentalium obtulere. Socr. l. 2. c. 18. Et quis tandem omnes πανηγύρεις vaferrimæ ſectæ expoſuerit. vid. Socr. c. 37. 39. 40. 41. ubi de formulis Nicæna ſecunda, Ariminenſi, Seleucienſi, Conſtantinopolitana, refertur. Soz. lib. IV. 13. ubi refertur de concilio Ancyrano, ſicut in eo formulam fidei conſcripſerint, omiſſa voce ὁμοούσιον.

Diatypoſes. §. 65. Habebant veteres etiam ſuas διατυπώσεις *diſpoſitiones*, & ὅρους *ſanctiones*, ſive *canones*: Quæ *hoc à ſeſe invicem differre videntur, quod* διατυπώσεις *ad doctrinam de fide ſtabiliendam proprie ſpectabant*; ὅροι *vero ad diſciplinam Eccleſiaſticam conſtituendam, & Clericorum mores conformandos ac emendandos referebantur*: uti explicat D. Dorſcheus, exerc. ad diatyp. conc. Nicæn. ſect. 3. p. m. 94. Probatur ex ipſis concilii Nicæni decretis; Nam præter Symbolum occurrunt etiam aliquot διατυπώσεις, qualis erat illa περὶ τῆς θείας λειτουργίας &c. *de divina menſa* &c. quam vir celeberrimus præclarè ediſſeruit; occurrunt etiam canones, nempe viginti, de rebus variis περὶ ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, uti loquitur Zonaras ad præf. concilii Nicæni, ad œconomiam Eccleſiaſticam ſpectantibus. Unde Gelaſius Cyzicenus, qui acta concilii conſignavit, concludit, ſe deſcripſiſſe τῶν τε τῆς ἐκκλησιαστικῆς θείας λειτουργίας διατυπώσεων, τῶν τε περὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἐυταξίας κανόνων κριθέντα καὶ ὁρισθέντα *quæ de divini Eccleſiaſtici officii conſtitutionibus, & de ipſius diſciplinæ canonibus judicata, & definita ſunt*. Huc referri poſſunt *anathematiſmi*, quos orthodoxi vibrarunt in heterodoxos, ut fuerunt Damaſi apud Alia. Theodor. lib. V. c. 11. Item *libelli*, quos offerebant pridem Heterodoxi, deinde converſi, Eccleſiæ, vel ejus miniſtetio, eo fine, ut in ſinum Eccleſiæ reciperentur. Nam in talibus libellis confeſſiones fidei edebant, ſive veras, ſive fictas, ut fecerunt Euſebius Nicomedienſis, & Theognis: cum enim hactenus à Symbolo Nicæno abhorruiſſent, poſtea βιβλίον μετανοίας ὑπεδόντες, τῇ πίστει ὁμοουσίῳ συνέθεντο, *oblato pœnitentiæ libello fidei Nicænæ calculum ſuum adjecerunt*. referente Socr. lib. I. c. 8. f. 23. verba libelli recitat c. 14. Tale quid præſtite-

præstiterunt alij etiam duo Ariani Episcopi, Ursacius & Valens. Damnati enim in Concilio Sardicensi, *Romam sese contulerunt, & libellum pœnitentiæ Iulio Episcopo porrigentes τῇ ἁγίᾳ ὁμοουσίῳ συνέθεντο, vocem ac fidem consubstantialis amplexi sunt*: Eodem referente lib. II. c. 24. His accenseri possunt ἐκθέσεις πίστεως *expositiones fidei*, qualis fuit Athanasij, quæ incipit: πιστεύομεν εἰς ἕνα &c. *Credimus in unum* &c. t. 1. f. 240. Item *epistolæ Synodicæ*, in quibus non solum acta conciliorum, sed etiam interdum dogmata, modo brevius, modo prolixius, enarrantur; id quod videre est ex epistola Synodica Sardicensium apud Theodor. lib. II. c. 6. Nam prius acta inter Athanasium præcipue & Arianos exponunt, deinde anathemata vibrant in heterodoxos, suamque orthodoxiam confirmant, & illustrant. Item Synodi Illyricæ; Nam & hujus epistola ad Asiaticas Ecclesias doctrinam orthodoxam attingit. Lib. IV. c. 8. His literis jungi possunt literæ *formatæ, canonicæ, communicatoriæ*, & *pacificæ*, seu *Ecclesiasticæ, Encyclicæ*, & *Catholicæ*, dum nonnunquam saltem aliquid etiam de doctrina iis fuerit admixtum. vid. Baron. an. 142. §. 6. seq. Neque excludi debent παλαιοὶ θεσμοὶ *antiqui mores*, uti vocant Constantinopolitani Patres in Synodica apud Theod. lib. V. c. 9. f. 717. C. Concilium Nicænum can. 6. vocat ἀρχαῖα ἔθη *antiquas consuetudines*; & can. 7. συνήθειαν καὶ παράδοσιν ἀρχαίαν *consuetudinem & traditionem antiquam*, cum longo usu aliquid invaluerit. Hos mores & consuetudines distinctas esse à decretis & legibus, discere est ex verbis canonis XVIII concilii Nicæni, cum Patres contendunt, ὅτι ὁ κανὼν, ὅτε ἡ συνήθεια παρέδωκεν, quod *neque decretum, neq; consuetudo tradiderit*, scil. ut *Diaconi Presbyteris sacramenta porrigant*. Accedunt *decreta* summorum Magistratuũ, nam & in his interdũ credẽda proponuntur, explicãtur, & imperantur; Talis νόμος seu *lex* fuit, quam ediderunt Valentinianus & Valens Impp. post Synodum Illyricam: Ei enim inseruerunt τῆς συνόδου τὰ δόγματα *Synodi decreta*, etiam de fide; eaque ἐν κεφαλαίῳ *in summa*; Theod. lib. IV. hist. c. 7. κηρύττειν δὲ ταύτην προστάξει τὸ ὑμέτερον κράτος: *Hanc* (fidem) *prædicari Majestas nostra præcepit*: Scribunt laudati imperatores ad Episcopos quosdam Asiæ & Phrygiæ. Ex his & similibus veterum scriptis etiam colligere erat, quæ fuerit eorum, unius vel plurium, sententia, de rebus credendis,

agendis, vel omittendis; Quare non putavimus, ea hîc loci prætereunda fuiſſe.

Phraſeologia.

§. 66. *Phraſeologia* veterum non inſuper habenda eſt. Ut plurimum cum ſcripturis ſacris loquebantur, ita tamen, ut nonnunquam aliis etiam verbis & phraſibus uterentur, uti oſtendimus ſupra artic. III. ſect. 1. §. 5. & 6. Confer ex vetuſtioribus Greg. Naz. orat. VI. f. m. 192. Marium Victor. l. 2. adv. Arian. f. m. 326. Ex recentioribus Vedel. de prud. vet. Eccleſ. l. III. c. 3. p. 257. ſeqq: Cum hoc tamen diſcrimine, quod hæc phraſeologia iſti non æquipolleret, ut fide divina perinde, ac iſta, foret amplectenda, ſed ut aliis Eccleſiæ uſibus inſerviret. Carere facilius poſſet Eccleſia technicis vocibus, niſi Hæreticorum obſtaret verſutia. In hunc ſenſum accipio decretum Synodi Alexandrinæ, Athanaſio & Euſebio Vercellenſi auctoribus factum: Decreverunt, *voces* (ὑπόστασις & ὑποστῆναι) *de Deo uſurpandas non eſſe. Nam ſubſtantia quidem vocabulum in S. literis nuſquam reperiri; hypoſtaſeos autem nomine abuſum eſſe Apoſtolum ob dogmatum neceſſitatem. Alia autem ratione hæc voces admittendas eſſe decreverunt, tunc videlicet, cum opinionem refutant Sabellii, Ἵνα μὴ συνῶσι τῇ λέξει, ne verborum inopia Trinitatem rem unam eſſe putaremus, triplici nomine appellatam, ſed ut potius unumquemq; eorum, qui nominantur in Trinitate, Deum in propria perſona eſſe credamus.* Socr. lib. III. c. 7. De illa inopia conqueritur Hilarius lib. XII. de Trinit. f. m. 195. quod *fidem intra ſilentium nonnunquam ſtrangulet eloquendi inopia.* Ei igitur aliunde ſuccurrendum eſt, nempe phraſibus & formulis Eccleſiaſticis, præſertim antiquis. Cum nonnulli vocabulum *cum*, & alia, in doxologia Spiritus Sancti calumniarentur, & criminarentur, tanquam ἀμάρτυρα καὶ ἄγραφα, *quæ teſtimonio, & ſcripturis deſtituerentur*, reſpondit Baſilius: *Si plurima arcana* (πολλὰ τῶν μυστικῶν) *citra ſcripturam recepta ſunt nobis, cum aliis plurimis & hoc recipiamus.* lib. de Spir. Sanct. c. 29. confer Athan. decret. Nic. t. 1. f. 248. D. de Synod. Seleuc. f. 927. C. Si nec dum in Eccleſia formulæ factæ, & receptæ fuerint, loquatur quiſque de rebus divinis, ſicut putat, ſe ſenſa mentis commodiſſime expoſiturum eſſe: *Cum de naturis cæleſtibus ſermo eſt, illa ipſa, quæ ſenſu mentium continentur, uſu communi, & natura, & ſermonis ſunt eloquenda; non utiq; dignitati Dei congrua, ſed ingenij noſtri imbecillitati neceſſaria, rebus*

ſcilicet

ſcilicet verbis, noſtris ea quæ & ſentimus & intelligimus locuturi. Conſilium eſt Hilarii lib. IV. de Trinit. f. m. 35. Patres non raro de rebus Novi Teſtamenti loquebantur phraſibus ex V. T. petitis. Illuſtre exemplum legas apud Gregorium Naz. orat. XLI. f. 651. B. Loquitur enim de paſchate Chriſtiano verbis antiqui paſchatis: *Heri*, inquiens, *agnus mactabatur, & poſtes ungebantur, luxitq; primogenita Ægyptus, ac nos exterminator præteriit, ac ſignaculum formidabile & venerandum, precioſoq; ſanguine protecti ſumus.* Talia loca plurima hinc inde occurrunt, ſed cave, phraſeologiam iſtam in proprio ſenſu acceptare; Facile enim in analogiam fidei impingere poſſes, & ab ipſa veterum mente aberrare. vid. Athanaſ. de ſent. Dionyſ. t. 1. f. 573. B. contra eos, qui vocem ὁμοούσιον aliter intelligebant, ac veteres, & orthodoxi.

§. 67. Peccat phraſeologia, cum nil niſi quæſitam eloquentiæ & ſapientiæ humanæ gloriam redolet; De quo vitio iterum audiendus eſt Greg. Naz. orat. XXXI. f. 527. conquerens: *Fuit quondam tempus, cum res noſtræ florerent, ac præclarè ſe haberent, cum nimirum ſuperſtua hæc, & verborum lepore atq; arte fucata tractandæ Theologiæ ratio ad divinas caulas ne aditum quidem habebat. Verum idem erat calculis ludere, inverſionis celeritate aſpectum fallentibus, aut omnigenis & laſcivis corporis flexibus ſpectatores ludificari, quod novi quidpiam ac curioſi de Deo vel dicere, vel audire; Simplex contra ingenuaq; oratio atq; doctrina pietas exiſtimabatur. At poſtquam Sexti, ac Pyrrhones, & contradicendi libidine incitata lingua, v. luti grave quidam ac malignus morbus in Eccleſias noſtras infeliciter irrepſit, quodq; Actorum liber de Athenienſibus narrat, ad nihil aliud vacamus, quam ad novi aliquid dicendum, vel audiendum.* Hæc ille contra abuſum eloquentiæ humanæ. Peccant & illi, qui, ubi res ipſa ſalva eſt, in verbis tricantur, iisque per ſeſe non ſcandaloſis, nec obſcuris, aut intricatis. Præclarus locus eſt Athanaſij, de Dionyſio Alexandrino diſſerentis, & dicentis: *Non ignorandum eſt, hoc ipſum (ἀγέννητον) vocabulum diverſa ſignificare, cum alij id quod exiſtit, & factum non eſt: Alij rurſus, quod plane ſui auctorem non habet, ingenitum dicant. Inter has igitur ſignificationes, ſi quis reſpiciens ad priorem ſignificationem, cum id denotatur, quod auctore ſui careat, atq; eo modo Filium non eſſe ingenitum dixerit, ἵν. ἂν κατηγόρει βλάπτων ἕτερον βλάπτοντα εἰς τὸ*

μὴ εἶναι ποίημα, μηδὲ κτίσμα; nequaquam ille culpet alium, qui cum respiciat, Filium neq; creaturam, neq; opus esse, dicat eum ingenitum esse: Vterq; enim suum scopum spectans rectè locutus est: Ita quoq;, si aliqui ex Patribus ad istum, alii ad alium modum de consubstantiali disseruerunt, καὶ μὴ φιλονεικῶμεν ἡμεῖς, nobis tamen ob id contentiosè agendum non est, sed cum pietate eorum dicta excipere debemus, eo quod præcipuè sua studia ad pietatem referebant. De Synod. t. 1. f. 921. D. Laudandi proinde erant illi, qui, orthodoxè explicato termino hypostasis, pacem inter sese reconciliarunt, de quo scribit idem Athanasius epist. ad Antioch. f. 577. D. *Illi, qui eo* (Tritheismi) *crimine postulati erant, quod tres hypostases inducerent, cum istis in eandem sententiam convenerunt; vicissimq; illi, qui unam hypostasin asseverarant* (Sabellianismi suspecti) *istorum interpretationi acquieverunt.* Confer seqq. f. 578. 579; Gregor. Naz. orat. XXXV. f. 562. Et in Pentecost. orat. XLIV. f. 728.

§. 68. Peccant & illi, qui phraseologia utuntur scandalosa per sese, & ab analogia fidei, & scripturæ abhorrente. Sic peccaretur, si quis diceret, Patrem esse Spiritus Sancti avum, Filium parentem, & hunc istius nepotem, hujus vero Filium, quo absurditatis Hæretici Anti-Trinitarij orthodoxos redigere volebant: *Miseri,* ait Didymus Alex. lib. III. de Sp. S. f. 203. *atq; miserabiles, non sentientes, de incorporeis & invisibilibus juxta corporalium & visibilium disputari non licere naturam. Fratrem esse, vel patruum, nepotem vel filium, corporum nomina sunt, & imbecillitatis humanæ vocabula; Trinitas vero omnes has prætergreditur nuncupationes. Et quotiescunq; in aliqua de his cadit, nominibus nostris, & incongruis vocabulis non sua natura, loquitur.* Cum Symphronianus Novatianus *Musas* appellasset, vapulavit à Paciano epist. II. f. m. 99. tom. 3. Bibl. PP. dicente: *Tu ipse cur ais, literas tuas vivaci cedro perlinam propter cariosos hostes Musarum. Quarum, oro, Musarum? an quæ invenerint literas, & scripserint chartas, quas tinea persequuntur? Dic, oro, frater, Musæ literas reperterunt? Nonne per Dominum omnia, & à DEO omnia? Præter illas centum & viginti linguas fuit adhuc alia Musarum?* &c.

§. 69.

Chriſtianus.

§. 69. Fides iſta, quæ creditur, & idoneis verbis proponitur, ſi à fide credente recipitur, conſtituit Chriſtianum. Baſilius reg. moral. LXXX. c. 22. interrogat: *Quid Chriſtiani ſit proprium?* Et reſp. Πίστις δὶ ἀγάπης ἐνεργουμένη, *fides per charitatem operoſa.* Pergit interrogando: *Quid proprium ſit fidei?* Et reſp. ἀδιάκειτος καὶ πληροφορικὴ τῆς ἀληθείας τῶν θεοπνεύστων ῥημάτων *certiſſima animi fiducia de divinorum verborum veritate, quæ nulla, neq; à naturali neceſſitate inducta ratione, neq; ad veræ pietatis ſimulationem conformata ullo modo poſſit labefactari*: Iterum interrogat: *Quid ſit proprium πιστοῦ fidelis?* Et Reſp. Τὸ ἐν ταύτῃ πληροφορίᾳ διαπεφυκὸς τῇ δυνάμει τῶν εἰρημένων, καὶ μηδὲν τολμᾶν ἀθετεῖν, ἢ ἐπιδιατάσσειν, *ut cum ejuſmodi certa animi fiducia veram eſſe illorum vim credat quæ dicta ſunt in ſcriptura, nihilq; rejiciat, aut novum ſtatuere audeat.* Probat dicta ratione ex S. literis depromta; *Etenim*, inquiens, *ſi omne, quod ex fide non eſt, peccatum eſt, ut ait Apoſtolus* (Rom. XIV. ult.) *fides autem ex auditu, auditus autem per verbum Dei* (Rom. X. 17.) *ſine dubio, cum, quod extra divinam ſcripturam eſt, ex fide non ſit, peccatum eſt.* Quibus ipſis verbis etiam Chriſtianus, utpote qui fidelis eſt, deſcribitur.

Chriſtianiſmus.

§. 70. Operæ pretium eſt, huic materiæ aliquantulum inhærere; *Hoc* enim *ad decus ac gloriam præcipuum ducamus, ut & ſimus, & dicamur Chriſtiani*, cum Cæſario, fratre Gregorii Nazianzeni, qui id ipſum de eo refert orat. XXIV. f. m. 433. A. Chriſtianus autem ſic appellatur à *Chriſtianiſmo*, quæ vox occurrit apud Euſeb. lib. 1. dem. Evang. c. 6. & alibi ſæpius. Sed *quid* eſt *Chriſtianiſmus?* Veteres non cuivis ſtatim ad hanc quæſtionem reſpondebant. Orthodoxus ap. Athan. dial. 1. f 158. C. t. 2. interrogatus: *Quid eſſet Chriſtianiſmus?* non prius reſpondit, quam ſciret, quis interrogaret: *Dicere, quid ſit Chriſtianiſmus, tutum non eſt, niſi cognovero, quisnam ille ſit, qui hoc percontatur.* Rationem ſubjungit: *ne forte comperiar res ſanctas canibus, & porcis margaritas projicere. Etenim ſi quid ex me quæras, & fueris ex fidelium numero, qui myſteriis initiantur, prompte id quod ego ſum tibi dixero; Quid ſit autem fidelem eſſe, non dixero, ne forte ſis Iudæus qui mè interrogat.* Prudenter id factum; Niſi enim animi per media ſaltem pædagogica nonnihil fuerint præparati,

parati, ad auditum tantorum mysteriorum stupent, & quasi resiliunt. Est enim Christianismus μέγα ὄντως καὶ θεῖον μυστήριον *magnum revera & divinum secretum*, judicio Athanasii orat. de pas. & cruc. f. 1013. D. Nobis autem liceat Christianismi mysterium pandere, quandoquidem nobis res sit cum initiatis. Certe Eusebius operæ pretium censuit explicari, *qua nostra sit Evangelicæ doctrinæ ratio*, καὶ τίς ἂν κυρίως λεχθείη ὁ χριστιανισμός, *quis item proprie Christianismus vocetur, quippe qui neq; Græcorum sit, neq; Iudæorum institutum, sed recens quædam veraq; Dei sapientia, quæ vel ipso nomine professionis novitatem præ se ferat*. lib. 1. de præp. Evangel. c. 5. f. m. 16. D.

Descriptio. §. 71. Honorificè *describitur* Christianismus. Constantinus M. in rescripto Mediolanensi, pro Christianis promulgato, vocat αἵρεσιν καὶ θρησκείαν χριστιανῶν *sectam & religionem Christianorum*: paulo post appellat: τῷ τῶν χριστιανῶν παφυλάξει, ἢ θρησκείᾳ, *Christianorum observantiam aut cultum*: apud Euseb. Hist. lib. X. c. 5. f. m. 388. B. D. σεβασμιωτάτην τῆς χριστιανισμῆς θεραπείαν, *religiosissimum Christianismi cultum*. de vit. Const. l. 2. c. 24. Eusebius quomodo descripserit, paulo ante audivimus. Alibi vocat καινὴν καὶ νέαν διδασκαλίαν *novam & recentem* Christi *doctrinam* lib. 1. dem. Evang. c. 7. *Rempublicam omnes amplexam virtutes*, c. 6. *divinam, pietatemq; amplexam philosophiam*. lib. III. f. m. 105. σεμνότατον νόμον *venerabilem legem*, lib. II. de vit. Const. c. 24. Dionysius Areop. ἔνθεον καὶ θείαν καὶ θεουργικὴν ἔκφυσιν, *divinitus inspiratam, & divinam, & deificam scientiam*. de Eccles. Hier. c. 1. f. m. 196. §. 1. Julius Firmicus *venerandam legem*, de error. prof. relig. c. 21. *Sublimem & excelsam philosophiam* Nyssenus orat. Catech. c. 18. t. 3. opp. f. 74. D. Cujus confer disputationem de nomine & professione Christiani, f. 267. seqq:

Onomat. §. 72. Christianismus derivatur à *Christo*, cujus nomen ἐυωδέστατον *fragrantissimum* salutatur à Cyrillo Cat. VI. f. 52. σεβασμιώτατον *adorabile*, juxta Nyssen. de perfect. t. 3. f. 275. D. Ab hoc adorabili & fragrantissimo nomine, Christus, dicimur Christiani: *Christi appellatione signamur*, scribit Pacianus ad Sympron. epist. III. *Reges quidem inter homines non commune cum aliis hominibus regium nomen habent; Iesus autem Christus, Dei Filius*, χριστιανὸς καλεῖσθαι ἡμᾶς παρέσχετο, *Christianos nos appellari* (de suo scilicet nomine, Christus,) digna-

dignatus eſt. Cyril. Cat. X. f. 89. C. Confer f. 92. B. Et Cat. Myſtag. III. f. 234. ſeqq. Nyſſenus egregie: *μετοχῇ τοῦ χριστοῦ τῷ τῆ χριστιανῆ ὀνομαζόμεθα, participatione Chriſti Chriſtiani appellationem adepti ſumus.* orat. de profeſ. Chriſt. t. 3. f. 270. D. Significat autem Chriſtus, & ab eo Chriſtianus, unctum. Hieronymus ad Principiam virgin. t. IV. f. 48. Apoſtolis & credentibus Chriſtus, ait, *unctionis ſuæ vocabulum tribuit, ut ab uncto vocentur uncti, i.e. à Chriſto Chriſtiani.* Neque obſtat, quod novum hoc nomen ſit; *Præmunierat enim hoc Propheta* (Iſ. LXV. 15.) *dicens: Servientibus mihi vocabitur nomen novum, quod benedicetur ſuper terram.* Reſpondet Cyrillus Catech X. f. 89. Imo jam in V. T. hoc nominis auditum erat, *Chriſtos* enim *eos ipſos, qui ante Moſen amici, familiaresq; Dei fuerunt, ſicut nos Chriſtianos, appellatos invenies*; Quæ verba ſunt Euſebii lib. I. dem. Evangel. c. 5. f. m. 12. probata ex Pſ. CV. 13. Confer f. 39. lib. IV. f. 194. VI. 294. Hilar. lib. V. de Trin. f. 56.

§. 73. Patet hinc, Chriſtianos à Deo & Salvatore ſuo, cujus doctrinam imbiberant, voluiſſe vocari. *Nunquam enim populus ab Epiſcopis, ſed à Domino, in quem credimus, nomen accepit. Certè à beatis Apoſtolis, præceptoribus noſtris, miniſtriſq; Evangelii Salvatoris noſtri, appellationes adepti non ſumus, ſed à Chriſto Chriſtiani & ſumus & nuncupamur; illi vero, qui aliunde originem ſuæ fidei deducunt, merito auctorum ſuorum cognomenta, ut ad quos pertineant, præferunt*: verba ſunt Athanaſij orat. II. adv. Arian. f. 308. cui conſentit Nyſſenus cum ad Olympium Monachum ſcribit: *Bonus Dominus noſter Ieſus Chriſtus nos, qui in ipſum credimus, adorandi nominis ſui participes fecit, ut, ſive divites, ſive nobiles, ſive obſcuri, ſive inopes, ſive doctrinæ, aut dignitatis inſignibus exornati ſimus, nulla tamen ex re, quæ nobis adſit, nominemur, ſed his omnibus reſectis μίαν εἶναι κυρίαν κλῆσιν ἢ τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι δεδώρηται, τὸ χριστιανὸς ὀνομάζεσθαι, de uno nomine ipſius principaliter appellemur Chriſtiani.* t. 3. opp. f. 275. D.

§. 74. Chriſtianorum alii ſic ſolum dicuntur, alii revera tales ſunt; Illi dicuntur *ψευδῶς λεγόμενοι τῷ ἁγιωτάτῳ χριστοῦ ὀνόματι falſo appellati à fragrantiſſimo Chriſti nomine*, deſcribente Cyrillo, Catech. VI. Quale genus hominum merito vituperandum eſt: *Chriſtianus vocatus es, parce huic nomini, ne propter te blaſphemetur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Filius Dei.* monente eodem Catech. XI. f. 92. Chriſtianorum homonymia.

f.92. poſtquam præmiſiſſet: *credens in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum agnoſcat cujus habet appellationem.* Hoc qui facit vere Chriſtianus eſt, id quod arduum eſt: *Eſſe Chriſtianum grande eſt, non videri,* dicit Hieronymus in literis ad Paulinam t.1. f.47.C. Chriſtianus & veræ doctrinæ debet eſſe deditus: *Iam ſemel formam dedimus, ἵνα ὁ γινώσκων ἑαυτὸν χριστιανὸν ἐκεῖνο φυλάττῃ, ὅπερ καὶ τῶν Ἀποστόλων παρέδοθη: ut qui ſe Chriſtianum profitetur, ille cuſtodiat, quod ab Apoſtolis traditum eſt.* Scribit Damaſus, Epiſcopus Romanus, in Synodica adverſus Apollinarem & Timotheum: Theodor. lib. V. c. 10. f.719. B. Confer quæ in hunc ſenſum allegavimus ex Baſilio. §. 69. præced. Et præterea ſanctimoniæ vitæ ſtudere: *Nihil enim proderit nobis, Chriſtianorum poſſediſſe appellationem, μὴ καὶ τῶν ἔργων ἐπακολουθούντων, ſi opera illam non ſequantur,* judicio Cyrilli Catech. VII. f.70. Probat ex Joh. VIII 39. *Si filii Abrahami eſſetis, opera Abrahami faceretis.* Confer Greg. Nyſſen. in tractatu, t.3. f.267. περὶ τοῦ τί τὸ χριστιανῶν ὄνομα, ἢ ἐπάγγελμα; item fol.275. de perfect. Chriſtiani; Athanaſium, vel quiſquis auctor eſt, dial. 1. f.158. t.2. Cyrillus utrumque complexus ſcribit: cultus divini modus ex his duobus conſtat δογμάτων εὐσεβῶν ἀκριβείᾳ καὶ πράξεων ἀγαθῶν, *piorum dogmatum certitudine, & bonorum operum executione.* juxta Cyril. Catech. IV. f.23. D.

Chriſtiani Etymol.

§. 75. Poteſt hinc concinnari *definitio,* ſeu deſcriptio Chriſtiani vere ſic dicti; Quales plures hinc inde occurrunt; *Definitum* eſt *Chriſtianus,* quem & *Chriſtum* appellat Optatus Milev. lib. V. adv. Parm. p. 142. dicens: *Qui rebaptiſatur* (quod faciebant Donatiſtæ) *jam Chriſtus fuerat, quomodo dici poteſt iterum Chriſtianus?* Fuerat *Chriſtus,* i.e. *unctus,* phraſi Hebræa, cujus Synonymum eſt *Chriſtianus,* uti ſemetipſe mox explicat. Tales Chriſtiani deſcribuntur à verbo & ſacramentis, tanquam οἱ πρῶτ τὸν σεμνότατον σέβοντες νόμον, *cultores honeſtiſſimæ legis,* deſcribente Euſeb. lib. II. de vit. Conſt. M. c.24. Qui *ſanctiſſimæ legi ſerviunt,* à Conſtantino M. l.5. cod. de Epiſc. *Catholicæ legis obſervatores.* l.1. cod. de Hæret. tit.5. Baſilius reg. LXXX. moral. interrogat: Quid *proprium* ſit *Chriſtiani?* & Reſp. Τὸ διὰ τοῦ βαπτίσματος τοῦ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος γεννηθῆναι ἄνωθεν *ut per baptiſmum denuo ex aqua & Spiritu generetur.* Paulo poſt iterat quæſtionem propoſitam, & reſpondet: eſſe ſanctum & im-

Digitized by Google

& immaculatum, καὶ ὅπως ἐδίου τὸ σῶμα τῦ χρις῀ῦ, καὶ πίνειν τὸ αἷμα, *& sic edere corpus Christi, & bibere sanguinem.* Ex verbo & sacramentis nascitur fides. Quæ & ipsa dat esse Christiano: *Non* enim *personarum dignitate, sed fide Christianismum insigniri,* certum est Gregorio Naz. orat. XXX. & Ambrosio lib. 1. de sacram. c. 1. *In Christiano enim viro,* inquit, *prima est fides. Ideo Romæ fideles dicuntur qui baptizati sunt. Et pater noster Abraham ex fide justificatus est, non ex operibus.* Vapulabant igitur Donatistæ, ex cœco obsequio Christianum æstimantes, ab Optato Milev. lib. III. p. 113. dicente: *Et ille vobis videbitur Christianus, qui quod vultis fecerit, non quem fides adduxerit.* Verus igitur Christianus ille est, quem vera *fides* ad Christianismum *adducit.* Fides nimirum in Christum: *Omnes* enim *qui Christo credunt Christiani vocantur,* ait idem Milevitanus Episcopus lib. cit. p. 87. Qualem requirebant Nicæni Patres; unde huic Symbolo deferentes specialius inde dicebantur, tanquam vere credentes Christiani, οἱ τῆς ὁμουσίου πίστεως, *qui sunt de fide homousii, seu consubstantialis*; Socr. l. V. c. 3. οἱ ὅρον τῆς ἐν Νικαίᾳ σίξαντες πίστεως, *definitionem fidei Nicenæ amantes.* c. 4. οἱ τὸ ὁμούσιον φρονῦντες: *statuentes consubstantialitatẽ,* scil. inter Patrem & Filium. l. c. οἱ τῇ ὁμουσίῳ προσκείμενοι, *qui mentem applicant consubstantialitati,* c. 8. f. 264. C. οἱ τὸ ὁμούσιον φρονήμασι, *qui sentiunt, Patrem & filium esse Deum consubstantialem.* lib. IV. c. 9. f. 217. D. uno verbo: ὁμονοιασταί appellante Basilio epist. LXXIII. f. 871. C. οἱ μὴ διαφέροντες τὸν λόγον τῆς ἀληθῦς πίστεως, *qui non discrepant in ratione veræ fidei,* juxta descriptionem Synodi Constantinopolitanæ in Synodica apud Theodor. lib. V. c. 9. f. 716. C. Per fidem reddimur filii Dei; Quæ est alia Christianorum definitio: *Filius* enim *regis i. e. populus Christianus,* definiente Paciano epist. 2. ad Sympr. f. 98. D. Fides religionem constituit: unde Christiani sunt *homines Christianæ religionis*: l. 1. cod. de Episc. Quæ est *sanctissima justissimaq; religio,* communi hominum sensu, apud Euseb. in orat. Constantini M. ad sanctor. cœt. c. 25. f. m. 611. B. confer plures tales descriptiones in compendio paratit: ad l. 1. cod. de Hæret. à Dionysio Gothofredo collectas. Basilio Christiani sunt ἄρτι πως, διὰ τὸ εἰς τὸν πίστιν ἀρτιγενῆς ὀνομαζόμενοι *agni quidam sic dicti, quod modo regeniti in fidem* Basil. in cap. V. Jes. t. 1. f. 967.

Causæ. §. 76. Ex præmissis descriptionibus colligi possunt causæ Christiani, seu Christianismi. Causas enim suas,& quidem supernaturales,habere,illud Hieronymi ex Tertulliano depromptum apophthegma probat: *Fiunt,non nascuntur,Christiani* epist.ad Læt. t.1. f. 25. D. Fiunt, nimirum à Deo,cujus creaturæ sunt, per verbum & sacramenta,tanquam per organa: Et consistunt in vera fide, quæ per charitatem est operosa. Doctrinam opus est ut accuratè Christianus defendat, quo fine Constantinus M. distinguit inter *τὴν περὶ τὴν σεβασμιωτάτην τοῦ χριστιανισμοῦ πρόσταξιν ἀκριβῆ φυλακήν accuratam Christianismi venerabilis observantiam*, & ejusdem contemptum; apud Euseb. l.2.de vita Const. c.24. Ista enim est forma & anima Christiani,& Christianismi. Nam *in rebus divinis non verbis, sed factis opus est, nec pronunciatio linguæ, ἀλλ' ἢ τῆς ψυχῆς διάθεσις ὠφελεῖ: sed animi affectus prodest.* ait Athanasius de pas & cruc.t. 1. f.1041 A. Et dial.1. t.2. f.158.D. *Scire quid sit Christianismus,non est Christianum esse*, sed scilicet vera fide & ardente charitate ipsum complecti. Tum finem suum assequitur Christianus, nempe vitam æternam: *Latro credit in cruce, & statim meretur audire: Amen dico Tibi, hodie mecum eris in paradiso*, scribit Hieronymus ad Rusticum Monachum de veri nominis *Christiano*, t.1 f.20.

Fata. §. 77. Variis autem rerum statibus obnoxium esse Christianum, idem Hieronymus d.l.facundè docet. *Nihil*, inquiens, *Christiano felicius; cui promittitur regnum cælorum. Nihil laboriosius, qui quotidie de vita periclitatur; Nihil fortius, qui vincit Diabolum; Nihil imbecillius, qui à carne superatur.* Estigitur Christiani sors, partim bona, partim mala, & mala quidem vel physicè, vel moraliter. Officium ipsius ex S. literis accuratè describit Basilius, quando distinctas quæstiones reg. LXXX moral.proponit,videlicet, *quid sit proprium Christiani?* quid *ejus, qui natus est ex aqua? qui ex spiritu?* qui *denuo?* Iterum, *quid proprium Christiani?* quid ejus, qui S.Cœna usus? Tertium,quartum,quintum,sextum, *quid proprium Christiani?* Responsiones ad singulas quæstiones huc referre, prolixius foret, quare vide ipsum suo loco auctorem citatum.

Seculi

Seculi Quarti
Articulus V.
De
THEOLOGIA:
Sect. I.
De
THEOLOGIA IN GENERE.

Argumentum:

Articuli de Deo locus. An de Deo disquirendum? Videtur quod non, propter apparentes quasdam rationes cum scriptura, tum natura. Affirmatur quod sit, propter solidas rationes, solutis objectionibus. Datur aliqua Dei notitia, divinitus concessa, secundum ordinem legitimum, quo observato Deus quadantenus cognosci potest: Isq; ex suo ipsius Verbo, scriptura sacra, cujus vel verba, quantum fieri potest, retinenda sunt. Est fidei articulus: ordine tractandus: Theologiæ Etymologia, homonymia, Synonymia, paronymia, definitio, & divisiones.

§. I.

IN tractatione articulorum fidei primum locum occupat articulus de Deo: πρῶτον ὑμῖν τεθεμελιώσθω δόγμα τὸ περὶ θεοῦ: *Primum vobis de Deo dogmatis fundamentum jaciatur*, ait Cyrillus, Catechesin Illuminatorum IV ab articulo de Deo auspicatus, f.m. 24. & paulo post: τοῦτο μὲν οὖν σοι πρῶτον δόγμα τῆς εὐσεβείας ἐν τῇ ψυχῇ τεθεμελίωσον διὰ τῆς πίστεως: *Hoc tibi fac primum religionis dogma per fidem in animo prius figatur atq; fundetur*. f. 25. D. confer Filesac. Select. lib. 1. c. 1. Ordo.

Quæstio: An? videtur quod non:

§. 2. Posset omnino dubium moveri: *An homines de Deo disquisitionem instituere possint, vel debeant?* Videri posset quod non, cum propter mysterii sublimitatem, tum propter hominis imbecillitatem, & hinc metuendum erroris periculum. *Sublimitatem*; Nam, scribente Dionysio Areopag. epist. V. f. m. 768. ὁ θεῖος γνόφος ἐστὶ τὸ ἀπρόσιτον φῶς, ἐν ᾧ κατοικεῖν ὁ θεὸς λέγεται, *divina caligo lux est in accessu, quam inhabitare Deus perhibetur*: Adeo ut sit *inaffabilis διὰ τὴν ὑπερέχουσαν φαιότητα propter exuberantem supernaturalis luminis effusionem.* Idem Lib. de div. nom. c. 1. f. m. 375. B. res divinas refert inter ἄῤῥητα καὶ ἄγνωστα *ineffabilia & ignota*, & miratur ὑπερούσιον καὶ κρυφίαν θεότητα *supersubstantialem & abditam Deitatem.* Hilarius lib. ad August. fatetur, quod res est, dicens: *invisibilia persequimur, & incomprehensibilia tentamus, quibus intelligentia ad conspicabiles res & corporeas coarctatur.* f. m. 206. Cyrillus Catech. Illum. IX. f. 75. C. Deum appellat ἀόρατον καὶ ἀνεκδιήγητον *invisibilem & inexplicabilem.* i. e. eo ipso inexplicabilem, quia invisibilis est.

ob rationes quasdam:

§. 3. Neque enim Deus sive sub mentem, sive sub sensus cadit, ut dignè vel intelligi, vel enunciari possit: Eusebio θεῖον *Numen* est *πάσης χρείττον εὐφημίας, ἄῤῥητον, ἀνεκφώνητον, ἀπερινόητον, omni appellatione praestantius, quod neq; dici, neq; enunciari, neq; cogitando exhauriri potest.* lib. IV. dem. Evangel. c. 1. Dionysius Areop. Deo tribuit ἀλογίαν, καὶ ἀνοησίαν, καὶ ἀνωνυμίαν quod *neq; ratione comprehendi, neq; mente cogitari, neq; verbis enunciari possit.* de div. nomin. §. 1. Hilario idem Deus est *invisibilis, ineffabilis, infinitus, ad quem & eloquendum sermo fileat, & investigandum sensus hebetetur, & complectendum intelligentia coarctetur.* Lib. II. de Trinit. f. m. 15. *Enimvero*, suffragatur Gregorius Naz. orat. XL. f. m. 617. A. *Deum summum Numen est, & inaccessibile, quod nec mente percipi, nec verbis explicari potest, naturam omnem ratione praditam illustrans, hoc in intelligibilibus, quod sol in sensibilibus.*

Ex scriptura & ratione.

§. 4. Dicta probari possunt cum ex scriptura, tum ex ratione; Ex ista, exemplis Abrahami, Mosis, aliorum, qui Deum videre, aut comprehendere nequiverunt: Producit ea Basilius lib. de fid. t. 1. f. 498. C. & ait, quod viderit Moses, *se rerum cognitarum magni-*

magnitudini nequaquam linguæ debilitate posse respondere. Cyrillus Catech. VI. f. 49. A. argumentum ducit à minori ad majus ductum ab Angelis ad homines: Cum ipsi Deum ex sese *nesciant, nullus* ergo *homo suam erubescat* τῷ ἄγνωτα ὁμολογεῖν *inscitiam confiteri*, subjungit scripturæ dicta, Job. XI. 7. Jes. LXIV. 4. 1. Cor. II. 9. Rom. XI. 33. Ex quibus pateat, Deum & res divinas omni & cogitatione, & elocutione majores esse: Imo Ruffinus eo progreditur, ut dicat: *De Deo etiam vera dicere, periculosum est.* Expl. Symb. Manetque eaunius Filii & Spiritus S. gloria, quod Deum perfectè norint: *Splendorem purum paternæ visionis* εἰλικρινῶς ὑφ' οὗ ἁγίῳ πνεύματι τετίμηται: *propriè tantum Filio cum spiritu sancto intueri licet*, juxta Cyrillum Catech. VII. f. 69. A. Confer Alexandrum, Episcopum Alex. in literis Encyclicis apud Socr. lib. I. c. 6. f. 12. C. Et temerarius fuit Anomœus ille, dicens: *Ego eum* (Deum) *novi, ut ipse seipsum novit.* dial. 1. de Trin. apud Athan. t. 2. f. 159. C. Confer Cyrill. Catech. Illum. VI. f. 49. A. 51. A. IX. 75. Hilar. lib. II. de Trin. f. 15. XI. f. 180. Gregor. Naz. orat. I. f. 5. II. f. 22. Didym. Alex. de Spir. Sanct. f. m. 198. Epiphan. hæres. LXX. f. 396. Basil. de fid. homil. XV. f. m. 498. Eusebium lib. XI. de præp. Evangel. c. 12. f. 529. ubi totus in eo est, ut probet ὅτι ἄῤῥητον τὸ θεῖον, quod *Numen divinum sit ineffabile*; Probat autem potissimum ex voce ἀνεκφωνήτῳ apud Hebræos יהוה.

§. 5. Hæc quidem in contrariam sententiam objici posse videntur, attamen ea ab affirmativa Patres hujus seculi dimovere non potuerunt, quin statuerent, licitum esse, disquisitionem de Deo instituere, idque rationibus firmarent. *Excellentissima* est Dei notitia, vel ipsis gentilibus fatentibus, *supremæ* scilicet *philosophiæ gradum attingere*, qui Deum agnoscunt; referente Eusebio lib. I. de præp. Evang. c. 4. f. 12. B. Athanasio cognitio Dei est ὑπὲρ πᾶν χάρισμα καὶ ἐξαίρετον *super omne donum & excellens.* Basilius de fid. t. I. f. 498. δόξαν τῆς θεολογίας *dignitatem Theologiæ* celebrat. Nec immerito: *Quæ* enim *quæso de re potius loquimur convenit, quam de Deo?* interrogamus cum Gregorio Naz. orat. VII. f. 234. C. *Nos*, inquit, homines putans, qui eum in finem nascuntur, ut Deum vestram cognoscamus. Et censet Eusebius *Enoch* hominem καὶ ἐξοχὴν esse ideo dictum, quod Deum accuratè cognoverit. lib. VII. de

Affirmativa placet per rationes solidas.

præp. Evangel. c. 8. f. 307. A. Provocat ad judicium Moſis & Prophetarum lib. XIV. c. 3. Eſt, nempe Hilarius, qui Deum ita compellat: *Cum me in vitam animatum rationis quoq; intelligentem præſtitiſſes, ad cognitionem me tui ſacris, ut arbitror, per ſervos tuos Moyſen & Prophetas voluminibus erudiſti.* lib. VI. de Trin. f. m. 67. Eſt cognitio homini maximè utilis & neceſſaria: Nam *agnitio* (Dei) *eſt ipſa beatitas*, ait Naz. orat. IX. f. 293. B. Hilarius lib. VI. de Trin. f. m. 61. *ſalutem*, ait, *in Patris & Filii confeſſione perfectam eſſe*, & veros Chriſtianos vocat *beatæ æternitatis ſpem in Patris & Filii confeſſione ſectantes*, lib. VIII. f. 99. Contra *ignoratio Dei mors animæ eſt*, judicio Baſilii exhort. ad Bapt. homil. XIII. f. 476. A. confer regg. brev. interrog. XX. t. 2. f. m. 532. 533. *Et neſcit ſapere, qui Deum neſcit*, ſententia Hilarii lib. VIII. de Trin. f. 99. *Tenerrima pars injuſtitiæ eſt ignorantia in Deum*: ait Titus Boſtren. lib. III. adv. Manich. p. 130. Crevit neceſſitas hoc ſeculo per Hæreticorum δυσμάχων & λεσχομάχων malitiam & fraudem invaleſcentem: *Arianorum curioſa ſubtilitas ad majorem neceſſitatem adegit orthodoxos, videlicet, ut de protenſione naturæ divinæ, deſuper creatione Filii, de adoptione in nomen Dei, tum autem περὶ τῦ ὁμοουσίυ καὶ τῦ ὁμοιουσίυ magnis contentionibus diſſererent, ac denique definirent.* verba ſunt Eraſmi præfat. ad Hilar. f. m. 4. vid. Ambroſ. de fid. adv. Arian. c. 8.

Solvuntur objectiones

§. 6. Nec obſtant, quæ §. 2 & ſeqq. objecta ſunt; Neque enim ſimpliciter omnem Dei inquiſitionem & notitiam homini abjudicant, ſed ſecundum quid, nempe, quod Deum immediatè, ſenſibiliter, perfectè, & adæquatè comprehendere non poſſit, ſicut eum vel ipſe divinæ perſonæ norunt, vel Angeli, & jam beati, faciem Dei intuentes; Iſtam Cyrillus vocat καταλῆψιν *comprehenſionem*, Catech. IX. f. 75. D. Baſilius *cognitionem à facie ad faciem, & ab omni parte cumulatam atq; perfectam.* de ver. fid. t. 2. f. 252. B. Et negat in hominem hanc cadere, *infinitum*, dicens, *quiddam eſſe, quod de rerum divinarum cognitione divinæ literæ ſentiant: neq; ullo modo vires humanas, quamdiu hic in terris vitam ducimus, earum arcana penitus poſſe comprehendere, cum majoribus indies ſingulos progreſſibus faciendis aliquid novi aſſiduè ſemper acquiratur; Neq; ſit quisquam qui ad ſummum illud prius queat pervenire, quam venerit quod perfectum eſt, quo ſane tempore evacuabitur quod ex parte eſt.* Et licet ſimilibus natura divina aliquo

Sonn, Mond und Sterne, Tag und Nacht, Licht und Finsterniß, Himmel und Erde, Meer und Land, Pflanzen und Thiere, Menschen und Engel, Gutes und Böses, Leben und Tod, Seligkeit und Verdammniß, Ewigkeit und Zeit, Anfang und Ende, Alles, Alles ist sein Werk, Alles ist sein Eigenthum, Alles ist sein Geschöpf, Alles ist sein Knecht, Alles ist sein Unterthan, Alles ist sein Diener, Alles ist sein Sclave, Alles ist sein Opfer, Alles ist sein Gut, Alles ist sein Besitz, Alles ist sein Reich, Alles ist sein Volk, Alles ist sein Gebiet, Alles ist sein Land, Alles ist sein Haus, Alles ist sein Tempel, Alles ist sein Altar, Alles ist sein Priester, Alles ist sein Prophet, Alles ist sein Apostel, Alles ist sein Heiliger, Alles ist sein Gesalbter, Alles ist sein Sohn, Alles ist sein Geist, Alles ist sein Wort, Alles ist sein Bild, Alles ist sein Ebenbild, Alles ist sein Gleichniß, Alles ist sein Abdruck, Alles ist sein Siegel, Alles ist sein Zeichen, Alles ist sein Name, Alles ist sein Ruhm, Alles ist sein Lob, Alles ist sein Preis, Alles ist sein Dank, Alles ist sein Gebet, Alles ist sein Gottesdienst, Alles ist sein Gottesdienst, Alles ist sein Gottesdienst.

Cap. IV. Von dem Lobe des Schöpfers.

1. Der Schöpfer ist der Grund und Ursprung alles Lobes, und alles Lob ist sein Eigenthum. Er ist der Urheber, der Anfänger, der Vollender, der Vollkommener, der Vollkommener, der Vollkommener

non tamen cognitionem Dei consequentur. Inquit Hilarius lib. V. de Trin. f. 54. Quare Dei donum est; *Non incertam* ille, *aut dubiam tanti sacramenti doctrinam reliquit, nec nos ambigua intelligentiæ deseruit errore*: ait idem Hilarius lib. VII. de Trinit. f. 93. Salvo ordine. Ut vero isto Dei dono homo capax fiat, opus est πίστει legitima; de qua Didymus lib. II. de Spir. Sanct. f. 197. D. *Deus*, ait, *his, qui se ita* (ut in præmissis scripserat) *præparaverint, spiritum sapientiæ revelationisq; largitur, ad cognoscendum semetipsum.* Moses prius expiandus erat, quam montem, legem divinam auditurus, conscenderet, juxta Dionysium Areop. de mystic. Theol. c. 1. §. 3. Ad quam πίστιν spectant ardentes ad Deum preces: *Tribue nobis*, orat Hilarius, de Trinitate agens, *verborum significationem, intelligentiæ lumen, dictorum honorem, veritatis fidem & præsta, ut, quod credimus, etiam loquamur*; & seqq. lib. I. de Trinit. f. 13. vid. Dionys. Areop. div. nom. c. 3. §. 1. Et religiosum scrutinium, quare ἀναπόσμιον, monito Dionysii Areopagitæ, de cœl. Hierarch. c. 1. §. 2. *Eo se magis contemplandum nobis præbet, quo accuratius animos purgaverimus, eo rursus magis amandum, quo magis contemplati fuerimus, eo denique magis cognoscendum. quo majore ipsius amore arserimus, sese ipse speculans & comprehendens, ac perexiguè ad externa diffundens.* juxta Gregor. Naz. orat. XL. f. m. 617. Quare & pietas requiritur: *Diximus enim, esse hoc* (Deum nosse) *hominum, qui, quantum ejus fieri queat, puri sint, ut per lucem scilicet ab eis lux percipiatur*; ait idem orat. II. de Theol. f. m. 17. confer orat. XXXIII. adversus Eunom: & carmen I. arcan. uno verbo: Theologia est *Θεοσέβεια religiosa* juxta Euseb. lib. V. dem. Evangel. c. 8.

§. 8. Hoc ordine observato, licet aliquo usque in cognoscendo Deo progredi. Deus seipse hominibus revelavit, ut posset cognosci: *Misertus* enim *nostri generis, quia bonus est, non reliquit hominum genus vacuum destitutumq; sui intelligentiâ, ne illius sua existendi natura inutilis redderetur.* πῶς γὰρ ἂν τοῖς ἀνθρώποις μὴ γενόμενον Θεὸν ἑαυτὸν ποιήσαι: *quid enim, quasso commodi rebus creatis, si non cognoscant summum creatorem? Aut quomodo rationales essent, si non cognoscant Patris verbum, cujus opera creati sunt? Nihil siquidem à brutis differrent, si nihil magis quam terrena intelligant; aut cur ita Deus eos condidisset, ἀφ' ὧν οὐκ ἐν ἐπιστήμῃ γενόμενος: à quibus se cognosci noluisset?* Ita Atha-

Digitized by Google

Athanasius de incarnat. verb. t.1. f.m.63.D. Revelavit autem partim per naturam, partim per scripturam: Et naturam quidem vel in statu institutionis, vel destitutionis. *Gratia* enim *imaginis ad similitudinem Dei hominibus impressa, idonea satis fuit γνωρίζειν τὸν θεῖον λόγον, quæ verbi Dei notitiam faceret, atq; per ipsum Patris; Attamen cum sciret Deus hominum imbecillitatem, etiam huic negligentiæ remedium prævidit, ut, si quando negligerent ex sui ipsorum intuitu Deum agnoscere, possent saltem ex naturæ operibus opificem intelligere. Sed cum paulatim negligentia hominum in peius procederet, rursum etiam huic infirmitati Deus consuluit, νόμους τε διὰ προφήτας τοῖς αὐτοῖς γνωρίμους ἀποστείλας: legem & Prophetas ipsis familiares mittens, ut, si gravarentur in cœlum suspicere, & creatorem agnoscere, haberent de proximo doctrinam.* Hæc Athan: de incarn.t.1.f.64.C.D. confer paulo post, Sect.II.§.13, seqq. dicenda. Et effectum illa Dei revelatio in multis hominum millibus hoc seculo habuit; Deus enim ab ignorantia & errore *ad spiritalem eos eandemq; clarissimam veræ erga Deum præpotentemp, rerum omnium regem, pietatis lucem vindicavit*: laudante Eusebio lib.1. de præp. Evangel. c. 5. f.m. 14. Huc cognitionis qui venit, verè *sapiens* est, judicio ejusdem lib. VII.c.8.f.m.308.A. Et habet, cur sibi gratuletur: *Gaudeat omnis anima, quæ de divinioribus quærit, si talem habeat oculum, ut talia, quæ sensu invisibilia sunt, & quærere & videre possit*: monito Basilij lib. V. adv. Eunom.f.m. 139. A. Nam salutem inde consequetur: *αὕτη ἡ τῶν χριστιανῶν σωτηρία ἐστιν. Hæc Christianorum est salus, ut credentes in Trinitatem, i.e. in Patrem; Filium, & Spiritum Sanctum, & baptizati in eandem unam Deitatem, & potentiam, & divinitatem, & substantiam, in eum credamus*: Sententia Damasi Romani in Confessione Catholicæ fidei in Macedoniam missa apud Theodor. lib. V. hist. c. 11. f.m. 722. B. Ejus ut & nos per salutarem Dei cognitionem aliquando potiamur, rogamus eum, unde παντοκινήτου φωτοφανείας θεῖόν ἐκ ἡμᾶς ἀγαθοδότως φωτῶσαι *est à patre motæ illustrationis emanatio, in nos beneficè exundans*, (verba sunt Dionysij Areop. de cœlest. Hier. c. 1. §. 1.) Deum patrem luminum, per Jesum, *qui paterna lux est vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; ejusdem elogio, ut per eum ἐπὶ τὰς τῶν ἱερωτάτων λογίων παντοδαδότους ἐλλάμψεις, ὡς ἔφην, ἀναπέμωμεν; *ad sacratissimorum à Patribus traditas eloquiorum illustra-*

tiones pro viribus ſuſpiciamus! Sic precamur: *Neq; enim*, ut cum Nazianzeno ratiocinemur, *aliter terreni corporis mentisq; vinculis adſtrictæ craſſities Deum concipere poteſt, niſi divinitus adjuvetur*!

Norma eſt Dei verbum

§. 9. Cum ex Deo Dei cognitio ſit addiſcenda, verbum ipſius conſulendum eſt. Præclare id docet Cyrillus, Catech. IV. ſcribens: *oportet de divinis ac ſanctis fidei myſteriis ne tantillum quidem tradi ἄνευ τῶν θείων γραφῶν ſine divinis ſcripturis.* Idem Dionyſius Areop. de div. Nomin. cap. 1. f. m. 375. B. docet, ſcribens: *universè audendum non eſt, neq; dicere, neq; cogitare quicquam de ſuperſubſtantiali & abdita Deitate* πλὴ τὰ θεοδότως ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα *præter ea, quæ nobis in ſacris oraculis ſunt indicata divinitus.* Quam ſententiam iisdem ferè verbis repetit §. 2. f. 376. D. Confer c. II. f. 417. §. 2. Rationem ſententiæ eveſtigio ſubjungit, dicens: *Nam ſupernaturalitatis ipſius indemonſtrabilitas, quæ ſupra omnem rationem, & mentem, & eſſentiam eſt, ipſa eſt, cui ſupernaturalem ſcientiam tribuere nos oportet; tantum ad inacceſſum illud lumen aſpirando,* ὅσον ἑαυτὴν ἐκδῦναι ἡ τῶν θειοτέρων λογίων ἀκτὶς, *quantum ſe inſinuaverit divinorum illa radius oraculorum, quo eminentioribus iſtis rerum divinarum ſplendoribus ſobrietate quadam ac ſanctitate contemperamur.* Eandem rationem reddit Hilarius lib. V. de Trin. f. 54. Philoſophi dicunt: inter ſcibile & ſcientiam, & ſciendi principium, debet eſſe proportio: Quanquam autem in ſcripturis gradus revelationis ſint, ut clarius in N. T. quam in V. T. etiam articulus de Deo ſit revelatus, judicio Nazianzeni orat. VI. de Spir. Sanct. f. m. 196. non tamen V. T. ſeponendum propterea eſt, & ſolum Novum ſcrutandum, adeo ut Amphilochius, à Baſilio laudatus, cenſuerit, *nullam vocem (imo ne Syllabam) ex his, quæ per univerſam ſcripturam de Deo prædicantur, oportere indiſcuſſam relinqui.* de Spir. Sanct. t. 2. f. m. 142. C. 143. B. Dum vero ad ſcripturas amandamur, hoc ipſo à curioſitate irreligioſa & temeritate arcemur, in quæ vitia invehuntur Ephrem t. 3. opp. f. m. 678. ex profeſſo; & Nazianz. orat. VII. f. 234. C. & orat. XLII. f. 679. & Dionyſ. Areopag. de div. nomin. c. 1. f. 377. B. Hilar. lib. X. de Trin. Baſil. homil. XXIX. Ipſa ſeſe ſcriptura imbecillitati noſtræ accommodat, per *συμβολικὴν ἱεροπλαςίαν*, uti vocat Dionyſ. Areop. epiſt. 9. dum de ſublimiſſimis Theologiæ myſteriis loquitur ex more nonnunquam, & Symbolis humanis. vide Greg. Nyſſen. orat. Catech.

Digitized by Google

Catech. c. 1. f. m. 45. t. 3. D. & Nazianz. orat. VI. f. 192. XXXVII. Dionyſ. Areop. epiſt. IX. Quæ tamen, ubi Deo applicantur, ab imperfectionibus ſuis ſunt liberanda, monente Baſilio de ver. fid. t. 2. f. 253. C. D. maxime vero cavendum, ne ſint πεπλασμένα αἰνίγματα, *audacia ſimilia*, uti vocat Dionyſius Areop. epiſt. IX. quippe quæ parum proſunt, imò maximè nocent: proſunt autem αἱ τῶν ὑπερφυῶν θεολογικῶν ἐκφάνσεις ἢ ἱεραγωγίαι, *illæ deſcriptiones ſacræ, quæ ſupernaturales res Theologicas clare exponunt.*

literaliter obſervandum.

§. 10. Decet, quantum fieri poteſt, ſcripturæ vel verba retinere in pronunciandis rebus divinis: *Pergimus de Deo locuturi Dei verbis*, ait Hilarius lib. I. de Trin. f. m. 7. Et lib. V. f. 54: *Loquendum non aliter de Deo eſt, quam ut ipſe ad intelligentiam noſtram de ſe locutus eſt.* Ne quis Baſilius conqueratur: λογολογοῦσι λοιπὸν, οὐχὶ θεολογοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, *technologicè magis, quam Theologicè homines de divinis rebus diſſerunt*, citante Damaſc. Eclog. tit. 76. Dicas: Ergo non licet uti terminis technicis, ubi de rebus divinis ſermo eſt? R. N. C. Nam ideo dixi, *quantū fieri poteſt.* Fit enim interdum, ut alia verba neceſſitas & utilitas Eccleſiæ exigat: quorum tamen ſenſus & res in S. literis contineatur: *Rerum quædam non ſunt quidem illæ, dicuntur tamen; quædam quum ſint, non dicuntur; quædam neq; ſunt, neq; dicuntur; quædam deniq; tam dicuntur, quam ſunt.* Diſputat Gregorius Naz. Orat. VI. f. 192. Inter eas, quæ ſunt, nec dicuntur, referendæ ſunt eæ, quæ aliis, quam ſcripturæ, verbis efferuntur, e. g. *Ego ſum primus, & ego poſt hæc ero*: *ante me Deus alius nullus eſt, nec poſt me erit*, quæ ſcripturæ verba ſunt, ſed tantundem valent, ac: *Deus neq; capit unquam, neq; deſinet*: vel: *Deus cauſam antiquiorem non habet, expers principij tam quam cauſæ*; Item Deus *exiſtere non deſinet*. i. e. *immortalis eſt*, & *interitus expers*: Quæ exempla ipſe ponit Nazianzenus.

& credendum.

§. 11. Ubi ſententiam ſcripturæ de Deo probe intellexerimus, eam credamus fide ſimplici; vid. Baſ. in Pſ. cxv. doctrina de Deo fidei articulus eſt, in quo ratio ſub obedientiā fidei redigenda eſt. *Deus ſimplex eſt, religione noſtra intelligendus eſt, pietate profitendus eſt, ſenſu vero non perſequendus eſt, ſed adorandus, quia natura moderata & infirmis natura infinita & potentis ſacramentum intelligentiæ opinione non occupat.* ait Hilarius lib. IX. de Trinit. f. 142. *Credere enim oportet accedentem*

ad Deum, quod est, credere, inquit, non infideliter, ac curiosè quærere. juxta Basil. lib. V. adv. Eunom. f. m. 130. Et in Ps. CXV. *Theologiæ*, ait, *mysterium* τὸν ἐκ τῆς ἀβασανίστου πίστεως ἔκβασιν συγκαθεῖναι, *à fide nulla probatione compertæ assensum requirit.* Dixit Credere, sicut alia, ita vel maxime ea, quæ Deus de semetipso revelavit. *Etenim quam indignum, ut humanis testimoniis de alio credamus, Dei oraculis de se non credamus!* Miratur & interrogat Ambrosius de Abrah. c. 3. Hinc rectè appellatur Theologia *Sacramentum*, Phœbad. adv. Arian. p. 34. *sacramentum Dei.* Hilar. ad Constant. Augusti. f. 206. *Evangelicæ fidei sacramentum*: ut idem appellat f. 6. de Trinit. lib. 1.

Ordo. §. 12. Ut autem propius ad θεολογικὴν πραγματείαν *Theologicam tractationem* (phrasis est Dionysij Areop. c. 1. de div. nom. §. 4.) accedamus, opus erit ante omnia de concinno ordine nos esse solicitos, ne varietas rerum confusionem pariat: *quandoquidem ad omnes simul de Deo notiones explicandas, omnemq; pariter depromendam gloriam non unicum nomen sufficiat*: uti loquitur Basil. de ver. fid. t. 2. f. m. 253. c. D. Non insuper hoc habuerunt veteres, quippe qui non omnia simul, nec eodem in loco, tradiderunt. Gregorius Naz. orat. VI. de spir. sanct. f. m. 198. laudat *ordinem doctrinæ de Deo*; probatque ex methodo Christi, quam in docendo observarit erga discipulos, qua faciliora difficilioribus præmiserit. Hodie tractatio solet vulgo distribui in Onomatologiam & pragmatologiam, quâ via & nos progredimur.

Onomatologia: Etymol. homonym. §. 13. *Theologia* sic dicitur, à Dionysio Areop. div. nom. c. III. §. 2. Et est, eodem explicante τῶν περὶ θεοῦ λεγομένων *eorum quæ de Deo dicuntur* f. 365. Accipitur autem vel latius, vel strictius, vel strictissimè. *Strictissimè.* cum sumitur pro tractatione Deitatis Christi, quæ vocatur Theologia, dum altera pars, de humanitate scilicet, appellatur οἰκονομία. Sic accipit Basilius epist. CXLI. f. 927. ubi distinguit inter Theologiam & œconomiam, tanquam distinctas tractandi partes. Et ante ipsum Athanasius, cum laudat Johannem tanquam περὶ τοῦ υἱοῦ θεολογοῦντα *de Filio Theologizantem.* Orat. III. adv. Arian. f. 428. D. Eusebius, *Theologiam* appellans visionem Esaiæ Prophetæ de eodem Filio factam; Et Angelos, eandem gloriam celebrantes, vocat θεολογοῦντας, lib. VII. de præp. Evang. c. 1. f. 309. C. 311. c. Strictius pro doctrina de Deo, sicut ea christologiæ & Anthropo-

thropologiæ contradiſtinguitur. Sic accipitur à Baſilio in hexaëm. f. 70. ubi doctrinam de perſonis Deitatis appellat θεολογίας δογμα *Theologiæ doctrinam*; Sic etiam Greg. Naz. orationem de Trinitate inſcripſit: *de Theologia*. Latè, cum myſteria fidei in genere comprehendit, quo ſenſu accipit Euſebius, cum loc. cit. etiam incarnationem Filij Dei *Theologiam* vocat. vide notas Jac. Billij ad orat VII. Naz. Et Frontonis Ducæi ad Baſilij t. I. f. 70. a. 9. Petav. Theol. dogm. prol. c. 1. §. 2. Alia eſt Theologia vialis, quæ & ſpecularis, & imperfecta dicitur; alia vero patriæ, quæ & intuitiva, comprehenſiva, & perfecta appellatur: *cernimus enim modo, ut ille* (Paulus 1. Cor. XIII) *ait per ſpeculum & in ænigmate, tunc autem vultu ad vultum*, citante Nazianz. orat. VI. f. 227. confer orat. II. f. 79. D. Baſil. de ver. fid. t. 2. f. m. 253. Dionyſ. Areop. c. 1. div. nom. §. 4. Nobis de viali & ſpeculari nunc ſermo erit; non autem de Ethnica, quæ etiam Theologia nuncupatur, & appellatur *Græcorum Theologia*, ab Euſeb. lib. IV. de præp. Evang. c. 5. ſed de Chriſtiana, Quæ alio nomine πίστις *fides* καθ' ἐξοχὴν dicitur à Baſilio in peculiari capite περὶ πίστεως *de fide*; & Gregorio Nyſſeno t. 3. f 38. Et Cyrillo, cui eſt *verum, abſolutum, & perfectum fidei noſtræ ſacramentum*, Catech. IV. f. m. 30. In quo occurrunt θεολογικαὶ ὑποτυπώσεις *Theologicæ informationes*: uti vocat Dionyſ. Areop. de div. nom. c. 1. f. m. 375. *Philoſophia* Chriſtiana. f. 417. θεολογικὴ πραγματεία. f. 451. A. Synonymia.

§. 14. A Theologia dicitur *Theologus* θεολογῶν, apud Euſeb. in præpar. Evang. lib VII. f. 311. c. *rerum divinarum contemplator*, explicante Diadoch. c. 72. de perfect. Spirit. οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς θεολογικῆς παραδόσεως ἐφαπτόμενοι. à Dionyſ. Areop. div. nom. c. 2. §. 4. Et accipitur de Theologis vel fidelium, vel infidelium; *Fidelium*, ijſque orthodoxis οἵτινες ὀρθῶς καὶ σωφρόνως περὶ τοῦ κρείττονος δοξάζουσιν *qui rectè & ſobriè de Optimo* (Deo) *ſentiunt*, deſcribente eos Conſtantino M. apud Euſeb lib II. de vit. Conſtant. M. c. 24. Quod uno verbo efferunt: θεολογεῖν, Euſeb. lib. VIII. dem. Evang. ſub finem. Talem vero eſſe, præclarum eſt. *Quid hac voluptate jucundius? qui tibi, quæ mella ſunt dulciora, quam Dei ſcire prudentiam? & in abdita eius intrare, & ſenſum creatoris inſpicere, & ſermones Domini, Dei tui, qui ab huius mundi ſapientibus deridentur, plenos docere ſapientia ſpiritali?* Exclamatio & quæſtio eſt Hieronymi epiſt CLV. Tales fuerunt in Paronymia.

veteri quidem teſtamento Prophetæ, & in N. T. Apoſtoli: *Theologi* dicti à Dionyſio Areop. de cœl. Hierarch. c. X. f. 120. §. 2. κατ' ἐξοχὴν autem Johannes Apoſtolus & Evangeliſta, epiſt. X. *Infidelium*, ut erant gentiles, qui uti Theologiam quandam ſe habere gloriabantur, ita & Theologos; quos potiſſimum eos vocabant, qui de principiis rerum, deque natura Deorum diſſerebant. Horum ſæpe fit mentio in libris Euſebij de præparatione Evangelica, utpote in quibus ex Theologis Ethnicis argumenta pro Chriſtianiſmo adverſus gentiliſmum copiosè producit.

Deſcriptio. §. 15. *Deſcribi* poteſt Theologia, quod ſit habitus ſupernaturalis, divinitus collatus, quo homo ex S. literis edoctus novit & credit Deum, ſicut ſeſe in verbo ſuo revelavit. *Habitus* eſt, quia crebris exercitiis acquiritur, ſcrutinio nimirum indefeſſo, de quo §. præced. actum eſt: ἐπὶ πλεῖον λέγειν τι περὶ τῶν θείων δογμάτων καὶ ἀκούειν πυκνότερον ἕξιν δυσπόβλητον θεωρημάτων λαμβάνομεν. i.e. *de divinis doctrinis dicendo aliquid & audiendo frequentius, habitum quendam tenaciter inhærentem acquirimus.* Baſilius. ep. 141. Sed *ſupernaturalis*, qui neque intelligentia, neque ſcientia, neque ſapientia commodè, ſenſu quidem philoſophico, & Ariſtotelico, appellari poteſt: *Humana mens hoc ſolum ſapit quod intelligit, & mundus hoc tantum credit quod poteſt, ſecundum elementorum naturas id tantum poſſibile exiſtimans, quod aut videret, aut ageret.* ait Hilarius lib. VIII. de Trinit. Talis habitus Theologia non eſt; *Nam ſupra mentes eſt illa ſupra mentem unitas, & omnibus ratiocinationibus inſcrutabile eſt illud ſupra rationem unum; omniq; vero ineffabile eſt illud ſupra verbum bonum, unitas effectrix univerſæ unitatis, & ſubſtantia ſupra ſubſtantiam,* καὶ νοῦς ἀνόητος καὶ λόγος ἄρρητος, *& mens non cadens ſub intelligentiam, ratio non effabilis ratione, intelligentia, nomineq; vacans, nullius rei ſimilitudinem habens,* juxta Dionyſ. Areop. de div nomin. §. 1. Et in epiſt. IX. f. m. 798: *Advertendum eſt,* inquit, *duplicem eſſe traditionem Theologorum, unam quidem arcanam & myſticam, alteram vero apertam, & manifeſtiorem: illam quidem ſymbolicam, & ad myſteria pertinentem; hanc vero philoſophicam* καὶ ἀποδεικτικὴν *& demonſtrantem;* eſtq; *arcanum cum aperto connexum;* καὶ τὸ μὲν πείθει καὶ κατάδηλα ποιεῖ τῶν λεγομένων τὴν ἀλήθειαν; τὸ δὲ δηλοῖ καὶ ἐπιδείκνυται τῷ θεῷ ταῖς ἀποδείξεσι μυσταγωγίαις; *Atq; hoc quidem fidem facit, & aſtringit veritatem eorum quæ dicuntur; illud vero efficit Deo, & in ijs quæ*

non

non docentur institutionibus firmat. Est igitur quædam Theologia arcana, eaque κατ' ἐξοχὴν sic dicta, quæ non est ἀποδεικτική, *demonstrativa*, adeoque *scientiam* non gignit, sed *fidem*, quæ est rerum inevidentium, ἀγνώσων, Dionys. Areop. div. nom. c. 1. §. 1. ἀφανῶν. l. c. ἀλόγων. l. c.

—— —— *exigua est vis*
humani ingenij; tantoq; angusta labori.

canit Prudentius l. 2. cont. Symmach. Vocatur quidem ἐπιστήμη, *scientia*, ab eodem Dionysio, sed ὑπερόντως *supereſſentialis*, de div. nom. c. 1. f. m. 375. D. quæ excedit πάσας τὰς γνωστικὰς ἀντιλήψεις, *omnes scientificas apprehensiones* de myst. Theol. f. 710. ut appareat, non ex vulgaribus mentis habitibus iquem eam esse: quo sensu etiam πάσοφον & ἀληθεστάτην, *omni sapientem & verissimam* vocavit. Etsi cum scientia in aliquo tertio conveniat, quatenus scilicet est *ratio vera in mente immobilis*, καὶ ἡ ἀκεραίως εἴδησις τῶν πραγμάτων *vel accurata rei cognitio* &c. explicante Maximo Dionysij Scholiaste.

§. 16. *Divinitus collatus.* Id quod discimus (præter dicta §. 7.) ex Ambros. lib. V. epist. 31. f. 156. M. *Cœli mysterium doceat me Deus ipse qui condidit, non homo, qui seipsum ignoravit. Cui magis de Deo quam Deo credam?* Et Athanasio, qui Orat. 1. adv. Arian. f. m. 283. docet, quod Filij donum sit ἡ πρὸς τὸν πατέρα γνῶσις, καὶ αὐτοῦ τοῦ λόγου, καὶ δωρεὰ πνεύματος ἁγίου, *notitia patris, & ipsius verbi, & donum spiritus sancti.* Confert autem Deus sui notitiam per verbum suum, in S. literis revelatum, ut §. 9. id ostendimus, & ostendemus infra; idque methodicè tractatum; & notitiam quidem non confusam, sed distinctam, qua verum Deum cognoscimus. Vapulat Symmachus, Ethnicorum Patronus, ab Ambrosio lib. V. epist. 31. f. 157. A. quod putabat, suum cuique de Deo & sensum, & cultum liberum esse relinquendum: *Vno, inquiebat, itinere non potest perveniri ad tam grande secretum.* Diversis igitur, ut cuique visum est. Hoc vero male ille senserit. Nam ex certa animi scientia, & rei veritate Deus colendus est: *Quod vos ignoratis, id nos Dei voce cognovimus. Et quod vos suspicionibus quæritis, nos ex ipsa sapientia Dei & veritate compertum habemus.* ait Ambrosius l. c. Origo.

§. 17. *Dividitur* Theologia in ἀπόρρητον καὶ μυστικὴν, τὴν δ' ἐμφανῆ καὶ γνωριμωτέραν, *unam quidem arcanam & mysticam, alteram vero apertam & manifestiorem*, juxta Dionysium Areop. Ista res divi- Divisio.

nas

nas sub figuris symbolicis proponit, hæc vero, quæ & σαφὴς ἐλαία vocatur, sine illis involucris agit, eodem paulo post exponente. *Theologi*, inquit §. 2. *alia quidem* πολιτικῶς καὶ ἐνδόξως ὑποτυποῦσι, τὰ δὲ καθαρτικῶς καὶ ἀχράντως; καὶ τὰ μὲν ἀνθρωπικῶς καὶ μέσως, τὰ δὲ ὑπερκοσμίως καὶ τελεσιουργικῶς *civiliter legaliterq; considerant, alia vero purè & intemeratè; atq; illa quidem humano medioq; modo, hæc autem supramundiali ac perfecto.* Quæ distinctio non tam est rei in res diversas, quam diversos modos tractandi res divinas. vid. Dionys. Petav. lib. I. de Deo. c. 5. Porro in Theologia quædam sunt στοιχεῖα prima elementa, unde στοιχείωσις *elementaria institutio.* Dionys. Areop. div. nom. c. 11. §. 9. quædam μυστικῶν λογίων ἀκροτάτη κορυφή. c. 1. Theol. Myst. alias divisiones dedimus in præmissis §. 13.

SECULI QUARTI

Articulus V.

Sect. II.

De

THEOLOGIA IN SPECIE.

De

NOMINIBVS, DESCRIPTIONIBVS, EXISTENTIA ET ESSENTIA DEI.

Argumentum.

ONomatologiæ divinæ dignitas. An Deus nomen habeat? distinguitur. Nomina divina sunt: Θεὸς, unde derivetur? æquivoca est. Nomina Dei varia sunt. Unde desumpta? Alia essentialia, alia personalia: qua iterum subdividuntur. Vocabulum אלהים, יהוה, κύριος, *Imper-*

Imperfectiones removenda. An sit Deus? Probatur ex lumine naturæ, cum interno, tum externo; Et scriptura; Vapulant athei. An Deus sit definibilis? Distinguitur. Definitiones Dei variæ. Essentia divina, an Deo competat? Num sit cognoscibilis? Vnitas essentiæ explicatur, affirmatur, probatur, rejecta πολυθεότητι.

§. I.

EUsebius celebrat σεμνὴν καὶ παράδοσιν τοῦ θεοῦ ἀῤῥήτου *venerabilem & sacrosanctam Dei appellationem.* lib. II. de præp. Evang. c. 4. & Dionysius Areop. *scripturam* ἐκφαντικὴν καὶ ὑμνητικῶς τὰς θεωνυμίας διασημαίνουσαν *clarè & glorioſe Dei appellationes formantem.* div. nom. c. 4. De *nomine* vel nominibus Dei prima occurrit quæstio: *An Deus nomen habeat?* videri posset, quod non; Deo enim ἀνωνυμίαν *innominabilitatem*, ut sic loquar, tribuit Dionysius Areop. de div. nom. f. 375. B. eumque vocat ἄῤῥητον καὶ ἀπερώμασον *ineffabilem ac innominabilem*, f. 383. C. cujus ἔτι ὄνομα *ne nomen* quidem reperiatur f. 381. n. 5. ita ut sit ἀνώνυμος *sine nomine.* Gregorius Nazianzenus *nequit*, ait, *indicari natura divina per ullum nomen.* orat. 2. de Filio; & orat. XLV. sentit κύριον ὄνομα τῶν νοητῶν ἢ καὶ ἀσωμάτων οὐδέν, *quod proprium nomen nullum intelligibilibus & incorporalibus rebus competat*, quare nec Deo, quippe qui & ipse intelligibilis & incorporeus est. Nyssenus disputat, *quæ cognitionem nostram superant, nullis vocabulis comprehendi*; lib. XII cont. Eunom. Superat autem Deus nostram cognitionem, igitur nec ille vocabulo potest comprehendi, id quod prolixè contra Eunomianos disputat. Cyrillus ait μηδὲ τὸ ὄνομα φέρομεν ἀκῶσαι, *ne quidem nomen Dei ferre possumus.* Cat. VI. f. 50. D. Onomatologia. 1. An Deus habeat nomen? dist.

§. 2. Cæterum non *absolutè* illi negant, Deo competere nomen, sed secundum quid, nempe tale, quod essentiam ipsius exhauriat: *Humana dictiones Dei essentiam interpretari nequeunt*, ait Didymus Alex. citante Damasceno lib. 1. paral. c. 3. *Nec nudis vocabulis* διαλαμβάνειν διόν ἐστι *comprehendi* potest, uti ait Nyssenus contra Eunomianos, qui nominibus ipsam Dei essentiam sese comprehendisse jactabant. *Natura divina* καθὸ ἔστι μὴ σύμβολον *ut in seipsa est, sine signo est*; scribit Basilius epist. LXXX. f. m. 906. A. Nomina sunt rerum signa, quousque igitur progredimur in re- Affirm.

rum notitia, eousque etiam in ὀνοματογνωσία: quæ *cognita sunt nobis nominum appellationibus exprimi*, idem ait Nyssenus; Quare & quousque Deus nobis est cognitus, eoulque nominibus ipsum insignire licet. Tantum abest, ut Deum omnibus carere nominibus dixerint veteres, ut potius πολυώνυμον *multinominem* appellarint: quæ vox est Dionysij Areop. de div. nomin. c. 1 f. m. 386. C. qui peculiarem & justum tractatum de Dei nominibus, (quem τὴν τῶν θείων ὀνομάτων ἀνάπλυξιν dixit) conscripsit, laudatum à nostro Chemnitio, ab initio Loci de Deo; & Cyrilli Hier. Catech. VI. f. 49. & docuerint, Dei, ut alia nomina, certo consilio esse facta. vid. Euseb. XI. de præp. Ev. c. 6.

Etymol. §. 3. Deus apud Græcos θεὸς dicitur; unde autem? παρὰ τὸ θεᾶσθαι *à videndo*, quod omnia videat & norit. Sic derivat Gregorius Nyssenus ad Ablabium scribens, quod deus dicatur ab ἐποπτικῇ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ *à contemplatrice virtute & efficacitate.* t. 2. f. 454. Et alibi infert: *itaq; ab eo, quod est θέα, i.e. consideratio, deducta est θεότης.* Confer lib. XII. adv. Eunom. & de commun. notion. t. 1. f. 914. Athanasius, vel quisquis auctor est, dial. 1 contr. Maced. t. 2. f 261. D. deducit à radice, θεᾶσθαι videndo. θεὸς, ὄνομα φύσεώς ἐστι, θεωρούσης, εἴτουν διαθεούσης τὰ πάντα διλωτικόν, *vocabulum, Deus, inquiens, naturam contemplantem aut pervidentem significat.* Basilius etiam παρὰ τὸ τεθεικέναι *à ponendo*, seu condendo omnia, deducit, Epist. CXLI f. m. 934 D. Eusebius lib. XI. de præp. Evang. c. 6. f. m. 517. allegat Platonem, qui θεὸς vocabulum derivet ἀπὸ τοῦ θέειν *à currendo, quod illa cæli sidera* (potissimi Deastrorum) θέειν *currere videamus.* Etiam Nazianzenus refert orat. V. f. 162. *Dei vocabulum vel à currendo, vel urendo deduci.* Elias Cretensis, paraphrastes, explicat verba, dicens: *Dei vocabulum, quod Græcis est θεὸς, sive deducas ab αἴθειν, quod est urere; sicut Plato fecit; sive à θέειν, quod significat currere, propterea quod perpetuo moveatur, & habitus vitiosos absumat, ut volunt homines in hoc genere periti: &c.* Apud Hebræos plura sunt Dei nomina; Hieronymus ad Marcellam decem numerat, exponitque, nempe El, Elohim, seu Eloha, Zebaoht, Eljon, Eser, Ejeh. Adonai, Jah, Jehova, & Saddai. t. IV. opp f. 41. D.

Homon. §. 4. *Æquivoca* est vox Deus, utpote quod tribuatur etiam iis, qui natura Deus non sunt: τούτῳ (θεῷ) ὀνόματι πολλὰ καὶ τῶν κατὰ

καταδεεστέρων ἐπονομάζεται; μᾶλλον δὲ οὐ φείδεται ἡ θεία γραφὴ τῆς ὁμωνυμίας ταύτης, οὐ δὲ ὅλως τῶν ἀπημφιεσμένων: *appellatione hac* (Dei) *multa ex inferioribus quoq; cognominantur; Imo non veretur divina scriptura aequivocationem istam absimilibus ac dissentaneis rebus attribuere, quando idola appellatione Dei denominat*: ita disserit Basilius epist. LXXX f. 903. D. Provocat ad loca quædam scripturæ 1. Sam. XXVIII. 8. Num. XXIII. 4. seqq: ut obtineat, nomen Dei esse ὁμωνύμως λεγόμενον *aequivocum*. Confer rescriptum Constantini M. de pietate Dei; Hilar. lib. VII. de Trin. f. 90. Athanasium de sent. Dionys. t. 1. opp. f. 572. ubi tales Deastros vocat θεοποιηθέντας *Deificatos*; Ad Serap. f. 169. A. dial. I. adv. Maced. f. 262. Cum de vero Deo accipitur, denotat vel essentiam, vel personam unam, vel plures; seu, sumitur vel οὐσιωδῶς vel ὑποστατικῶς, vel *essentialiter* vel *personaliter*. Gregorius Nyssenus vocat nomen οὐσίας σημαντικὸν, οὐ προσώπων δηλωτικὸν, de commun. notion. t. 2. f. 82. B. Et videtur quidem negare, quod vocabulum Deus accipiatur interdum personaliter, ratio, quod sic tres Deos statueremus, si tres personas dicimus; sed non negat; quandoquidem in sequentibus referat, quod dicamus *Patrem Deum, & Filium Deum, & Spiritum Sanctum Deum*; Negat igitur, cum abstractè à personis, vel absolutè accipitur, quod personaliter accipiatur; Quare non dissentit à Cyrillo Hierosol. Catech. IV. qui Deum vocat ἀγέννητον *ingenitum*, intelligens patrem, f. 24. D. Neque à Basilio homil. XVII. de Bapt. f. 511. t. 1. opp. scribente, quod Spiritus Sanctus *non sit ipse Deus, sed Dei Spiritus, & apud Deum, qui & à Deo mittatur, & per Filium nobis suppeditetur*. Non est ipse Deus, scil. pater, vel Filius, à quibus mittitur, ὑποστατικῶς accepto Dei vocabulo. In quem sensum etiam Hieronymum intellexerim, cum Resp. 3. ad Amand dicit: *Deus proprium nomen est Trinitatis, & tam ad Patrem, quam ad Filium, & Spiritum Sanctum referri potest.*

§. 5. Sunt autem *varia* Dei nomina, alia propria, alia figurata seu tropica: *Appellationes principis illius naturæ sunt: Spiritus, ignis, lux, dilectio, Sapientia, justitia, mens, Sermo*; ait Gregorius Nazianz. orat. II. de Theol. f. m. 35. confer Euseb. dem. Evangel. lib. X. f. 494. C. Dionys. Areop. de div. nom. c. 1 §. 6. quorum quædam Deo proprie competunt. e. g. Spiritus; quædam figuratè, e. g. Ignis. Synon.

Digitized by Google

Dionyſius Areopagita de cœleſt. Hierarch. c. II. §. 5. tres rerum ordines facit, eatum nempe, unde Deus nomina ſortitur: *ſummarum*, quas vocat φαινόμενα τίμια *lumina ſpecioſa*, ut cum Deus vocatur *Sol*, vel *ſtella*. Mal. IV. 2. Apoc. XXII. 16. *mediarum*, quas vocat λαμπόμενα, ut cum dicitur *Ignis*; *aqua* &c. & *infimarum*, quas appellat ἄλογα, ut cum e. g. *lapis* nuncupatur. In gentili Theologia frequenter vocatur θεῖον *Numen*: vid. Athanaſ. dial. III. de Trin. f. 228. B. qui ex Act. XVII. 29. vocem deducere allaborat. Dionyſius Areopag. div. nom. c. 1. §. 7. ὑπερέκειναν κρυφιότητα *arcanum ſupereſſentiale.*

An? §. 6. Hinc ſolvi poteſt quæſtio: *unde nomina Dei ſint deſumpta?* Reſpondemus, partim ab eſſentia, partim ab attributis, operationibus, & apparitionibus divinis: De *eſſentia* loquitur Athanaſius de decr. Syn. Nicæ. f. 418. adverſus Arianos diſputans, *cum dicimus*, ait, *Deum, vel Patrem nominamus, inviſibilem ipſam, & incomprehenſibilem ſignificari ſubſtantiam, non autem aliquid eorum, quæ circum ipſam ſunt*: deducitque Arianos ad abſurdum, *atqui*, inquiens, *ſi, cum Patrem nominatis, aut Deum dicitis, non ſubſtantiam ſignificatis ipſum, neq; ipſum, qui eſt id quod eſt, ſecundum ſubſtantiam intelligitis, ſed aliquid aliud circa ipſum, aut deterius etiam quippiam, quod nolo dicere, vocabulis iſtis ſignificetis, non debebatis ſcribere, ex patre eſſe Filium, ſed ex iis, quæ circa ipſum aut in ipſo ſunt.* de Syn. f. 700. cui conſentit Gregorius Nyſſen. de commun. not. t. 2. f. 82. B. *Si* (vox) *Deus* οὐσίας σημαντικὸν *eſſentiæ denotativa eſt, dum unam eſſentiam confitemur ſanctæ Trinitatis, unum Deum merito glorificamus*, ἐπεὶ μιᾶς οὐσίας *quia unius ſubſtantiæ unum nomen, Deus eſt: idcirco congruenter* τῇτε οὐσίᾳ καὶ τῷ ὀνόματι εἷς ὁ θεός, οὐ τρεῖς. *Et ſubſtantia & nomine unus eſt Deus, non tres.* Sed de hoc paulo inferius in nomine יהוה pluribus dicemus. De attributis & operationibus Dionyſius Areop. de div. nom. §. 4. f. 378. D. cum laudat ſcripturam, tanquam quæ *Dei nomina* (θεωνυμίας) formet περὶ τὰς ἀγαθουργὸς τῆς θεαρχίας προόδους *ſecundum divinæ bonitatis emanationes.* Apparitiones addit §. 8. dicens: *Theologi non hæc ſolum divina nomina celebrant, quæ à providentiis univerſalibus, aut particularibus, aut ab iis, quæ providentiam capiunt* (προνοουμένων proviſis) ἀλλὰ καὶ ἀπό τινων ἔτι θείων φασμάτων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναλόγως &c. *ſed etiam à quibuſdam*

Digitized by Google

dam divinis visis, quæ aliquando in sacris templis, aut forte alibi, magistros mysteriorum, vel Prophetas illuminarunt, ob multiplicem causſam & vim nominant bonitatem divinam, quæ omne nomen omnemq; splendorem superat: Et Gregorius Nyſſenus orat. XII. adv. Eunom. *Deus*, ait, *ex iis, quæ circa vitam noſtram operari creditur, varia cognomina ſortitur.* Patet hinc, quod nomina Dei non temere ſed prudenti conſilio ſint facta, apud Hebræos præſertim, quorum ὀνοματοσοφίαν, ſeu ὀνομάτων ὀρθότητα integro capite prolixè celebrat Euſebius lib. XI. de præp. Evang. c. 6. f. m. 514. ſeqq: Item quod ex nominibus divinis quibusdam ipſa Dei *eſſentia* quodammodo cognoſci poſſit.

§. 7. DEI nomina ſubdividuntur in *eſſentialia* & *perſonalia*: id quod diſcimus ex verbis Athanaſij, §. præced. allegatis. Vocabulum enim *Deus* ei notat *ſubſtantiam*, & *pater ipſum qui eſt id quod eſt*, nempe perſona ab aliis diſtincta: Iſta ſunt *communia*, hæc *propria*. Diſtinctio eſt Gregorii Nazianzeni orat. V. f. m. 162. ubi enim egiſſet de nominibus: *omnipotens, rex gloriæ, Dominus* &c. ſubjungit. *Atque hæc vocabula Dei communia ſunt*; pergit, & dicit: *peculiare vero illi nomen eſt, qui expers eſt principii, pater; qui ſine principio genitus eſt, Filius; qui ſine generatione proceſſit, vel progreditur, Spiritus Sanctus.* Priora, nempe communia, ſubdiviſerat, quod alia *manifeſto poteſtatis ſignificationem habeant, alia adminiſtrationis*; Et hujus vel *in corpus, vel ſupra corpus*; Poteſtatis, ut cum vocatur *omnipotens, rex gloriæ, vel ſeculorum, vel virtutum* &c. Adminiſtrationis autem, ut cum appellatur Deus *vel ſalvandi, vel ultionum, vel pacis, vel juſtitiæ*, &c. Communia autem tribus perſonis ſunt ea nomina, quæ relationem ad creaturas ſignificant: Διὰ αἰτιολογικὰ πάντα, καὶ ὅσα ἐκ τῶν ἀγαθοπρεπῶν αὐτῆς δωρεῶν ἢ πάντων ἀγαθῶν αἰτία κατονομάζεται *omnia quæ ad rationem cauſſæ pertinent*, (e.g. *bonum, pulchrum, exiſtens, vivificum, ſapiens*) *& quæcunq; ſunt ex donis ejus quæ bonitatem ejus decent, à quibus omnium bonorum cauſſa nominatur*: juxta Dionyſ. Areop. cap. 11. de div. nomin. §. 3. in §. 1. dixerat ὅτι Διὰ πάντα τὴν ὅλην διαρχίαν θεότητι, *quod omnia quæ Deo ratione perfectæ Deitatis competunt, toti inſint divinitati.* Atque talia nomina ipſe vocat ἡνωμένα *copulata*. §. 3. à quibus diſtinguit Διὰ διακεκριμένα *diſcreta*; quale eſt πατρὸς ἰδιότητος ὄνομα καὶ χρῆμα, καὶ

Divisio.

υἱῦ, καὶ πνύματος, *patris ſupraſubſtantiale nomen, & res; & Filij, & Spiritus Sancti*: Sicut inter *copulata* retulerat τὸ ὑπερεχαθὸν, τὸ ὑπέρθεον &c. *Supraquambonus, ſupra-quam-Deus*, &c.

§. 8. In nominibus Dei præcipuum eſt יהוה Jehova, judicio Hilarii lib. 1. de Trinit. f. m. 2. dicentis: *Incidi in eos libros, quos à Moyſe atq; â Prophetis ſcriptos eſſe Hebræorum religio tradebat. In quibus, ipſo creatore Deo teſtante de ſe, hæc ita continebantur: Ego ſum qui ſum; Et rurſum: Hæc dices Filiis Iſrael: miſit me ad vos is qui eſt. Admiratus ſum planetam abſolutam de Deo ſignificationem, quæ naturæ divinæ incomprehenſibilem cognitionem aptiſſimo ad intelligentiam humanam ſermone loqueretur. Non enim aliud proprium magis Deo quam eſſe intelligitur, quia id ipſum quod eſt, neq; deſinentis eſt aliquando, neq; cœpti; & id quod incorrupta beatitudinis poteſtate perpetuum eſt, non potuit, aut poterit, aliquando non eſſe, quia divinum omne neq; abolitioni, neq; exordio obnoxium eſt. Et cum in nullo à ſe Dei deſit æternitas, dignè hoc ſolum quod eſſet ad proteſtationem incorruptæ ſuæ æternitatis oſtendit. Et ad hanc quidem infinitatis ſignificationem ſatis feciſſe ſermo dicentis videbatur: Ego ſum qui ſum.* Ex quibus verbis patet, quod vocabulum hoc ſit origine Hebræum: τὸν ἀπάντων δεσπότην ἑβραῖοι ἀνεκφωνήτῳ θεσπίσῃ τῇ διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων ἀνηγόρευσαν i. e. *omnium rerum Dominum Hebræi inenarrabili, & ex IV elementis compoſita, dictione vocaverunt*: ait Euſebius demonſtr. Evangel. lib. V. f. 220. B. Loquitur de voce יהוה quæ componitur ex quatuor literis; & ait eſſe ἀνεκφώνητον ſeu, ut alibi loquitur, ἀπόῤῥητε θεσπιῳδείας, lib. XI. de præpar. Evang. c. 6. f. m. 519: ἀπόῤῥητον, l. c. ἄλεκτον, l. c. *ineffabile*, quod & Hieronymus refert, Marcellæ exponens nomina Hebræa: *Nonum*, inquiens, (ſcil. Dei nomen) πεταγράμματον, *quod ἀνεκφώνητον, i. e. ineffabile putaverunt, quod his literis ſcribitur, jod י, he ה, vau ו, he ה, quod quidam non intelligentes propter elementorum ſimilitudinem, cum in Græcis libris repererint, pipi legere conſueverunt.* t. IV. f. m. 41. D.

§. 9. Porro in verbis Hilarii inſinuatur, quod hoc nomen ſoli vero Deo competat: *Non enim*, ait, *aliud proprium magis Deo quam eſſe intelligitur*, nempe independenter & indeſinenter. Quod confirmat Euſebius lib. XI. de præp. Evangel. c. 9. f. m. 523. D. Poſtquam enim allegaſſet verba Exod. III. 14. in quibus ratio iſtius

iſtius nominis redditur, ſubjungit: *Atq; ita Deum unum ex omnibus verè eſſe, ac genus hoc nominis κυρίως καὶ ἀρμοδίως in eum proprie ſolum aptèq; convenire declarat.* Nimirum quia ratio nominis ſoli vero Deo competit, etiam ipſum nomen illud in eum ſolum quadrabit; Ratio nominis eſt eſſentia, quæ pura puta Deus eſt: *ἡ τοῦ θεοῦ οὐσία ὄντως ἐστὶν, εἴ τι ἔστιν ὁ θεὸς, τοῦτο οὐσία τυγχάνει, Dei eſt eſſentia; ſi quid eſt Deus, hoc eſſentia eſt,* diſputat Arius ſuffragante Athanaſio t. 1. opp f. 133. C. *Eſt veluti pelagus quoddam eſſentiæ immenſum & interminatum:* ait Nazianz. orat. XXXVIII. f.m 585. Unde ſimul patet, quod hoc ſit eſſentiale Dei nomen, utpote eſſentiam Dei veri immediate exprimens. *Exiſtens, & Deus, magis quodammodo eſſentiam denotant, ac potiſſimum exiſtentis vocabulum.* idem cit. orat. V. 2. de Fil. f. 161. Cum autem verus Deus ſit Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, nomen hoc omnibus hiſce tribus perſonis erit commune. Diſcimus hoc iterum ex Euſebio. lib. IX. dem. Evangel. f. m. 435. D. Scribit enim, quod *Hebræi ineffabile hoc nomen pro ſolo Deo, & Patre uſurpare conſueverint; Nos autem,* pergit, *idem nomen καὶ ὅτι τῆς τοῦ λόγου θεότητος ἐν πολλοῖς κείμενον γεγραῦς &c. ubi de verbi quoque divinitate agitur, in plurimis poſitum eſſe ſcripturis antea demonſtravimus.* Hæc ille; quem eo lubentius allegamus, quo confidentius adverſarii Trinitatis eum pro ſeſe citare ſolent. Confer Dionyſ. Areop. de div. nomin. c. 1. §. 1. f. 415.

§. 10. Aliud Dei vocabulum eſt אֱלֹהִים, in plurali אֱלֹהִים. Cujus meminit laudatus modo Euſebius lib. XI. de præp. Evang. c. 6. f. m. 517. C. his verbis: *Hebræi nomen (יהוה) ſummæ illius Dei naturæ proprium, nec ulla voce repræſentari, nec animi cogitatione comprehendi poſſe cum ſtatuant, (κύριον ὄνομα ἄῤῥητον εἶναι καὶ ἀφθεγκτον) quod a nobis Dei nomine exprimitur, ἀντὶ τοῦ ἐλωεὶμ καλεῖσθαι, id ipſum Elohim dicere conſueverunt.* Sic etiam vertit dem. Evangel. l. X f. 494. *Nam,* ait, *Elohim Deus θεὸς nominatur.* Quod vocabulum ipſe quidem de præp. l. c. derivat ab אֵל *fortis*; bene, an male? grammaticis diſcutiendum relinquimus. Majoris momenti eſt, quod dicit Euſebius, אֱלֹהִים eſſe vocabulum, quod vero Deo competit, ſcilicet primario, & propriè, Græci vertunt: Κύριος, *Dominus,* quæ vox omnibus quoque tribus perſonis communis eſt, juxta Dionyſ. Areop. div. nom. c. 11. §. 1. f. m. 415. D. Elohim.

§. 11.

§. 11. Non immoramur, brevitatis gratia, aliis Dei nominibus explicandis, unicum modo addimus propter ea nomina, quæ ex rebus creatis Deus adſciſcit, ea eſſe purificanda ab omnibus imperfectionibus, ne quid perfectioni divinæ decedat. Monitum hoc eſt Nazianzeni, poſtquam nomina Dei recenſuiſſet, & explicuiſſet; Monet enim, *ſeorſim Dei naturam ex his* (nominibus) *ſic contemplandam eſſe, ut tamen ab his ipſis recedamus, & quantum ejus fieri queat, ſingularem quandam informationem de multis ſimulacbris colligamus.* orat. II. de Theol. f. m. 35. *Nimirum* (explicante Elia Cretenſi) *ut mentem ejuſmodi non imaginemur, qualis in nobis exiſtit; non item ſermonem, qualis eſt in nobis, vel is qui manet, vel qui effunditur; ſed poſtquam id, quod ad pietatem conducit, ex iis ſumſerimus, tum deinde abhorrentia cætera Dei à natura repudiemus.* vulgo dicitur, ἀνθρωποπαθῶς dicta θεοπρεπῶς eſſe accipienda. vide Dionyſ. Areop. epiſt. IX. f. m. 796. D. ſeqq.

§. 12. Religioſus animus non quidem ex aliquo dubio quæ-
An ſit Deus? rit: *An ſit Deus?* Poſtquam enim Gregorius Nazianz. diſputaſſet, quod natura divina *nec comprehendi, nec circumſcribi poſſit*, ſubjungit proteſtationem; *Non hæc ſic accipi volo, quaſi, an ſit hæc natura? dubitem. Sed quid ſit? intelligi poſſe nego.* orat. II. de Theol. f. m. 24. B. Attamen occurrunt athei, qui id quæſtionis movent; Etiam pii in tentationibus nonnunquam id quæſtionis in ſeſe ſentiunt; Neque etiam obſtat, quo minus ſic interrogemus, illud Dionyſij Areopagitæ, qui Deo ὑπερούσιον παρξιν *ſuper-exiſtentiam* tribuit; c. 1. de div. nom. §. 5. Hoc enim ille dicit in collatione ad exiſtentiam creaturarum, quippe quam divina modo eminentiſſimo tranſcendit, ut tamen & ipſi Deo exiſtentia tribuatur.

Probatur 1. Ex lumine naturæ interno, §. 13. *Probatur* autem *exiſtentia* divina ex duplici lumine, *naturæ & ſcripturæ*, id quod præclare docet Athanaſius de incarn. f. 64. & 65. cujus verba allegavimus ſect. 1. §. 8. Lumen autem naturæ eſt vel internum, vel externum: *Internum*, quod eſt judicium & dictamen conſcientiæ concreatum, vel connatum; quod innuit idem Athanaſius orat. adv. gent. t. 2. f. 23. cum mentionem facit Græcorum ἐκπεσόντων τῆς φυσικῆς ἐννοίας τοῦ θεοῦ εἰς πολυθεότητα: *qui exciderunt naturali unius Dei notitia in pluralitatem Deorum.* Clarius exponit, & probat ex c. I. & II. epiſtolæ ad Romanos, utpote in qua

oſtendat

Digitized by Google

ostendat (Apostolus) *universis hominibus ἔμφυτον εἶναι insitam esse legem, & quosvis ἀδιδάκτῳ τῇ φύσει καὶ ἀπ' ἀυτῆς τῆς κλίσεως δύναδς γινώσκειν τὸν θεὸν citra doctrinam* (legis) *naturali judicio ex ipsa rerum conditione Deum cognoscere posse.* Synops. epist. ad Rom. t. 2. f. m. 140. D. Hieronymus comment. ad Rom. II. 15. annotat: *Natura agit legem in corde per conscientiæ testimonium; sive, conscientia testatur legem habere timendo dum peccat, & victis gratulando peccatis, etiamsi nullum hominum vereatur ipse qui peccat.* Hilarius lib. 1. de Trin. f. m. 4. vocat *naturalem sensum.* Basilius regg. fusi. disp. t. 2. f. 413 q. 2 disputans de charitate hominis erga Deum, asserit, quod *nulla charitatis in Deum externa sit disciplina; sed simul ac constiterit animal illud* (*de homine loquitur*) *σπερματικός τις λόγος ὑμῖν ἐγκατεβλήθη*, *insitam ei esse naturalem quandam rationis vim, quæ δύναται in seipsa amandi necessitudinis ἀφορμὰς initia, seu occasiones, contineat.* Si autem homo naturæ instinctu Deum diligit, etiam novit eundem ejusdem dictamine. Huc pertinet, quod homini insita sit vis ingenij, per quam ex rebus sensibilibus, vel intellectualibus, Dei existentiam colligere potest. Gregorius Nazianz: distinguit inter *naturæ affectum, & legem*; quorum ille in objecta externa feratur; hæc vero *per ea, quæ cernuntur ordine disposita elegantissimo, principem quendam horum auctorem esse ratiocinando concludat.* orat. II. de Theol. f. m. 24. illustrat simili desumpto à cithara, ex cujus, artificiosè factæ, intuitu, artificem colligere liceat; perinde ut ex intuitu cœli & terræ Dei existentiam, sapientiam &c. Illa mentis vis interdum in hominem ipsum reflectitur, ut exinde divinam colligat existentiam & proprietates; Id quod Basilius docet, in illud: attende tibi ipsi &c. t. 1. f. m. 352. *Exacta enim,* dicens, *ac diligens tui ipsius consideratio viam tibi præstruet sufficientem prorsus & idoneam πρὸς τὴν ἔννοιαν τοῦ θεοῦ ad cognitionem Dei*; Id quod aliquot exemplis probat & illustrat.

§. 14. *Externum* lumen præbent creaturæ, humanis sensibus objectæ: *Deum, tametsi oculis non conspiciatur, ab ordine tamen congruentiaq; rerum dissidentium, intelligere possumus istorum omnium principem, ducem, ac Regem esse*: ait Athanasius, & similibus illustrat, orat. adv. gent. t. 1 f. m. 41. B. Præmiserat, *Quod si animæ magisterium non sufficit* (cognoscendo Deo) *ob ea, quæ aliunde mentem* & externo.

obscurant, impediuntq;, quo minus meliora conspiciat, est tamen illi facultas ex iis quæ apparent, τὸν περὶ τοῦ θεοῦ γνῶσιν καλλαλεῖν Dei cognitionem addiscere, rerum natura, veluti literis, per ordinem & harmoniam Dominum suum conditoremq; indicante, & altissima voce protestante. f. 37. D. Quibus verbis innuit, quod lumen infitum interdum soleat diminui, refocillari autem & foveri per lumen externum: paulo post dicit, *Deus, quamvis per naturam sit invisibilis, ex operibus tamen cognosci potest.* Confer ejusdem orat. f. 3. & 37. & 52. de incarn. f. m. 71. orat. II. adv. Arian. f. 318. III. f 403. C. Historiam Melchit. t. 2. f. 7. C. fragmenta comment. in Ps. XIX. f. 517. Antonius Eremita, rogatus, *quomodo posset vivere, librorum solatio destitutus? Meus liber*, respondit, *ô philosophe, est natura rerum, quæ quidem præsto est, quoties Dei verba legere voluero.* referente Socrate lib IV. hist. c. 23. Similia habent Gregorius Naz orat. II. de Theol. f. 41. Hilarius lib. I. de Trin. f. 3. Cyrillus Catech. IX. f. 75. Gregorius Nyssen. orat. Catech. t. 3. f. 44. A. & 67. A. Marius Victor. lib. III. adv. Arian. f. m. 335. A. Chrysost homil. IX. ad pop. Antioch. f. 91. A. B. Ex recentioribus vide Dionys. Petav. Theol. dogm lib. I. de Deo. c. 1.

Etsi imperfectius. §. 15. Imperfectius autem est hoc naturæ lumen, quam ut per illud verum Deum nosse possimus. Gregorius Naz. orat. II. de Theol. f. m. 25 docet, *Deum hoc non esse, quod animo informamus, & ut unq; exprimimus, rationisq; vi delineamus*: aut etiam ad verum Deum converti: contradicit enim Athanasius iis, qui dicebant τὸν κόσμον ἀρκεῖν naturam sufficere: de incarn. verb. t. 1. f. 67. B. nempe, *ut per naturæ opera ea quæ ad Patris cognitionem spectarent, demonstrarentur*, sicut mentem suam paulo post uberius explicat. Imo, si per lumen naturæ aliquo usq; feliciter progredi velis, precibus opus est: oravit Basil. pro auditoribus suis *ut Deus omni prorsus in re omnibus illa vires suggereret, veritati accommodas, ut ex visibilium contemplatione ad intelligendum eum consurgerent qui invisibilis est, & ex magnitudine simul & pulchritudine creaturarum persuasionem colligerent, tanto opifice nec indignam, nec indecoram.* hom. III. in hexaëm. f. 43. t. 1. verus Deus est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, de cujus existentia natura ne tantillum quidem novit.

§. 16.

Digitized by Google

§. 16. Ut defectus hic ſupplereturDeus verbum ſuum revelavit, & in ſcripta referendum curavit, quod eſt lumen ſcripturæ, alterum Dei cognoſcendi principium & medium. *Quomodo agnoſcent Dominum, qui non ante de eo ſcripturas conſuluerunt, & ſcrutati ſunt? Nam quem Moſes deſcripſit, & Prophetæ, eum ſe inveniſſe diſcipuli affirmant.* ait Athanaſ. ſerm. 1. adv. Arian. f.m. 286. B.C. *Audiendo ſcripturas ad fidem inducimur*, ait idem orat. III. f 403. C. Per ſcripturam ſacram *proficit mens ultra naturalu ſenſum intelligentiam, & plus de Deo, quam opinabatur, docetur. Creatorem enim ſuum Deum ex Deo diſcit, verbum Deum, & apud Deum in principio eſſe audit: mundi lumen in mundo manens, & à mundo non recognitum intelligit.* Hilar. lib I. de Trin. f.m. 4. confer lib. III. de Trin. f. 30. & lib. V. f. 53. Dividitur autem ſcriptura in V. T. & N. T. in utraque parte Deus revelatur, clarius tamen in N. T. *Quanquam ſuperioribus libellis de Deo & Deo, & Deo vero ac Deo, & in Deo patre, & in Deo vero Filio, uno vero Deo intelligendo ſecundum naturæ unitatem, non ſecundum perſonæ unionem, ex legis & Prophetarum prædicationibus docuerimus, tamen perfecta hujus fidei abſolutio ex Evangeliis atq; Apoſtolicis eſt præſtanda doctrinis*; ſic idem lib. VI. de Trin. f. 62. Ex verbo Dei ſuppletur.

§. 17. Vapulant ergo Athei, quos deſcribit Gregorius Nyſſenus, *quod Deum non eſſe cenſeant*: orat. Catech. t. 3. f. 44. A.B. idq; vel diſertè, vel conſequenter, dum negant divinam providentiam: *Tres de Deo opiniones ſunt extremæ, quod nimirum vel nullum ſit imperium, vel plurium commune, vel unius*: ait Gregorius Naz. orat. IV. de Fili. 1. f.m. 99. Prima claſſis eſt Atheorum, explicante Elia Cretenſi: *Nam eſt inter alias de Deo opiniones hæc quoq; tametſi erronea, rationis expers, periculoſa, quæ tradit, non eſſe Deum, & eſt Epicuræorum, qui ἀναρχίαν introducunt, h. e. eſſe quendam in hoc mundo principem ac Deum negant, adeoq; caſu hanc rerum univerſitatem extitiſſe volunt. Epicurus enim, quum & Deum & providentiam ejiceret, caſum & atomos introduxit.* In *Atheorum* centum Euſebius eos refert, *qui res omnes, ſeu quæ nunc fiunt, ſeu quæ facta jam, ſeu quæ deinceps futuræ ſunt, vel natura, vel arte, vel caſu fieri docent*: uti eorum errorem ex Platone deſcribit lib. XII. de præp. Evangel. c. 50. f. 621. A. Huc opinionis ij præcipue veniunt, quibus non omnia ad nutum fluunt: *Vbi ſeipſos viderint in iis quæ nolunt diu detentos, pravum illud dogma intra ſe* Vapulant Athei.

confirmant, & in suis cordibus ita decernunt, ὅτι οὐκ ἔστι θεός, *quod non sit Deus.* Ps. XIV. 1. referente Basilio homil. quod Deus non sit auctor peccati. t. 1. f. m. 421. C. Hæc vero negatio mater est variorum scelerum: *Hoc enim cum in animum induxerunt, certatim ad omne reliquum peccati genus ruunt. Si enim nullus est inspector, si nullus qui pro meritis vitæ cuilibet tribuat, quid prohibet pauperem conculcare, orphanos necare, viduam & advenam occidere, omne audax facinus tentare?* &c. ejusdem verba sunt; quibus subnectit judicium de hoc hominum genere: *stultus & verè à sensu alienus est qui dixerit, non est Deus.* f. 422. A. Confer Gregor. Naz. orat. IV. de Theol. f. 100. C.

An Deus definibilis?

§. 18. *An Deus sit definibilis?* quæritur, videtur quod non, eo quod Deus sit ἀκαταλήπτως κατὰ τὴν φύσιν, *incomprehensibilis secundum naturam*: juxta Athan. orat. adv. Gent. t. 1. f. 37. vel, uti Dionysius Areopagita loquitur: *Eo quod sit omnibus exemptus, & eminenter ignotus, ut qui simul omnes omnium cognitionum essentialium virtutumq; terminationes supereſſentialiter in semetipso anticiparit*, de div. nomin. c. 1. §. 4. Confer de myst. Theol. c. IV. div. nom. c. V. §. 2. f. 562. Evagrius in libro, quem Monachicum inscripsit, ἀείζωός ὡς ἁπλοῦν τὸ θεῖον πάντη ἀπαγορεύει *divinitatem definiri prorsus vetat.* Ratione addita, *quod definitiones rerum compositarum sint*; Item *quod omnis propositio aut genus habeat quod prædicatur, aut speciem, aut differentiam, aut proprium, aut accidens, aut quod compositum est ex istis*, ἃ δὴ οὐκ ἔστι τῆς ἁγίας τριάδος τῶν εἰρημένων ἕτι λαβεῖν, *At in sancta Trinitate nihil horum reperiri potest:* referente Socr. lib. III. hist. c. 7.

distinct.

§. 19. *Distinctione* res poterit expediri, si distinxerimus inter definitionem accuratam, seu strictam, & qualemcunque descriptionem; accuratè & strictè dicendo Deus nequit definiri, per rationes allegatas: potest vero qualitercunque ita describi, ut ab aliis differat. *Ardet certè omnis natura ratione prædita Dei principis & causæ percipiendæ studio*: ait Gregorius Naz. orat. II. de Theol. f. m. 37. qui appetitus ne frustra sit, oportet dari aliquam Dei descriptionem, per quam homo ad notitiam Dei deducatur: Sunt autem definitiones Dei aliæ negativæ, aliæ positivæ, aliæ mixtæ ex utrisque. Illud inquit Dionysius Areop. de cœlest. Hierarch. c. II. §. 3. quando docet, quomodo Deus interdum definiatur, ut *verbum, mens, substantia*; interdum *ut invisibilis, & infinitus, & incomprehensibilis,*

ἐξῆς

ἐξ ὧν τί ἐστιν, ἀλλὰ τί οὐκ ἔστι, σημαίνεται, *Ex quibus non quid est, sed quod non est significatur.* Item indicat de div. nomin. §. 5. c. 1. cum de Mentibus deiformibus pronunciat, *laudant*, inquiens, *ipsum* (Deum) *propriissime διὰ τῆς πάντων τῶν ὄντων ἀφαιρέσεως ex rerum omnium ablatione*, nempe quæ perfectioni divinæ derogant. Repetit de myst. Theol. c. 1. §. 2. quod præstet *omnes entium affirmationes κυριώτερον ἀποφάσεων ὑπὲρ πάντα ὑπερούσιον magis propriè de Deo negare, tanquam supra omnia superexistente.* Confer cap. 3. Subscribit Athanasius ad Solit. t. 1. f. 809. B. dicens: *tametsi non impossibile sit, deprehendere, quid sit Deus; tamen dicere possumus, quid non sit Deus.* Dum vero dicimus, quid non sit Deus, hocipso nondum scimus eius definitionem desideratam & adæquatam, nescii adhuc, quid igitur sit? *ut maximè sit incorporeus, nondum tamen id Dei naturam nobis vel exhibet, vel complectitur, quemadmodum ne illæ quidem hæc præstant, si Deum ingenitum, expertem principij, mutationis, interitus, dicas: vel si quæ alia quum de Deo, tum in Deo, tradiuntur esse. Quid enim facit ad indicationem naturæ atq; substantiæ ipsius, qua existit, si maximè scias, omni eum initio carere, neq; posse à statu suo dimoveri, neq; terminis ullis includi.* Ita Gregorius Naz. orat. II. de Theōl. f. m. 29. A. Similia differit orthodoxus apud Athanas. dial. II. f. m. 207. B. Hinc factum est, ut nonnulli in describenda Dei natura voces negativas & positivas conjungerent, Ut, quid Deus non esset. &, quid esset, declararent: Et notandum, quod negationes istæ simul affirmationes & positivum quid inferant: *Solenne est Theologis, ut in Deo ea quæ sunt privationis contrario sensu dicant. Sic lucem splendidissimam scripturæ vocant inaspectabilem &c.* ait Dionys. Areop. div. nom. c. 7. §. 1.

§. 20. Definitur, vel describitur Deus ab Eusebio lib. III. de præp. Evang. c. 6. *Solis ipsius lunæq; Deus ac Dominus, orbisq; totius conditor, supremus ille, rerumq; fines ac terminos omnium superans*; item: *ipsius vitæ, alimentorum, cunctorumq; bonorum quæstor, ac dispensator.* & f. 97. A: *Mens non modo communium universi naturarum, sed rerum quoq; singularum, effectrix.* & c. 10 f. 107. *mens molitrix universarum rerum.* lib. VII. f. 332. (πόλεων ἅπασι) *omnium causa.* item παμβασιλεὺς *omnium rex.* A Paulino Tyriorum Episcopo, vel in oratione ad ipsum: *miraculorum opifex, magnorum operum perpetrator, universorum Dominus, totius mundi conditor, omnipotens, optimus, maximus.* Describitur Deus.

Euſeb. lib. X. hiſt. Eccleſ. c. 4. A Baſilio homil. 1. in hexaëm. f. 4 c. *natura plane beata Deus, exuberantiſſime abundans, acluculenta bonitas, cuiq; rationis capaci mere amabilis, pulchritudo flagrantibus votis & exæſtuanti deſiderio nulli non expetenda, omnium quæ ſunt primiceria origo, fons vitæ, ſpiritualis omnis intelligentiæ lux, ſapientia inattingibilis nec ulli pervia mortalium.* Et homil. XV. de fid. f. 499. C. *Omnium conditrix natura, ſtabilis, immobilis, nihil in ſe alienum retinens, ſimplex, impaſſibilis, indiviſibilis, incompoſita, lucem habitans inacceſſam, potentia ineffabilis, magnitudo incircumſcripta, gloria ſupernicans, bonitas deſiderabilis, pulchritudo inenarrabilis.* Et paulo poſt: *Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, dominica majeſtas, naturalis bonitas.* A Gregorio Naz. orat. 2 de Theol. *princeps natura*; Et orat. IIX. f. 278. *tota adoranda, tota regia, ejusdem ſolij, ejusdem gloriæ, ultramundana, ſupra tempus omne poſita, increata, inadſpectabilis, non attactilis, incomprehenſibilis, ſola intelligens ordinem, qui eſt in ea, nobis ex æquo veneranda, & divino adficienda cultu.* A Mario Victor. lib. IV. adv. Arian. f. m. 350. quod *nihil ſit aliud quam vivere*; Quomodo & Dionyſius Areop. div. nomin. c. 6. §. 1. definit: docens, Deum eſſe *vitam, ex qua omnis vita manat.* Apud quem plures aliæ Dei definitiones, vel deſcriptiones occurrunt, quas nos h. l. ſtudio brevitatis præterimus.

Eſſentia an ὑπερούσιον.

§. 21. Cum definitione *eſſentia* alicujus rei exprimatur, conſequens eſt, ut etiam de *eſſentia* Dei agamus. *Eſſentia* Græcis vocatur οὐσία, & quæritur: An vox hæc ſit ὑπερούσιος? Quod Latinum vocabulum, *Eſſentia*, vel certe ejus Synonymum *Subſtantia*, in verſione Latina habeatur, dubiũ non eſt Phœbadio, dum diſputat, & quidem adverſus Arianos. c. 11. f. m. 11. qui vocabulum οὐσία calumniabantur, & repudiabant, tanquam ἄγραφον; Sed merito cenſebat Athanaſius, quod Arianis verba non ſcandalum, ſed dolorem adferrent, ὅτι συλλογεῖσθαι περὶ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἐστι; *quoniam in illis trophæum de ipſorum hæreſi ſtatuitur.* de Syn. Arim. t 1. f. 909. Et Phœbadius, *illos non nomen, ſed nominis repudiare virtutem.* p. 12. Pro eodem vocabulo, tanquam ὑπερούσιον, diſputat Marius Victor. lib. 1. adv. Arian. f. 322. A. Et lib. II f. 326. E. confer & Epiphan. hæreſ. LXIX. f. m. 385. & 415.

§. 22.

Digitized by Google

οὐσία.

§. 22. Græcum vocabulum *οὐσία* non quidem occurrit in abſtracto in ſacris literis, occurrit tamen in concreto; Nam occurrit vocabulum *ὢν ens, ſeu exiſtens*; qua voce appellatur Filius Dei, obſervante Athanaſio orat. III. adv. Arian. t. 1. f. 406. A. Exiſtens a tem *ἐξ οὐσίας ex eſſentia* Patris, quod idem diſputat de Syn. Arim. & Seleuc. f. 909. t. 1. probat ex ſcripturis f. 934. D. Ejus Synonymum interdum eſt *ὑπόστασις ſubſtantia*, quo ſenſu Cyrillus Hieroſ. Catech. VI. f. 49. Deum vocavit *μονοειδῆ τὴν ὑπόστασιν uniformem ſubſtantia*, ſeu eſſentia; & Athanaſ. epiſt ad Afric. t. 1. f. 934. D. Quæ voces alias differunt, dum *οὐσία eſſentiam* notat, *ὑπόστασις* vero *perſonam*, de quo infra. Athanaſius l. c. Synonymum facit etiam *ὕπαρξιν*: *ἡ γὰρ ὑπόστασις, ἤγουν ἡ οὐσία, ὕπαρξίς ἐστιν*: ſic ille; addita ratione: *ἔστι γὰρ (θεὸς) ἡ ὑπάρχει*. Subſtantiam vocat Arius *πᾶν εἴ τι ἐστιν ἐν ὑποστάσει omne ſi quid eſt ſubſiſtens*: & Dei ſubſtantiam: *εἴ τι ἐστιν ὁ θεὸς ſi quid eſt Deus.* referente Athanaſio in diſp. cum Ario t. 1. opp. f. 133.

An Deo competat?

§. 23. An DEO tribuenda ſit *eſſentia*, ita ut inde *ὢν exiſtens*, vel *ὄν ens* dicendus ſit? videri poſſet quod non; Dionyſius enim Areopagita celebrat *ὑπερούσιον θεότητα ſupereſſentialem Deitatem*, de divin. nomin. c. 1. f. 375. Sect. 3. §. 3. & fol. 376. B. *ἀλλὰ δὴ μὴ ὂν* Numen *eſt non ens, ſeu exiſtens.* Sequitur Platonem, qui & ipſe ſtatuit Deum eſſe *ὑπὲρ τὴν οὐσίαν ſupra eſſentiam*, & probavit eius dictum Conſtantinus M. in orat. ad ſanct. cœt. c. 9. t. m 577. A *πρῶτον μὲν θεὸν (ὁ πλάτων) ὑπονοήσαι τὸν ὑπὲρ τὴν οὐσίαν, primum quidem Deum (Plato) ſupra omnem ſubſtantiam eſſe docuit, καλῶς πάνυ, recte omnino.* Conferatur Marius Victorin. lib. II. adv. Arian. f. m. 325. A. ſeqq Et Euſeb. lib. XI. de præp. Evang. c. 21. f. 543.

§. 24. Sed hæc non ſimpliciter accipienda ſunt, verum limitatè & comparatè, nempe, Deum non eſſe ens *prædicamentale*, qualia ſunt res creatæ, & finitæ, à ſummo illo ente dependentia. Sicut explicat Marius Victorinus, modo laudatus; Et Gregorius Naz. *omnium quæ ſunt*, dicens, *pulcherrimum & ſupremum eſt Deus, niſi quis tamen malit eum ſupra omnem eſſentiam ponere, aut in ipſo totum eſſe ponere, παρ' ὃν ἐν τοῖς ἄλλοις, utpote à quo alia ut ſint acceperunt.* Orat. XII. Dionyſij verba explicat Maximus, dicens: *Ens, cum de Deo dicitur,*

citur, totum collectum excedit esse; *Hoc enim* ὑπερούσιον *supereſſentiale vox significat, qua Dionysius utitur; nimirum quod est supra id omne quod ortum habet. Ens enim idem est quod essentia, quippe ab eo quod est esse nomen essentiæ derivatum est. Deus igitur tanquam supra esse ipsum eminens (siquidem esse significat à caussa aliqua ad esse perduci) supereſſentialiter esse intelligitur.* Sic ille ad Dionys. Areop div.nom. c.5. Et tantum abest, Dionysium omnem Deo entitatem denegare, ut potius uni & soli essentiam, & ens esse adjudicet, *adeo ut & erat de ipso, & est, & erit, & factum est, & fit, & fiet, propriè celebrando prædicetur.* loc. cit. cum reliqua entia, creata scilicet, à DEO dependeant in esse, fieri, & operari. *Nor enim ita hoc est, ut non sit hoc, neq; partim est, partim non est, sed est omnia, tanquam caussa omnium, & in se omnia principia, omnes conclusiones entium omnium continens, & ante obtinens.* Subscribit Basilius, *essentiæ* inquiens, *est unius Domini, & veri Dei, dicentis* (Exod. III.) *ego sum, qui sum.* lib. V. adv. Eunom. f. m. 128. D. Et ipsius frater Gregorius Nyssenus de vit. Mos. t. 1. f. 191. C. consentit; Et ante utrumque Eusebius, dicens: *de Deo solum esse cogitandum est, & esse quidem immutabiliter.* &c. lib. II. contr. Marcell. c. 9. f. 114. B. Parallela loca sunt lib. XI. de præp. Evang. c. 6. f. 519. D. c. 9. f. 523. & 524. A. c. 21. f. 543. Hilar. lib. XII. de Trin. f. 188. Gregor. Naz. orat. II. de pasch. cui Deus est πέλαγος οὐσίας ἄπειρον καὶ ἀόριστον *mare essentiæ infinitum & immensum*, utpote ὅλον ἐν ἑαυτῷ συλλαβὸν ἔχει τὸ εἶναι *omne esse in seipso complectens*, uti idem seipse explicat. Hieronymus explicans vocabulum יהוה epist. CXXXVI. sic dictum docet Deum, *quia æternus est, h.e. quia exortum non habet, essentiæ nomen verè tenet.* Athanasius conquestus est de audacia Arianorum, *dum affirmarunt, illicitum dictum esse,* οὐσίαν ἢ ὑπόστασιν ἔχειν τὸν θεὸν, *essentiam, aut subsistentiam habere* Deum, epist. ad Afric. t. 1 f. 934. D. Etiam Plato, antea objectus, in hac sententia fuit, referente Eusebio. l. c. Ex quibus testimoniis simul patet, quod Deo competat esse, & essentia.

an cognoscibilis?

§. 25. Alia quæstio est: *Num illa Dei essentia ab homine in hac vita sit cognoscibilis?* videtur quod non Cyrillo Hierosol. Catech. VI. f. 49. D. Cum negat *mentem & cogitationem ad essentiam propius accedere*; Et Basilio de martyr. Mamm. t. 1 f. m. 599. C. dum, allegatis verbis Christi: (Joh. X. 14.) *cognoscunt me meæ (oves) & ego cognosco oves*

ores meas; quærit: *Quid ergo vocat cognoscere? τὴν οὐσίαν νοεῖν essentiam nosse*; q.d. minime; Et nonnullis interjectis: *Hæc demum est cognitio Dei observantia videlicet, præceptorum Dei, non inanis illa curiositas περὶ οὐσίας θεοῦ de essentia Dei*: Et epist. CCC. t. 2. f. 1185. A. *DEI magnitudinem nos scire dicimus, potentiã præterea, sapientiam, & bonitatem, nec non illam, quæ nostri curam gerit, providentiam, justum quoque ipsius judicium, οὐκ αὐτὴν τὴν οὐσίαν, non ipsam essentiam.* Et nonnullis interjectis, *ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ μένει ἀπρόσιτος, essentia ipsius manet inaccessa.* Confer sequentia, ubi sententiam hanc aliquoties repetit, & vindicat ab exceptionibus adversariorum.

§. 26. Cæterum & hæc non simpliciter accipienda sunt, de qualicunque notitia, sed de notitia vel immediata, seu scientifica, qua essentia alicujus rei cognoscendo exhauritur; deque notitia, quæ fit extra & præter Dei verbum in scripturis revelatum: *Quantus sit Deus, & quæ illius mensura, & qualis essentia, talia sciscitanti sunt periculosa, ei vero qui rogatur ἀπορία perplexa; & talium medicina est silentium.* ait Basilius l.c. de Martyr. Mamm. Agitata est controversia hæc inter Orthodoxos, & Eunomianos præcipue, quorum hi asserebant essentiam divinam cognosci ex operibus divinis; Hũic assertioni contradicebant ut alij orthodoxi, ita etiam Basilius l. 2. adv. Eunom. f. 74. seqq. statuendo, non ipsam Dei essentiam, sed affectiones, seu attributa e.g. sapientiam, potentiam, &c. ex operibus & effectis cognosci, id quod etiam epist. 400. confirmat. distinguo.

§. 27. Essentia Dei *una* est. In qua assertione tres potissimum termini diligenter sunt explicandi & distinguendi, nempe unum, essentia, & ὁμοούσιος. *οὐκ ἐκ ὁμωνυμίας ταυτότης, ἀλλ' ἀπὸ φύσεως θείας ἑνότης χωρίζεται, quod non ab æquivocatione identitas, sed à natura divina unitas agnoscitur*, uti *loquitur* Basil. lib. V. adv. Eunom. f.m. 128. C. 1. *unus*, vel *unum*; Aliud est unitatem, vel unum; aliud unionem vel unitum esse: *Vnionem* (personarum Trinitatis quoad essentiam) *detestantes unitatem divinitatis tenemus.* ait Hilarius lib. VI. de Trin. f. 64. Confer Epiph. hæres. LXV. f. 297. Unde nec per compositionem Deus unus est. *Ea quæ sunt multa partibus, sunt quid unum toto*, ait Dionysius Areop. div. nom. c. 13. §. 2. Sic Deus non est unus: *Condisce religiose ex sa-* Vnitas essentiæ. quid una;

cris Scripturis unam in tribus formam intelligere, οὐχ ἓν ἐκ τριῶν πνεῦμα συνθέντες· *non unum spiritum ex tribus componere.* ait Athanas. contr. gregal. Sabel. t. 1. f. 661. D. & 162. A. Neque metaphysice, seu præcisive; *sicut apud nos est una natura humana, multi tamen homines*; explicante Gregorio Naz. orat. VI. f. 184. ratione addita: *Istis communitas unum quid habet, quod sola cogitatione considerari potest, quum singularia plurimum inter se tempore, affectionibus, potestate divisa sunt:* Hoc vero modo Deus non est unus; Plures unitatis species recenset Dionysius Areopagita div. nom. c. XIII. §. 2. inter alias etiam subjecti & accidentium, individuorum & specierum, & generum, effectuum & causarum: *Quæ sunt multa accidentibus*, inquiens, *sunt quid unum subjecto*; *Et quæ sunt multa numero vel virtutibus, sunt quid unum specie, & quæ sunt multa speciebus, sunt quid unum genere, & quæ sunt multa processionibus, sunt quid unum principio.* Nullo horum modorum Deus est unus; Non primo modo; Est enim simplicissimũ ens (de quo infra;) Non secundo & tertio; una enim individua Dei est essentia; Non tertio, quia pater principium non habet: Quæ omnia in sequentibus probabuntur: vide Hilarij dictum ex lib. VII. f. 91. D.

Essentia. §. 28. (2.) *Essentia.* Distingue inter essentiam & nomina, de his non est quæstio, sed de ista, an una sit? Multa Deus nomina habet, ab attributis & operationibus ipsius desumpta, sed quibus una subest essentia: εἰς ὢν καὶ αὐτὸς μιᾶς ἐκπέμπει τὰς τῆς θεότητος ἐνεργείας: *unus cum sit & idem, innumeras divinitatis efficientias emittit*, ait Cyril. Cat. VI. f. 49. Neque quæstio est de qualicunque unitate similitudinis, sed essentiæ: de quâ loquitur Athanas. de sent. Dionys. t. 1. fol. 573. A. Neque est quæstio tantum de unitate voluntatis; *Patrem & Filium dico unum Deum, habita ratione τῆς οὐσίας καὶ τῆς συμφωνίας essentiæ & consensionis*, ait orthodoxus apud Athan. dial. III. f. 215. A. sed de simplici essentia individua: de qua paulo post in capite de Deitate Filij Dei plura dicenda erunt. Sub essentia autem Dei intelligimus etiam attributa ejus, identicè considerata, quandoquidem etiam ipsa à parte rei unum sint, de quo vero infernus, ubi de attributis Dei, dicendum erit.

§. 29.

§. 29. (3.) ὁμοούσιος. Adulterinæ h.l. hujus vocabuli significationes probe discernendæ sunt à genuina, in Ecclesia Dei recepta. Antitrinitarii varias, sed falsas & erroneas, significationes huic voci affingebant, quas recenset, & rejicit Hilarius lib. IV. de Trinit. f. 33. Interdum sumitur pro identitate specifica, quo sensu accepit Athanasius, cum laudat τὸ ἐκ Μαρίας σαρκίον ὁμοούσιον ἡμῖν *carnem ex Maria* scil. assumptam *coessentialem nobis*; Coessentialis enim est specie, non individuo. dial. IV. de Trin. f. 239. A. Confer ex vetustioribus Athanas. de Syn. f. 926. Ex recent. Christophori Sandii notas ad Joh. X. 31. utpote ubi recenset, quam varie Ariani hanc vocem olim dilaniarint. ὁμοούσιος ejus significatio falsa.

§. 30. Vera vocis & Ecclesiastica significatio, (quam Basilius ὑγιῆ διάνοιαν *sanam significationem* vocat; epist. XLI. t. 2. f. 803.) est ea, qua, cum de DEO sermo est, exprimit, unam eandemque individuam esse Trinitatis personarum essentiam, ita ut quæstio sit: περὶ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας, *de una eademque essentia*, uti loquitur Athanasius de sent. Dionysij, t. 1. f. 573. quo in loco ex professo de hac voce agit, docens, quo sensu veteres acceperint, quo recentiores. Sumitur quidem hæc vox interdum etiam de identitate specifica, ut ab Athanasio, cum scribit, τὸ ἐκ Μαρίας σαρκίον ὁμοούσιον ἡμῖν, *caro ex Maria* (assumpta) *est ejusdem nobiscum essentiæ*, dial. IV. de Trin. f. 239. A. Sed eo sensu h.l. non accipimus, utpote cum sermo sit de identitate, ut sic loquar, numerica. Ab hac voce unica quidem solum literula, sed sensu longissime, differt vox ὁμοιούσιος, *similis essentiæ*, quam Arriani, saltem Syncretistæ, subdole excogitarunt, ut simplicioribus imponerent, non esse magnam inter ὁμοουσιανοὺς, (qui vocabantur orthodoxi apud Athanas. dial. 1. de Trin. f. 179.) & Arianos differentiam, aut controversiam tanti, ut propterea mutuo sibi anathema dicerent. Secus senserunt inter alios plurimos Valentinianus & Valens Imperatores ad diœcesin Asianam scribentes: apud Theodor. lib. IV. hist. c. 7. f. 668. D. Quæ confirmat Athanasius de Synod. t. 1. f. 928. A. B. ὅμοιον *simile*, inquiens, *non de substantiis, sed de figuris & qualitatibus dici*, ὅτι γὰρ τῶν οὐσιῶν οὐχ ὁμοιότης ἀλλὰ ταυτότης: *siquidem in substantiis non similitudo, sed identitas esse pronunciatur.* Plus igitur ὁμοιουσιανοὶ non dederant, quam personas & vera.

Trinitatis sibi invicem similes esse qualitatibus; quod accurate loquendo neque verum est, neque satis. Non equidem diffitemur, fuisse inter Patres ὀρθοδοξοτάτους, qui eadem phrasi sunt usi e.g Hilarius, cum ait, divinam *naturam* esse *indissimilem.* lib. VII de Trinit. f. 87. Et Athanasius dial. 1. de Trinit. t. 2. f. 172. ὁμοίως γὰρ ἀθάνατος &c. *Similiter* (Trinitas) *est immortalis,* ὁμοίως *similiter incorruptibilis,* ὁμοίως *similiter sancta,* ὁμοίως *similiter bona*: sed illi hæc opponebant Ἀνομοίους; & ὁμοούσιον hoc ipso non excludebant, sed includebant.

Assertiones de unitate vel Symbolicæ,

§. 31. Explicatis terminis, & elucidato controversiæ statu, consequens est, ut *assertiones* Patrum pro unitate essentiæ divinæ subjungamus, neque singulorum solum, sed etiam collectorũ in conciliis; Est enim 1. *Symbolica* sententia, à Christianis communiter recepta: *Fides Catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate veneremur.* ait Athanas. in Symbol. t. 2. f. 32. *Credo in unum Deum,* ait idem juxta Symbolum Apostolicum. disp. advers. Ari. f. 113. Symbolum Nicænum patrem & Filium statuit esse ὁμοούσιον θεόν, *Deum ejusdem essentiæ*: Synodus Constantinopolitana œcumenica in epistola Synodica apud Theodor. lib. V. hist. c 9. confessionem edit θεότητος, καὶ δυνάμεως, καὶ οὐσίας μιᾶς τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πιστευομένης, *Deitatis, & virtutis, & essentiæ unius Patris, & Filij, & Spiritus Sancti creditæ.* Quorsum referri potest ex codice Theodosiano l. 3. cod. lib XVI. tit. 1. qua Imperator Theodosius approbat eos, qui *unius majestatis, atq; virtutis Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum confitentur; ejusdem gloriæ, & claritatis.* Hæc enim identitas identitatem essentiæ divinæ supponit.

vel singulorum

§. 32. (2.) *A singulis patribus approbata.* Athanasius de comm. essent. patris, f. 213. & 255. t. 1. in eo totus est, ut probet τριάδα ὁμοούσιον *Trinitatem esse unius ejusdemq; essentiæ.* Et de incar. verb. f. 594. *Trinitatem* ait, *esse unam naturam, eoq; de caussa etiam unam essentiam esse.* conf. orat. V. adv. Arian. f. 528 D. contr. Greg. Sabel. f. 660. Liberius, Romanus Episcopus, apud eundem Athanasium, in literis ad ipsum perscriptis confitetur τριάδα ἐν μιᾷ θεότητι, καὶ μιᾷ δυνάμει, καὶ μιᾷ οὐσίᾳ, καὶ μιᾷ ὑποστάσει *Trinitatem in una Deitate, & una potentia, & una essentia, & una substantia.* t. 1. f. 243. Hilarius lib. V. de Trinit. f. m. 58. *Nescit hæretica pravitas,* inquit, *unum*

Deum

Digitized by Google

Deum verum nosse, & confiteri: & lib. XI. f. 167. *Deos dici irreligiosum est.* Conferlib. V f. 59. & lib. VIII. f. 109. Cyrillo, perinde ut ante Athanasio, placet τριὰς ὁμοούσιος. in epist. ad Const. f. 250. & *μοναρχία unius imperium* in Deitate Catech. VII. f. 64. Sicut & Epiphanio hæres. X. f. 9. non sensu Ariano, tanquam solus pater esset rex, quem exponit & tuetur Eusebius lib. II. de Eccles. Theol. c. 7. f. 109. B. sed orthodoxo, quod pater, Filius, & Spiritus Sanctus sint unus rex, quia sunt unus Deus. Confer Forbes. instruct. hist. lib. I. c. 18. Damasus in epistola ad Paulinum Thessalonicensem anathemate doctrinam hanc munit, *si quis*, dicens, *non dixerit, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti μίαν θεότητα, ἐξουσίαν, δυναστείαν μίαν, δόξαν, κυριότητα μίαν, βασιλείαν μίαν, θέλησιν καὶ ἀλήθειαν, ἀνάθεμα ἔστω*: *unam Deitatem, potentiam, potestatem unam, gloriam, majestatem unam, regnum unum, voluntatem & veritatem, anathema esto.* referente Theodor. lib. V. hist. c. 11 f. m. 721. C. D. Et quis omnes omnium Patrum confessiones, & verba enumeraverit? vid. Phœbadius advers. Arian. c. 5. Ambros. lib. 1. de fid. c. 2. ubi ex professo de *Deo uno* agit. de dignit. hum. nat c. 2 f. m. 246. Gregor. Naz. orat. IV. f. 100. VI. f. 184. C. Basil. de Spir. Sanct. c. 17. Gregorius Nyssen. orat. I. in illud: faciamus hominem; t. 1. f. 41. de sui ordinat. t. 2. f. 42. de comm. not f. 81. seqq ex professo; & peculiarem ejusdem homiliam περὶ τοῦ μὴ οὕτως λέγειν τρεῖς θεούς, *quod non putemus tres Deos esse dicendos*, t 3. f. 15. seqq. Epiphan. hæres. LXIX. f. 417. in Anchor. f. 537. & 567. hæres. LXXIV. f. 430.

§. 33. Accedit 3. *confessio Martyrum.* Procopius confessor *unum se Deum nosse* prædicat coram Præside, referente Eusebio de Martyr. Palæst Hist: Eccles. lib. VIII. f. 318 D. Similem confessionem ediderunt Alphæus & Zachæus confessores & Martyres. f. 319. vel Martyrum,

§. 34. Assertiones hæ probantur I. ex *Sacris literis.* Ubi primo omnium observandum est, quod ipsa vox ὁμοούσιος in S. Scriptura fundamentum habeat: ἐκ πολλῆς τῶν θείων ῥημάτων συλλογῆς ὁμοούσιον ὡμολόγησαν, *ex multa divinarum vocum collectione consubstantialem* (Deum) *confessi sunt*: ait Petrus Alexandrinus Episcopus, in epistola, qua narrat, quæ Alexandriæ sub Lucio Ariano contigerint de orthodoxis sui temporis, apud Theod. lib. IV. hist. c. 19. Probationes I. Ex SS. literis.

c.19 Res ipsa non minus in SS. literis fundamentum habet. Athanasius de comm. essent. Trinit. t.1. f.214.C. provocat ad Eph.IV.5. ubi *unus Deus* memoratur. Matth.VI.24. *nemo potest duobus Dominis servire.* Joh V.23. *honorent Filium sicut & Patrem.* c.XV.23. qui *odit me odit & Patrem meum.* c.XIV.9. qui *videt Filium videt & patrem,* quem locum producit dial.III.f.215. 2.Thess. III.16. ubi de patre & Filio habetur, quod *dirigat,* (non dirigant) ut ita unus Deus, & director indigitetur. orat.IV.adv. Arian. f.464. B. Ambrosius urget verba institutionis Baptismi, cum Christus dixit, Baptizate *in nomine* Patris, Filij, & Spiritus Sancti; urget singularem *in nomine; In nomine utique,* inquiens, *non, in nominibus.* addit Joh.X. ubi idem Christus dicat: Ego & Pater unum sumus; *unum dixit, ne fiat discretio potestatis.* Præmiserat verba Deut. VI. *audi Israel Dominus Deus tuus unus est* &c. lib.I.de fid.c.1. & lib.II. de sacr. c.7. f.333. confer Forbes. instruct. Theol. lib.I.c.17. Petav. t.1. Theol.lib.I.f.25. n.4. f.28.n.10. Ex vetustioribus Hilar.lib.V.f.59. VIII. f 109.

2. Ex ratione.

§. 35. (2) Ex *ratione & consequentiis.* Plures esse Deos Athanasius refutat ἐκ τῶν θείων γραφῶν, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν ἀνθρώπων διανοίας, *tum ex scripturis, cum cogitatu humanæ mentis:* orat. adv.gent. t.1.f.7. A. Talis ratio est harmonia huius universi; Nam *si harum rerum, quæ innumerabiles sunt, dominium non penes unum, sed penes multos resideret* &c. confusio oriretur, argumentum est Constantini M. in Orat.ad sanct. cœt. c.3.f.569. D. quale & Athanasius urget orat adv. gent.f41.c.& f.42.& ostendit, mundum perituru esse, nisi unus esset Deus. f,43.C. Provocat ad ordinem rerum: *Cum una sit rerum natura,* inquiens, *unus mundus, eiusq; unus ordo, unum illius intelligere debemus & regem & opificem Dominum nostrum.* Idem provocat ad unitatem essentiæ orat. IV.adv. Arian. f. 468. B. & attributorum, & operationum; de comm. essent.t. 1.f. 214.B. *Quorum* enim *operatio est eadem, eorum quoq; natura est eadem.* ait ad Serap. t.2. epist. 1. f. 277 B. Confer dial. II. de Trin. f. 2. 194. D. III.f.226. C.adverss.Maced. f.272.273.275. & gloriæ; ad Jov. t. 1. confer orat. II. adv. Arian. f.324. C. Et perfectionis, Gregorius Nyssenus Orat. Catech. t.3. f. 44. B. C. qui totus est in rationibus, quibus aliquis ab opinione πολυθεότητος possit abduci. Didymus Alex. adv. Manich. f. 17 Manichæos refutat ex eo, quod

quod duo, licet contraria, tandem tamen conveniant in uno tertio, quod sit primum principium & Deus. Confer Basil. homil. XVII. de Baptis. & epist. LXXX. f. 905. C. D.

§. 36. (3) *Ex suffragio gentilium.* Eusebius lib. XI. de præp. Evang. c. 13. producit sententiam Platonis, quâ dixit: ὅτι θεὸς εἷς ἐστι μόνος, *quod Deus sit unus solus.* Gregor. Nazianz. orat. IV. Theol. f. m. 100. C. & Procopius ille Martyr apud Euseb. lib. VIII. hist. f. 318. D præter multos alios, allegant illud Homeri πολυθρύλλητον: (3) Ex auctoritate.

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
εἷς βασιλεύς. i. e.
Haud bona res Domini plures; herus unicus esto,
Rex unus.

§. 37. Vapulant igitur, qui peccant (1) in *excessu*, plures uno Deos statuendo, τὴν πολυθέου πλάνην vocat Constantinus M. in rescripto contra cultum Ethnicorum, apud Euseb. lib. II. de vit. Constant. M. c. 48. Qui error fuit Ethnicorum, qui primum statuas, ac simulachra suorum propinquorum, deinde & aliorum, pro Diis coluerunt, de quo vide Gregor. Naz. orat. II. de Theol. f. 39. & quorundam Hæreticorum, quorum πολυειδῆ καὶ πολυμερῆ θεότητα *multiformem & multifariam Deitatem* notat Athanasius orat. IV. adv. gent. f. 468. confer orat. III. f. 410. Didymum Alex. lib. III. de Spir. sanct. f. 200. Tales erant, qui alium Deum V. T. alium N. T. statuebant, istum justum, hunc bonum, ut Marcionitæ, notati à Cyrillo Hieros. Catech. XVI. f. 177. B. Epiphan. hæret. XLII. Prudent. ἁμαρτ. p. m. 199. Marcosij, & Cerdoniani, qui duo principia somniabant; Epiphan. hæres. XXXIV. & XLI. Sicut & Manichæi, bonum & malum: Castigati à Didymo Alex. adv. Manich. apud Canis. t. V. Lect. antiqq. p. 17. seqq. Epiphan. hæres. LXVI. Melchisedechiani Melchisedechum in Deorum numerum referebant, hæres. LV. Mariam Collyridiani; quorum πολυθεότητα Athanasius censet esse ἀθεότητα, orat. adv. gent t 1. f. 41. Et Damasus anathemate ferit in epistola ad Paulinum Thessal. referente Theodor. lib. V. c. 11. f. 722. A. Antithesis (1.) Excedentium.

§. 38. (2). In *defectu.* Hi sunt, qui ita unum Deum statuunt, ut personarum pluralitatem, vel Trinitatem, negent. Hic error fuit & adhuc est Judæorum, *improbe vafreq; dicentium*: εἷς θεὸς μόνος *unus Deus solus est*, ut est apud Cyrillum Hieros. Catech. X. f. m. 82. D. (2.) Deficientium.

quod

quod non ſufficit, ſed *poſtquam unum eſſe Deum cognoverus, ſcias, quod & Filius Dei eſt unigenitus*, idem ſubnectit. q.d. Non ſufficit ita unum Deum ſtatuiſſe, niſi & perſonas plures, imo tres, in una Deitate ſtatuas. Sabellianorum eadem ſententia, quæ Judæorum fuit, ſtatuentium, unum tantum & Deum, & perſonam eſſe. quos notat Hilarius lib. IV. de Trin. f. 33. Et Athanaſius adverſ. greg. Sabel. t. 1. f. 651. B. *Diſiungimur* (ait de ſe & aliis Trinitatis confeſſoribus) *à Iudaizantibus, qui Chriſtianiſmum in Iudaiſmum depravant; & ab iis, qui Deum ex Deo inficiantes, Deum unum, itidem ut Iudæi, prædicant, quiq; non ideo, quod ſolus ſit ingenitus, & ſolus fons Deitatis, ſolum Deum nominant ſed quia infœcundiorem eum magisq; ſterilem exiſtimant, quam ut gignat vivens verbum, & ſapientiam veram* &c. Hi, & ἡμόλογοι, & ipſi in numerum Atheorum referendi ſunt, perinde ut illi, qui in exceſſu peccant, id quod paulo inferius oſtendemus, cum de neceſſitate credendi Trinitatem verba faciemus Sect. III. §. 1. & in antitheſi ſect. IV. §. 17.

Communio eſſentialium.

§. 39. Ex hac unitate eſſentiæ divinæ ſequitur, quod omnia, niſi relativè invicem oppoſita, perſonis divinis ſint communia: Nam *una natura eſt Patris, & Filij cum Spiritu S. una potentia, una eſſentia, unum regnum*, ait Ephrem ſerm. de transfig. t. 3. opp. f. 688. Et Dionyſius Areop. div. nom. c 2. f. m 415. D. meminit ſuorum θεολογικῶν ὑποτυπώσεων, in quibus oſtenderit *omnia nomina Deum decentia* (θεοπρεπεῖς θεωνυμίας) ὑ μεικῶς, ἀλλ' ὅλῃ τῆς ὅλης, καὶ παντελῶς, καὶ ὁλοκλήρως, καὶ πλήρως θείᾳ τῷ) *non in parte, ſed in tota, & perfecta, & integra, & plena divinitate à ſcripturis ſanctis laudari, & ipſa omnia imparticipate* (ἀμερῶς) *abſolutè, ſine obſervatione ullius differentiæ, universè, ad omnem univerſitatem ex toto perfectæ, & totius divinitatis referri.* Contrariam ſententiam ait, *unitatem, quæ ſupra quam una eſt,* τὴν ὑπερηνωμένην ἑνάδα, *& ſimplex, diſtrahere & vituperare.* Et f. 416. *omnia quæ Deo ratione perfectæ Deitatis competunt, toti ineſſe divinitati.* Quæ omnia, explicante Pachymere, eo tendunt, τὰ μὲν κοινῶς καὶ τοῖς περὶ θεαρχικοῖς σεσώμασις ἁρμόζειν *divina nomina* (eſſentiæ, attributorum, operationum) *quædam in communi tribus perſonis divinis aptari.* f. m. 434. A. Suffragatur Gregorius Nazianz. orat. XXIV. in Ægypt. advent. ſcribens: πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, τοῦ υἱοῦ ἐστι, πλὴν τῆς αἰτίας· πάντα δὲ ὅσα τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, πλὴν τῆς

Digitized by Google

τῆς ὑότητ Θ, καὶ πάν ὅσα σωματικῶς θεὸν ἐπὶ λέγεται διὰ τὸν ἐμὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἐμὴν σωτηρίαν: i.e. *omnia, quæ pater habet, Filij sunt, excepta causſa; omnia vero Filij etiam ſunt Spiritus, exceptis filiatione, & ijs, quæ corporea ratione de illo prædicantur, propter meum hominem, meamque ſalutem.*

§. 40. Conſequitur & illud, quod communia & eſſentialia prædicata de DEO in numero ſingulari, non autem in plurali efferantur; *Cum enim non dividatur eſſentia in unaquaq; perſonarum, ita ut tres ſint eſſentiæ ſecundum perſonas, videlicet* ἵνα τὸ ὄνομα διαιρεθήσεται, ὅπερ σημαίνει τὴν οὐσίαν, ἵνα τὸ θεὸς εἰς τὸ εἶναι τρεῖς θεούς, *neq; nomen dividetur, quod ſignificat eſſentiam, neq; Deus, ut ſint tres Dij.* Ita Nyſſenus de comm not. t. 1. f. m. 83. B. Confer Baſil. epiſt. XLIII. f. 805. t. 2. ubi ſuccenſet illis, qui perinde dicebant tres Dei eſſentias, ſicut dicebant tres hypoſtaſes, id quod ipſe abſurdum putat. Mutua ſit perſonarum περιχώρησις, non quidem ſenſu Ariano; *Neq; enim, (perſonæ divinæ) ut illi arbitrantur,* ἀντεμβιβαζόμενοι εἰς ἀλλήλας εἰσίν, *in ſe invicem transvaſantur, dum ait*: ego in Patre, & Pater in me (Joh. XIV. 10.) *quaſi in vaſa inania alter in alterum refuſus, ut Filius impleat Patris capacitatem, & pater viciſſim Filij, & neuter ſit ex ſe vel plenus vel integer. Id enim proprium eſt corporum*; ait Athanaſius orat. IV. contr. Arian. t. 1. f. m. 454. D. Sed orthodoxo, ſecundum quem Dionyſius Areopagita laudat τῶν ὑπερχικῶν ὑποστάσεων μονὴν, καὶ ἵδρυσιν, ὁλικὰς ἐπιπνεομένην &c. *divinarum perſonarum in ſeipſis manſionem mutuam, & collocationem, ex toto pluſquam unitam, & non confuſam in parte ulla.* div. nom. c. II. §. 4. f. m. 419. B. Confer Mar. Victor. lib. I. adv Arian. f. 296. Conſequitur, ubi una perſona eſt, ibi & alteram eſſe, & tertiam; id quod innuit Athanaſius, cum docet ὅτι πάρεστι πάντη τριάς, *quod ubiq; adſit Trinitas.* de comm. eſſent. t. 1. f. 219. A. Et qui cognoſcit unam perſonam novit & alteram; *Etenim qui credit in Patrem, novit in Patre filium, & Spiritum Sanctum, qui non eſt extra Filium; Ideo credit etiam in Filium, & in Spiritum Sanctum, quandoquidem una eſt Trinitatis Deitas, quæ ex uno Patre cognoſcitur.* ſcribit idem ad Serap. t. 2. f. 15. A. Eſt enim *indiſſociabilis & indiſcreta Trinitas*, juxta Didymum Alex. lib. II. de Spir. Sanct. f. 199. Confer Baſil. lib. V. adv. Eunom. f. 132. A. t. 2. περιχώρησις:

SECULI QUARTI

Articulus V.

Sect. III.

De

PERSONARUM PLURALITATE ET PERSONALITATE.

Argumentum:

NEcesse est pluralitatem & Trinitatem personarum divinarum nosse & credere; qualis notitia apud Christianos est. Explicatur vocabulum συνουσιος, adversus Arianos calumniantes, & Sabellianos abutentes; particula distinctiva, characteres personales; vocabulum persona seu προσωπον, & υποστασις; Definitur persona quid sit in genere, & in specie: Differentia realis characterum personalium. Asseritur personarum realis differentia, probatur, & illustratur.

§. I.

Necessitas hujus doctrinæ.

VT verum Deum noris, necesse est, ut noris personarum divinarum pluralitatem, imo Trinitatem. Est enim *fides* tum demum *perfecta & plena*, si est *de Trinitate*, juxta Athanas. de Synod. t. 1. f. 941. Ex quo fundamento rejecit definitionem Dei, quod sit ἀγένητος, eo quod personas non exprimat, *atqui*, inquiens, *hoc etiam norunt & Iudæi & Græci. Eadem ergo notitia Dei præditus es atq; Iudæi, & Græci, τοῖς μὴ γινώσκουσι ἀυτὸν qui ipsum non norunt. Testantur enim Evangelia, Patrem ita esse ignotum, qui Filium non norunt.* dial. I. de Trin. t. 2 f. m. 159. D. Subscribit Hilarius, dicens; *Deum nemo novit, nisi confiteatur & Patrem unigeniti Filij, & Filium &c.*

lib.

Digitized by Google

lib. III. de Trin. f. 28. & lib. V f. 55. *Vnum verum Deum confiteris, ut unum verum Deum deneges. Profeſſio enim tua ſic putatur pia, quo magis impia eſt: ſic vera, quo falſa eſt: Sic à te unus & verus Deus prædicatur, ut non ſit. Negas enim Dei Filium, Deum verum, cum tamen Deum non neges: Deum tantum non naturâ confitendo, ſed nomine* Et f. 58. *Neſcit hæretica perverſitas unum Deum verum noſſe, & confiteri, & extra impietatis ſenſum confeſſionis hujus eſt & fides & intelligentia, prius confitendus eſt Pater & Filius, ut unus verus Deus poſſit intelligi.* Confer lib. VII. f. 84. VIII. f. 108. IX. f. 128. Baſilius teſtificatur omnem Chriſtianum, quod Chriſtus *neganti nihil proſit, quodq; inanis ſit fides* ejus, *qui Deum quidem invocat, ſed Chriſtum ſpernit,* lib. de Spir. Sanct. c. XI. f. 169. A. Gregorius Nazianz. ſimili eleganter illuſtrat, *Finge,* inquiens, *Trinitatem margaritam quandam eſſe, undiq; ſibi ſimilem, atq; æquè fulgentem; Quæcunq; margaritæ pars vitiata & labefactata fuerit, tota gemmæ gratia extincta fuerit: Eodem modo cum Filium contemnis, ut Patrem honores, tuum honorem nihil moratur: ad contemptum Filij Pater nequaquam glorificatur* &c. orat. XXXVI. f. 576. Confer orat. XII. f. 339. carmin. f. 1008. Cyril. Catech. VII. f m. 64. C. & Cat. X. f. 82. Epiphan. hæreſ. LXXVI. Reſp. ad c. 26. f. m. 464. Phœbad. adv. Arian c. 36. & quæ ſect. IV. §. 4. & 5. dicemus.

§. 2. Conſequitur hinc, verum Deum ſolos Chriſtianos noſſe, & eos quidem, qui Trinitatem agnoſcunt. De quo diſputat Euſebius lib. I. adver. Marcel. c. 1. f. m. 4. poſtquam docuiſſet, veritatem, in ſcripturis revelatam, eſſe potiorē quibusvis Epiſcopis; Quæſtionem enim inſtituit, *veritas illa quæ ſit?* & reſp. *quâ Deum eſſe Patrem edocemur: nempe qua Deum habere filium nobis traditur: qua ad Spiritus Sancti participationem ab ardenti deſiderio excitamur. Quæ ſunt inſignia quædam Chriſtianorum peculiaria, quibus Eccleſia Dei ſancta à Iudaica politiâ diſcriminatur.* In horum cenſum ne quis veniat, ſedulo cavendum eſt: *Quis ille* (Deus) *ſit* (*Nam id quoque imprimis neceſſarium*) *jam declaretur, ne, ſi quis hac in parte erret, alio credito numine, denuo in eandem ſuperſtitionem, quæ nullo nomine ſubnixa eſt, relabatur,* judicio & monito Athanaſij orat. adv. gent. t. 1. f. 43. D. Confer præmiſſa ſect. 2. §. 38. ſeqq.

Penes Chriſtianos.

Digitized by Google

Vocabulum ὑπόστασις est æquivocum.

§. 3. Declaratio autem hæc ut eo felicius instituatur, versabitur (1.) circa *nomina*, & singulas voces; In quibus explicandis, applicandis, & usurpandis sequendum esse censemus τὸν ἀκριβῆ κανόνα τῆς λογικῆς ἐπιστήμης, *accuratam regulam Logicæ scientiæ*, cum Nyssen. de comm. Not. t.2.f.89. ὑπόστασις Græcè, Latine *persona*, vox est, quæ diversimode accipitur, (uti supra jam sect.2. §.22. indicavimus) interdum de essentia, ut apud Nicænos Patres in Symbolo, condemnantes eos, qui affirmabant, Filium esse ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας, *ex alia substantia, aut essentia.* Et in epistola Synodica Sardicensium, apud Theodor. l. 2.c.6. dum & ipsi damnant Arianos, quod dicerent διαφόρους εἶναι τὰς ὑποστάσεις τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος: *differentes esse hypostaseis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Huc pertinet, quod ὑπόστασις in genere individuam substantiam denotet, ita ut etiam bestiis tribuatur, tanquam substantiis individuis. à Gregorio Nyss. de com. not.t.2.f.88. interdum de persona; Quæ æquivocatio fecit, ut controversia in Ecclesia Antiochena surgeret, de qua Theodor. lib.V. hist. c. 3. f. 707. C. D. Et nonnulli etiam orthodoxi patres negarent, tres dari hypostases, quod alii affirmabant; isti per ὑπόστασιν intelligentes essentiam, seu substantiam; hi personam. Agit hac de diversa acceptione, & controversia Athanasius in epist. ad Antioch. t. 1. f. m. 576. Refert enim fuisse, qui alios ἐμέμφοντο, ὡς τρεῖς λέγοντας ὑποστάσεις, *reprehenderint, dicentes, tres esse personas*; Et hoc fecisse eos, qui dicebant μίαν ὑπόστασιν, *unam esse hypostasin*, quos isti de Sabellianismo suspectos habebant. Utramque vero partem sic se declarasse, ut contentio fuerit solum in verbis, non in reipsa; Quandoquidem isti voce ὑπόστασις intellexerint *personam*; Responderunt enim, sese in Trinitatem credere, non quæ nominetenus Trinitas, sed quæ ἀληθῶς ὄντα καὶ ὑφεστῶτα *vere esset, & subsisteret*, puta in tribus personis, credentes *in patrem* ἀληθῶς ὄντα καὶ ὑφεστῶτα *vere existentem & subsistentem*, καὶ οὐκ ἀληθῶς ἐνυπόστατον ὄντα καὶ ὑφεστῶτα, *& Filium verè inexistentem & subsistentem*; *& in Spiritum Sanctum* ὑφεστὸς *subsistentem & existentem*; Hi vero essentiam, ita ut non vellent, Sabelliano errore, *sublatos ex Trinitate Filium & Spiritum Sanctum, quasi filius essentia careat, ac Spiritus Sanctus non subsisteret*, sed quod una sit personarum Trinitatis essentia & substan-

tia,

tia, ἡγούμενοι ταυτὸν εἶναι ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν, *ducentes, idem esse hypostasin & οὐσίαν.* seu *essentiam.* Huic explicationi, ut utrinque legitimæ, subscribit ipse Athanasius, f.581. A. dicens: *Approbo superiorem interpretationem de tribus hypostasibus, & una hypostasi, sive essentia, & eos, qui ita censent; cum pium sit & sentire, & confiteri, Trinitatem in una Deitate consistere.* Communior tamen postea vocis hypostasis significatio evasit persona: *usia & hypostasis illa habent differentiam, ἣν ἔχει τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθ' ἕκαστον, quam habet commune ad singulare.* juxta Basil. epist.391; qui controversiæ huic etiam implicatus est. vid. epp. LXXX. & XCI. Confer quæ orthodoxus & Anomœus prolixe de hoc termino inter sese disputant dial. I. de Trin. f.159. t. 2. opp. Athanas. Basilius epist. CCCXXV. Gregorius Naz. orat. XI. f.m.331. XXXV. XLIII. Hieron. ep. LVII. ad Damasum ex professo. Epiph. hæres. 73. Ex recentioribus Forbes. Instruct. Theol. lib. I c. 2. f. 4. n. 8. f. 15. n. 5. Petav. Theol. dogm. lib. 1. de Deo. c. X. n. 4. & lib. IV. de Trin. procem. c. 1. seqq.

§. 4. Observanda hæc erant adversus Arianos præcipuè, quippe qui in amphibolia vocis hujus tanquam in turbido piscabantur, ut videre est ex ipsorum formula in Encæniis edita, qua laudant *propriam nominatarum personarum in Baptismo hypostasin, & ordinem, & gloriam*, ita ut sint ὑποστάσει τρία, τῇ δὲ συμφωνίᾳ ἓν: *hypostasi tria, & consensu unum.* Per hypostasin intelligentes essentiam; Et orthodoxos, unam hypostasin statuentes, crassi erroris insimulabant. Vestigia hujus ipsorum calumniæ deprehendimus apud Euseb. lib. 1. adverf. Marcel. c. 1. f. 5. A. dum tribuit orthodoxis sententiam Sabellianam, tanquam statuentibus, πατέρα καὶ υἱὸν οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει ἓν ὄντα *essentia & persona unum esse Patrem & Filium,* cum dicere debuissent, Patrem & Filium *essentia* esse unum, duos autem *persona.* Imprimis igitur magno usui erat, in controversia etiam Sabelliana, nosse illam explicationem & distinctionem; prout enim vocabulum ὑπόστασις accipiebatur, ita Sabellianorum, vel orthodoxorum sententia erat falsa vel vera, de quo ex professo disputat Basilius ep. LXXVIII. Contra Arianos, & Sabellianos

§. 5. *Particulæ* quædam non insuper habendæ sunt, quandoquidem illæ interdum notæ sint distinguendi inter sese personas; Tales particulæ sunt vel eædem, ut &, &, quibus utendum est, si de Particulæ distinctivæ.

perſonis loquimur. Dicimus enim Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus; non autem Deus, & Deus, & Deus, dicente Greg. Nyſſ. de commun. not. t. 2. f. 82. vel diverſæ; ut ἐκ, διὰ *per omnia, per verbum,* ἐν *in omnibus porro in ſpiritu ſancto*: ad Serap. t. 1. f. m. 202. D. & f. 205. allegato dicto 2. Cor. XIII. 13. obſervat particulas ἐκ, διὰ, ἐν, dicens: gratia datur *à Patre, per Filium, in Spiritu ſancto*. In dial. III. f. 217. t. 2. occupatus eſt ipſe, vel quiſquis auctor eſt, in particulis, *per ipſum, ex ipſo, in ipſum* explicandis. Baſilius refert, quod ipſo concionante & diſtinguente perſonas divinas per particulas quasdam, fuerint, qui variè de ipſo judicarent; & aliquis, qui ipſum rogarit, *evulgaret* εἰλικρινῆ τινα περὶ τῆς ἐν ταῖς συλλαβαῖς τούταις δυνάμεως διδασκαλίαν *dilucidam quandam doctrinam de virtute ſyllabarum*. de ſpir. ſanct. c. 1. t. 2. f. 144. D. cui morem geſſerit, & de particulis ex profeſſo egerit, ſicut ipſe f. 145. A. ſeqq. argumenta tractationis recenſet. Confer eundem, quæ de hac materia ad Amphilochium ſcripſit c. 25. & 26. de ſpirit. ſanct. Et Hieron. ad 2. Cor II. 17. Rt ad q. 11. Hedib. f. m. 68. Non eſt autem inſuper habendum, quod apud Athanaſium de comm eſſ. t. 1. f. 222. B. occurrit, adverſus eos, qui diſcrimen ponunt inter ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ Ex quo, & per quem, tale, ut *ex eo* tribuant Patri; Filio vero *per eum*, ita quidem, ut hoc ſit iſto ἐλαττον *minus*. Oſtendit enim Pater iſte, *per quem* etiam de Patre, & *ex quo* de Filio quoque dici, allegat Eph. IV. 16. 1. Cor. I. 9. Gal. IV. 7. Rom. VI. 4. &c. Quare circumſtantiæ textus particulis iſtis ſtudioſe conjungendæ ſunt.

Characteres interni.

§. 6. Sicut autem perſonæ divinæ in relatione ad creaturas potiſſimum per particulas iſtas diſtinguuntur, ita in relatione ad ſe invicem per charecteres perſonales. Appellantur communiter ἰδιότητες *proprietates* à Gregorio Naz. orat. XXX. & XXXIII f. m. 550. Baſilio de ver. fid. t. 2. f. 354. qui & ἰδιώματα. vocat l. 1. ἴδια. epiſt. 391. f. 1172. A. Τὸ τῶν προσώπων ἰδιάζον, quod decet nos *confiteri* ἐν τῷ ἀφορισμῷ τῶν περὶ ἕκαστον νοουμένων ἰδιωμάτων, *in cuiuſq; idiomatum diſtinctione, & ab invicem ſeparatione dum enunciantur*. Vocat igitur etiam ἰδιώματα, Item γνωρίσματα *notas* lib. II. adv. Eunom. & σημεῖα *ſigna*; Item τὸ ἰδιάζον ἑκάστου σημεῖον, *proprium cuiuſq; ſignum*, vel τῆς ἑκάστου ὑπάρξεως σημεῖον, *perſonæ cuiuſq; ſignum*: epiſt. XLIII. ubi plura in hunc ſenſum. Invenitur autem etiam in Nyſſeni operibus. t. 3. f. m.

Digitized by Google

f.m. 28. ſeqq. Item χαρακτῆρες, ab Athanaſio orat. III. adv. Arian. f.m. 403 t.1. ubi tamen ſciendum, quod character interdum etiam eſſentiam ſignificet, ut videtur idem accipere fol. 404. A. B. cum Filium vocat χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς *characterem Patris hypoſtaſis*, ex Hebr. I. 3. & porro: *Ex efficacia characteris intelligimus perſonæ ipſius veram Deitatem.* Quo fine allegat dicta Joh. X. 25. 30. XIV. 10. confer dial. 1. de Trin. t. 2. f. 163. Baſilius egregiè explicat, quo ſenſu Filius dicatur Patris character, nempe propter exactiſſimam ὁμοιότητα, ut ſignificetur, *non imitatione figuratam eſſe hanc imaginem, ſed ſic tanquam ſigillo quodam* τῆς ὅλης φύσεως *totam Patris naturam impreſſam eſſe Filio.* lib. II. adverſ. Eunom. ita ut patrem agnoſcat, qui Filium novit, epiſt. XLIII. f.m. 814. A. B. Idem addit ἀφωρισμένους περὶ ἕκαστον χαρακτῆρα *ſeparatos circa unamquamque perſonam characteres.* epiſt. CCCXLI Marius Victor. lib. 1. adverſ. Arian. f.m. 317. vocat *potentias*, laudans *tres Dei potentias*, & agnoſcens *Deum tripotentem in unitate.* Item *formas*, lib. II. f. 327. Quo ultimo verbo etiam Baſilius utitur, cum μορφὰς, lib. II. adverſ. Eunom. vocat. Frater ipſius Gregorius Nyſſenus appellat γνωριστικὰ τῶν ὑποστάσεων ἰδιώματα, *indicativas perſonarum proprietates*, lib. 1. adverſ. Eunom. ἰδιότητας ὑποστάσεων *proprietates perſonarum.* de com. notion. t. 2. f. 86. A. Baſilius ep. XLIII. f.m. 811. eas comparat cum coloribus in iride diſtinctis: una enim eſt iridis οὐσία *eſſentia, floridus vero color qui viſitur* πολυειδὴς *multiformis*: Et deſcribit f. 812. τὸ (ὅπερ προσώπου) ἰδιαζόντως θεωρούμενον, *id quod* (in perſona) *ſingulariter, vel* ſeparatim *conſideratur*: & paulo poſt: τὸ ἰδιάζον τῆς ἑκάστου ὑπάρξεως σημεῖον, *propriam cuiusq; ſubſtantiæ notam.* confer Dionyſ. Petav. in proœm. ad lib. IV. de Trin. f.m. 309.

§. 7. Id quod charactere afficitur, fit, eſt, & dicitur *perſona.* Græcè πρόσωπον; Non eſt autem accipienda vox hæc ſenſu Sabelliano pro mero ſchemate, ut homo ſcenicus varias induere formas poteſt; ſed orthodoxo, ut ſubſtantiam denotat, charactere perſonali affectam: id quod præclare ediſſeruit Baſilius epiſt. CCCXLIX. & CCCXCI. quando notavit Sabellium, ſicut dixerit, *unum hypoſtaſi eſſe Deum,* προσωποποιεῖσθαι δὲ κατὰ τῆς γραφῆς διαφόρως, *ſed ei varias perſonas à ſcriptura accommodari*: Item, unam eſſe & eandem hypoſtaſin, ſed πρὸς τὴν ἑκάστοτε παρεμπίπτουσαν χρείαν μεταχηματίζεσθαι *pro eo* Perſona.

atq; res tulerit, variè transformari, quod ipsi erat persona. Synonyma vox est ὑπαρξις, quam Gregorius Nyssenus vocat ὑπαρξιν ζωῆς μετέχουσαν, *personam vitæ participem*. de comm. not. t. 1. f. 920. Alias notat etiam id, quod in unaquaque substantia est proprium & singulare, uti ex epist. XLIII Basilij nonnulli ostendere satagunt.

Definitio. §. 8. Definitur persona, & describitur, vel generalius, ut cum vocatur οὐσία μερικὴ, τουτέστιν ἰδικὴ *substantia particularis*, i. e. propria, ἢ ἄτομος *individua*, ὅπερ ἐστὶ πρόσωπον, *quod est persona*: describente Gregorio Nyss. de com. not. t. 2. f. 84. Et paulo post f. 88. A. vocat ὑπαρξιν ζωῆς μετέχουσαν πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς μὴ τοιαύτης; *Existentiam vitæ participem, ad distinctionem illius, quæ non est ejusmodi*; quo sensu ὑπόστασιν etiam bestiis tribuit, utpote quod ὑπόστασις idem est, quod substantia individua. Basilius vocat ὑφεστῶσαν φύσιν *subsistentem naturam*. epist. XLIII f. 807. πρᾶγμα ὑφιστὸς *rem subsistentem*. f. 809. D. Specialius, cum vocat ὑπαρξιν λογίζεσθαι πεφυκυῖαν, *existentiam, quæ apta nata est ad ratiocinandum*. Quo sensu solis Angelis & hominibus competit; Basilius l. c. exponit hypostasin συνδρομὴν τῶν περὶ ἕκαστα ἰδιωμάτων, *concursum cujusq; (personæ) proprietatum*: f. 812. C.

Differentia characterũ. §. 9. Characteres personales inter se *realiter* differunt. Basilius l. c. laudat διηρημένην τὴν τῶν ὑποστάσεων διαφορὰν *distinctam personarũ differentiam*. Dicuntur quidem personæ divinæ nonnunquam *mente* distingui, ut à Gregorio Naz. Orat. XLII. τῶν χωρίζοντος τὰ ἀχώριστα, uti ipse loquitur; sed non eo sensu, quasi non realiter differrent; Nam & duæ in Christo naturæ τῇ ἐπινοίᾳ *mente* differre dicuntur à Basilio lib. IV. adv. Eunom. quæ tamen realiter, ut in confesso est, distinguuntur. Item dicit *sola cogitatione divisibilia esse colorẽ, figuram, duritiem, & magnitudinem*, quæ tamen & ipsa omnium confessione realiter differunt. lib 1. adv. Eunom. eo igitur sensu, quod ratio fundamentum distinctionis in rebus ipsis inveniat, etsi illud non cuivis ex vulgo pateat. Alias, & forte sæpius, phrasis illa reali distinctioni, seu differentiæ, contraponitur, ut cum *frumentum* vocamus νῦν μὲν σπέρμα, καὶ πάλιν τροφὴν; *nunc quidem semen, & rursus alimentum*. quo sensu etiam Athanasius usurpat orat. V. adv. Arian. t. 1. f. 521. dum realiter differentibus opponit τὰ κατ' ἐπίνοιαν καὶ ἁπλῶς λεγόμενα, *mente & simpliciter dicta*. vice versa neque separatæ

ratæ ſunt perſonæ Deitatis: τίς ἂν εἴη χωρίζων, *quis ſeparaverit aut Filium à Patre, aut ſpiritum à Filio eiusve Patre?* interrogat Athanaſius Serap. de ſpir. ſanct. t. 1. f 194. D. Dionyſius Areop. agnoſcit in Deitate ἑνώσεις τε καὶ διακρίσεις *uniones* (rectius, unitatem) *& diſtinctiones.* div. nom. c. 11. §. 5. Baſilius appellat διάκρισιν συνημμένην καὶ διακεκριμένην συνάφειαν, *conjunctam diſcretionem, & diſcretam conjunctionem* epiſt. XLIII. f. 810. G. confer Greg. Naz. orat. III. f. 87. D. XXXIII. f. 550. Dicas: ſi realiter iſti characteres differunt, E. una perſona habet, quod aliena non habet? ſeu: Perſonæ uni deeſt aliquid alterius? R. N. C. *Et enim Filio non deeſt quicquam ad hoc, ut Pater ſit, quippe quod Filium eſſe nequaquam ſignificet defectum. Non tamen idcirco Filius eſt Pater. Nimirum hæc vocabula defectum aliquem non ſignificant (cur enim?) nec imminutionem eſſentiæ.* idem orat. VI. f. 379.

§. 10. Explicatis terminis & phraſibus præcipuis ad rem ipſam progredimur, & dicimus: πρόσωπα ἕτερα καὶ διαίρετα ἀλλήλων *perſonas eſſe diverſas, & à ſe invicem diſtinctas*, cum Gregorio Naz. de commun. not. t. 2. f. 82. C. Athanaſius cenſet φευκτέον τὴν ἐκ τῆς ὑπονοίας ἄτοπον *fugiendam eſſe ſubintellectionis abſurditatem*, lib. V. adv. Arian. t. 1. f. 521. B. *Neq; enim Pater filius eſt, neq; Filius pater*; ait in expoſ. Filij, f. 241. Sed *alia perſona eſt Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti*, juxta Symbolum, t. 2 f. 32. A. confer. dial. 1. de Trin. f. 172. Suffragatur Hilarius lib. IV. de Trinit. f. 47. *abſolute*, inquiens, *Pater Deus, & Filius Deus unum ſunt, non unione perſonæ, ſed Deus, & Filius Deus unum ſunt, non unione perſonæ, ſed ſubſtantiæ unitate*; perſonis igitur diſtincti ſunt. Baſilius ait, *ſpiritus non eſt filius, neq; filius nominatur.* de Baptiſ. homil. XVII. f. 511. t. 1. Item *Pater non eſt filius, ſed Pater filij genitor.* lib. V. adv. Eunom. t. 2. f. 131. Item ἕ ταυτὸ τῷ ὑποκειμένῳ πατὴρ καὶ υἱός, *Patrem & filium non idem eſſe ſubjecto*, ſc. perſonali. epiſt. XLI. Nam paulo poſt dicit, differre ὑποστάσει *perſona.* Gregorius Nyſſenus, *pietatis*, inquit, *ratio novit* ἐν διάκρισιν ὑποστάσεων ἐν τῇ ἑνότητι τῆς φύσεως *aliquam differentiam perſonarum in unitate.* Orat. Cat. c. 1. f. 45. B. ita ut ſit *propria hypoſtaſis patris, propria Filij, propria ſpiritus ſancti.* orat. 1. in verba: faciamus hominem &c. t. 1, f. 141. C. Euſebius lib. III. de Theol. Eccleſiaſt. c. 4. f. 167. D notat Marcellum Ancyranum, quod tres eſſe hypoſtaſes negarit. Confer Mar. Victor. l. 1. adv. Arian. f. 298. D.

neceſſaria.

§. 11. Atque talis doctrina, nempe de reali perſonarum diſtinctione, creditu & explicatu neceſſaria eſt. *Non enim ſatis eſt perſonarum numerare διαφορὰς differentias, ἀλλὰ χρὴ ἕκαστον πρόσωπον ἐν ὑποστάσει ἀληθινῇ ὑπάρχειν*, ὁμολογεῖσθαι *ſed fatendum eſt, unamquamq; perſonam in vera eſſe ac certa ſubſiſtentia.* ſcribit Baſilius epiſt. LXIV. t. 2. f. 850. B. addita ratione: *alioqui figmentum illud perſonarum, quæ non habeant ſingulæ ſuam peculiarem ὑπόστασιν, neq; ipſe Sabellius reprobaſſet.* Et epiſt. LXXVIII. f. 890. *Confitendum eſt, conſubſtantialem Patri eſſe Filium, juxta tamen & hoc confitendum eſt, ἐν ἰδίᾳ μὲν ὑποστάσει τὸν πατέρα, ἐν ἰδίᾳ δὲ τὸν υἱὸν, καὶ ἐν ἰδίᾳ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, in propria quidem ſubſiſtentia Patrem, in propria Filium, in propria Spiritum Sanctum.*

(III.) Probationes (1.) Ex S. literis, ut ex Gen. I. 26.

§. 12. Ut autem tuta fide credatur, probanda eſt, & quidem 1. ex *S. literis* cum V. T. tum N. T. Ex V. T. frequenter allegant Patres dictum Dei, Gen. I. 26. *faciamus hominem*, quæ verba unanimi ſuffragio accipiunt tanquam colloquium Trinitatis perſonarum inter ſe: *loqui Patrem, & audire filium; vel è contrario, filio loquente, audire patrem, ejusdem naturæ in patre & filio conſenſusq; ſignificatio eſt*, adeoque & pluralitatis perſonarum divinarum: ait Didymus Alex. l. II. de Spir. Sanct. 198. C. Sic argumentatur inde Athanaſius in orat. adv. gent. t. 1. f. 51. B. Allegatis enim Gen. I. 26. verbis: *faciamus* &c. concludit, *Deum cum aliquo ſibi proximo ſermones conſerere; Neceſſe igitur, aliquem ei adfuiſſe, cum quo univerſa condens colloquium miſcebat; At quis ille fuerit, niſi ipſius Verbum?* Sic ille diſputat, & interrogat; Et confirmat ex Prov. VIII. 27. ubi increata Sapientia dicit: *cum faciebat cœlum & terram, coaderam ei:* Confer ſeqq. & dial. III. f. 233. t. 2. Hilarius in eandem ſententiam argumentatur, inquiens: *dicendo: faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ſuſtulit ſingularis intelligentiam profeſſione conſortii. Conſortium autem eſſe aliquod ſolitario ipſi ſibi non poteſt. Neq; rurſum recipit ſolitarii ſolitudo, faciamus: Neq; quisquam alieno à ſe, noſtram, loquitur. Vterq; ſermo, & faciamus, & noſtram, ut ſolitarium eundemq; non patitur, ita neq; diverſum à ſe alienumq; ſignificat.* lib. IV. de Trin. f. m. 38. Confer eodem modo explicantes Baſilium Hexaëm. homil. IX. f. m. 122. Et lib. V. adv. Eunom. f. 132. C. Epiphan. Hæreſ. XIII. & XXIII. in Ancor. f. m. 548. Ambroſ.

Digitized by Google

Ambrol. in hexaëm. lib. III. c. 7. Gregorium Nyſſ. in duabus orationibus quibus dictum tractavit. t. 1. opp. f. 139. seqq:

§. 13. Alius illuſtris locus eſt Gen. XIX. 24. *Dominus pluit à Domino.* Diſtinctas enim Deitatis perſonas inſinuari ſentit Baſilius, antea laudatus, *clarum*, inquiens, *eſt, & quod de Sodomorum everſione dicitur: Tunc pluit Dominus ſulphur & ignem à Domino de cœlo.* Addit locum parallelum. Jer. XLIX. 18. ubi Deus dicat: *everti eos, ſicut Deus evertit Sodomam & Gomorrham.* lib. V. adv. Eunom. f. 133. A. In eundem ſenſum accipit Epiphanius Hæreſ. X. f. m. 13. ſcribens: *De filio quomodo cognoſcamus Pater dicit: faciamus hominem ſecundum imaginem & ſimilitudinem noſtram: Faciamus autem non eſt unius ſignificativum; Et: pluit Dominus ſuper Sodoma & Gomorrha, ignem & ſulphur à Domino de cœlo.* Confer Hilar. lib. IV. de Trinit. f. m. 42. ex eodem dicto, facta prius probatione, concludentem: *Deus ergo eſt, qui loquitur, Deus & de quo loquitur.* Ex N. T. Euſebius lib. III. de Eccleſ. Theol. c. 5. f. 170. & 171. urget verba Chriſti Joh. XIV. 13. 16. 25. & infert inde: *Audis, ut in πληθυντικῷ τρόπῳ numero multitudinis loquatur*: veniemus & manſionem apud eum faciemus, *de ſe hoc locutus, & de Patre. De ſpiritu autem ſancto, tanquam de alio, loquitur*: ille vos docebit omnia; *Taliumodi & illud erat*: rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis &c. *paracletus igitur ab ipſo erat alius.* Similia habet f. 169. D. & dem. Evang. lib. V. c. 16 f. m. 243. A. Sic ille, utinam tam bene ſenſu, quam verbis. Sed nolumus plura alia dicta cumulare, cum paulo poſt occaſio de eadem materia occurſura ſit.

Ex Gen. XIX. 24.

Ioh. XIV. 13.

§. 14. (2.) Ex *relationibus mutuis.* Perſonæ divinæ relationibus inter ſeſe realiter differunt, quales ſunt: gignere, gigni, & procedere: *τὰ τῆς ὑπερουσίας θεολογίας ἐν ἀνυπερβλήτῳ θεὸς ἄλληλα: quæ ſuperſubſtantialis illius divinæ generationis ſunt inter ſe minime reciprocantur*, ait Dionyſius Areopagita, & explicat, *adeo*, inquiens, *ut Pater ſolus fons ſit in ſuperſubſtantiali Deitate, atq; ita pater non ſit Filius, neq; filius ſit pater, συλλαβόντων τὰ οἰκεῖα τῶν ὑμνων ἑναγῶς ἑκάστῳ τῶν διαφόρων ὑποστάσεων, ſed cuiq; diverſarum perſonarum propriæ ſuæ laudes* (ſic characteres vocat, & proprietates perſonales) *inviolatæ conſerventur.* de div. nom. c. 11. §. 5. Subſcribit Athanaſius in reſcripto ad Liberium, *in filio*, inquiens, *patrem intelligimus* &c. *Et in*

(2) Ex relationibus.

Patre filium quoq; agnoſcimus. t. 1. f. 245. A. ſcilicet & quoad diſtinctionem perſonalem, & quoad ὁμοουσίαν. Negantes ad abſurdum deducit: *Nam ſi duos*, dicens, *eſſe non admittimus, ſed utrumq; de eodem prædicari, erit eadem res cauſſa & cauſſatum, gignens & genitum; quæ abſurditas* &c. Orat. V. adv. Arian. t. 1. f. 521. D. Confer Dial. III. t. 2. f. 230. B. C. Epiphanii quoque diſputatio notanda & adducenda eſt, dicentis: *patris & Filij nomen cognationem ad aliquid & relationem ſignificat. Quare etiamſi patrem ſolum nominemus, habemus in nomine ſubintellectam notionem Filii: Pater enim Filii pater dicitur. Et, ſi filium ſolum nominaverimus, habemus notionem Patris, qua Filius patris filius dicitur.* Sic ille Hæreſ. LXXIII. f. 418. Huc referri poſſunt aliæ actiones & paſſiones (ut ſic loquar) inter perſonas Trinitatis, quales ſunt: mittere, & mitti, apud Athan. adv. Greg. Sabel. t. 1. f. 652. B. dare & accipere, orat. IV. adv. Arian. f. 488. A.

(3.) Ex actionibus & paſſionibus

§. 15. (3.) *Ex actionibus, vel paſſionibus, uni perſonæ ita peculiaribus, ut alteri non competant, vel competere poſſint.* Talis eſt incarnatio Chriſti, ſecundæ perſonæ ita unicè competens, ut in Patrem, vel Spiritum Sanctum non quadret; oſtendit enim illa ὡς ἀποξενοῦντα τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς *filium alium eſſe à Patre*, uti loquitur Athanaſius de ſent. Dionyſ. t. 1. f. 568. C. Ejusdem quoque paſſio & mors: *Cum dicit filius*: foderunt manus meas & pedes meos, *& ſi quæ ſunt aliæ ſimiles*, τοῦ χριστοῦ εἰσι φωναὶ *ſunt Chriſti voces. Ita etiam* (pergit) *quædam ſunt τοῦ πνεύματος & ἴδιαι φωναὶ ſpiritus propriæ voces*, ut cum dicit Agabus: (Act. XXI. 11.) *Hæc dicit ſpiritus ſanctus, hunc virum, cujus eſt hæc zona, ſic vincient.* Ita dial. III. t. 2. f. 230.

An & ex ratione?

§. 16. An etiam *ex ratione* probari poſſit myſterium hoc? quæritur; Fuerunt inter Patres, qui id aliquo modo conati ſunt. Gregorius Nyſſenus Orat. Catech. c. 1. t. 3. f. 45. B. ſic procedit: *Deus non caret ratione*, ut fatentur illi ipſi, qui à noſtra religione alieni ſunt: Si ergo non caret ratione, λόγον ἔχει *rationem habet*, & quidem καταλληλον τῇ φύσει τὸν λόγον, *rationem naturæ congruentem*; nempe & internum, & ſubſiſtentem; quandoquidem is λόγος, *ſeu ſermo & ratio non in impetu eius quod dicitur conſiſtere exiſtimabitur, ad noſtri ſimilitudinem*, qui ſcilicet ſumus homines debiles, & caduci; ſed

ſed Dei, qui ens permanens & æternum eſt: *Natura, in quam non cadit interitus, & quæ ſemper ſtat,* ἀΐδιον ἔχει καὶ ὑφεστῶτα τὸν λόγον, *æternum habet & ſubſiſtens verbum*; Sicut natura, in quam cadit interitus, perituram etiam verbum, ſeu rationem, habet. Ex æternitate ſequitur ὑπόστασις: *Si conſtiterit, Dei verbum ſempiternum conſiſtere,* ἀνάγκη πᾶσιν ἐν ζωῇ τὸ λόγῳ τὴν ὑπόστασιν εἶναι, *plane neceſſariam eſt, in vita verbi eſſe perſonam.* Sic ille; addeſequentia, in quibus probat, verbo huic competere etiam vitam, libertatem, potentiam &c. Tranſit c. 2. ad perſonam Spiritus Sancti, & iterum argumentatur ex rebus creatis ad increatas, h.m. verbum humanum non eſt ſine ſpiritu, (mediante enim hoc illud formatur) E. nec Dei verbum: *Siquidem cum illud conſideretur cum ſpiritu, hoc credatur eſſe ſine ſpiritu?* q.d. minimè. Porrò: ſicut verbum Deo conveniens concedendum eſt, ſic & ſpiritus, qui Deum deceat, nempe, non *flatus vel anhelitus* corporalis; *deprimeretur enim & ad nimiam demitteretur humilitatem magnitudo divinæ potentiæ, ſi, qui in eo eſt ſpiritus, exiſtimaretur eſſe inſtar noſtri*; ſed δύναμιν οὐσιώδη αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς ἐν ἰδιαζούσῃ ὑποστάσει θεωρουμένην, *eſſentialem potentiam, quæ ipſa in ſeipſa conſideratur in propria hypoſtaſi ac conſiſtentia, neq; poteſt ſeparari à Deo in quo eſt, aut à verbo Dei, quod conſequitur; neq; ad hoc, ut non ſit, effunditur, ſed ad Dei verbi ſimilitudinem,* καθ' ὑπόστασιν ἴσαν προαιρετικήν, ἀπλανήτου, ἐνεργὸν, πάντοτε τὸ ἀγαθὸν αἱρουμένην, καὶ πρὸς πᾶσαν πρόθεσιν σύνδρομον ἔχουσαν τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν: *eſt in hypoſtaſi, eligendi vi prædita, per ſe mobili, operante, & ſemper bonum eligente, & ad omne propoſitum cum voluntate concurrentem habente potentiam.* Sic ille ratiocinatur; quæ tamen, an contra ſerium adverſarium valitura ſint, vehementer dubito. Neque plura addo, cum inferius, in materia de Trinitate, occaſio fuerit pluribus hæc diſputandi.

Seculi Quarti

Articulus V.

Sect. IV.

De

PERSONARUM TRINITATE.

Argumentum.

Personæ divinæ sunt tres: Id quod fidei articulus est, ex sacris V. & N.T. literis addiscendus, salutaris, & necessarius, quod rationibus probatur. Differunt autem ita quidem, ut tamen sint æquales essentialiter, etsi quoad personalia realiter differant. Quæ pluralitas probatur ex dictis V.T. Gen. XIX. Num. VI. Ps. XXXIII. Ies. VI. N.T. Matth. III. XXVIII. 1 Ioh. V. Ex consequentiis; solvitur objectio. Ex consensu Ecclesiæ. Illustratur similibus, contraria sententia in defectu, & excessu. An in Deitate numerus? characteres distinctivi.

§. I.

Trinitas asseritur;

PErsonarum divinarum sunt tres: Quæ dicuntur τριὰς *Trinitas*, ab Athan. de comm. essent. t. 1. f. 220. *Sancta & beata & perfecta Trinitas.* in illud: quicunque dixerit: f. 992. Ἁγία καὶ τελειοποιὸς τριάς. Euseb. III. Eccles. Theol. f. 173. B. Trinitas διὰ τὴν ὑπερκειμένην καὶ ὑπερουσίαν γονιμότητος ἔκφανσιν, *propter supereſſentialis fœcunditatis in tribus personis manifestationem*: quam nominis rationem reddit Dionysius Areop. div. nom. c. 1. §. 4. Antonius Eremita epist. V. f. m. 107. laudat *perfectam & beatam Trinitatem Patris, Filii, & Spiritus Sancti.* μονὰς τριάζεται, ἡ τριὰς πάλιν ἑνίζεται *unitas Trinitas fit, & Trinitas rursus fit unitas*, acutè ait Gregor. Naz. orat. VI. f. m. 180. D. Mario Victor. Deus est *tripotens in unitate.* lib. 1. adverſ. Arian. f. m. 317. C. Diony-

Digitized by Google

Dionyſius Areop. celebrat τριαδικὴν ἑνάδα, *Trinam unitatem*, div. nom. c. 1. §. 5. *Eſt trina ſumma Deus, trinum ſpecimen, vigor unus*, juxta Prudent. in præfat. ἁυτοθεότ. p. m. 163. Hieronymus *tres ſubſiſtentes*, laudat, *veras, integras, perfectasq; perſonas*. epiſt. ad Marcel. t. 3. f. 143. Damaſus anathemate munit hanc do trinam, *ſi quis*, inquiens, *non dixerit τρία πρόσωπα ἀληθινὰ, τὸ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος* &c. *ἀνάθεμα ἔστω: tres perſonas veras, patris, & Filii, & Spiritus Sancti &c. anathema ſit*. apud Theodor. lib. V. hiſt. Eccleſ. c. 11. f. 721. D. ſecutus Liberium epiſt. ad Athanaſ. t. 1. f. 243. D.

§. 2. Doctrina hæc inter articulos fidei pertinet. Eſt enim *Sacramentum Triadis*, appellante Hilario prol. in Pſalm. f. m. 335. *Myſterium Trinitatis*, juxta Hier. comm. in c. VI. Pſ. ἡ τῆς Τριάδος ἀτέκλωτος καὶ ὁμοούσιος πίστις *indeficiens, & conſubſtantialis Trinitatis fides*. juxta Athanaſ. diſp. cum Ario, t. 1. f. 147. *æterna & conſubſtantialis Trinitatis fides*. ibid. σεβασμιωτάτη πίστις *reverendiſſima fides*. l. c. *Summa fidei*. Contr. Greg. Sabel f. 658. προτετυμένος ὅρος τῆς πίστεως, *notanda fidei definitio*. in epiſt. ad Jov. t. 2. f. 34. B. In qua *Eccleſiam* Deus *fundavit & radicavit*: uti idem loquitur epiſt. 1. ad Serap. f. 14. & Apoſtolos, in orbem miſſos, juſſit τοῦτον θεμέλιον λιθῶναι τῇ ἐκκλησίᾳ *hoc fundamentum ponere Eccleſiæ*. t. 1. f. 203. A. Paulo poſt vocat τῆς ἐκκλησίας τὸν θεμέλιον τῆς πίστεως, *Eccleſiæ fundamentum fidei*. E. fundamentalis eſt articulus; Liberio eſt ἓν μονὴ καὶ ἀληθὴς πίστις ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ καὶ Ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, *ſola & vere fides in ſancta, Catholica, & Apoſtolica Eccleſia*, uti loquitur in literis, quas de hoc articulo ad Athanaſium perſcripſit, t. 1. opp. Athan. f. m. 243. *Eſt enim communis hæc omnium fidei formula: Credere in Patrem, Filium, & ſpiritum ſanctum*. ait Euſebius lib. 1. adv. Marc. c. 4. f. m. 19. C. Neque ſolum in Eccleſia Chriſtiana, ſed etiam Judaica, imò antediluviana. *Non enim* (Adam) *erat idololatra, & novit Patrem Deum, & Filium, & ſpiritum ſanctum*; *Propheta enim erat*. verba ſunt Epiphanij hæreſ. lib. I. t. 1. præfat. f. m. 3. Et ſect. VIII. f. m. 9. *In monarchia quidem ac unius principatu prædicabatur nomen*; *In Monarchia vero Trinitas ſemper annunciabatur, & inter eminentiſſimos inter ipſos* (Judæos) *credebatur, h. e. Prophetas & ſanctos*. Ipſis etiam Angelis venerabile eſt myſterium: *Obtuentur hanc Majeſtatem, aut in pedibus erectos ſe tenent, imo ne faciem quidem nudam relinquunt; ſed*

Eſt fidei articulus.

ea

ea obvoluta gloriam majestatemq; Dei labijs nunquam cessantibus extollunt, nihil aliud ἢ τὴν θείαν καὶ ἄρρητον φύσιν τῇ τρισαγίστῳ δοξάζοντα: quam divinam & ineffabilem naturam triplici titulo sanctitatis glorificantes: describente Athanasio, in illud; omnia mihi &c. t. 1. f. 154. Unde eam *Seraphicam Theologiam* nominat Cyrillus Cat: V. Myst. f. 241. A.

Revelatio. §. 3. Cum autem mysterium sit, rationi absconditum, *ἔστι δὲ οὐδεὶς γινώσκει τὴν Τριάδα, quod nemo novit Trinitatem*, juxta Athan. de comm. essent. t. 1. f. 219. quid probat ex Joh. I. 10 XIV, 17. XVII. 25. igitur, ut noverimus, opus est revelatione, quam præstat Dei Filius, qui *Patrem novit.* Joh. XVII. 25. & quidem per scripturam, *in scripturis sanctis Trinitas nobis annunciatur, & creditur.* ait Epiph. in Ancor. f. 567. ita ut negantes hoc mysterium sint *ταῖς θείαις γραφαῖς ἐναντιούμενοι divinis scripturis contrarij*; Scripturam autem cum V. T. tum N. T. veteris; Cum enim Antitrinitarij Hæretici mentirentur, *unum Deum prædicare se secundum legem*: respondet Hilarius lib: V. de Trin. *se docere, nec duos Deos, nec solitarium verum Deum, sed Patrem verum Deum ita ex lege ac Prophetis prædicare, ne aut unius Dei fidem corrumperet, aut nati veritatem denegaret.* lib I. de Trin. f. 8. Titus Bastr. lib. III. cont. Manich. p. m. 134. apud Canis. V. lect. antiqq. *quæcunq; de Patre*, ait, *in lege scripta sunt, hæc etiam sunt in Evangelio; quæcunq; de Filio, hæc in utroq;; Quæ de Spiritu sancto, hæc quoq; in ambobus reperire poterimus; Neutra enim scriptura non meminit de spiritu sancto.* Hieronymus ad Damasum scribit: *in ambobus testamentis Trinitas prædicatur.* t. IV. opp. f. m. 52. B. Athanasius, vel quisquis auctor est, dial. III. de Trin. t. 2 f. 217. monet, *disce*, inquiens, *illas hypostases manifeste doceri in veteri etiam Testamento.* confer. f. 223. Unde testimonia collegit & exhibuit Gregorius Nyssenus t. 2. opp. f. 151. seqq.

Notitia. §. 4. Optimum autem operæ pretium est, mysterium hoc in S. literis scrutari, & discere, quandoquidem *spes nostra* (Christianorum) *est in Patre, & Filio, & spiritu sancto*, juxta Cyrillum Catech. Illum: XVI. f m. 176. D. *Et salus in Patris & Filij confessione perfecta sit*, apud Hilar. lib. VI. de Trin f. 61. Basilius doctrinam de Trinitate appellat *καλὴν πίστιν, καὶ ὁμολογίαν σώζουσαν, pulchram fidem, & confessionem salutarem.* lib. V. adv. Eunom. f. 131. B. *Ex hac fide salus*

gratia

Digitized by Google

gratiæ eſt, juxta Epiph. in Ancor. f. m. 566. *Hanc fidem teneat quicunq; vult ſalvus eſſe*: juxta Symbolum Athanaſianum. t. 2. f. 31. B. Repetit, *non poſſe quempiam dignum fieri æterna vita, niſi primum æqualem, conſubſtantialem, & vivificam Trinitatem per religioſam fidem in anima receperit.* diſp. cum Ario. t. 1. f. 147. Eoque perduxit Arium, Arianum potius aliquem, ut confiteretur: *verè beati omnes, qui iſtam fidem retinent, & uſq; ad mortem confitentur, & pro dignitate iſtius fidei agunt.* D. Confer Didymum Alexand. lib. II. de Spir. ſanct. f. 196. Hilarium lib. VIII. de Trinit. f. 99. Gregorium Naz. orat. XL. in Bapt. f. 644. eandem articuli huius & utilitatem & neceſſitatem exaggerantes.

§. 5. Neque hanc ſine ratione; nam qui unam vel alteram ex tribus perſonis ignoraverit, vel negaverit, aut impugnaverit, is totam Trinitatem, i. e. Deum ipſum, & verum, neſcit, negat, vel impugnat. *Quemadmodum, qui Filium dividunt à Patre, nequeunt tueri, ut unus ſit Deus; ita quoq; qui dividunt ſpiritum ſanctum à verbo, non poſſunt ſervare unam in Trinitate Deitatem, cum illam reſcindant, eiq; alienam & diverſæ ſpeciei naturam admiſceant, & creaturis coæquent.* Scribit Athanaſ. ad Serap. t. 1. *Sancta* enim *& beata Trinitas indiviſa eſt, & unita in ſe, & ubicunq; Pater dicitur, una eſt cum eo & ipſius verbum, & in Filio ſpiritus.* f. 189. A. Conſequenter, qui *aliquid adimit de Trinitate, & in ſolo nomine Patris baptizatur, aut in ſolo nomine Filij, aut abſq; ſpiritu ſancto, in Patre, & Filio nihil accipit, ſed inanis manet, non conſummatus, aut initiatus* &c. f. 204. B. *ita quoq;*, pergit, *qui dividit filium à Patre, aut ſpiritum ad creaturas detrahit, neq; filium habet, neq; patrem, ἀλλ' ἔστιν ἄθεος καὶ ἄπιστος χαίρων, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ χριστιανὸς, ſed eſt atheus, & infideli deterior, & omnia potius, quam Chriſtianus.* Confer de comm. eſſent. f. 235. D. Orat. II. adv. Arian. f. 313. M. f. 412. D. In illud: omnia mihi tradita &c. f. 155. A. Ad Antioch. q. 1. t. 2. f. m. 331 Liberium in confeſſione f. 243. C. D. Phœbad. adv. Arian. c. XXXVI. Baſil. epiſt. XLIII. f. 810. A. Et quæ præmiſimus ſect. III. §. 1. Hæc neceſſitas effecit, ut & Catechumeni hoc myſterium docerentur, quod de ſe refert Ruffinus invect. 1. adv. Hieron. t. 2. f. 120. D. Sublimitas autem, ut infideles aliquandiu celaretur, ne ludibrio haberent: vid. Cyrill. Catech. VI. f. 60. C.

§. 6. Non ſufficit autem dixiſſe, & credidiſſe, tres eſſe in Deitate perſonas, realiter diſtinctas, niſi & hoc dicas, & credas, per omnia inter ſeſe eſſe *æquales, non* quidem *paternitate, aut filiatione*, attamen *natura*. Athan. dial. adv. Maced. t. 2. 277. B. & de ſymbol. f. 32. D. Naz. orat. 38. f. 387. A. quod eſſentiam, & attributa Dei, qua Dei, attinet. Erant enim inter Hæreticos, qui diſtinctionem realem admitterent; ſed ut inter res, & res: e. g. vinum, mel, & piper; vel inter perſonas quidem ſed inæquales, ut Epiſcopum, Preſbyterum, & Diaconũ, quæ Anomœorum blaſphema ſimilia, vel exempla erant, notata ab orthodoxo apud Athanaſ. t 2. dial. 1. f. 182. B. Tale erat, quod ipſe Athanaſius, in illud: omnia mihi tradita &c. t. 1. f. 154.. de Arianis refert, tradentibus, in Triſagio Eſaiano, c. VI, Angelos *in primis viribus exclamandi*, ſanctus, *μεγάλῃ τῇ φωνῇ, magna voce uſos eſſe; in ſecundis autem ἧσσον, non æquè magna; in tertijs ὑποβεβηκότως adhuc ſubmiſſiori.* Solebant etiam canere, *Gloria Patri, per Filium, in ſpiritu ſancto*: vide Spondan. an. 325. §. 46. Hæcilli, ut innuerent, inæqualem eſſe perſonarum gloriam. His contradicens Athanaſius, *Apageſis*, inquit, *valeat dementia τῶν θεομύχων execrabilium hominum. Trinitas enim undecunq; laudabilis, & venerabilis, & adoranda una eſt, & indiviſibilis!* Fundamentum orthodoxorum eſt, quod in Deitate nihil ſit niſi divinum: *Nihil, ô viri, in Trinitate ſervum eſt, nec creatum, nec adventitium*; ait Greg. Naz. orat. XL. f. m. 647. Una eſt omnium trium perſonarum eſſentia: *Cum talis ſit conjugatio & unitas in Trinitate, quisnam ſegregaverit aut Filium à Patre, aut ſpiritum ab utroq;?* interrogat Athanaſius ad Serap. t. 1. f 194. C. Eadem etiam attributa, & opera, quæ collegit ex S. literis, & exhibuit idem in tractatu de communi eſſentia, f. 209. ſeqq. Et confirmavit Baſilius, ſtatuens *μίαν ἐνέργειαν unam operationem* Patris, & Filij & Spiritus ſancti, in ſanct. Baptiſ. homil. XVII. t. 1. f. 508. confer Athanas. orat. IV. adv. Arian. f. 467. dial. 1. f. 269.

§. 7. Vice verſa, non ſufficit, perſonas Deitatis utcunque differre, ſtatuere, niſi ſtatuas, etiam realiter differre. *Trinitas* enim *non eſt ἓν ὀνόματι & μόνῃ τῇ φαντασίᾳ λέξεως, ἀλλὰ ἀληθείᾳ τῇ καθ' ὑπάρξει, nomine tenus ſolam, & inani dictionis ſpecie, ſed verè, & ſubſiſtentijs diſtincta*, ſcribit Athanaſius ad Serap. t. 1. f. 204. Sic confeſſus eſt Paulinus Epiſcopus. *Ego*, inquiens, *Paulinus Epiſcopus ſic ſentio, ſicut traditum*

Digitized by Google

tum accepi à Patribus, esse & subsistere patrem perfectum, & subsistere Filium perfectum, & subsistere spiritum sanctum perfecte. Quapropter etiam recipio præscriptam interpretationem de tribus substantiis, & una essentia, itemq; eos, qui sic sentiunt. Pium enim est sentire ac confiteri Trinitatem in una Deitate. ita refert Epiphan. hæres. LXXVII. f. m. 488. Imò Damasus anathema dicit ijs, qui non dixerint, τρία πρόσωπα ἀληθινὰ, *tres personas veras*, seu verè distinctas esse, in confessione fidei apud Theodor. lib. V. c. 11. f. 720. Hinc est, quod patres dixerint, in Deitate non quidem esse ἄλλο καὶ ἄλλο, *aliud & aliud*; attamen ἄλλον καὶ ἄλλον *alium & alium*: idque consentaneum est sacris literis, *Dominus enim, petam, inquit, à Patre meo. & alium advocatum dabit vobis. Sic alius à Filio spiritus, sicut alius à Patre Filius.* argumentum est Phœbadij adverſ. Arian. c. XLV. Vapulabant igitur Sabelliani, introducentes μίαν ὑπόστασιν τρισπρόσωπον καὶ τριώνυμον, *unam subsistentiam, sed tres formas, & tria (solum) nomina*, apud Eusebium lib. III. de Eccles. Theol. c. 6. f. m. 175. B.

§. 8. Probatur Trinitas 1. ex V. T. Mose, Psalmis, atque Prophetis. Gen. XVIII. 2. XIX. 1. tres Angeli apparent Abrahamo; *qui tres vidit, & unum adoravit, quia unus Deus, unus Dominus, & unus spiritus: Et ideo unitas honoris, quia unitas potestatis.* Proœm. in l. 2. de spir. sanct. Ambros. Orthodoxus apud Athanasium dial. III. f. 217. C. censet, hoc in loco *tres hypostases* (Deitatis) *manifeste doceri*, & contendit (quod tamen suo loco relinquimus) tres Deitatis personas apparuisse. Num. VI 24. 25. 26. ter repetitur vocabulum Dominus; quo dicto Athanasius de comm. ess. t. 1. f. 219. D. probare voluit, quod in V. T. ἁγία Τριὰς ἐνέργειαν τὴν ἰδίαν ἐνδείκνυται *operationem propriam ostenderit.* Ps. XXXIII. 6. verbo Domini &c. Hunc locum pro Trinitate urget Gregorius Nyssen. Orat. Catech. t 3. f. 49. c. 4. seqq. Concludit enim exinde: *Constat ergo mysterium veritatis, quod dictat, esse dicendum verbū in essentia, & spiritum in hypostasi.* Jes. VI. 3. sanctus, sanctus, sanctus, ter clamant Angeli; Unde Patres huius seculi *Seraphicam Theologiam* i. e Trinitatem frequenter probare satagunt. e. g. Athanasius, qui ait, quod formula hac *pretiosa viventia* (Angeli) *tertio proferant glorificationem, dum ajunt: sanctus, sanctus, sanctus, & triplici numero* ἁγίας ἁγίας ἁγίας τελείας *tres personas perfectas ostendant.* in illud: omnia mihi &c. t. 1. f. 154. 155. Et de

Probatur (1.) ex Scrip. V. T. e. g. Gen XIX. 2. XIX. 1. Num. VI. 24. Ps. XXXIII. 6. Jes. VI. 3.

hum. nat. f. 601. D. *Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum laudibus & gloria venerantur.* Et paulo post: *quæ Pater loquitur in Esaia, ea Iohannes* (Apoc. IV. 8.) *refert, Filium dixisse; in actibus autem Apostolicis* (c. 28. 25) *Paulus Spiritum S. dixisse commemorat.* confer disp. cum Ario f. 146. D. seqq. Ambros. lib. II. de fid. c. 4. Cæsari. dial. I. & eius fratrem Gregor. Naz. orat. XXX. VIII. in Nativ. f. 587. Hieron. Comm. in Jes. l. cit. & tom. IV. f 52. B. epist. ad Damas. Epiphan. Ancor. f. m. 547. Ex recentioribus Forbes. instruct hist. lib. I. c. 16. f. 29. ex professo. Allegant Patres & alia veteris instrumenti loca, in quibus Mysterium hoc vel probetur, vel illustretur, aut aliquo saltem modo adumbretur, quæ tamen non semper, nec omnia, sunt æqualis, vel alicuius, valoris, e. g. Exod. XXIX. 20. de trina aspersione Aaronis & Filiorum. quem locum allegat Athanas. de comm. essent. t. 1. f. 219. D. 1. Reg. XVII. 21. de trina Eliæ prophetæ super puerum mortuum inclinatione; disp. cum Ario. f. 147. de ritu adorandi Mosaico, ubi populus ter flectebat cervices, & genua. l. cit.

Loca alia.

§. 9. Fortiora sunt, quæ II. ex N. T. adducuntur. e. g. Ex *Theophania Iordanica*, quæ describitur Matth. III. 16. 17. *vides*, inquit Epiphanius apparitionem illam explicans, *quomodo Trinitas numeratur, Patre ex supernis clamante, Filio in Iordane baptismum suscipiente, spiritu sancto in specie columbæ accedente.* Hæres. LX. f. m. 246. Et Athanasius, vel quisquis auctor est, q. 1. ad Antioch. t. 2. f. 332. C. *Hymnis*, monet, *celebra spiritum sanctum, nec exquire sanctæ Trinitatis mysterium,* Δεῦρο ἐν Ἰορδάνῃ, καὶ ἴδε. διὰ σημάτων πλανητῶν τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοουσίαν Τριάδος τὴν δύναμιν *Huc veni ad Iordanem, & vide reipsa evidenter sancta & eiusdem essentiæ Trinitatis virtutem.* Confer Hieron. Comment. ad loc. cit. Matth. ex recentioribus D. Ioh. Schmidt. p. m. disp. ad loc. c.

Ex N. T. e. g. Matth. III. 16 17.

§. 10. Ex *formula Baptismi*: in nomine Patris, Filij, & spiritus sancti. Ex hac enim Athanasius probat *nostram fidem in Patrem, & Filium, & spiritum sanctum.* ad Serap. t. 1. f m 170. A. Alibi concludit: *Nullus igitur*, inquiens, *repudians hanc Trinitatem, unitatem existimet,* ἔχων τὸ κεφάλαιον τῆς πίστεως ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ ταῖς τρισὶν ἁγίαις σφραγῖσι, *habens summam fidei in baptismate, & tribus sanctis signaculis.* Contra Greg. Sabel: f. 658. B. Confer disput. cum Ario, f. 147. B. C. Orat. III. adv. Arian. f. 412. C. Epist. I. ad Serap. t. 2. f.

Matth. XXVIII.

14. Eu-

Digitized by Google

14. Euſeb. lib. 1. adv. Marcel. c. 1. f. 3. lib. III. de Eccleſ. Theol. c. 5. D. lib. VII. de præp. Didymum Alex. lib. II. de ſpir. ſanct. f. 196. Ambroſ. de ſacram. lib. VI. c. 2. Baſil. homil. de Baptiſ. XVII. t. 1. f. m. 508 C. D. Epiſt. LXIV. f. 848 & C. 849. D. LXXVIII. f. 892. A. B. Epiphan. hæreſ. XIX. & LXIX.

§. 11. Ex 1. Joh. V. 7. quem locum allegat Athanaſius diſp. adv. Arium, t. 1. opp. f. m. 147. C. *inſuper*, inquiens, *præter iſta omnia* (hactenus allata pro Trinitate argumenta) *Ioannes* (1. Joh. V. 7.) *dicit*: *Et hi tres unum ſunt*. Cujus dicti efficaciæ etiam Arianus manus dedit, ſubjiciens veſtigio: *vere beati omnes, qui iſtam fidem retinent, & uſq; ad mortem eam confitentur, & pro dignitate iſtius fidei agunt!* l. c. Leguntur & alia argumenta hinc inde allegata apud patres, e. g. cum Chriſtus jubet adorari Patrem in Spiritu & veritate; Joh. IV. 23. quam veritatem Athanaſius l. c. accipit pro ipſo Dei filio; Cum Paulus in tertium cœlum raptus eſt. 2. Cor. XII. 2. quo ſignificatum ſit, tres eſſe in cœlo perſonas Deitatis &c. Sed hæc ejus valoris non ſunt, ut ſufficiant ſerio adverſario, quare ea, & ſimilia, præterimus. 1. Ioh. V.

§. 12. Fortius argumentum eſt, quod ſumitur II *ex conſequentiis*, ex quibus argumentum generale hoc texi poſſet: Tot ſunt perſonæ Deitatis, quot nomina, eſſentia, attributa, opera, & gloria divina in S. literis verè tribuuntur; Atqui tres perſonæ ſunt, quibus in S. literis nomina, eſſentia &c. tribuuntur. E. tres ſunt perſonæ Deitatis. Inſinuat hoc argumentum Baſilius lib. V. adverſ. Eunom. f. m. 134. & 135. A. *Trinitas*, inquiens, *non dirumpitur, & eſt colenda in una & æterna gloria eadem, unam, & ſolam Deitatem ubiq; circumferens, irrupta, (ἄῤῥηκτον) inſciſſa, indiviſibilis, adimplens omnia, omnia continens, in omnibus exiſtens, creans, gubernans, ſanctificans, vivificans. Hic divinus & maximè admirandus nexus non dirumpitur, ut ſcriptum eſt*: (Eccleſ. IV. 12.) funiculus triplex non diſrumpetur. Sic ille; probat minorem ex 2. Cor. XIII. 13. ubi mentio fit *gratiæ Ieſu Chriſti, & charitatis Dei* (Patris) *& communionis Spiritus ſancti*; hinc concludit: *quando à Deo fiunt omnia per Ieſum Chriſtum in Spiritu, inſeparabilem Patris & Filij & Spiritus Sancti operationem eſſe video.* Ipſæ divinæ perſonæ ſe invicem glorificant, quod ex S. literis probat Athanaſius de comm. eſſent. t. 1. fol. (2) Ex conſequentiis.

218. C. Filius nempe patrem, & vice versa, Joh. XVII. 1. seqq: Spiritus Sanctus Filium. Joh. c. XVI. 14. Et Filius Spiritum Sanctum. Matth. XII. 31. Confer decr. Synod. Nicæn. f. 283. A. Hinc inducta est Ecclesia, ut δοξολογίαν formaret, & decantaret: *Gloria Patri, Filio, & Spiritui Sancto*: cujus formulæ adeo tenaces erant, ut Basilius male audierit, quod eam cõmutasset cum his: *Deo ac Patri*; item, *cum filio ipsius & Spiritu Sancto*; item, *cum Filio per Spiritum Sanctum.* Et opus erat, ut mentem suam declararet, quod fecit in tractatu ad Amphilochium de Spiritu Sancto. Confer Spondan. an. 371. n. 4. & 5. Forbes. lib. 1. instruct. hist. c. 16. & 22. & 23. Vapulant proinde apud Gregorium Naz. *supercolentes & subcolentes*, i. e. illi, qui inæqualem honorem personis Deitatis tribuebant. orat. X. f. m. 307. B.

Solvitur objectio.

§. 13. Neque obstat, in S. literis mentionem nonnunquam expressam fieri non nisi unius, vel plurium Deitatis personarum; Relationibus enim invicem ita illæ connexæ sunt, ut una nominata cæteræ subintelligantur: *Tenuit hunc semper Dominus fidei Ecclesiasticæ modum, ut patrem Deum unum prædicans à sacramento se Dei non separaret unius, dum per naturam nativitatis neq; alium se Deum profiteretur esse, neq; ipsum: quia eum nec diversi generis Deum esse natura in eo unius Dei patitur, neq; nativitas admittit non perfectum ei esse quod Filius est.* verba sunt Hilarii lib. IX. de Trinit. f. m. 121. Consentit Basilius epist. XLIII. f. 808. D. sic argumentans: *Ex Patre* (qui interdum solus exprimitur) *est filius, per quem sunt omnia, cum quo simul spiritus sanctus semper indivulse consideratur ac conjungitur.* Confer seq. f. 809. C. Ex recentioribus Claud. Espenc. de collect f. 1026. A. B. Forbes. instruct. lib. 1. c. 23. Et quæ præmisimus sect. III. §. 13.

(3.) Ex consensu Ecclesiæ.

§. 14. Accedit III *consensus Ecclesiæ*, cum vetustioris, tum recentioris. Gregorius Naz. orat. XXXI. f. 529. B. vocat *veterem doctrinam.* Moris erat, ut orthodoxi literas formatas sibi invicem mitterent, quibus subjectæ erant literæ: π. υ. χ. π. initiales dictionum integrarum: πατὴρ, υἱὸς, ἅγιον πνεῦμα: *Pater, Filius, & Spiritus Sanctus*: uti refert Albaspinæ. ad Optat. Milev. p. 134. Et ex eo Dn. D. Dorsche. exercit. ad Concil. Nicæn. p. 83. finis erat testari consensum in articulo de Trinitate personarum. Populus orthodoxus hymnum

Digitized by Google

hymnum glorificationis (*gloria Patri, & filio, & ſpiritui ſancto*, de quo paulo ante §. 12.) pro charactere ſuo habuit, quo ab Arianis diſtingueretur, κατὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸν θεὸν ὑμνοῦντες: *ſecundum traditionem Nicænæ Synodi Deum celebrantes*, uti refert Soz. lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 19. ut mirer, quid in mentem venerit Claudio Eſpencæo de collect. f. m. 1026. A. opp. ſcribenti: *Illud cautim ac religiosè in hujusmodi collectis observandum, plerasq; harum omnes ad patrem, paucissimas ad Filium, nullas, & ne unam quidem, ad ſpiritum ſanctum dirigi*: Certe Leontij Ariani tempore, deſcribente Athanaſio ei coævo, moris erat δοξολογίαν Trinitatis in Eccleſia canere. Verſipellis enim iſte Antiochenus Epiſcopus, videns populum diviſum, *alios quidem in glorificatione Filij conjunctionem* ET *uſurpantibus, alios* (Arianis) *præpoſitionem* PER *Filio*, IN *autem Spiritui Sancto applicantibus, ipſe* (in publico Eccleſiæ cœtu) *ſilentio totam glorificationem proferebat, ita ut ſolam clauſulam*: IN SÆCULA SÆCULORUM, *audirent qui propius adſtabant*. Quæ indicio ſunt, collectas etiam ad Spiritum Sanctum pertinuiſſe. vide Theodor. lib. II. c. 19. Si genuina eſt epiſtola Hieronymi quædam ad Damaſum, apparet inde, quod iſte hunc rogarit, *ut vox iſta pſallentium in ſede ejus Romana die noctuq; caneretur, & in fine pſalmi cujuslibet ſive matutini, vel veſpertini horis, conjungi præciperet Apoſtolatus ejus ordo*. Confer Remigium Antiſſid. de celeb. miſ. expoſ. t. VI. Bibl PP. & Garſiam Loayſ. not. ad Concil. Tolet. IV. c. 14. Prudentii hymnus ante ſomnum cantandus huc pertinet, ſic enim orditur: n. VI. v. 1. ſeqq:

Ades Pater ſupreme,
quem nemo vidit unquam:
Patriq; ſerme Chriſte,
Et ſpiritus benigne!

O Trinitatis hujus
vis una, lumen unum,
Deus ex Deo perennis,
Deus ex utroq; miſſus!

Imperatoria

Ane tiam Ethnicæ;

Imperatoria etiam auctoritate confirmatus est articulus, uti ex lib. XVI. cod. l. 2, patet. Imo, sunt, qui gentilium quoque, & Judæorum quorundam, suffragia laudare audent, nempe Platonis, Trismegisti, Philonis &c. vide Dionys. Petav. Loc. de Trinit. ab initio. f. 1. 6. & seqq. sed si quid veri subest, plagia sunt, ex SS. literis mutuo acceptis testimoniis; Quo loco ponimus etiam *rationem*, ex qua pro Trinitate nonnulli argumenta petunt, vide Gregor. Naz. orat. IV. de Theol. f. m. 101. & commentarium Eliæ Cretensis; nempe eo, quod nullum solidum argumentum pro hoc mysterio ex suis principiis ipsa texere possit, etsi possit argumenta quædam adversariorum, Trinitati oppositæ, instantiis nonnunquam datis infringere, vel eludere. confer dicta sect. III. §. 15.

& Philosophicæ;

Similibus illustratur, de hominis anima, sermone & spiritu:

§. 15. *Similium* loco esse possunt quæ ex ratione adducuntur; solent autem adducere hominis *animam, sermonem, & spiritum*, quæ inter se distincta quidem sunt, & tamen indivisa, ut aliquo modo illustrari possit, *quomodo idem & cadat sub numerum, & non cadat, & divisum cernatur, & comprehendatur in unitate, distinctumq; sit ac discretum consistentia, & hypstasi, & subjecto non sit divisum, & rursus aliud sit, cuius est verbum & spiritus.* verba sunt Gregorij Nysseni Orat. Catech. c. III. f. m. 49. t. 3. A. Sed ipse fatetur, hanc esse μετρίαν τινὰ κατανόησιν τῆς περὶ τὴν θεογνωσίαν διδασκαλίας, *mediocrem solum intelligentiam doctrinæ de Dei cognitione*; quæ non possit διαφῆναι *declarare* ἀνέκφραστον τοῦ μυστηρίου βαθύτητα, *ineffabilem mysterij* (de Trinitate) *profunditatem.* Hieronymus symbolum idem explicat comment. ad Rom. I. 19. *mens*, inquiens, *Trinitatis demonstrat imaginem, in qua generatur insitum sibi verbum, & inseparabile habet sibimet natum verbum sapientia.* Item Gregorius Naz. orat. I X. de pac. f. m. 291. B. *Nos*, inquiens, *unam & eandem naturam Deitatis esse scimus, quæ de principij experte, generatione, processione agnoscitur, tanquam per im... in nobis, & sermonem, & spiritum, quantum sane sensibilibus ea, quæ mentis intelligentia percipimus, & exiguis maxima comparare fas est, quando nulla imago potest ad veritatem accedere.* Hæc ille piè & cautè. Quomodo procedit in alio etiam simili de *oculo*, (sic scaturiginem vocat, explicante Elia Cretensi) *fonte, & amne*; *Nam hæc neq; tempore diversa sunt, neq; propter cohærentiam à se invicem abrupta*

de scaturigine, fonte, & amne:

rupta & videntur quodammodo tribus proprietatibus distingui. Orat. VI. de spir. sanct. Ipsemet enim agnoscit *exiguam* esse hanc *similitudinem*, f. 207. De simili autem isto confer etiam Athanas. in Expos. fid. t. 1. f. 241.

§. 16. Idem alio simili utitur. l. c. nempe *solis, radij, & lucis*, quo etiam Athanasius usus erat, ad Serap. t. 1. f. m. 205. A. ut illustraret Trinitatis ἀδιαιρεσίαν, *ubi enim lux*, inquiens, *ibi radius, & ubi radius, ibi ejus vis, & operatio, & lucida gratia*: Alibi confert cum tribus solibus, dum laudat τριτήλιον τὴν ἁγίαν τριάδα de comm. essent. f. 237. Analogo simili etiam Dionysius Areop. alludit, cum comparat *luminibus lampadum, quæ sunt in una domo, & tota sunt in se totis vicissim, non permixta, ac per se existunt perfectè inter se mutuo sigillatim distincta, conjuncta in unum discrete, & discreta conjunctim*, div. nom. c. II. §. 4. Basilius epist. XLIII. f. 811. t. 2. D. adhibet signum iridis: *Quemadmodum*, inquiens, *in proposito exemplo arcus hujus & colorum discrimina clarè cognoscimus, & tamen alterius ad alterum dissidium sensu percipi nequit: ita cogita mihi & de divinis dogmatis ratiocinari posse, ut proprietates quidem τῶν ὑποστάσεων, perinde ac flos quidam eorum colorum qui in iride visuntur, in singulis personis, quæ in sancta Trinitate creduntur, separatim reluceant: ejus vero proprietatis, quæ secundum naturam est, nulla alterius personæ ad alteram differentia excogitari queat; sed in communione τῆς οὐσίας notiones propria in una quaq; communiter resplendeant.* Diversitatem originis personarum Gregorius Nyssenus illustrat simili de Adamo, quem Deus *sine caussa & generatione condiderit*; Et Eva, quæ *per processionem ex Adami substantia naturam acceperit*; Et Caino, qui filius *per generationem* ortus sit; *Hæc tria primorum parentum capita totius humanæ naturæ personæ consubstantiales ad imaginem quandam, ut Methodio visum est, sanctæ ac consubstantialis Trinitatis figuratè sunt factæ.* In differt. ad Gen. I. 26. 27. t. 2. f. 24. In quibus similibus omnibus sedulo cavendum est, ne extendantur ultra tertium comparationis, quod monitum est Basilii epist. XLIII. Greg. Naz. orat. VI. de Spir. Sanct. f. 181. & 208. Neve crudiora sint & analogiæ fidei minus congrua, ut cum Eusebius, de Arianismo suspectus, tres Constantini M. filios susceptos refert τριάδι & λόγῳ *juxta rationem Trinitatis*, lib. IV. de vit. Const. M. Tacitè enim negat hac phrasi ὁμοουσίαν personarum Trinitatis.

de sole, radio, & luce.

de Luminibus lampadum.

de iride.

de Adamo, Caino, & Eva.

Cautelæ.

Antitheſis (1) in defectu.

§. 17. Vapulant autem, qui peccant (I.) in *defectu*, ut *Noëtiani & Sabelliani*, unam ſolum in Deitate perſonam ſtatuentes, apud Athan. de ſalut. advent. t.1. f.636. A. Greg. Naz. orat. VI. f.183. & Nyſſen. orat. Cat. c.3 f.49. t.3. Et Synodum Illyricam Theodor. l. IV. hiſt. c. 8. f.668. Sirmienſ. t.1. opp. Athanaſ. de Synod. f.901. D. Epiphan. hareſ. LVII. & LXII. Et *Iudaei*, notati ab Euſebio lib. II. Eccleſ. Theol. c.20. f.99. qui tamen Trinitatis myſterium ex Prophetis ſuis noſſe potuiſſent, eodem oſtendente; utriq; ab Athanaſio ad Serap. t.1. f.203. A. Gregor. Nazianz. orat. XLII. f.666. C. *Macedoniani*, qui Patris quidem & Filii ὁμοσίαν & differentiam realem concedebant, Spiritus Sancti non item. (II.) in *exceſſu*, ut Ariani, & ἀμόφυοι, qui differentiam eſſentialem inter perſonas (tanquam unam *increatam*, alteram *creatam*, tertiam *factitiam*. Athanaſ. diſp. cum Ario t.1. f.147.) Deitatis fingebant, ſtatuentes τρεῖς ὑποστάσεις μεμεισμένας καθ' ἑαυτὰς *tres ſubſtantias, ſeu eſſentias, diviſas quoad ſeſe*, id quod πολυθεΐαν ὡς τὰ ἔθνη *multitudinem Deorum, qualem Ethnici, ſapiebat*, judicio ejusdem Athanaſij in expoſ. fid. t.1. f. 241. B. Emergit ex illa Arianorum ſententia aliud abſurdum, nempe hoc, Trinitatem non ſemper fuiſſe, utpote Filio creato. quod notat Athanaſ. adverſ. greg. Sabel t.1 f.657. B. Erant, qui *quartam Trinitati perſonam* aſſuebant, tanquam & humana natura peculiarem perſonam conſtitueret, fingentes ἀντὶ μιᾶς ὑποστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύο ὑποστάσεις καὶ πρόσωπα, καὶ ἀντὶ τῆς Τριάδος ἁγίας τετράδα, *pro una perſona Domini noſtri Ieſu Chriſti duas perſonas, & pro ſancta Trinitate quaternitatem inepte & impie ſimul.* In orat. quod unus ſit Chriſt t.1. f 665. A. Confer orat. I. adv. Arian. f.m.300. A. Epiſt. ad Epictet. f.583.588. ſeq. Baſil. homil. XVII. t.1. f.511. B. Summa, verum manet, quod Hilarius ſcripſit: *in Patre & Filio credere duos Deos, impium eſt; Patrem & Filium ſingularem Deum prædicare, ſacrilegum eſt; Deum ex Deo quod in ſimilitudine generis unum ſint negare, blaſphemum eſt.* lib. VII. f. 96. *Neq; incrementum illum ipſa Trinitas admittit, ut ad tetradem accedat; neq; diminutionem, ut ad dyadem redigatur. Neq; enim generatur, aut proedit à Patre, vel ex una è perſonis, adeo ut Trinitas etiam tetras ſit aliquando: neq; interit unquam una ex tribus his perſonis, ut Trinitas ſit dyas,* juxta Gregor. Nyſſ. de comm. not. t.2. f.85. A. *Perſpectum* igitur

(2.) in exceſſu.

habeant

habeant adverſarii noſtri *Trinitatem haud aliter apud nos integram & incorruptam manere, ac ſua natura eſt, quodq; de tribus aliquid præcidere, vel alienum facere, tantundem valeat apud nos, ac ſi totam quis everteret, mundoq; capite contra totam progrederetur.* ut verbis utamur Gregorii Naz. orat. IIX f. 264. Parallelus locus exſtat orat. VI. f m. 183. A. Et orat. XXXVIII f. 587. Tales Theodoſius in codic. lib. XVI. l. 2. & 3. pro *dementibus & veſanis Hæreticis* habet, quorum *malignam aſſutiam* deteſtatur. Prolixius in eorum erroribus recenſendis verſatur Dionyſius Petav. de Trin. lib. I. c. 6. ſeqq. quem vide. Nobis hac vice ſufficiat unico dicto utrumque vitium & defectum & exceſſum confutaſſe, nempe Joh. XIV. 10. 11. quod urget Phœbadius, acute diſputans adverſ. Arian. c. XXV. p. m. 22: *Hæreſim*, ait, *Dominus prævidens, non creditis, inquit, quia ego in Patre, & Pater in me? Certe non dixit: Ego ſum Pater, & ego in me; ſed ego in Patre, & Pater in me; quo dicto duas hæreſes eliſit, Sabellianam ſcilicet, & Arianam. Patrem & Filium non eſſe unam perſonam, ut Sabellius; aut duas ſubſtantias, ut Arius; ſed ut fides Catholica confitetur, unam ſubſtantiam & duas docuit perſonas.* Confer præmiſſa ſect. II. §. 37. & 38.

§. 18. Dum autem tres eſſe Deitatis perſonas ſtatuimus, quæſtio oritur: *An in Deitate ſit numerus?* Reſp. Eſt numerus, ſed non quoad eſſentiam; Negat enim Baſilius ad Amphil. c. 18. dicendum eſſe, primum Deum, ſecundum Deum, tertium Deum; Et epiſt. CXLI. f. m. 925. nos Chriſtianos *Deum numero, ſed unum natura confiteri*, rationem addit; *quidquid enim numero dicitur unum, unum revera, aut ſimplex natura non eſt; Deum autem ſimplicem & incompoſitum confitentur omnes. Non eſt ita q; Deus numero unus*, ſcilicet *ſicut mundus*, vel *homo* (quæ exempla ſubjungit) unus ſunt, nempe per compoſitionem ex partibus eſſentialiter diſtinctis. Quo ſenſu ne quidem quoad perſonas numerus eſt in Deitate, *quandoquidem numerus ad quotuplum pertineat; quotuplum autem corporali conjunctum ſit naturæ; Eſt namq; numerus corporalis naturæ*, per ejusdem hypotheſes; perſonæ enim divinæ non ſunt corporalis naturæ. Cæterum cum ſtrictior hæc ſit vocis numerus ſignificatio, piaculum non erit, ſi numerum perſonarum ſtatuamus, & eum ideo, quia τρεῖς *tres* ſunt hypoſtaſes. Baſilius idem, diſputans adverſus eos, qui dicebant Spiritum Sanctum μὴ συναριθμεῖσθαι *non* connu-

An in Deo numerus?

connumerari patri, sed ὑπαριθμεῖσθαι *subnumerari*, hoc ipso innuit numerum esse inter personas Deitatis, de Spir. Sanct. c. 17. *numerus adhibetur à nobis, ut signum quo declaratur multitudo eorum de quibus agimus.* idem ait f. 187. B. atqui personæ Deitatis multæ sunt. E. connumeramus. confer c. 18.

§. 19. Characteres, quibus tres personæ distinguuntur, sunt ingenitum esse, genitum, & procedere. *Peculiare nomen illi est qui expers est principii, Pater; qui sine principio genitus est, filius; qui sine generatione processit, vel progreditur, spiritus sanctus*: ait Gregorius Naz. orat. V. f. m. 163. In eundem sensum dixerat orat. IV. f. 102. *ingenitum introducimus, & genitum, & quod de patre procedit.* Quo ipso *Trinitatis* (uti codex Theodosianus vocat) *ordo* inter personas divinas insinuatur, nempe is, ut pater sit prima persona, utpote θεαρχικὸς, juxta Dionys. Areop. div. nom. c. 1. §. 5. reliquarum fons; Filius secunda, utpote à patre genitus, & Spiritum Sanctum spirans; tertia vero spiritus sanctus, utpote ab utroque procedens. *Filius ordine à Patre secundus est, quoniam ab illo est; & dignitate, quoniam origo atq; caussa essendi ipsi Pater est; & quoniam per ipsum accessus & adductio ad Deum Patrem: Natura vero nullo modo secundus, quoniam in utroq; una est Deitas; Ita videlicet & spiritus sanctus, etsi dignitate & ordine secundus à Filio est, ut illud concedamus; non tamen verisimiliter aliena ipsum esse naturæ inde consequetur.* ait Basil. lib. III. adv. Eunom. t. 2. f. 79. A. Quanquam in situ verborum ordo hic non semper observatur; Observat enim Athanasius ὅτι πρωτοπίπτει τῷ πατρὶ ὁ υἱός, *quod præponatur Filius patri*, nempe (quæ loca ipse allegat) Joh. XIV. 23. X. 30. 2. Cor. XIII. 23. Juxta characteres autem istos nomina sortiuntur personæ divinæ, ut ingenitus dicatur Pater, genitus Filius, & procedens Spiritus Sanctus; Quare incongruè loquebantur, qui patrem vocabant avum, Filium patrem, Spiritum Sanctum filium hujus, & istius nepotem, notante Athanasio ad Serap. t. 1. f. 190. Ingenitum enim esse, & gignere, fundamentum relativum est Patris; non avi; genitum esse Filii, non Patris; & procedere Spiritus, non Filij, vel nepotis.

Seculi

SECULI QUARTI

Articulus V.

Sect. V.

De

SINGULIS PERSONIS TRINITATIS.

nempe

PATRIS, FILII, ET SPIRITUS SANCTI.

Sect. V. de ſingulis perſonis.

Argumentum:

MOmentum tractandi πατρολογίας, eamq; primo omnium: obſervanda eſt onomatologia ſecus patet; & pragmatologia, & in hac deſcriptio generalior, vel ſpecialior, character partim negativus, partim poſitivus; generationis modus; imperfectiones removendæ: poſitivæ affectiones; eſt enim generatio naturalis, propria, ſpiritualis, æterna Poſt Patrem tractatur de Filio, articulus fidei; ſecundum onomatologiam, & pragmatologiam, ubi de charactere hypoſtatico, ſalvis eſſentialibus communibus: & Deitate, qua probatur ex nominibus divinis, ὁμοουσία, Filiatione, & imagine Dei, ex attributis, vel abſolutis, ut æternitate, qua Filio Dei tribuitur; vel relativis & operoſis, ut: bonitate, potentia, præſentia, ſcientia, ſanctitate, majeſtate. Ex operibus, divinis, & æqualibus, ut ſunt: Creatio, à Filio Dei facta, cui analoga incarnatio, & θαυματουργία: ut proinde creatura non ſit Filius: & rerum creatarum gubernatio, qua reſpicit cum bonos, tum malos; quo ſpectant miracula, removentur exceptiones; Ex cultu divino; diluitur objectio: Ex auctoritate Eccleſiæ cum veteris, tum coæva; Antitheſis Judæorum & Hæreticorum; Definitiones Filii πνευματολογία: quæ eſt articulus fidei in SS literis fundatus, quibus inſiſtendum, diluitur objectio. Onomatologia quid ſpiritus? quid ſanctus? Synonymia. Pragmatologia, ut ſunt: definitiones, eſſentia, ſeu Deitas, qua non ſolum aſſeritur ſed etiam probatur, ex nominibus, ὁμοουσία, origine, attribu-

tis, operibus, cultu, conſenſu Eccleſiæ, contra diſſentientes; perſonalitas, characteri perſonalis, quis ſit, unde probetur, qualis ſit, internus, vel externus; quod officium ſpiritus ſancti.

§. I.

1. de Patre. Momentum tractationis de Patre:

OPeræ pretium eſt articulum de Deo Patre ſtudioſe tractare: *Ego quidem hoc vel præcipuum vitæ meæ officium debere me Tibi, Pater omnipotens Deus, conſcius ſum, ut te omnis ſermo meus & ſenſus loquatur; Neq; enim ullum aliud majus præmium hic ipſe uſus mihi à te conceſſus loquendi* (ſcribendi) *poteſt referre, quam ut prædicando Te Tibi ſerviat, teq; quod es, Patrem ſcilicet unigeniti Dei, aut ignoranti ſeculo, aut neganti Hæretico demonſtret.* Sic ad Deum Patrem Hilarius lib. II. de Trin. f. m. 12. Myſterium eſt ἀνεξιχνίαστον καὶ ἀνεκδιηγητόν *imperſcrutabile & inexplicabile*, uti Patrem ipſum vocat Cyrillus Hieroſ. Catech. VII. f. 68. D. *nec me fugit, quod ad ea, quæ ejus ſunt eloquenda, ſermo omnis infirmus ſit*: dicimus cum Hilario lib. II. de Trinit. f. 15. Neque illud intelligat niſi fidelis: *Hoc Eccleſia intelligit, hoc Synagoga non credit, hoc philoſophia non ſapit.* lib. VIII. f. 114. *Hæc veritas eſt ſacramenti Dei, hoc imperſpicabili naturæ nomen in Patre.* adv. Auguſt. f. 206. Confer Baſil. homil. XXV. de nativ. Chriſt. t. 1. f. 585 A. B. ubi quidem Hæreticus objecerat: Si myſterium tantum eſt, abſtineamus igitur ab ejus ſcrutinio: Sed reſp. cum Phœbadio c. 15. adv. Arian. *Nemo potuit* (nativitatem Filii, adeoque nec paternitatem Patris, enarrare) *præter ipſum* (Dei Filium) *qui ſinum patris ediſſerens, principaliter nobis ſecreta nativitatis ſuæ revelavit.* i. e. quod ex lumine naturæ neſcimus, id in lumine ſcripturæ ſcrutemur; vide Euſeb. adverſ. Marcel. lib. I. c. 12. f. 71. C. 88 D. utque id poſſimus, Deum patrem ipſum precemur cum Hilario: *auxilium & miſericordiæ tuæ manus orandum eſt, ut extenta tibi fidei noſtræ confeſſione, vela ſtatu ſpiritus tui impleas, noſq; in curſum prædicationis initæ propellas.* lib. 1. de Trinit. f. 12.

& quidem primo loco.

§. 2. Cur vero primum in tractatione ſingularum perſonarum locum Patri tribuamus, ratio jam indicata eſt, nempe quia Pater eſt inter perſonas prima ἄναρχος καὶ ἀγέννητος *ſine principio & generatione*, juxta Euſeb. lib. V. dem. Evangel. c. 4. f. 227. & lib. VII.

Digitized by Google

VII. de præp. Evang. c. 15. f. 324: C. confer Greg. Naz. orat. XXXIII. f.m. 550. C. Et reliquarum personarum *tanquam principium & fons*, juxta Athan. epist. ad Serap. t. 1. f. 202. adverſ. greg. Sabell. f. 660. dial. II. de Trinit. f. 204. 1. adverſ. Maced. f. 284. *Origo omnium*, juxta Hilar. lib. II. de Trinit. f. 15. *fons omnium*. lib. III. f. 36. *cauſa omnium* l. c. *Eius divinitatis, quæ in Filio & ſpiritu ſancto, exiſtit auctor.* juxta Gregor. Naz. Orat. III. de Theol. f. 86. confer Euſeb. lib. II. de Eccleſ. Theol. c. 17. D. ubi Patri tribuit ἀρχέτυπον θεότητα; Et lib. III. c. 5. f. 174. ubi ἀυθυπόστατον: (quæ tamen cum grano ſalis accipienda eſſe non negamus) Epiphan. in Ancor. f m. 549. ſi igitur modus ſeu ordo tractandi ſequitur modum eſſendi, de patre, ordine prima perſona, primò omnium erit tractandum.

(1.) Onomatologia.

§. 3. Ut autem *de beatiſſima* hac *fide* (quam ſic vocat Hilarius lib. VIII. de Trin. f. 99.) methodicè agamus, notamus I. *vocem*, quod ſit πολύσημον. *Eſt enim Deus πολλῶν μὲν καταχρηστικῶς πατὴρ multorum quidem abuſivè ſic dictus pater, unius vero & ſolius natura & veritate unigeniti Filij, Domini vero noſtri Ieſu Chriſti, pater.* ait Cyrillus, explicans prima ſymboli verba: *credo in Deum Patrem* &c. Catech. VII. f.m. 65. D. 66. A. Alibi probat ex Joh. XX. 17. alio ſenſu ſumi hoc vocabulum, cum de filio unigenito, & cum de hominibus vulgaribus accipitur, dum Chriſtus non dicat: *ad patrem noſtrum* aſcendo; ſed: *ad patrem meum*, & ad patrem *veſtrum*, ἄλλως ἐμὸν κατὰ φύσιν, ἄλλως ὑμῶν κατὰ θέσιν; *aliter meum per naturam, aliter veſtrum per adoptionem.* Catech. XI. f. m. 100. D. 101. A. Hoc loco accipimus vocem de patre naturali, qui ex ſua eſſentia Filium genuit: *Nos ita inſtituendos habebis, ut Patrem verè Patrem eſſe credamus, ac multo quidem verius, quam qui apud nos id nomen obtinent, tum quia proprio & ſingulari modo pater eſt, non autem ſicut corpora; tum quia ſolus; Non enim cum mulieris conjunctione, atq; congreſſu; tum quia ſolius, unigeniti nempe; tum quia ſolum; Nec enim ipſe priuſquam pater eſſet, filius fuit; Tum quia in totum, & totius pater (quod de nobis certo affirmari nequit) Tum quia à principio; Nec enim poſterius pater eſſe cœpit.* Ita Greg. Naz. orat. XXXIII. f.m. 550.

§. 4. Ἔγγονος eſt non ſolum vox, uti modo ex Joh. XX, 17. ἔγγονος. audivimus, ſed etiam res ipſa, nempe generatio filij, quæ patrem conſtituit. vid. Hilar. lib. VII. de Trin. f. 88. Et alias *exitus* à *patre* dicitur

dicitur lib. IX. f. 123. Estque vox relativa, quæ respicit aliquem filium: *Nam cuius tandem pater erit, si natura filij ab ipso alienetur?* interrogamus cum Gregorio Naz. orat. III. f. 86. Et respondemus cum eodem ad dilemma Antitrinitariorum, quod hoc est: *pater vel essentiæ, vel effectionis significationem habet*, dari tertium: *affectionis cuiusdam, & quo se pacto vel pater ad filium habeat, vel filius ad patrem*: quæ ejusdem explicatio est orat. IV. f. 124.

(2.) Pragmatologia.

§. 5. *Descriptio* Patris alia est generalior, alia specialior. Generalior, cum describitur *naturæ esse inaccessæ, inconspicabilis, inviolabilis, inenarrabilis, infinitæ, providæ, potentis, benignæ, mobilis, transcurrentis, manentis intra, extraq;, & omnia in omnibus sentientis*, apud Hilarium lib. XI. de Trinit. f. 167. & Prudentium Καθημ: hym. v. 4. seq.

——— *qui Cherubim sedile sacrum,*
Nec non & seraphim, suum, supremo
Subnixus solio, tenet, regitq;.
Hic est, quem Sabaoth Deum vocamus,
Expers principij, carensq; fine,
Rerum conditor, & repertor orbis.

Tales definitiones ab orthodoxis factæ admittuntur; ab Arianis non item, quippe qui ideo sic describunt Patrem, ut excludant à definitione veri Dei filium, & spiritum sanctum, notante Hilario lib. IV. de Trinit. f. m. 35. Specialior, cum in relatione ad originem, vel filium: *Pater est, ex quo omne quod est consistit; ipse in Christo, & per Christum origo omnium,* Hilar. lib II. de Trin. f. 15. & adv. August. f. 205. & mox: *non aliunde, quod est, sumens; sed id quod est ex se atq; in se continens.* Confer. lib. III. de Trin. f. 23. Basilius ita describit: *Pater omnium principium, omnium causa existentium, animantium radix; unde vitæ fons ortus est; sapientia, potentia &c.* homil. XV. t. 1. f. 499. D. *Deus qui in Trinitate prior est*, descriptio est Optati Milev. lib. V. f. 137. *Genitor, productor vel emissor.* Naz. orat. IV. f. 101. *ille principij expers, qui nec esse quidem accepit.* f. 106. quo modo eundem olim descripserat Alexander, Episcopus Alex. in literis ad Constantinopolitanum, *ingenitum, qui essentiæ suæ auctorem nullum habet, qui converti, aut mutari non potest &c.* apud Theod. lib. I. hist. c. 3. f. m. 533. B. In quem sensum & Marij Victor. descriptio tendit, cui *pater Deus est prima actio, & prima existentia, & substantia, & principale τὸ ὄν, actione à se sua*

qui

Digitized by Google

qui generet ſine principio, ſemper exiſtens à ſe &c. lib. 1. adv. Arian. f. m 308. Quibus conferri poſſunt, quæ habet Athan. dial. 1. de Trinit. f. 176. & nos præmiſimus §. 2. proximè præcedente.

§. 6. *Charactere* aliquo Pater à reliquis perſonis diſtinguitur. *Id quod Deo patri proprium eſt, proprium ei ac ſecretum relinquamus*, ait Hilarius de Trinit. lib. IV. f. 35. paulo poſt vocat *peculiare ac privatum*, cujus *præter ipſum* nemo *particeps relinquitur*. Is eſt vel negativus, vel poſitivus. *Negativus*, nempe ἀγέννητος *ingenitus*. Multum autem interdum differt vox ἀγένητος ab ἀγέννητος; iſta enim negat, aliquem ab alio factum eſſe; hæc genitum; atque ita hæc diſtinguit naturam Patris à natura Filii, cum iſte ſit gignens, hic genitus; iſta naturam creatoris à creaturarum natura. Multum diſputatum eſt inter Patres hujus ſeculi de his vocibus. vid. Athanaſ. diſp. cum Ario. t. 1. f. 127. Arianis in turbido æquivocationum piſcantibus. Malebant enim Ariani dicere ἀγέννητον, vel potius ἀγένητον, quam Patrem, quod hæc pro orthodoxis eſſet vox ἐμφατικωτέρα; *Nam vox, ſeu nomen, Patris & Filij cognationem ad aliquid & relationem ſignificat. Quare etiamſi patrem ſolum nominemus, habemus in nomine ſubintellectam notionem filij. Pater enim filij pater dicitur. Et ſi filium ſolum nominaverimus, habemus notionem Patris, quia filius Patris filius dicitur*: uti ait Epiphanius; & mox: *Ingenitum vero non dicitur geniti ingenitum, neq; genitum ingeniti genitum.* Quare hoc illi termino utebantur: Epiphanius vero, propter inſidias adverſariorum, uti hoc termino non vult: *non ſuſcipiemus eas voces propter inſidias ad impietatem tendentes, ſed ſemper Patris & Filij nomine pie utemur.* Sic ille hæreſ. LXIII f. m. 418. Fuerunt tamen orthodoxi, qui vocem hanc non averſarentur, ſed in ſenſu genuino; Talis fuit Alexander, Epiſc. Alex. in literis paulò ante citatis. Admittit enim ille terminum ingenitus, ſed eo ſenſu, quo pater ingenitus, Filio quatenus genitus, contradiſtinguitur, ita ut hoc ſenſu nō ſint *duo ingeniti*, quod abſurdum Ariani orthodoxis imputabant; ſed unus ingenitus, pater, qui Filium ex ſua eſſentia genuit, & unus genitus, Filius, qui à Patre genitus eſt, ἀγένητος quidem, i. e. *non factus*, vel *creatus*; non tamen ἀγέννητος, *ingenitus*; utpote genitus ex eſſentia Patris. vide Theodor. l. cit.

Charakter. vel negativus.

ἀγεννησία. §. 7. Ipſa alias vox ἀγεννησία non eſt, uti notat Epiphan. hæreſ. LXXIII. f. 385. imò ex Ethnica philoſophia vel Theologia deprompta, ſignificans *τὸ μηδέπω μὴν γενόμενον, quod creatū non*, vel *nondum eſt*, aut *quod eſt quidem, ſed non genitum*; quo de diſputant Athanaſius orat. II. f. 337. adv. Arian. & de Synod. f. 921. D. Et Baſil. lib. V. adv. Eunom. f. 129. A. ſeqq: Recepta tamen eſt in Eccleſiam, & ita quidem, ut character eſſet non eſſentialis Dei; Neque enim *eſſentia Dei eſt, ingenitum eſſe*, uti loquitur Greg. Naz. orat. IV. f. 118. ſed perſonalis patris, quod *pater ingenitus* ſit. orat. XXXIII. f. 550. Et quidem ſolius Patris, non Filii, aut Spiritus Sancti: quo ſenſu accipimus anathema confeſſionis Sirmienſis: *Si quis Spiritum Sanctum paracletum nominans ἀγέννητον ingenitum dicat Deum, anathema eſto.* apud Athanaſ. de Synod. f. 902. A. t. 1. & verba Alexandri, quod filius à Patre differat ſolo *ἀγεννήτῳ ingenito.* Theod. l. c. à patre, cujus *μόνον ἴδιωμα ἀγέννητον; ſolum proprium eſt ingenitum eſſe.* l. c. Contra, Spiritus Sanctus, ut & Filius, erant *ἀγέννητοι*, ut clare expreſſit orthodoxus in dialogo cum Anomœo, dicens: *Ego & Patrem & Filium & Spiritum Sanctum dico eſſe ἀγέννητα*, i. e. non facta; *Nequaquaquam vero tria ἀπάτορα, neq; ἀναίτια*; dial. 1 t. 2. Athanaſ. f. m. 176. Confer f. 159. & 171. Synonyma phraſis eſt *innaſcibilis poteſtas.* apud Hilar. lib. IV. de Trinit. fol. 35.

vel poſitivus. §. 8. *Poſitivus* character eſt: generatio activa, qua filius *exit à patre*, juxta Hilar. lib. VI. de Trin. f. 72. eaque eſt ineffabile myſterium, propterea quod *rationalium natura ſcientiam τῆς πατρικῆς γονογονίας; qua pater Deum genuit, non capiat*: uti loquitur Alexander Alex. Epiſcopus in literis ad Conſtantinopolitanum apud Theod. l. c. f. 533 D. Secundum quam pater Filij principium (ſano ſenſu) & cauſſa eſt. *Principium* enim *filij ſine tempore* (pater eſt,) *& incomprehenſibile. Sine principio pater, fons fluminis juſtitiæ.* ait Cyrillus Hieroſ. Catech. XI. f. m. 101. C. Et confirmat Gregorius Naz. orat. IV. de Theol. f. m. 104. dicens: *Quod æternum eſt non eſt expers omnino principij, quatenus ad principium quoddam refertur, nimirum patrem. Non ſunt igitur expertia principij ratione cauſſæ.* In eandem ſententiam diſputat orat. III. f. m. 38. & XXXIII. f. 550. C.

§. 9.

Digitized by Google

§. 9. Quomodo autem genuerit pater Filium? ardua quæstio est, quandoquidem plures sint generationis modi, quos explicat Gregor. Naz. orat. IV. f. 105. & VI. f. 181. Cum quis objiceret Gregorio Naz. vel ipse sibi: *Quomodo* (Filius Dei) *genitus est, si genitus est?* Vicissim ille interrogabat: *Si creatus est, quomodo est creatus? Hoc ubi explicaveris, tum deinde à me sciscito, quomodo sit genitus?* orat. III. de Theol. f. m. 90. Erant qui dicerent, *Deum cum sua voluntate coeuntem* genuisse filium, referente eodem orat. VI. f. m. 178. quod ille merito habet *pro nugis & fabulis*, Marcionis, Valentinique, qui *masculo-fœmineum* nescio quem Deum olim finxerant. Modestiores & circumspectiores erant orthodoxi, quorum judicio *pelagus immensum atq; infinitum est unigeniti filij divina nativitas*, uti *loquitur* Ephrem serm. de scrutin: div. t. 3. f. 679. cui consentiunt Alexander Alex. in epist. apud Theod. l. cit. Hilarius lib. II. de Trin. f. 17. Athanasius de hum. nat. t. 1. f. 599. D. dum *genitum* eum ait ἄνωθεν, ἀῤῥήτως, ἀνεξέτως, ἀκαταλήπτως, ἀϊδίως *sublimiter, ineffabiliter, inexplicabiliter, incomprehensibiliter, ab æterno.* Et facilius dicere, quomodo non genuerit pater filium, quam quomodo: *Genuit ipsum pater, non ita, ut aliquis intellexerit, sed ut ipse solus novit. Neq; enim quomodo genuerit dicere promittimus,* ἀλλὰ τὸ ὡς οὐκ ἔστιν διαβεβαιούμεθα, *sed quod non ita genuerit, confirmamus*; ait Cyrillus Hieros. Catech. XI. f. m. 96. D. Præter scripturam in hoc mysterio nihil scrutandum est: *Quis est alius, qui cognoscat profunda Dei, nisi Spiritus Sanctus, cujus eloquia sunt divinæ scripturæ; Neq; tamen vel ipse Spiritus Sanctus de filij ex patre generatione in scripturis locutus est. Cur igitur curiosè inquiris in ea, quæ nec spiritus solus locutus est in scripturis?* quærit idem. f. 920. Quomodo genuerit?

§. 10. Tutissimum est imperfectiones humanas ab hac generatione removere; *Neq; enim ullo paternorum viscerum damno fœtus ille constitit, sicut ea, quæ ex semine nascuntur; sed divinæ providentiæ dispositione editus est Servator*: juxta Constantinum M. orat. ad sanct. cœt. c. 3. Athanasius decret. Synod. Nicæ. t. 1. f. 259. explicata natura generationis humanæ, subjungit: *Deus contra, cum partes non habeat, sine ulla partium divisione, & impatibiliter filij sui pater existit. Non enim effluxio est ab re incorporea, aut in eam ulla influxio, ut hominibus contingit, sed quia simplex est, unius duntaxat filij pater est.* Simi- Imperfectiones removendæ.

Digitized by Google

lia habet, orat. II. adverſ. Arian. f. 328. 330. 333. dial. II. de Trin. f. 206. de Synod. f. 916. C. D. *Quum generantem Deum audis, ne incidas in corpora, neq; corruptibilem eſſe opineris generationem, ne impiè agas*, monet Cyrillus Catech. XI. f. m. 95. Et addit rationem: *Spiritui Deus ſpiritualis ejus generatio.* Euſebius dem. Evangel. lib. IV. f. 179. D. idem aſſerit, dicens, quod de Patre filius extiterit οὐ κατὰ προβολὴν, οὐ κατὰ διαίρεσιν, οὐ τομὴν, οὐ μείωσιν, οὐ κατά τινα τῶν ἐν σώμασιν νοουμένων: *non projectione aliqua, aut diviſione, aut ſectione, aut diminutione, aut alia quapiam ejusmodi ratione, cujusmodi in corporibus agnoſcere conſuevimus.* Confer lib. V. f. 213. B. C. Lib. I. adverſ. Marcel. c. 12. Gregor. Naz. orat. III. Theol. f. 89. IV. f. 105. & 112. XXXIII. f. 550. D. IX. f. 290. C. Epiphan. Anchorat. f. 558. Mar. Victor. lib. IV. adv. Arian. f. m. 353. D. Adverſus Hæreticos hæc illi, qui ſtatuebant, vel prolatione eſſe genitum filium, ut Valentiniani; vel more corporali, & ut pars fuerit filius, ut Manichæi; ut lychnum à lychno, ut Hierax; adverſus quos lege Hilarium lib. VI. de Trin. f. 63. ſeqq. Atqui, dicas, ex utero pater genuiſſe Filium dicitur? Pſ. CX. ℣. Hilarius: *Non præjudicatur DEO per infirmitatem noſtræ intelligentiæ, ut per id quod ex utero genuiſſe ſe dixit, ex partibus internis externisq; per membra coeuntibus, tanquam corporalium cauſſarum originibus, conſiſtat; cum extra naturalium neceſſitatum cauſas liber atq; abſolutus, naturæ totius Dominus manens, proprietatem nativitatis unigeniti ſui ex indemutabilis naturæ ſuæ virtute ſignificet. Ex ſpiritu enim ſpiritus naſcens, licet de proprietate ſpiritus, per quam & ipſe ſpiritus eſt, naſcatur; Non tamen alia ei præter quam perfecta atq; indemutabilis ſubſtantiæ ad id quod naſcitur cauſa eſt.* lib. XII. de Trin: f. m. 183. 184. Confer Baſil. homil. de diverſ. t. 3. f. 506. & notas Ducæi.

Poſitivæ affectiones, quod generatio naturalis & propria.

§. 11. Cum vero Sabelliani plane negarint, dari veram in Deo generationem, poſitivè etiam aliquid ſaltem dicendum fuit de ea, nempe quod pater filium *proprie & naturaliter* genuerit, quia propriè eſt Pater & Filius; Alexander Alexandrinus Epiſc. diſtinguit inter generationem naturalem & adoptionem: & iſtam tribuit Dei filio, hanc fidelibus: *Filiatio ejus*, inquiens, Χριστοῦ φύσει κεχάρισται τῆς πατρικῆς θεότητος, *quæ eſt ſecundum naturam paternæ Deitatis, ineffabili quadam præſtantia antecellit* τῶν δι' αὐτοῦ θεοποιηθέντων,

πθέτων, iis qui per ipsum in filios adoptantur. apud Theod. l.c.f.530. B. Confer Mar. Victor. lib.1. adv. Arian. f. m. 293. Ex recentioribus Forbes. lib. 1 instr. c.30. Athanasius ea de causa filium vocat eleganter *ἴδιον τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως τοῦ πατρὸς γέννημα proprium essentiæ & naturæ patris germen.* Epist. II. ad Serap.f.18.C. Est qui *Deum solum propriè verum esse patrem* contendit, nempe Gregorius Bæticus, addita ratione, quod *sine initio & sine fine* pater sit, cum inter homines *morte filij vocabulum patris pater amittat.* adv. Arian. c.7. Est Spiritualis; Nam *virgo divinitas edidit Christum*, acutè ait Ambros. serm. XVI. de nat. Dom.f.194.F. Illustrabant generatione lucis immateriali Athanas. dial.II. f. 195. A. Euseb. lib.1. de Eccles. Theol. c.ult. f.95. & ignis, Hilarius lib. VII. de Trin. f. 92. Item λόγος ἔσω, quippe qui & ipse spirituali modo generetur, sicut & λόγος ἔξω sermo externus; quanquam simile hoc non exprimat per omnia naturam generationis illius divinæ, uti probe observat Cyrillus Catech. XI. f. 96. verbum enim hoc *σπερμικὸν* evanescit, *ἔνσαρκον* vero manet. Est *æterna* à parte ante & à parte post. Est enim *semper pater*, juxta Athanas. disp. cum Ario. t.1. f.113. confer 128. Epist. ad Serap f.167. Orat.II. adv. Arian. f.336. IV. f.462. Quare *non in tempore pater esse incepit, sed semper unigeniti pater existit*, juxta Cyril. Catech. VII. f.m.66. A. Confer Catech. X. f.95.D. XI. f.101. ubi ex Mich.V.2. Joh. VIII. 56. affectionem probat. Hilar. lib 1.f.12.& lib.IV. de Trinit. f. 34. Damasum apud Theodoret. lib. V. hist. c.11. f.721. Gregor. Naz. orat. III. f 92. Basil. epist. XLIII. f.813. B. Sicut *aqua ex fonte in flumen propagatur*, *ὕτως ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς εἰς τὸν υἱὸν θεότης ἀῤῥεύστως καὶ ἀδιαιρέτως τυγχάνει: ita ex patre in filium Deitas perenniter & indivisim continuatur*: ait Athanas. expos. fid. t.1.f.241.C. Confer dial.1.adv Maced.f.275. Hilar. de Trinit. lib.VII.f 92. XII. f.190. Neque obstat, quod pater in præterito dicatur *genuisse*, & filius *genitus* esse; *perspici enim ab omnibus facile potest, multa ex ijs, quæ temporaliter dicuntur, permutatis inter se temporibus proferri ex consuetudine sacrarum literarum; neq; illa modo, quæcunq; vel præteriti, vel præsentis sunt temporis, sed etiam quæ futuri.* respondet Gregorius Nyssenus ad superiorem objectionem orat.IV. de Theol. f.m 106. Est *exactissima*; genuit enim Pater filium ad imaginem suam exactissimè, ut hinc apud Eusebium

Spiritualis.

æterna.

Exactissima.

ad Deum Patrem, niſi per Filii fidem. Ita tamen, ut temeraria abſit curioſitas, quod peculiari invectiva notat Ephrem *adverſus eos, qui Filii Dei naturam curioſe ſcrutari nituntur*: t. 3. opp. f. m. 678. Quæ in S. literis igitur revelata non ſunt σιωπῇ πρέπει silentio revereatur; monente Baſil. t. 1. f. m. 585. A. hom. XXV. Ex profeſſo de hoc fidei puncto ſcripſerunt Dionyſius Areop. ex Hierotheo div. nom. c. II. f. m. 426. § 10. Greg. Naz. orat. V. & VI.

§. 13. Vocatur autem καθ' ἐξοχὴν *Theologia*, ſicut articulus de incarnatione & connexis οἰκονομία. Ita appellat Euſebius, cum diſtinguit inter τὴν καθ' αὐτὸν θεολογίαν, καὶ τὴν ἐς ἡμᾶς κάθοδον, lib. IX. dem. Evang. f. 417. quem ad nos deſcenſum μυστικὴν οἰκονομίαν lib. IV. f. 144. A. nuncupat; Iſtam vero τὴν περὶ χριστοῦ θεολογίαν *Theologiam de Chriſto*. f. 432. D. utrumque fidei caput conjungendum eſt, *ut ne, dum alteri acquieſcimus, ab altero excidamus*, h. e. καὶ τῇ θεολογίᾳ περιέχοντες, τῆς οἰκονομίας καταφρονῶμεν, *ne, dum Theologiæ attendimus, diſpenſationem Chriſti contemnamus*. juxta Baſil. epiſt. CXLI. f. m. 926. D. De incarnatione autem agemus in χριστολογίᾳ, Deo volente, nunc de Theologia ſolum diſſerimus. Appellatur etiam *fides*, uti videre eſt apud Ambroſ. lib. 1. de fid. c. 8. ubi proponit *definitionem Patrum de fide*, ſeu Filio Dei à patre genito. Appellatio.

§. 14. Filius vox eſt ὁμώνυμος: vel enim naturalem, ſeu proprium; vel adoptivum, ſeu improprium deſignat. Athanaſius probat diſtinctionis prius membrum ex S. literis, nempe ex Joh. l. 12. &c. & illis locis, in quibus *Iſaac Abrahæ filius, & Iacob Iſaaci, ac deinceps Patriarchæ filij Iacobi appellantur*. de decret. Syn. Nicæn. t. 1. f. 254. B. t. 1. Repetit orat. II. adv. Arian. f. 344: diſtinguens inter ἀληθινὸν γέννημα *verum filium*, qualis vocatur ὁ ἐξ ἑνὸς κατὰ φύσιν, *qui ex aliquo eſt ſecundum naturam*; & τοὺς ἐξ ἀρετῆς καὶ χάριτος λεγομένους, *qui ſolum ex virtute & gratia ſic dicuntur*: una voce *adoptivi*. quales deſcribit Jeſ. I. 2. confer orat. III. f. 429. 430. IV. f. 454. D. 514. V. f. 523. dial. v. adv. Apolin. f. 249. D. & 250. A. Sicut enim aliud eſt, *nec unum, creari & naſci*, juxta Hilar. lib. VIII. de Trin. f. 103. Et Athan. de Synod. t. 1. f. 910. B. Epiphan. hæreſ. LXXIV. f. 450: LXXVI. f. 444. Ita aliud eſt eſſe filium factitium, ſeu adoptivum, aliud nativum. Confer. Cyrill. Cat. VII. 68. X. f. 83. D. homonym.

83. D. XI. f. 93. A. 94. D. 95. A. 96. A. 101. A. Epiph. hæreſ. LXIX. f. 410. Ambroſ. lib. VI. de ſacram. c. 1. f. 336. H. Euſeb. lib. III. de dem. Ev. f. 147. IV. f. 52. B. Greg. Naz. orat. XXXIII. f. 550. A. Hilar. lib. III de Trin. f. 26. 34. De nativo nobis h. l. ſermo eſt. *Noſtra tantum hæc ſola religio eſt, filium confiteri non adoptivum, ſed natum; neq; electum, ſed generatum. Non enim aut factum, aut non natum prædicamus; quia neq; Creatorem creaturis comparamus, neq; nativitatem ſine generatione mentimur. Non per ſe eſt, qui non per nativitatem eſt. Neq; non natus eſt, qui filius eſt. Neq; qui filius eſt aliter poteſt quam naſcendo eſſe, quod filius eſt.* verba ſunt Hilarij lib. XII. de Trin. f. m. 182. quibus explicat fundamentum filiationis, nempe generationem veram & propriam, *γέννησιν οἰκείαν καὶ πρώτην, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ θεότητος generationem propriam, & primam, & ſingularem Deitatis ipſius*, uti loquitur Baſilius hom. XXV. de nativ. Chriſt. t. 1. f. 585. A. confer. Athanaſ. ἔκθεσ. t. 1. f. m. 243. Hilar. de Trin. lib. II. f. 161. VII. f. 110. X. 163. Baſil. lib. II. & IV. adv. Eunom. ex profeſſo. Æterna eſt. *Vnus enim eſt filius æternus ex Patre natus. Non in tempore factus, ſed ante ſecula genitus.* ait Cyrill. Catech. XI. f. m. 98. C. Atq; ita eſt *primogenitus*, quia ſolus eſt ab æterno genitus, non habens fratres ſe ætate inferiores, ut Ruben: *Cum audis primogenitum, non humano id more eſſe putes: hominum enim primogeniti alios quoq; habent fratres, ſicut alibi* (Exod. IV. 22.) *ſcriptum eſt: Filius primogenitus meus Iſrael.* Sic idem Cyrillus f. 94. A. innuens, Chriſtum Dei filium non habere fratres, qua Dei filius ab æterno eſt. Proinde eſt *unigenitus*. de quo inter ſeſe diſputant orthodoxus & Macedonianus dial. II. Athan. f. 213. A. t. 2. Et καὶ ἐξοχὴν Filius: *Non eſt ergo proprium & verum vocabulum Filii in creatura, quia & eſſe cœpit filius, & poteſt hoc vocabulum non habere &c. Solus autem Filius Dei verus eſt filius, exiſtens hoc ſine initio, ſive ſine &c.* Greg. Bæt. c. 7. adv. Arian. *naturaliter*: l. c. Erant, qui traderent, evaſiſſe ipſum Dei filium ad Jordanem demum cum baptizaretur, ſicut nos in baptiſmo evadimus; *Non ita*, inquit idem Cyrillus, f. 96. B. Et ſuffragatur Epiphanius hæreſ. XXX. f. 73. idque probat ex ipſius Chriſti verbis Luc. II. 49. cum dicit, *oportere ſe eſſe in eo, quod Patris ſui ſit*, appellans hoc ipſo Deum ſuum patrem, etſi nondum eſſet baptizatus. Contra ab æterno filium eſſe probat ex Mich. V. 2. ubi exitus ejus dicatur

catur fuiſſe à principio & æterno, confer Euſeb.dem.Evang.lib. IV.f.149.c.3. Et quæ præmiſimus §. 11.

§. 15. Patet hinc, quis ſit *character* hypoſtaticus Filij, nempe generatio paſſiva. Filius diſtincta perſona eſt: *Cum filium audimus τὸ ἐνυπόστατον τοῦμεν ſubſiſtens intelligimus*, ait dial. II. apud Athan.tom.2.f.185. quod *καθ' ἑαυτὸν ὑφίστηκε per ſeipſum ſubſiſtit.* juxta Euſeb. lib.IV.dem.Ev.c.3.f.147. cum habeat *ἰδιότροπον ὑπόστασιν proprium ſubſiſtendi modum*: juxta Alexandrum Alex. Epiſc. in literis ad Conſtant. apud Theodor.lib.1.hiſt.c.3.f.527.D. à quo vocatur *λόγ@ ἐνυπόστ@ verbum ſubſiſtens*.apud Athan.dial.III.f.231. D. diſtinctum à *προφορικῷ* prolatitio. *Dei ſermo* enim *non ſonus vocis, ſed res ſubſtantiva ac per ſubſtantiam corpulentiva eſt.* juxta Phœb. c.40. adv. Arian. Confer Euſeb.l.1.adv Marcel.f.4.C. lib.*II.* c.4. *ζῶν καὶ ὑφιστηκὸς, vivens & ſubſiſtens*, juxta Baſil. lib.V. adverſ. Eunom.f 110. *ἔχων καθ' ἑαυτὸν οἰκείαν ὑπόστασιν πάνυ θείαν καὶ νοερὰν habens ſecundum ſeipſum propriam ſubſiſtentiam plane divinam atq; intelligentem.* uti loquitur Euſeb.V.dem.Evang.c.4. Damaſus in confeſſione ſua, in Macedoniam miſſa, anathema dicit iis, qui de Filio dicunt *ἀνύπόστατον ἀυτὸν εἶναι non eſſe ſubſiſtentem.* apud Theod. lib.V.c.11.f 720.D. Ineſt quidem patri, *ſed ita ineſt, ut ipſe ſubſiſtat. Nam uterus ſubſiſtens per id non ſine alio eſt, dum ſecundum generationem & nativitatem ſubſiſtentis natura non alia eſt* ait Hilarius lib.*VII.* de Trin. f.97. Quare realiter diſtinctus eſt à Patre; Patrem & Filium *duos eſſe ratione perſonarum*, aſſertio eſt Athanaſij orat.V.adverſ.Arian.f,525.D. quam repetit prolixè, & confirmat adverſ. greg.Sabel.f.655. Hilarius dictis ſcripturæ id confirmat, in quibus Filio competunt attributa, quæ patri non competunt, & vice verſa: *Patrem & filium ſi audet Sabellius eundem prædicet, & ipſum illum eſſe qui utrumq; ſit nuncupatus: ut cum eo unus ſit ambo, non unum. Audiet ſtatim de Evangelio, non ſemel neq; iterum, ſed frequenter: Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene complacui. Audiet: Pater major me eſt. Audiet: ego vado ad patrem. Et: pater gratias ago tibi. Et: clarifica me pater. Et: Tu es filius Dei vivi.* lib.*II.*de Trin.f.m.19. Confer lib.*VII.* f.88.93. Euſeb.lib.*VII.* de præp.Evang.f.322. B. Ratio idem evincit: Pater enim eſt principium, & filius is, qui, per generationem ſcilicet, principium habet: principium autem & character.

principiatum realiter differunt. Antecedens probatur ex Gregorio Naz. orat. *III.* f. m. 89. ubi asserit: *Est pater expers principii. Non enim hic aliunde, ac ne quidem à seipso, essentiam suam adeptus est. Filius autem, si patrem ut causſam accipis, non expers est principii. Nam Filii principium pater est, ut causſa.* Consequentiam probat Eusebius lib. *IV.* dem. Evang. c. 3. f. m. 147. D. *tanquam ex causſa*, inquiens, *filius profectus, alius ab illo, cujus est filius, existit, quippe qui à Patre ut sit, & ut talis sit, acceperit.* Persona autem Deitatis est secunda; Eusebius vocat δευτέραν οὐσίαν *secundam essentiam*, suspecta, imo Ariana, phrasi; In *essentia* enim Dei, utpote omnibus tribus personis eadem, non est numerus, sed in personis: quare rectius secunda *persona* appellatur. lib. *VI.* dem. Evangel. in proœmio.

Salvis essentialibus communibus.

§. 16. Sicut autem Filius realiter differt à Patre in relativis, ita in absolutis unum est cum ipso, Deus ὁμοούσιος ejusdem essentiæ. Athan. dial. *II.* de Trin. f. 185. seqq. *III.* f. 210. Basil. hom. de fid. t. 1. f. 500. Ambros. de incarn. c. 10. Cyril. Catech. *IV.* f. 26. C. Loquimur autem de natura ipsius divina; quoad humanam enim realiter & essentialiter differre, extra controversiam est, id quod probè inculcant Athanasius ad Serap. t. 1. f. 171. D. Et in decret. Nicæn. f. 262. C. Basilius homil. XV. de fid. f. 500. C. Loquimur de Deo *vero*, quem vocat Athanasius de comm. essent. Patr. t. 1. f. 225. qui essentiam veri Dei revera & essentialiter habeat, non nuncupativo, dicentes anathema iis, qui non dixerint *verum Deum Filium Dei, sicut verum Deum patrem ejus*, cum Damaso in confes. fid. Theod. lib. V. hist. c. 11. Neque enim est *Dei filius Deus falsus, nec Deus adoptivus, nec Deus nuncupativus, sed Deus verus*, asserente Hilario lib. V. de Trin. f. 49. cui competit *veritas naturæ atq; virtutis*, ita ut *habeamus in filio Dei Deo naturæ veritatem*, uti l. c. se ipse explicat. Confer Basil. epist. CCC. t. 2. f. 1068. Epiphan. Ancor. f. 537. Unde patet, cur non quadret terminus ὁμοιούσιος similis essentia; sed ὁμοούσιος *simile* enim *non de substantiis, sed de figuris, & qualitatibus dicitur; siquidem in substantiis non similitudo, ἀλλὰ ταυτότης sed identitas esse pronunciatur.* ait Athanasius de Synod. t. 1. f. 928. B. & illustrat simili locutione: *Certe homo homini similis dicitur οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν non secundum essentiam, sed secundum figuram & formam; Quantum enim ad substantiam attinet ὁμοφυεῖς εἰσι congeneres sunt.* Neque dicere

cere licet *Deificatum*, tanquam creatus, vel factus ſit Deus: *Qui enim, aut unde id fieri poterit, cum ipſe ſit verbum & ſapientia Dei, nos autem terreni;* φύσει ἐν τῇ ἰδίᾳ λόγῳ καὶ θεὸς ἀληθινὸς, *natura & eſſentia verbum & Deus verus?* interrogat Athan. orat. *IV.* adverſ. Arian. f.m.472.

§. 17. Deitas Filii, hoc modo definita, *probari* poteſt non ſolum ex N.T. ſed etiam ex V.T. In argumentis ex V. T. adducendis occupatus eſt Cyrillus Catech.X. f.84.C. XI.f.99.111.ſeq: Hilarius lib.II.de Trin. f.19. adverſus Ebionem & alios χριστομάχους; item in libro V. & VII.de Trinit. quod patet ex argumentis utriusque lib.I.de Trinit. f.8.& 9. Euſebius de præpar. Evangel. lib. VII. c. 12. f. 321. C. licet ipſe ſibi contrarius, dum negat alibi, Chriſtum à Moſe Deum eſſe dictum. lib.II.de Eccleſ.Theol.c.14. f.123. Diffitendum tamen non eſt, quin loca & argumenta in N. T. ſint clariora & validiora iis, quæ in V. T. inveniuntur. *Sacramenta* enim *legis myſterium diſpenſationis Evangelicæ præfigurant, ut Patriarcha videat & credat, quod Apoſtolus contempletur & prædicet.* ait Hilarius lib.V.de Trin. f.52. Quare καθ' ἕξιν vocatur *vera & Apoſtolicæ fidei myſterium.* lib.VII.de Trin. f.84. Ambroſius argumenta in tres claſſes diſtribuit, *tripartita*, inquiens, *videtur derivanda diſtinctio. Sunt enim evidentia indicia, quæ proprietatem Deitatis oſtendunt; ſunt quæ ſimilitudinem Patris & Filii; ſunt etiam quæ perſpicuam divinæ majeſtatis exprimunt unitatem.* lib. II.de fid.prolog.f.m.80. F. Fundamentum generale eſt Joh. XVI. 15: *omnia*, dicente Filio, *quæ habet pater mea ſunt*: id quod urgent Cyrillus Cat.XI. f.94.B. Euſeb. dem. Evang. lib. V.c.4. f.226. Athanaſ. in illud: omnia mihi &c. t.1.f.151. Epiphan. hæreſ.LXXVI. f.m.451. Baſilius homil. XV.de fid.t.1.f.m.500. A.ait: *Cuncta exiſtens* (Filius) *quæ eſt & pater, filius, inquam, & pater. Has mihi proprietates probe cuſtodi. Manens igitur in eo, quod eſt filius,* πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, *omnia eſt quæ eſt pater, ſecundum ipſius Domini vocem, dicentis: Cuncta quæ habet pater mea ſunt. Revera enim imaginis ſunt omnia, quæ in prototypo exemplari exiſtunt.* Sequitur Athanaſium ad Serap.t.1.f.169.B. dicentem: *omnia Patris ad filium ſpectant, quia ille conſubſtantialis eſt Patri.* Diſtinctius Hilarius lib. *VII.* de Trin. f. m. 83. *Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, inquiens, *his modis novimus: nomine, nati-*

Deitas probatur.

vitate, natura, potestate, professione. Et lib. VIII. f. 103. *unum sunt Pater & Filius natura, honore, virtute.* Confer lib. IV. f. 38. VI. f. 68.

Probatur (1.) Ex nominibus.

§. 18. Probatur Deitas Filii 1. ex *nominibus.* Nomina rerum signa sunt; quare cui nomen competit, eidem ordinatiè etiam res ipsa competit. *Tenet natura suum nomen. Non aliud uterq; quam Deus est: Et inter Patris & Filii naturæ unius nomen unum:* ait idem Hilarius lib. V. de Trinit. f. 54. Quare cum Patris & Filii eadem sint nomina essentialia, seu communia, erit etiam eadem Deitas. Gregorius Naz. orat. IV. de Fil. 1. f. m. 125. primum locum huic argumento tribuit: *Nos quidem,* inquiens, *de magnis & sublimibus vocabulis divinitatem Filii & percepimus & prædicamus.* pergit, & interrogat: *quibus illis?* & respondet: *Ex appellatione Deus, sermo, qui erat in principio, qui erat cum principio, qui erat principium: In principio erat ille sermo &c. Filius unigenus, sapientia, potentia, splendor, character, imago, sigillum, Dominus, rex* &c. Nam plura cumulat, quæ aliis etiam argumentis loca præbent. In genere *distribui*

vel negativis.

possunt in duas classes, negativam, & positivam; quarum *ista* complectitur ea nomina, quibus homo esse negatur, e.g. Gal. *1.* 1. ubi

Gal. I. 1.

Apostolus negat, se ab homine, vel per hominem esse vocatum, affirmat autem se vocatum esse à Jesu Christo; quem locum urget Eusebius lib. 1. adv. Marcel. f. 7. Hæc vero ea dicta, in quibus expresse Deus vel æquipollente vocabulo nuncupatur. Horum alia occurrunt in V. T. alia in N. Test. In V. T. ut Gen. XIX. 24. ubi

vel positivis.

Dominus (Filius) *de Domino* (Patre) *pluisse* refertur, quem locum

Gen. XIX.

urgent Eusebius de præp. Evangel. lib. *VII.* f. 322. B. & Hilarius lib. V. de Trin. f. 52. Qui plura alia loca V. T. cumulat, in quibus de apparitione filii Dei agitur, ipse vero Deus dicitur lib. IV. f. m. 40. seqq: In N. T. plura talia loca occurrunt, ex quibus constat, *Filium habere nomen Patris, ut Deus & Dominus appelletur,* uti loquitur

N. T.

Athanasius de comm. essent. t. 1. f. 229. C. Occurrunt apud Evan-

Ioh. XX. 28.

gelistas, & Apostolos. e. g. Joh. XX. 28. Dum Thomas Christo dicit: *Domine mi! & Deus mi! confitendo eum esse Dominum & Deum,* uti explicat Hilarius lib *VII.* de Trin. f. m. 84. adversus eos, qui honoris vel admirationis verba fuisse calumniabantur. Confer Eu-

Ioh. I. 1.

seb. lib. *II.* de Eccles. Theol. f. 111. Joh. *1.* 1. *Deus erat verbum;* quod dictum producit Alexander Episcopus Alex. in literis, apud

Theodor.

Theodor. lib. 1. c. 3. f. m. 517. D. Rom. *IX.* 5. ubi Chriſtus nuncupatur *Deus benedictus in ſecula*, quod urget Athanaſius de comm. eſſent. t. 1. f. 225. contr. greg. Sabel. f. 655. A. de Synod. f. 923. Hilarius lib. V. de Trinit. f. m. 19. Tit. *II.* 13. ubi vocatur *magnus Deus*, explicante Athan. de comm. eſſent. f 229. A. t. 1. 1. Joh. V. 20. ubi *veri Dei, & vitæ æternæ* nomine venit, quod dictum Athanaſius in diſputatione adverſus Arium vocat *ſcriptam demonſtrationem*; t. 1. f. 126. D. & urget de comm. eſſent. f. 229. Tranſeo alia loca, quæ patres cumulant ex SS. literis. e. g. *Dominus Sabaoth.* apud Euſeb. lib. *VII.* dem. Evangel. f. 311. Hieron. comm. in Jeſ. *I.* *Dei virtus.* 1. Cor. *I.* 24. quem locum ab Aſterii Ariani exceptionibus vindicat Athanaſius orat. *III.* adv. Arian. citante D. Glaſſ. philol. gram. §. 176. *Filius, verbum, ſapientia* &c. apud Athanaſ. decr. Synod. f. 265. A. *Immanuel.* epiſt. ad Epictet. f. 589. C. Euſebius eundem vocat αὐτόθεον, Hiſt. Eccleſ. lib. X. c. 4. f. 375. B. Quæ & ſimilia nomina Chriſto ſecundum divinam naturam competere ex natura, non ex gratia, evicit Cyrillus Catech. X. f. 84. B.

Rom. IX. 5. Tit. II. 13. 1. Joh. V. aliis.

§. 19. (2.) Ex ὁμοουσίᾳ. Iterum inculcamus, Filium patri eſſe non ὁμοιούσιον, ſed ὁμοούσιον. vid. Athanaſ. de ſentent. Dionyſ. t. 1. f. 572. B. C. Mar. Vict. lib. III adv. Arian. f. m. 361. utut apud quosdam Patres Filius patri nonnunquam dicatur ὅμοιος ſimilis. vid. Cyrill. Cat. *IV.* f. 26. A. XI. 94. Baſil. epiſt. XLI. f. 803. Neque Ariani ferre potuerint ὁμοούσιον dici, quos propterea caſtigat Phœbad. adverſ. Arian. p. 13. eo quod negarent, eandem eſſe Patris & Filij eſſentiam, quæ vocis ὁμοούσιον *eſt genuina ſignificatio*: ὅταν ᾖ τὸ ἄπον, καὶ τὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὸν ὑπαρξιν ἔχον τῆς αὐτῆς κατέχει φύσεως, ὁμοούσια λέγεται: *Cum principium, & id quod eſt à principio, eiusdem naturæ ſunt, conſubſtantialia nominantur*, explicante Baſilio epiſt. ccc. Res ipſa in S. literis contenta eam vocem infert: *Filij divinitas patris eſt*; *unde & indiviſibilis eſt, atq; ita unus Deus, & non alius præter ipſum.* ait Orat. *IV.* adverſ. Arian. Athanaſius f. 457. A. Et quidquid eſt patris, filij quoque eſt, omnia namque, quæ Pater habet, mea ſunt; (vide paulo ante §. 27. dicta.) ait Chriſtus Joh. XVI. 15. quare eſſentia etiam, & eſſentialia attributa; Exceptis relative oppoſitis: *Cum ad eum modum unum ſint, unaq; ſit illius Deitas, eadem dicuntur de Filio, quæcunq; de Patre dicuntur*; χωρὶς τῆς λέξεως πατὴρ, *excepto quod pa-*

(2.) Ex ὁμοουσίᾳ.

ter non appellatur, e. g. Deus, omnipotens &c. quæ ejusdem verba sunt. confer Hilar. lib. 1. f. 7. l. *VIII.* de Trin. f. 103. Ambros. lib. 1. de fid. c. 4. *III.* c. 7. Athanas. ad Serap. f. 169. de Synod. Arim. f. 923. & 924. Probatur autem hæc ὁμοουσία ex dictis quibusdam
Joh X. 30. scripturæ, e. g. Joh. X. 3. ubi Christus ait: *ego & Pater unum sumus. unum utiq; per naturam, quia quod erat in Filio hominis, & in patris sinu manebat.* explicante Phœbadio adv. Arian. c. 26. confer Hilar. de Trin. lib. *VI.* f. 82. Athanas. disp. cum Ario t. 1. f. 134. C. adversus
XIV. 9. gregal. Sabel. f. 656. seq. Joh. XIV. 9. *qui videt Filium videt & Patrem.* scilicet propter ὁμοουσίαν, quod dictum producit, & priori conjunxit Athanasius de Synod. t. 1. f. 923. & *III.* orat. adv. Arian. f. 392. D. Alexander in literis encyclicis apud Theod. lib. *I.* c. 3. f. 532. B.
Phil. II. 6. Phil. *II*, 6. ubi *æqualitas* inter Patrem & Filium insinuatur: quo de argumento vide Athanas. disp. cum Ario t. 1. f. 140. C. de comm. essent. f. 228. de nat. hum. f. 597. C. D. dial. 1. de Trin. f. 182. A. Hilar. lib. *VII.* de Trin. f. 86. *VIII.* f. 111. contr. Constant. f. 203. Ambros. lib. V. de fid. c. 8. Phœbad. advers. Arian. c. 22.

(3.) Ex Filiatione. §. 20. (3.) Ex *filiatione.* Filius ex Patre non est factus, sed genitus, ἴδιον τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως τὸ πατρὸς γέννημα: *proprium essentiæ & naturæ Patris germen.* quem sic vocat Athanas. epist. *II.* ad Serap. t. 2. f. 18. C. adeoque filius non adoptivus, sed naturalis, de quo præter ea quæ produximus §. 14. videri possunt prolixè disputantes Athanasius adv. Ari. f. 133. ad Serap. t. 1. f. 170 B. C. de Synod. Nic. dect. f. 261. Orat. V. adv. Arian. f. 540. dial. 1. de Trin. f. 168. Alexander Episc. Alex. in literis Encyclicis apud Theodor. lib. 1. c. 3. Epiphan. hæres. LXXIV. f. 450. & LXXVI. Mar. Victor. lib. 1. adv. Arian. f. m. 315. A. Licet enim Ignatius Martyr olim Filium dixerit *ingenitum*, id tamen non intellexit eo sensu, quasi à patre genitus non sit, sed quod non sit creatus, aut factus, explicante & vindicante ipsum Athanasio de Synod. Arim. & Seleuc. t. 1. f. 922. Dato igitur & evicto, quod Christus sit Filius Dei naturalis, sequitur invictè, quod sit verus Deus: *Si illum agnoscimus non esse opus,* ἀλλὰ γνήσιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς γέννημα, *sed genuinum fœtum ex patris substantia, consequens est, eum, cum sit ejusdem naturæ, inseparabilem à patre esse, eo quod ex patre sit genitus;* E. *talis cum sit* εἰκότως καὶ ὁμοούσιος ἂν λέγοιτο, *merito etiam consubstantialis appelle-*

tur:

tur: ita ratiocinatur Athanasius de Synod. t. 1. f. 923. A. Probat consequentiam ex mente Judæorum, qui exinde, quod Jesus Filium se Dei patris dixisset, Joh V. 17. 18. inferebant, E. æqualem se Deo ipsum facere: *quia se filium dicebat, satis animadvertebant, non esse in iis verbis notam aliquam aut characterem creaturæ, ἀλλὰ τῆς θεότητος καὶ φύσεως πατρικῆς, sed Deitatis & naturæ paternæ*: sic idem orat. III. adversus Arian. f. 444. B. C. Similia habet ad Serap. t. 1. f. 170. B. C. orat. II. adversus Arian. f. 333. dial. 1. de Trin. f. 161. 163. dial. II. f. 195. 198. dial. V. f. 283. C. 300. Sic etiam Hilarius lib. II. de Trin. f. m. 14. disputat adversus θεομάχους, *adimunt*: (ajens, scil. filio quod filius est) *cum his non de natura* (patris) *sit Filius. Non ex natura autem est, quando non eadem in se habet vortus & generans. Neq; enim Filius est, cui alia ac dissimilis erit à patre substantia. Pater autem quomodo erit, si non quod in se substantiæ atq; naturæ est, genuerit in Filio?* Confer lib. VI. f. 68. VII. 84. 85. 88. seq. XI. f. 170. Eusebius *Deum agnoscit verum esse, utpote cum Dei existat filius*, lib 1. adversus Marcel. c. 1. f. 5. B. Cyrillus his congruè ait: *pater perfectus perfectum genuit Filium; Omnia tradidit genito; omnia, inquit, tradita mihi sunt à patre meo*: quare & essentia, & essentialia ejus attributa; Sic ille concludit Catech. VII. f. m. 66. Sic & Gregorius Naz. orat IV de Fil. 1. f. m. 115. *Idem* (gignens & genitum) *esse prorsus necesse est. Quippe quod hæc genita natura sit, ut ratione naturæ sit idem cum eo, quod ipsum genuit.* Confirmatur inde, quia generatio facta est ab æterno; quidquid autem ab æterno est, etiam æternum est. vide Cyril. Catech. IV. 26. XI. f. 94. D. Hilarium lib. XII. de Trinit. f. 185. & 187. Alexandrum Episc. Alexand. in literis Encyclicis apud Theodor. lib. 1. hist. c. 3. f. 529. C. D. Phœbad. adv. Arian. c. 30. & quæ præmisimus §. 11.

§. 21. Huc pertinet, quod Filius sit *imago & character* Patris sui. *Quoniam Filius est imago patris, necessum est, ut cogites ὅτι ἡ θεότης καὶ ἰδιότης τοῦ πατρὸς τὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ ἐστι; Deitatem & proprietatem Patris essentiam Filij esse.* juxta Athanasium orat. IV. adv. Arian f. m. 458. A. Antecedens autem probaverat ex Joh. X. 30. 38. XIV. 9. phil. II. 6. Phœbadius in eandem sententiam dicit ex Sap. VII. 26. *Quod Filius sit* (patris) *speculum plane sine macula. Custodit enim Dei vultus, & figuram fideliter exprimens, plenam Patris imaginem reddidit.* & imagine Dei.

dit. adverſ. Arian. c. 24. imitatus phraſin Hilarij, quippe qui & ipſe Filium *ſpeculum Patris* vocat lib. *IX.* de Trin. f. 141. & explicat vim conſequentiæ, *ſpeculum ita*, inquiens, *ut non imaginatam ſpeciem exterioris naturæ ſplendor emittat; ſed tum vivens natura naturæ viventi indifferens eſt, quippe quæ ex tota tota ſit, quæ &, dum unigenita eſt, patrem in ſe habeat, & maneat in Patre, dum Deus eſt.* Sic probat quod lib. *XI.* f. 168. dicturus erat, *ſi innaſcibilis Dei unigenitus Deus Imago eſt, perfectæ atq; abſolutæ in eo naturæ veritas ineſt, per quam efficitur, eſſe eum imaginem veritatis.* Confer Euſeb. dem. Evang. lib. V. c. 4. f. 227. lib. *I.* adv. Marcell. c. 2. A. lib. *II.* de Eccleſ. Theol. c. 23. f. 141. Athan. Orat. *I.* adv. Arian. f. 30. dial. 1. f. 162. & 191. B. Baſil. hom. *XXV.* t. 1. f. 585. C. cum notis Ducæi. f. 499.

(4) Ex attributis.

§. 22. (4) *Ex attributis ſoli Deo competentibus,* Repetimus generale fundamentum, quod Chriſtus poſuit, dicens: *omnia quæ Pater habet mea ſunt,* adductum ſupra, §. 27. & 29. Hinc enim deducit Athanaſius, etiam attributa Patris eſſe Filij, e. g. eſſe æternum, omnipotentem &c. ad Serap. t. 1. f. m. 167. A. B. C. & de ſynod. Seleuc. &c. f. 923. D. Idemq; in ſymbolo confitetur *unam* eſſe Perſonarum *divinitatem, æqualem gloriam, & coæternam majeſtatem; increatum filium eſſe, immenſum, æternum, omnipotentem*: q. d. quia una eſt eademq; Deitas omnium trium perſonarum, ſequitur, quod etiam attributa ſint eadem Filij, quæ Patris. & vice verſa. *Omnia Patris ad Filium ſpectant, quia ille conſubſtantialis eſt Patri*: ratiocinatur idem ad Serap. t. 1. f. 169. confer tract. in illud: omnia mihi tradita ſunt. f. 153. orat. *IV.* adv. Arian. f. 457. A. Epiſt. ad Afric. f. 938 939. *A.* Quæ autem Patris ſint ſpecialius explicat ibidem: *Bonum Deum,* inquiens, *ſempiternũ, perfectum, omnipotentem, verum debemus credere, ut in lege accepimus & Prophetis, ſcripturiq; divinis cæteris, quia ſine his Deus non eſt*: ait Ambroſius lib. *I.* de fid c. 2. *Quia igitur Deus Chriſtus, & bonus utiq;, & omnipotens, & ſempiternus, & perfectus, & verus eſt. Hæc enim in natura divinitatis ſunt*, idem concludit f. 77. *A.* Atque hæc omnia naturaliter filius poſſidet, eo quod poſſideat per generationem. Baſilius totus in eo eſt, ut probet, *filium naturaliter ea, quæ Patris ſunt, poſſidere.* homil. XV. de fid. t. 1. f. 500. Poſſidet in caſu recto; Nam ipſa Dei *ſapientia* vocatur, *& virtus, & juſtitia*, & quidem ἐνυπόστατος perſonalis à Cyrillo Catech. *IV.* f. m. 26. *A.*

§. 23.

Digitized by Google

§. 23. Attributorum divinorum alia ſunt abſoluta, alia relativa. In abſolutis eminet *ÆTERNITAS*, &, quam hæc includit, *PRÆEXISTENTIA* ante nativitatem ex Virgine Maria; Hæc repugnat Photinianorum, iſta Arianorum erroribus. *Præexiſtentiam* probant apparitiones Filij Dei in V. T. *Angelus ad Agar loquitur, & utique idem Deus eſt.* ait Hilarius lib. XII. de Trin. f. m. 194. Et paulo poſt: *Homo* (Filius Dei Abrahamo) *loquitur, & corpore aßiſtit, & cibo alitur, & Deus adoratur. Ad ſt autem ad Iacob etiam uſq; ad luctæ complexum in habitu humano.* Sic idem: Confer antecedentia & conſequentia; Nam totus in eo eſt, ut varias apparitionum Filij Dei ſpecies exponat. Deum autem apparuiſſe, probatur ex dictis & operibus, Deo propriis. e.g. Gen. XVII. 19. 20. Angelus qui cum Abrahamo loquitur, Deus vocatur, teſtamentum ſtatuit, benedictionem promittit, *nunquid ambigitur; quin, qui Angelus Dei dictus eſt, idem rurſum dicatur & Deus?* interrogat Hilar. l. 4. f. 40. Confer Athanaſ. orat. III. adv. Arian. f. 383. ſeqq. Euſeb. lib. I. hiſt. Eccleſ. c. 2. lib. I. f. 94. A. & III. de Eccleſ. Theol. f. 150. D. Ambroſ. de fid. lib. 1. c. 5. ex profeſſo autem Symbolum & anathematiſmos Synodi Sirmienſis, quæque de iis diſputavit Dn. D. Dotſcheus noſter p. m. in prolixa diſſertatione ad dictum concilium conſcripta, & edita. Huc facit incarnatio Filij Dei, quippe quâ in carnem venit, utique præexiſtens. Et de cœlo deſcendit, ante jam in cœlo exiſtens, *clarè per iſta nos docens ſuam ipſius Deitatem*; uti concludit Athanaſius ex Joh. III. 13. VI. 33. &c. de incam. verb. t. 1. f. 592. D. Ariani equidem ex eo, quod Filius Dei in V. T. viſus ſit, probare allaborabant, eundem patri, utpote inviſibili, non fuiſſe ὁμοούσιον; Sed reſpondet Phœbadius, non viſum eſſe in ſua ipſius divina ſubſtantia, eâque oculis corporeis; *in ſomno enim, & in ſpeculo, & in ænigmate viſus refertur.* c. 34. Minime vero in propria ſubſtantia: *Moſi* enim *poſtulanti, ut cognoſcenter eum videret* (Exod. 33, 20.) nemo poteſt, *inquit*, faciem meam videre, quia nemo, qui eam viderit, vivet. Quæ utique Filij Dei verba fuerant; quare neque Filius in ſua eſſentia fuit viſibilis. Atque hinc recte ait Athanaſius: *Certum eſt, verbum ante adventum ſuum in carne hominem non fuiſſe, quippe qui Deus erat, apud Deum ἀόρατον & ἀπαθὲς ὢν inviſibilis & impatibilis exiſtens.* de ſalut. adv. t. 1. f. 634. B. de quo plu-

vel Abſolutis, ut: æternitate.

ribus disputandi occasio erit, ubi de invisibilitate Dei acturi sumus.

quæ tribuitur Filio Dei.

§. 24. *Æternitas* Filio tribuitur in Symbolo Athanasiano, ubi Filius, perinde ut Pater, appellatur *æternus*. Confirmatur ab Athanasio ad Serap. t. 1. f. m. 167. B. dum ait: *æternus Pater est, æternus est filius: Per eum enim ævum & sæcula condita sunt, qui est Deus in omnibus benedictus in sæcula, Amen, ut inquit Paulus* (Rom. IX. 5.) *Neutiquam fas est dicere de Patre, neq; de filio: quando non erat.* Hæc ille ex dicto Christi, sæpius allegato: *omnia quæcunq; habet pater, mea sunt*; deducit. Et orat. II. adversus Arian. f. m. 336. C. *Filius*, inquit, *cum non sit opus, aut factitium quiddam, sed quiddam æternum substantiæ Patris, ab æterno existit. Semper* enim *existente Patre, semper quoque existere oportet eum, qui est proprium quiddam illius substantiæ, quod est ipsius ratio, seu verbum, & sapientia.* Confer rescriptum ad Liberium t. 1. f. 244. C. orat. adversus Arian. t. 2. f. m. 24. dial. 1. f. 163. Idem hoc fundamentum urget etiam Hilarius lib. XII de Trin. f. m. 188. *Ab eo esse*, inquiens, *i. e. ex Patre esse, nativitas est. Esse autem semper ab eo, qui est semper, æternitas est. Æternitas vero non ex se, sed ex æterno; Ex æterno autem nihil aliud quam æternum. Quod si non æternum, jam nec pater, qui generationis est author, æternus est. Quod si illius Patrem semper esse, atq; huic filium semper esse proprium est, & in eo quod est significatur æternitas: per id quoq;, cui quod est proprium est, proprium est & æternum.* Generationem autem æternam esse, ostensum est supra §. 11. Ambrosius lib. 1. de fid. c. 5. *de sempiterno Dei filio* ex professo agit, & provocat eo nomine ad scripturam V. T. & N. T. *plenum est*, inquiens, *Vetus Testamentum testimonii filii sempiterni, plenum est novum*: eaque testimonia *ordine* adduci, & accurate ad propositum applicat: Talia sunt: Jesai. XLIII. 10. Rom. IX. 5. Joh. I. 1. Etiam Basilius toto lib. II. adversus Eunomium scripto in hoc argumento probando, & illustrando occupatus est; Sicut & epist. XLIII. f. 813. B. C. Nyssenus de fid. t. 3. f. 40. A. & ante ipsum Alexander Episcopus Alex. apud Theodor. lib I. c. 3. f. 529. Athanasius orat. II. adversus Arian. f. 318. 319. ubi urgetur *regni* ejus *æternitas*; f. 325. & 327. ubi *æterna veritas* laudatur. Phœbadius suffragatur adv. Arian. c. 21. 27. 30. ubi urget, quod filius sit Patris sui *virtus, sapientia* &c. utique ab æterno, quia Deus

ab

ab æterno virtutem, ſapientiam &c. habet & poſſidet. Ex quibus patet, quod æternitas filij in S. literis & κτ' ἐμπν & κτ' διάνοιαν contineatur.

§. 25. In attributis relativis eſt *Bonitas*, de qua Chriſtus Matth. XIX. 17. ait, nemo eſt bonus, niſi unicus Deus. Chriſtus autem eſt bonus, ſicut contra Arianos illud aſſeruit Ambroſius lib. II. de fid. c. 1. & 2. & vindicavit dictum ab ipiorum exceptionibus & corrupteiis. Idem de Jeſu *ſummo bono* ex profeſſo egit lib. III. ep. 11. Didymus Alexandrinus eandem eſſe Patris & Filij dilectionem probare ſatagit ex utriuſque dilectione: *Neq; enim*, inquiens, *alia dilectio eſt Salvatoris ſuper his qui amantur, & alia dilectio Patris. Deus enim diligit in ſalutem, quia ſic dilexit Deus mundum &c. Similiter & filius, quia vita eſt, ut tribuat vitam & ſalutem, diligit eos quos vult fieri meliores, unde amare ſedicit eum, qui amatur à Patre.* lib. I. de Sp. S. f. m. 194. Epiphanius hæret. LXIX. f. 377 provocat ad verba Chriſti Joh. X. 32. quibus dicit: *multa bona feci inter vos* &c. ut probet, & Filium eſſe bonum, & per conſeq. Deum, quandoquidem ſuis illis bonis operibus & factis ſalutem nobis reconciliarit. vel relativis, ut bonitate.

§. 26. *Omnipotentia.* Sequitur ex ὁμουσία, *exæquata* enim *virtus eſt per naturæ indiſſimilis unitatem.* juxta Hilar lib. VII. de Trin. f. m. 87. quod fundamentum etiam Athanaſius ponit, cum Arium introducit confitentem; *omnia enim ſub ſua poteſtate habet, & omnium eſt Dominus filius, quemadmodum & pater,* ὁπότε μιᾶς ὄντος οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ μία παντοκρατορία τυγχάνει, *cum ſit una ſubſtantia Patris & Filii, ac proinde una Deitas & omnipotentia.* diſp. cum Ario. t. 1. f. m. 140. D. Probatur ex operibus. e.g. quod oves ſuas ita ſervet, ut nemo eas ex ſua ipſius manu ei eripere poſſit, uti ex Joh. X. 28. probat Hilarius lib. VII. de Trin. f. 88. *Teſtatur enim*, inquiens de Filio Dei, *primum naturæ virtutem, cum de ovibus ſuis ait: nec quisquam rapiet eas de manu mea. Conſciæ poteſtatis hæc vox eſt, imperturbatæ virtutis libertatem per id, quod nemo oves de manu ſua abripiat, confiteri.* Alibi ex illimitata voluntate idem probat, dum poteſt quod vult, imo plus poteſt, quam vult; *Deus eſt*, dicens, *creator eſt, Dei Filius eſt, poteſt omnia; parum eſt, ut quod vult, poſſit, quia ſemper voluntas virtutis eſt, quin etiam id, quod ſibi dicitur* Omnipotentia.

citur poteſt. Perfectæ enim poteſtatis eſt, hic naturam poſſe facientis, quod poſſit ſignificare ſermo dicentis. Atq; ita cum, quidquid dici poteſt, id ipſum & effici poſſit, tenet veritatis naturam ea quæ dictu exæquatur operatio. lib. V. de Trinit. f. 49. Tale opus eſt diabolum coercere & vincere, id quod ſolus Deus poteſt, Chriſtus autem præſtitit; docente id Baſilio homil. de lib. arbitr. t. 1. f. 611. ſeqq: Confer Athanaſ. orat. I. adverſ. Arian. f. 299. Ambroſ. lib. II. de fid. c. 3. ubi ex profeſſo de hac materia; de incarn. c. 10. Epiphan. hæreſ. 76. f. m. 470. Gregor. Bætic. adverſ. Arian. c. 3. Nec obſtat, quod Deus etiam per creaturas miracula & ſupernaturalia alia operetur; *Naturalis enim Filio Dei & congenita omnis poteſtas eſt, quæ, cum data ſit, non alienata eſt per id ab authore, quia data eſt, cum quod eſt autoris, hoc datum ſit: dare ſcilicet vitam æternam, & corruptionem in incorruptionem mutare:* ait Hilarius lib. IX. de Trin. f. m. 127. homini vero nulli mero omnipotentia naturalis eſt.

Omnipræſentia.

§. 27. *Omnipræſentia.* Hanc filio Dei competere probabat Athanaſius ex præſentiſſima creaturarum omnium gubernatione, *ubiq; igitur*, inferens, *adeſt vi Majeſtatis & eſſentiæ ſuæ. Nam ſi dicas, eum non ubiq; adeſſe, majores dices res creatas creatore:* nec declinare potuit Arius vim argumenti, quin fateretur, *adeſt ubiq;*, & deſereret objectionem, tanquam pater filio quoad Deitatem eſſet major. diſp. cum Ario t. 1 f. 117. B. Idem epiſt. ad Serap. t. 2. f. 13. A. diſputat, *creaturæ*, inquiens, *ſunt in locis diſtinctis, veluti Sol, & Luna, reliquaque luminaria in firmamento, in cœlo Angeli, homines in terra. Quod ſi filius eo, quod non eſt in diſtinctis locis, ſed dum in patre eſt, ubiq; eſt, & eſt extra omnia, non eſt creatura.* Neque obſtat Filij Dei incarnatio. Eſt enim ἀπερίληπτος σαρκὶ θεὸς, ἀμέριστος ἐν σάρκᾳ, &c. *incomprehenſibilis carne Deus, indiviſibilis in carne, mutabilis in paſſionibus carnis*: uti idem ait de incarn. t. 1 f. m. 594. C. Et ſuffragatur Hilarius, dicens: *Quod hominis filius eſt, ſuſceptæ in virgine carnis eſt partus. Quod autem in cœlis eſt, naturæ ſemper manentis poteſtas eſt, quæ initiata, conditaq; per ſe carne non ſe ex infinitatis ſuæ virtute intra regionem definiti corporis coarctavit, ſpiritus virtute, ac verbi Dei poteſtate in forma ſervi manens, ab omni intra extraq; Cœli mundiq; circulo cœli ac mundi Dominus non abfuit; Per hoc ergo quod de cœlo deſcendit, & Filius hominis eſt, & in cœlis eſt. quia verbum caro factum non amiſerat manere quod verbum*

bum eſt. lib. X. de Trin. f. m. 148. ad Joh. III. 13. conferlib. XI. f. m. 168. Euſeb. dem. Evang. lib. IV. f. 169. B. lib. VII. f 314. C. Damaſum apud Theodor. lib. V. c. 11. f. 771. A.

§. 28. *Omniſcientia* & Sapientia. Derivatur ex eo, quod omnia quæ Pater habet Filij ſunt: *Si omnia quæ Patris ſunt Filij ſunt, patris autem eſt cognoſcere diem illam* &c. *in manifeſto eſt, & Filium cognoſcere*, ſic Athanaſius de notitia diei extremæ. Orat. IV. adv. Arian. t. 1. f. 495. confirmat ex eo, quod Filius ſit Patris imago: Nam *ſi filius*, inquiens, *imago eſt patris, novitq; Pater diem & horam, cui dubium, quin ipſius ſcientiæ paternæ imaginem Filius quoq; poſſideat?* l. c. Hilarius ad cordium uſque ſcrutinium progreditur, dicens, quod *voluntatum noſtrarum cogitationes tacitas intueatur.* lib. VI. de Trin. f. 73. Hoc vero nemo poteſt, niſi Deus. Athanaſius ad creationem omnium rerum provocat, dicens: *Miri nihil eſt, ſi, cum omnia per Filium creata ſint, & in eo omnia conſiſtant, novit ea, quæ condita ſunt, quando aut in ſingulis privatim, aut publicè in omnibus finis immineat.* l. c. adverſus Arianos, ignorantiam diei extremæ Filio Dei objicientes. Omniſcientia.

§. 29. *Sanctitas*; de hac Cyrillus Catech. Myſtag. V. f. m. 244 B. *vere unus eſt ille ſanctus*, ait, φύσει ἅγιος, *qui eſt natura ſanctus, vos autem etſi ſancti ſitis, non tamen natura*, ἀλλὰ μετοχῇ, καὶ ἀσκήσει, καὶ εὐχαῖς, *ſed participativè, ſed exercitatione, ſed precibus.* Hæc ille, expoſito vetere ritu, quo Sacerdos dicebat: τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *ſancta ſanctis*; & populus reſpondebat: εἷς ἅγιος, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός: *unus ſanctus, unus Dominus Ieſus Chriſtus*: qui nimirum vere ſanctus, quia natura talis eſt. *Voluntas* eſt eadem Filij quæ Patris: οὐ γὰρ ἄλλα βουλήματα τοῦ πατρὸς, ἄλλα τοῦ υἱοῦ, *non enim aliæ ſunt voluntates Patris, aliæ filij*: ait idem Catech. XI. f. 99. D. *Majeſtas.* Scripſit Ambroſius lib. II. de fid. c. 4. ex profeſſo *de Domino Majeſtatis* Dei, Chriſto. Hilarius dignitatem hanc probat ex eo, quod Chriſtus ſit *Dominus* etiam *Sabbathi.* Matth. XII. 8. *hoc enim ideo ait, ut paternæ in ſe naturæ intelligeretur Majeſtas, in Sabbathi opere poteſtatis ſuæ uſa natura.* lib. IX. de Trin. f. 131. repetit argumentum adverſ. Conſtant. f. 203. Sanctitate. Majeſtate.

§. 30. (5.) Ex *operibus.* Eadem ſunt & virtus operandi, & opera, Patris & Filii: *in eo quod operatur filius, opus Patris eſt, & opus Filij opus Dei eſt*, dicit Hilarius & probat ex Joh. IX. 3. lib. VII. de (5.) Ex operibus.

citur poteſt. Perfecta enim poteſtatis eſt, hic naturam poſſe facientis, quod poſſit ſignificare ſermo dicentis. Atq; ita cum, quidquid dici poteſt, id ipſum & effici poſſit, tenet veritatis naturam ea quæ dictis exæquatur operatio. lib. V. de Trinit. f. 49. Tale opus eſt diabolum coercere & vincere, id quod ſolus Deus poteſt, Chriſtus autem præſtitit; docente id Baſilio homil. de lib. arbitr. t. 1. f. 631. ſeqq: Confer Athanaſ. orat. I. adverſ. Arian. f. 299. Ambroſ. lib. II. de fid. c. 3. ubi ex profeſſo de hac materia; de incarn. c. 10. Epiphan. hæreſ. 76. f. m. 470. Gregor. Bætic. adverſ. Arian. c. 3. Nec obſtat, quod Deus etiam per creaturas miracula & ſupernaturalia alia operetur; *Naturalis enim Filio Dei & congenita omnis poteſtas eſt, quæ, cum data ſit, non aliena-ta eſt per id ab authore, quia data eſt, cum quod eſt autoris, hoc datum ſit: dare ſcilicet vitam æternam, & corruptionem in incorruptionem mutare:* ait Hilarius lib. IX. de Trin. f. m. 127. homini vero nulli mero omnipotentia naturalis eſt.

Omnipræſentia.

§. 27. *Omnipræſentia.* Hanc filio Dei competere probabat Athanaſius ex præſentiſſima creaturarum omnium gubernatione, *ubiq; igitur*, inferens, *adeſt vi Majeſtatis & eſſentiæ ſuæ. Nam ſi dicas, eum non ubiq; adeſſe, majores dices res creatas creatore:* nec declinare potuit Arius vim argumenti, quin fateretur, *adeſt ubiq;*, & deſereret objectionem, tanquam patet filio quoad Deitatem eſſet major. diſp. cum Ario t. 1. f. 117. B. Idem epiſt. ad Serap. t. 2. f. 13. A. diſputat, *creaturæ*, inquiens, *ſunt in locis diſtinctis, veluti Sol, & Luna, reliquaque luminaria in firmamento, in cælo Angeli, homines in terra. Quod ſi filius eo, quod non eſt in diſtinctis locis, ſed dum in patre eſt, ubiq; eſt, & eſt extra omnia, non eſt creatura.* Neque obſtat Filij Dei incarnatio. Eſt enim ἀπερίληπτος σαρκὶ θεὸς, ἀμέτρητος εἰς σάρκα, &c. *incomprehenſibilis carne Deus, indiviſibilis in carne, mutabilis in paſſionibus carnis:* uti idem ait de incarn. t. 1 f. m. 594. C. Et ſuffragatur Hilarius, dicens: *Quod hominis filius eſt, ſuſceptæ in virgine carnis eſt partus. Quod autem in cælis eſt, naturæ ſemper manentis poteſtas eſt, quæ initiata, conditaq; per ſe carne non ſe exinfinitatis ſuæ virtute intra regionem definiti corporis coarctavit, ſpiritus virtute, ac verbi Dei poteſtate in forma ſervi manens, ab omni intra extraq; Cæli mundiq; circulo cæli ac mundi Dominus non abfuit; Per hoc ergo quod de cælo deſcendit, & Filius hominis eſt, & in cælis eſt. quia verbum caro factum non amiſerat manere quod verbum*

bum eſt. lib. X. de Trin. f. m. 148. ad Joh. III. 13. conferlib. XI. f. m. 168. Euſeb. dem. Evang. lib. IV. f. 169. B. lib. VII. f. 314. C. Damaſum apud Theodor. lib. V. c. 11. f. 771. A.

§. 28. *Omniſcientia* & Sapientia. Derivatur ex eo, quod omnia quæ Pater habet Filij ſunt: *Si omnia quæ Patris ſunt Filij ſunt, patris autem eſt cognoſcere diem illam &c. in manifeſto eſt, & Filium cognoſcere,* ſic Athanaſius de notitia diei extremæ. Orat. IV. adv. Arian. t. 1. f. 495. confirmat ex eo, quod Filius ſit Patris imago: Nam *ſi filius,* inquiens, *imago eſt patris, novitq; Pater diem & horam, cui dubium, quin iſtius ſcientiæ paternæ imaginem Filius quoq; poſſideat?* l. c. Hilarius ad cordium uſque ſcrutinium progreditur, dicens, quod *voluntatum noſtrarum cogitationes tacitas intueatur.* lib. VI. de Trin. f. 73. Hoc vero nemo poteſt, niſi Deus. Athanaſius ad creationem omnium rerum provocat, dicens: *Miri nihil eſt, ſi, cum omnia per Filium creata ſint, & in eo omnia conſiſtant, novit ea, quæ condita ſunt, quando aut in ſingulis privatim, aut publicè in omnibus finis immineat.* l. c. adverſus Arianos, ignorantiam diei extremæ Filio Dei objicientes. Omniſcientia.

§. 29. *Sanctitas*; de hac Cyrillus Catech. Myſtag. V. f. m. 244 B. *vere unus eſt ille ſanctus,* ait, οὐσίᾳ ἅγιος, *qui eſt natura ſanctus, vos autem etſi ſancti ſitis, non tamen natura,* ἀλλὰ μετοχῇ, καὶ ἀσκήσει, καὶ εὐχῇ, *ſed participativè, ſed exercitatione, ſed precibus.* Hæc ille, expoſito veterum ritu, quo Sacerdos dicebat: τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *ſancta ſanctis*; & populus reſpondebat: εἷς ἅγιος, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός: *unus ſanctus, unus Dominus Ieſus Chriſtus*: qui nimirum vere ſanctus, quia natura talis eſt. *Voluntas* eſt eadem Filij quæ Patris: οὐ γὰρ ἄλλα βουλήματα τοῦ πατρὸς, ἄλλα τοῦ υἱοῦ, *non enim aliæ ſunt voluntates Patris, aliæ filij*: ait idem Catech. XI. f. 99. D. *Majeſtas.* Scripſit Ambroſius lib. II. de fid. c. 4. ex profeſſo *de Domino Majeſtatis* Dei, Chriſto. Hilarius dignitatem hanc probat ex eo, quod Chriſtus ſit *Dominus* etiam *Sabbathi.* Matth. XII. 8. *hoc enim ideo ait, ut paternæ in ſe naturæ intelligeretur Majeſtas, in Sabbathi opere poteſtatis ſuæ uſa natura.* lib. IX. de Trin. f. 131. repetit argumentum adverſ. Conſtant. f. 203. Sanctitate. Majeſtate.

§. 30. (5.) Ex *operibus.* Eadem ſunt & virtus operandi, & opera, Patris & Filii: *in eo quod operatur filius, opus Patris eſt, & opus Filij opus Dei eſt,* dicit Hilarius & probat ex Joh. IX. 3. lib. VII. de (5.) Ex operibus.

Trin. f. 87. *manus Filij manus patris est. Non enim degenerat per nativitatem natura, ne eadem sit: neq; rursum, quia eadem est, intelligentiam nativitatis offendit, quia nativitas nihil in se admittit alienum*: ait idem f. 89. quibus verbis ex nativitate Filij probat, eandem esse operandi virtutem Patris & Filij; repetit paulo post, *omne enim*, inquiens, *in se Filius Dei habet nascendo quod Dei est, & idcirco opus Filij opus Patris est, quia nativitas nec extra eam naturam est, ex qua manat, & natura eam in se habet, unde existit.* f. 91. Nativitate Filius patri est ὁμοούσιος, ubi autem eadem est essentia ibi eadem est virtus, & opera eadem: *Si enim unus est Patri Filius, non juxta Sabellij dictum, patrem & Filium confundentis; sed juxta indiscretionem essentiæ seu substantiæ; non potest quicquam absq; Patre facere, quia separatorum diversa sunt opera; sed videns operantem patrem & ipse operatur, non secundo gradu, & post illum operans. Alia quippe Patris, alia Filij opera esse inciperent, si non æqualiter fierent. Scriptum est autem* (Joh. V. 19. seqq.) *Quæ enim ille facit, haud dubium quin Pater; hæc eadem filius similiter facit.* Ita Didymus Alex. lib. II. de Spir. sanct. f. m. 198. Idem ex Joh. X. 37. verbis Christi: *Ego & pater unum sumus*, probat Hilarius lib. VII. de Trin. f. m. 82. 86 90 91. Et recte concludit: *Tenet virtus naturæ veritatis fidem.* lib. V. f. 51. *naturam in eo Dei ex operibus cernimus.* lib VI. f. 73. confer fol. 70. lib. VII. f. 87. IX. f. 128. Et Athanasius: *ipsa opera Dei* (à Christo perpetrata) *testimonium perhibent, ut quæ perpetrata sint divinis prorsus & cœlestibus viribus, quale est, cum imperat elementis* (Matth. VIII. 26.) *increpat spiritualibus potestatibus* (Matth. VIII. 31. XII. 24. seq.) *membrorumq; mutilationes restituit.* (Math. IX. 6.) *& voluntate morbos sanat.* (Matth. VIII. 3) *suamq; potestatem profitetur* (Matth. XXVIII. 18.) *& non occultat, mortem delet, vitam & incorruptibilitatem illustrat, corruptam hominum naturam denuo ædificat, ac mundum renovat sua ipsius præsentia, novaq; creatura apparet, & prodit per resurrectionem Christi.* Contr. greg. Sabel. t. 1 f. 662. D. confer de incarn. f. 70. D. 71. A. orat. III. adv Arian. f. 391. Didym. Alex. lib. II. de spir. sanct. Phœbad. c. XXV. adv. Arian. p. 22. Gregor. Nyssen. orat. Catech. XII. f. 67. t. 3. Theophilum Alex. lib. II. epist. Paschal. f. m. 139. A.

æqualibus. §. 31. Probe autem observandum est, quod ex Didymo Alex. allegavimus, de *æqualitate* operationis & operum; ne quis putet,

tet, Filium esse Patris aliquem *ministrum* in operibus perpetrandis, ὑπηρέτου τάξει τὸν υἱὸν, *ministri ordinem habere Filium*, uti loquitur Athanas. de comm. essent. t. 1. f. m. 226. aut non esse liberum in agendo; *Quod enim sit liberæ voluntatis, non ambigue ostendit, cum ait* (Joh. V. 21.) *Sicut enim Pater suscitat mortuos, & vivificat, sic & filius, quos vult, vivificat. Cum æqualis in Patre & Filio & virtutis potestas, & honoris dignitas manifestatur, ibi & libertas voluntatis ostenditur; cum autem unitas demonstratur, ibi paternæ voluntatis significatur affectus.* verba sunt Hilarij lib. IX. de Trinit. f. 134.

§. 32. Inter opera Dei eminet I. *Creatio.* Creator autem est etiam Filius, id quod Patres seculi huius ὁμοθυμαδὸν statuunt, & argumentis probant. Filius Dei est illud personale verbum, quo cœli formati sunt pt. XXXIII. 6. quod dictum allegat, explicat, & vindicat Athanasius à cavillationibus eorum, qui Christum ministram solum faciunt creationis: *Est enim verbum Domini architectus*, inquiens, *& rerum auctor, & ipse est Patris voluntas.* orat. III. adv. Arian. f. m. 402. A. Confer orat. adv. gent. f. 46. de incarn. f. 71. disp. cum Atio. f. 115. Ad Marcel. f. 962. A. t. 1. Epist. ad Serap. t. 2. f. 13. B. C. Eodem alludit Hilarius, *Deus enim est*, dicens, *per quem facta sunt omnia. Hoc mihi de eo creatio mundi locuta est. Exæquatur Deus Deo nomine, exæquatur veritati veritas opere. Vt significatio Dei potentis est in dicto, ut intelligentia est Dei potentis in facto.* lib. V. de Trin. f. m. 49. Expressius dictum istud enucleant Basilius comment. Ps. XXXIII. Et Nyssenus Orat. Catech. c. 4. t. III. f. 50. A. Cyrillus producit Gen. I. 26. verba Dei: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; & Mosis: *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum*: *Non enim*, addit Cyrillus, *attribuit soli Patri Deitatis dignitatem, sed comprehendit in illa & Filium, & demonstrat, quod homo non solum Dei Patris sit creatura, verum & Domini nostri Iesu Christi.* Catech. X. f. 84. utpote quod homo etiam ad Filii imaginem sit conditus. Idem est Hilarij argumentum lib. V. de Trin. f. 50. Athan. ἐνθύσ. f. 242. de suscept. hum. nat. f. 653. A. t. 1. Alibi Cyrillus urget dictum Joh. I. 3 omnia per ipsum facta sunt, *patre scilicet per Filium operante.* Catech. XI. f. 102. Idem producit Eusebius lib. IV. dem. Evang. c. 5. f. m. 150. B. *una enim*, inquiens, *omnino mundi effectrix potestas*, καὶ οὐκ ἐπὶ πᾶν ἄλλον δημιουργὸς λόγος *& unum universitatis opifex, verbum.*

ut sunt (1) Creatio, à Filio Dei facta.

Confer

Cui analoga incarnatio,

Confer de præp. Evangel. lib. VII. c. 12. f. 322. Athanasius ex incarnatione sumit argumentum, *cum primum ad nos accederet*, inquiens, *ex virgine sibi ipsi corpus formavit, ut nobis non tenue argumentum suæ divinitatis exhiberet, eum, qui hoc corpus sibi formaverat, εἶναι ἐκ τῶν ἄλλων σωμάτων ποιητὴν καὶ Κύριον, esse etiam aliorum corporum creatorem, & Dominum*: de incarn. t. I. f. 71. Cui simile est argumentum, desumptum à miraculis Christi; *Quis enim*, inquit, *eum instaurare videns defectus eos, quibus ipsa prima origo hominis nativitasq; vitiata fuit, & cæcis ab utero oculos aperire, non animadverteret, ejus potentiæ hominum nativitatem subjectam esse, nativitatisq; illum & architectum & conditorem existere?* B.

& miracula.

Non ergo est creatura.

§. 33. Sequitur hinc, quod Filius non sit creatura: *cum enim secundum substantiam Patris Patri sit similis, nullo pacto conditus esse potest, sed conditor permanet*: concludit Athanas. orat. I. adv. Arian. f. m 300. A. B. Ambrosius lib. I. de fid. c. 6. apprehendit verba Christi: *prædicate Evangelium omni creaturæ*; ratiocinans: *Qui universam creaturam dicit, nullam excipit. Et ideo, ubi sunt, qui creaturam Christum appellant?* interrogat; Cumulat alia quoque scripturæ dicta, ut lemma suum probet: *Non esse creaturam Dei filium.* Idem lib. V. c. 6. docet, *quibus etiam rationibus Dei filius creatura dici non possit?* Gregorius Naz. orat. XL. f. m. 645. A. *nihil*, inquit, *in Trinitate servum est, nec creatum, nec adventitium* Confer Basil. de fid. t. I. f. 499. D. Euseb. lib 1. adverſ. Marcel c. 9. f. 67. A. Epiphan. hæres. LXXVI. f. 445 Confirmatur inde, quod *omnia* per ipsum facta sint: Joh. I. ipse ergo non est factus Neque obstat, quod *per* Filium omnia creata sint: ordinis enim particula hæc est distinctiva, non essentiæ, vel potentiæ.

(2) rerum creatarum gubernatio.

§. 34. (2) *Gubernatio rerum creatarum.* Cyrillus, postquam probasset, Filium Dei hoc universum condidisse, addit; *Regnat filius super ea, quæ ab illo facta sunt, non alienam rapinam sibi usurpans, sed suis opificiis dominans.* Et simili illustrat: *Quemadmodum*, inquiens, *si quis rex, regem habens filium, volens constituere civitatem, poneret exemplarem filio secum regnanti structuram civitatis, ille autem exemplum capiens ad finem perducat, quod animo concepit: ita Patre volente omnia extruere, Patris nutu filius omnia creavit, ut nutus quidem custodiat Patri authenticam potestatem, filius vero nihilominus habeat*

beat poteſtatem rerum à ſe factarum. Catech. XI. f. 102. Etiamſi igitur Filius à Patre habeat poteſtatem creandi, & gubernandi, ipſiſſimam tamen patris poteſtatem habet. Etiam Athanaſius ex eo, quod Filius Dei omnia condiderit, infert, quod *omnia ſive viſibilia, ſive inviſibilia contineat.* diſp. cum Ario t. 1. f. 117. Probat autem ex Scriteris, *quod filius vivificet, & excitet mortuos, ſicut pater ſuus*, de Synod. Arim. & Seleuc. t. 1. f. 924. Remittat etiam peccata, quibus velit, l. c. Cyrillus catech. X. f. m. 84. D. adducit everſionem Sodomorum, in qua *κύριος τῷ πατρὶ συνεργάζεται* & *dominus Patri ſuo cooperatus eſt.* Idem Catech. XI. f. m. 99. adductis Chriſti verbis Joh. X. ego & pater unum ſumus, *unum*, addit, *propter regnum*; *Non enim alijs regnat Pater, alijs filius; ſed quibus regnat pater his & filius regnat.* Paulo poſt, nempe f. 103. A. *Omnia*, addit, *fecit Chriſtus. Non quod Pater deſtituatur in creaturarum gubernatione, ſed quod regnare voluit filium in his, quæ ab illo facta ſunt, ipſe exhibens illi rerum creatarum adminiſtrationem.* Confer Euſeb. lib. IV. dem. Evang. c. 10. f. 164 B. & lib. 1. contr. Marcell. c. 13. f. 74. C. Ambroſ. lib. III. de fid. c. 6. ubi aſſerit & probat, quod Patris & Filij *unum ſit regnum.*

§. 35. Ex dictis elicere eſt, quod illa Chriſti gubernatio reſpiciat cum bonos, tum malos; *Bonos*, & eos quidem ſalvandos, *Nulla autem major virtus eſt, quam quæ devicta morte homini perdito reddit vitam*: juxta Hieron. comm. ad Rom. I. 16. Id vero præſtat fides in Chriſtum: Joh. XVII. 3. in quibus verbis, explicante Hilario, *debitus Patri à Filio honor redditur, cum dicit*: Te ſolum verum Deum, *non tamen ſe filius à Dei veritate ſecernit, cum adjungit*: Et quem miſiſti Jeſum Chriſtum. *Non habet intervallum confeſſio credentium, quia in utroq; ſpes vitæ eſt.* lib. III. de Trin. f. m. 27. Confer lib. IX. f. 127. Et ſacramenta à Chriſto inſtituta, ut eſt baptiſmus: *quia initiatio baptiſmi, non in nomine Creatoris & creaturæ, ſed in nomine Patris & Filij obtinet, neceſſum eſt, ut Dominus non dicatur creatura, ſed filius.* ait Athanaſ. ad Serap. t. 1. f. 173. confer Orat. III. adverſ. Arian. f. 411. C. Neque in novo ſolum Teſtamento, ſed etiam jam in veteri hominibus benefecit; id quod Jacobus intellexit, cum à ſuo colluctatore, qui Filius Dei erat, peteret benedici: *Adeſto nunc mecum fidei tuæ ſpiritu adverſus venenata infidelitatis ſibila, ſancte & beate Patriarcha Iacob: Et in lucta hominis invaleſcens, benedici te ab eo fortior deprecaro*: ſic loquitur

quitur Hilarius lib. V. de Trinit. f. m. 53. Et multa alia egregie in hunc sensum. Quorsum referri potest resuscitatio sui ipsius ex mortuis; *resurrexisse enim per se ex mortuis in vitam nisi natura Dei non potuit, & credit æ religionis fides hoc est professa, quod Deus est* : idem dicit lib. VII. f. m. 84. confer lib. X. f. 119. Phœbad. adv Arian. c. 38 Ambros. lib. III. de fid. c. 2. Nyssen. orat. Catech. c. 8. f. 63 t. 3. Hieron. quæst. VIII Hedib. t. IV. f. 65. C.

quam malorum

§. 36. *Malos*, & in his pessimum omnium Diabolum quem Christus debellavit: *Quis enim videns eius contra Dæmones virtutem, aut quis dæmones audiens confitentes sibi hunc Dominum esse, amplius dubitavit, num ille ipse sit filius Dei, aut sapientia, aut virtus?* interrogatio est Athanasij de incarn. t. 1. f. 72. A. B. Confer f. 100. Euseb. lib. III. dem. Evang. f. 131. A. Neque in N. T. solum adversus impios belligeratur, sed etiam olim in V. T. ijsdem succensuit, Exemplo sint Sodoma & Gomorrha: *à Domino enim Dominus pluit, & hunc justum judicem non negabit, qui pluit à Domino. Abraham enim dixit, pater gentium, non utiq; infidelium: Nullo modo facies hoc verbum, ut occidas justum cum impio, & erit justus tanquam impius. Hunc ergo Deum justum judicem necesse est & verum Deum esse.* argumentum est Hilarij, quod prolixius deducit lib. V. de Trinit. f. m. 52.

§. 37. *Vtroſq;*. Nam omnes alimentis sustentat, estque eo nomine rogandus:

utrorumq;

Huc nitido, precor, intuitu
Flecte salutiferam faciem,
fronte serenus, & inradia,
Nominis ut sub honore tui
Has epulas liceat capere.
Te sine dulce nihil, Domine,
nec juvat ore quid appetere,
pocula ni prius atq; cibos,
Christe, tuus favor imbuerit,
Omnia sanctificante fide.

Versus sunt Prudentij καθημ: hymn. III. v. 5. seqq. Redemptio etiam omnes homines attinet, & beneficium Christi est, quandoquidem homo tanto operi impar fuisset: *Qui enim, si ille creatura fuisset, per Creaturam creatori coaptari & censeri potuisset? Aut quod subsidium à similibus*

milibus ad ſimilia perveniſſet, cum & illa æque ſubſidij egeſtate laboraſſent? Quomodo porro, ſi creatura fuiſſet verbum, ſententiam Dei abrogare potuiſſet, aut dimittere peccatum? Cum ſit ſcriptum apud Prophetas, id Dei eſſe opus: Quis enim Deus ſicut Tu, auferens peccata, & ſuperans iniquitates? *Lata enim ſententia à Deo fuerat*: Terra es, & in terram reverteris; *Homines vero mortales facti erant; quî potuit fieri igitur, ut à rebus creatis peccatum ſolveretur? Liberavit ergo eos Dominus, ut ipſe ſuis verbis profeſſus eſt*: Niſi vos filius liberaverit, *eoque, quia liberavit, certum indubitatumq; reddidit, Filium qui liberaverit* ἓν ἔκ τῶν κτίσματα, *non eſſe creaturam, aut quippiam aliud ex rebus conditis, ſed proprium verbum & imaginem ſubſtantiæ Patris, qui ab initio hanc ſententiam tulerat, quiq; ſolus peccata remittit*. ita egregie Athanaſius orat. III. adverſ. Arian. f. m. 438. Ultimum judicium: *Timete igitur judicem, & credite Salomoni. Si enim omne, quod factum eſt, adducet Deus in judicium, & Filius non eſt ex numero eorum qui judicandi ſunt, ſed potius omnium rerum creatarum judex, qui, quæſo, non clarius ſole patuerit, Filium rem factitiam non eſſe, ſed Patris verbum, in quo omnia fiunt & judicantur.* Ejusdem argumentum eſt f. 376. ex Eccleſ. XII. 14. Joh. V. 22.

§. 38. Huc ſpectant *miracula* à Chriſto perpetrata: quæ deſcribere poſſis ex verbis Hilarii: *Res cernitur, & neſcitur: Fit, & non intelligitur: ratio non apprehenditur, ingeritur effectus*, quale fuit multiplicatio panum, adverſ. Conſtant. f. m. 206. reſtitutio cœci Joh. IX. de quo miraculo prolixam homiliam ſcripſit Athanaſ. t. II. opp. f. m. 679. Expulſio inſtitorum è templo Hieroſolymitano, quod miraculum omnium maximum cenſet Hieronymus ad Matth. XXI. commentans: *plerique arbitrantur, maximum eſſe ſignorum, quod Lazarus ſuſcitatus eſt, quod cæcus ex utero lumen accepit, quod ad Iordanem vox audita ſit Patris, quod transfiguratus in monte gloriam oſtenderit triumphantis; Mihi inter omnia ſigna quæ fecit hoc videtur mirabilius eſſe, quod unus homo, & illo tempore contemptibilis, & in tantum vilis, ut poſtea crucifigeretur, Scribis & Phariſæis contra ſe ſævientibus, & videntibus lucra ſua deſtrui, potuerit ad unius flagelli verbera tantam ejicere multitudinem, menſaſq; ſubvertere, & cathedras confringere, & alia facere, quæ infinitus non feciſſet exercitus. Igneum enim quiddam ac ſidereum radiabat ex oculis ejus, & divinitatis majeſtas lucebat in facie.* quo ſpectant miracula.

Hæc & similia miracula Deitatis igitur argumenta erant; *signa, quæ ab eo sunt edita, argumento sunt θεὸν εἶναι τὸν ἐν σώματι Deum in corpore fuisse, illumq; ipsum esse vitam & Dominum mortis*: ait Athanas. orat. III. adv. Arian. f.m. 387. A. Et contr. greg. Sabel. f.m. 662. D. *τὰ ἔργα τῇ θεότητι μαρτυρεῖ μετ' ἐξουσίας ἰσχυρὰς πραττόμενα, ipsa opera Deitati testimonium perhibent, ut quæ perpetrata sint divinis prorsus & cælestibus viribus.* Confer de incarn. f. 68. 71. 103. Suffragatur Hilarius, *volens* (ita loquitur) *Filium hujus suæ nativitatis* (ab æterno factæ, adeoque Deitatis) *fidem facere, factorum suorum nobis posuit exempla, ut per inenarrabilium gestorum suorum efficientiam, de virtute nativitatis inenarrabilis doceremur.* ad Constant. f. m. 206. Atque hæc miracula perpetravit sive immediate, sive mediate per Apostolos θαυματύργους, ita tamen ut utrobique Deus ostenderetur. vid. Euseb. dem. Evang. lib. III. f. 135. A. B. vel ante mortem, vel in morte, sole miraculosè deficiente. vid. Cyril. Cat. IV. f. 27. C. Et post mortem. vid. Athanas. orat. de cruc. t. 1. f. 1036. C. quale est conversio gentium infidelium. Euseb. lib. IX. dem. Evangel. f.m. 447. C. seqq: Athan. orat. adv. gent. f. 2. t. 1.

Removentur exceptiones.

§. 39. Nec obstat. (1) Magia, quam nonnulli per summam *ἀσέβειαν impietatem*, judicio Athanasij, in illud: quicunque dixerit t. 1. f. 995. D. tribuebant Christo, tanquam ope dæmonis miracula perpetrasset. (2) Apollonii Thyanæi miracula, præstigiæ verius. Nam 1. nefarium magiæ scelus in Christo non permittunt sanctissima ipsius præcepta, mores, virtutes, discipuli, opera, uti prolixè ostendit Eusebius lib. III. dem. Evang. f.m. 109. 2. Apollonii Thyanæi præstigias detexit Eusebius idem peculiari adversus Hieroclem libro. Eusebii verba sunt: *Si igitur talis fuit, qualem ostendimus, qui tandem alia ratione miracula edidisse credi potest, ἢ θεία καὶ ἀπορρήτῳ δυνάμει καὶ τῇ ἀνωτάτω περὶ τὸν ὅλων θεὸν εὐσεβείᾳ nisi divina quadam nobuq; ignota virtute, supremáq; erga Deum universi pietate.* f. 127. dem. Evang.

(6) Ex cultu divino.

§. 40. (6) *Ex cultu divino*, quem Angeli & homines Christo religiose præstiterunt, & præstant. Maxima Athanasii est: *Θεῷ δεῖ μόνῳ τὸ προσκυνεῖσθαι Solius Numinis est adorari; Neq; id ab Angelis ignoratur, qui quanquam se invicem gloria transcendunt, creaturas tamen se esse, neq; in classibus adorandorum, sed adorantium Domi-*

num

num agnoſcunt ſe computari debere. Athanaſ. orat. III. adv. Arian. t. 1. f. 394. Adorari autem eum ab Angelis probare ſatagit ex Pſ. XCVII. 9. ab hominibus, ex Jeſ. XLV. 23. Joh. XX. 28. &c. Repetit orat. IV. f. 458. D. & de hum. nat. f. 602. conferens loca ſcripturæ cum Jeſ. VI. ubi Cherubim & Seraphim clamant, ſanctus, ſanctus, ſanctus: à quibus Eccleſia ſuos hymnos mutuata eſt, in honorem etiam Chriſti decantandos. Hilarius in eodem argumento verſatur lib. V. de Trin. f. 51: *Ad Abraham*, inquiens, *homo loquutus eſt, ſed Abraham Deum adoravit.* Et f. 52. *Per eam fidem juſtificatus & conſtitutus eſt Abraham pater gentium, per quam Deum cui crediderat adoravit. Adoravit etenim beatus ille & fidelis Patriarcha Deum, & accipe quam Deum verum, cui, ut & de ſe ait, non impoſſibile eſt omne verbum.* Loquitur utrinque de Filio Dei, jam in V. T. adorato. Alibi fundamentum hujus honoris ponit: *Quia Deo Patri*, inquiens, *in eo, quod ex Deo Deus eſt natus, æqualis eſt, eſt etiam æqualis in honore, filius enim eſt, non creatura.* lib. XII. de Trinit. f. m. 183. Confer lib. VII. f. 88. IX. 121. & 123. adv. Conſtant. f. 203. Eadem momentum urget etiam Baſilius lib. V. adverſ. Eunom. f. m. 134. C. dum Filium Dei dicit eſſe *æqualis honoris, æqualis gloriæ, ejusdem ſedu, conſiliarium, cooperatorem,* ὁμούσιον τῷ πατρὶ καὶ θεῷ *conſubſtantialem Patri & Deo, non diverſæ ſubſtantiæ, nec alienum ab ejus ſola Deitate:* εἰ δὲ μή γε ἀλλότριος προσκυνητός. *Nam ſi ita non eſt, nec adorandus eſt.* Idem provocat ad factum Magorum, qui puerum recens natum adorarint. orat. XXV. de nativ. f. m. 591. C. & aliorum, nempe Mariæ Virginis, Eliſabethæ, Annæ, Simeonis, ἐν μικρῷ βρέφει τὸν μέγαν (θεὸν) προσκυνοῦντες, *in parvo infante magnum Deum adorantium.* Marcellinus in colloquio cum Urbano laudat munera Magorum, quæ tanquam Deo obtulerint. vide Acta Concil. Sinueſ. t. 1. concil. f. m. 606. Ambroſius argumenti loco adducit creationem, *jure adorandus*, inquiens, *atq; venerandus eſt Dei filius, qui mundum divinitate ſua condidit, & noſtrum pietate ſua informavit affectum.* lib. I. de fid. c. 2. Idem lib. II. c. 4. de *Domino majeſtatis Dei filio* tractat; Et lib. III. c. 7. docet, quod *una ſit majeſtas, & una gloria* Patris & Filii. Qui plura deſiderat adeat Athan. orat. III. adverſ. Arian. f. m. 410. epiſt. ad Serap. f. 170 Cyril. Cat. X. f. 86. XI. f. 100. B. Epiph. Hæreſ. LXIX. f. 366. LXXVI. f. 445.

Theophil. Alex. epiſt. II. paſch. Gregor. Bætic. ſeu Fauſt. c. 3. adv Arian. Euſeb. lib. I. adv. Mar. c. 10. f. 69. B. Sibi ipſi licet contrarium, dum c. 11 contendit patrem ſolum eſſe verum Deum; Similia habet lib. 2. de Eccleſ. Theol. c. 7. f. 111. C. Certe ad abſtrudum Arianos deducit Phœbadius, negantes, Chriſtum eſſe verum Deum, & tamen ipſum religioſe adorantes. c. 21. 22. adv. Arian. & Amphilochius Theodoſium, Arianis æquiorem, argutè corripuit, dum honorem patri quidem ipſi exhibuit, Filio Principi non item. Ex recentioribus confer Forbeſ. inſtruct. hiſt. lib. VII. c. 3. f. 320.

diluitur exceptio:

§. 41. Et ne quis excipiat, honorem hunc Chriſto exhibitum gradu, & tempore inferiorem eſſe divino, Athanaſius docet, Filium cum Patre glorificari: *Non enim factura cum factore, neq; ſervus cum* Domino *συνδοξάζεσθαι conglorificari debet.* contr. hypocr. Melet. t. 1. f. 574. A. Gloria, qua Chriſtus affectus eſt, eſt gloria antemundana, adeoque divina, id quod ex Joh. XVII. probat idem Athanaſius adverſ. greg. Sabel. f. m. 618. C. nempe verbis Chriſti: Glorifica me, Pater, gloria illa, quam habui antequam mundus exiſteret, apud Te. *Quibus verbis gloriam quidem ſecundum hominem poſtulabat, cum tamen teſtaretur, ſe gloriam ſecundum Deum ante mundum habuiſſe. Habuit autem gloriam cum eſſet & exiſteret: Non enim qui non erat glorificari poterat.* Sic Athanaſius.

(7.) Ex auctoritate ſeu ſuffragio, vel Eccleſiæ veteris;

§. 42. (7.) *Ab auctoritate & ſuffragio* Eccleſiæ veteris, & recentioris. *Veteris*, ad quam provocat Euſebius lib. I. adv. Marcel. Ancyr. c. 4. ut enim probet, Chriſtum eſſe Filium Dei ἀληθῶς ζῶντα καὶ ὑφεστῶτα *vere viventem & ſubſiſtentem*, laudat antiquitatis ſuffragium: *Ego*, inquiens, *ſcriptionibus Eccleſiaſticis quamplurimis perlectis, ab Origene antiquioribus olim elaboratis, & epiſtolis diverſis Synodorum & Epiſcoporum nomine ſcriptis, in illis ſingulis εἷς καὶ αὐτὸς ὁ τῆς πίστως χαρακτὴρ unum & eundē illum fidei characterem deprehendi.* Baſilius mox ab initio lib. I. adverſ. Eunom. laudat ἀδόσιν τῶν Ἀποστόλων *traditionem Apoſtolorum.* Eundem interrogat f. 5. *Quid tu narras*, inquiens, μὴ νείμομεν τὸ πλέον τοῖς παλαιοῖς, *non dabimus plus antiquitati? τὸ πλῆθος τῶν τε νῦν ὄντων χριστιανῶν non reverebimur Chriſtianorum multitudinem, tum eorum, qui ſunt, quam eorum qui fuerunt, ex quo Evangelium prædicatum eſt?* Euſebius lib. III. dem. Evan-

Evangel. f. 124. A. producit etiam Judæi teſtimonium, nempe Joſephi, ex lib. XVIII. antiqq. referentis: *Exiſtit per idem tempus Ieſus ſapiens vir, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, ſi modo virum eum dicere oportet.* Conſtantinus M. in orat. ad ſanct. cœt c. 18. uſque ad oracula Sibyllina, Erythrææ præcipuè, progreditur. Imo ad dæmones uſque prolabitur Athanaſius orat. adv. Arian. t. 2. f. 23. *Saltem*, dicens, *à dæmonibus ſui ſimilibus idipſum* (Chriſti Deitatem) *diſcere* (χρισομάχοι) *debebant*, ſcilicet dicentibus: *Tu es ſanctus Dei, & Filius Dei.* De recentiore, & hujus quidem ſeculi, Eccleſia non eſt, quod dicamus, cum notum ſit, fidem ſeu articulum de Chriſti Deitate fuiſſe καθολικῆς ἐκκλησίας πίστιν· παντα χοῦ κηρυττομένην *Catholicæ Eccleſiæ fidem ubiq; prædicatam, & γινωσκομένην & agnitam*, teſtimonio Athanaſij ad Jovian. t. 1. f. 246. Gregorius Nyſſenus *rationem* quoque fatigat, ut probet, in Deo λόγον ὑποστατικόν & Deum eſſe, orat. Catech. c. 1. t. 3. quod nos ſuo loco relinquimus.

§. 43. Contrariæ ſententiæ ſunt 1. *Iudæorum*, qui nativitatem Filii ex Deo Patre, atque adeo ipſam illius Deitatem pernegant: *Si quis Iudæum interrogaverit: An* (Deus) *filium habeat? non confitebitur.* refert Euſeb. lib. I. adv. Marcel. c. 1. Quibus accenſendi ſunt (2) *Hæretici* illi, οἱ μὴ ὑφιστάναι τὸν υἱὸν τῷ θεῷ ὁμολογοῦντες, *qui filium Dei non fatentur ſubſtitiſſe*: quos notat idem lib. 1. de Eccleſ. Theol. c. 4. Et indignos cenſet qui Chriſtiani dicantur, imo in Atheorum numerum refert, ut Marcellum cum ſuo Sabellio. *Enimvero*, inquiens, *Sabellium, cum hæc* (Filii Dei abnegationem) *tueretur, tanquam ἄθεα & ἀνοσιβῆ τολμῶντα atheum & impia audentem Eccleſia Dei procul amandavit.* Eadem habet c. 17. f. 80. B. C. Nec meliores erant Ariani, ſtatuentes, Filium ἐξ οὐκ ὄντων. *Ex non-entibus factum* eſſe; vide Hilar. lib. II. de Trin. f. 14. Nam & hos Atheis accenſet Athanaſius, in Arium invectus, *qui deprehendatur παντα χόθεν ἄθεος, ἀριθμῶν & τὸν υἱὸν, & τοῖς ποιήμασιν αὐτὸν συναριθμῶν undecunq; atheus, negans Filium, & creaturis eundem annumerans.* orat. II. adverſ. Arian. t. 1. f. 810. Et indignos judicat Chriſtianorum nomine: f. 313. A. repetit orat. IV. f. 468. D. & idololatris aſſociat, *cum Ariani ejuſmodi ſententiæ* (Filium eſſe creaturam, & tamen adorandum) *ſint, vitari omnino non poteſt, quin plura numina conſocient.*

Antitheſis (1) Iudæorum. (2) Hæreticorum.

Et

Et imò deteriores eos Nazian. judicat ipso Diabolo; *Divinitati fidem abrogas?* interrogans, *hoc ne dæmones quidem ipsi fecerunt*. orat. XLII. in Pasch. f.m. 704. omnium est ὀλέθρου & ἄρνησις *negatio* (Deitatis Christi) *perniciosa* saluti ipsorum, judicio Athanasij contr. gregal. Sabel. t.1. f.651.

Definitio Filii.

§. 44. Ex dictis definitio qualiscunque, seu descriptio Filii Dei potest concinnari, quod sit secunda Trinitatis persona, à Patre ab æterno ratione ineffabili genita, ejusdem cum ipso essentiæ, attributorum & operationum essentialium earundem. Plures aliæ, etsi sensu congruæ, occurrunt apud Patres hujus seculi. Athanasio describente, est γέννημα τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, *genimen substantiæ Patris*. orat. II. adv. Arian. f.m. 346. ἴδιον τοῦ πατρὸς γέννημα *proprium Patris genimen*. orat. IV. f.513. τῆς οὐσίας τοῦ πατρικοῦ ἴδιον ἀπαύγασμα καὶ χαρακτήρ, *essentiæ Patris proprius splendor & character*. f.516.B. φύσει ἴδιον τῆς οὐσίας γέννημα, *natura proprium essentiæ genimen*. f.514. σοφία, ἡ δύναμις, ἰδία ὑπάρχουσα αὐτῆς: *Sapientia, potentia* seu virtus *ipsius* (*essentiæ*) *propria* καὶ ἐξ αὐτῆς ἀχώριστον, *& ab ipso inseparabilis*. orat. V. f.m.520. Ambrosius *definitionem Patrum de fide* proponit hanc: *Deus ex Deo, lumen de lumine, verus Deus de Deo vero, ex Patre natus, non factus, unius substantiæ cum Patre* lib. I. de fid. c.8. Basilius homil. de fid. XV. t.1. f.499.D. ita definit: *Filius ex patre genitus, verbum vivens, Deus existens, & apud Deum existens; existens*, ἀπροσγενήτως, *non accessorius; ante omnia secula, non postea acquisitus; Filius, non possessio; opifex, non opificium: creator, non creatura*. Epiphanius aliquanto prolixius describit eundem, *ipsum* vocans *sanctum verbum, vivens in substantia, regem cœlestem, filium genuinum, qui semper est cum Patre, qui ex Patre prodiit, splendorem gloriæ, characterem substantiæ, imaginem Patris in veritate, ejusdem throni cum eo qui ipsum produxit, cujus regni non erit finis; judicem vivorum & mortuorum* &c. Anchor. f.m.444. Brevius Marius Victor. *Filius actio Dei est*. lib.1. adv. Arianos.

III. De Spiritu Sancto. ut tertia persona.

§. 45. Sequitur articulus de *Spiritu Sancto*, tanquam tertia Trinitatis persona. *Secundum Patrem & Filium* ἐν τρίτῃ τάξει τὸ ἅγιον πνεῦμα *tertium ordine Spiritum Sanctum Hebræa oracula constituunt, sanctamq; ac beatam Trinitatem eo se modo habere pronunciant,* ὡς ἂν τῆς τρίτης δυνάμεως *ut abs virtute hac tertia, quidquid genitæ*

natura

Digitized by Google

naturæ eſt ſuperari, eandemq; cum ſpiritalium, quæ per filium extitere, naturarum principem, tum à primo principio τρίτην tertiam eſſe velint, ait Euſebius lib. XI. de præp. Evangel. c. 20. f. m. 541. B. Et illuſtrat ex Platone, qui alicubi *τρίτον ἄιτιον tertium principium* laudavit. Similiter etiam Baſilius lib III. adverſ. Eunom. f. m. 79. A. Eunomio concedit, ſpiritum ſanctum *τάξει* tertium à patre, & ſecundum à Filio eſſe: Epiphanius *τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ tertium appellatione* appellat hæreſ. LXII. Et *φῶς τρίτον lumen tertium*, hæreſ. LXXIV. & *tertiam hypoſtaſin à Patre*. in Ancorato. Gregorius Nyſſenus lib. I. adv. Eunom. ſcribit, *ἐν μόνῃ τῇ τάξει τὴν διαφορὰν ἔχειν in ſolo ordine* (Spiritum S. à patre & Filio) *differre*: nempe tertio.

§. 46. Eſt *articulus fidei*, ex confeſſione Patrum hujus ſeculi. Alexander Epiſcopus Alex. in literis Encyclicis, *præter piam*, ait, *hanc de Patre & Filio ſententiam, unum, ſicut divinæ literæ nos docent, πνεῦμα ἅγιον ὁμολογοῦμεν, ſpiritum ſanctum confitemur*. Theodor. lib. I. hiſt. c. 3. f. m. 532. D. Athanaſius in diſp. cum Ario, *credo*, ait, *in ſpiritum ſanctum*, t. I. f 113. D. Idem in Symbolo ad fidem Catholicam confitendam refert etiam de Spiritu Sancto articulum, *aliæ eſt* enim, inquiens, *perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti*; Et *qui vult ſalvus eſſe, ita de Trinitate*, adeoque & de Spiritu Sancto, *ſentiat*. Cyrillus ſuum Catechumenum hortatur: *πίστευε καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχε περὶ αὐτοῦ δόξαν, ἣν παρέλαβες ἔχειν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ*: *Crede & in ſpiritum ſanctum, de eoq; idem ſentito, quod de Patre & Filio accepiſti*. Catech. IV. f. m. 29. C. & f. 30. A. *Hoc Symbolum ſemper in mente tua impreſſum habeto*. Quo fine ille, Catech. XVII. f. m. 191. verba Symboli *τῶν περὶ ἁγίου πνεύματος de Spiritu Sancto* ex profeſſo explicuit, ut ſtaret promiſſis Catech. XVI. f. 177. B. *volumus*, inquiens, *deinceps aliqua dicere περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος de ſpiritu ſancto*. Appellatur & hæc tractatio *Theologia*, à Dionyſio Areop. de myſt. Theol. c. 3.

Eſt Fidei articulus.

§. 47. Dum autem fidei articulum diximus, duo diximus, 1. *myſterium* eſſe, quod ſub rationem non cadit, ſed fide ſolum apprehendendum eſt. Id quod fatetur Cyrillus, modo allegatus, dicens, *ἀδύνατον εἶναι, διηγήσασθαι τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ ἀκριβῶς impoſſibile eſſe ſubſtantiam vel perſonam ejus exacte enarrare*. f. 177. B. Neque *oratio hæc difficultate caret*, juxta Gregor. Naz. orat. VI.

ergo myſterium.

de Spir. Sanct. f. 172. Ut tutiſſimum ſit in S. literis acquieſcere. *Naturam* ergo *vel ſubſiſtentiam ſpiritus ne curioſe ſcruteris; ſi enim ea deſcripta eſſet, diceremus, ἃ γέγραπται μὴ τολμήσωμεν, quod ſcriptum non eſt dicere non audeamus*: monitum eſt ejusdem Cyrilli Catech. XVI. f. 188. A. qui f. 176. A. præmiſerat: *Dicemus nos de ſpiritu ſancto ea tantum τὰ γεγραμμένα quæ ſcripta ſunt; εἰ δέ τι μὴ γέγραπται, μὴ πολυπραγμονῶμεν ſi quid autem ſcriptum non eſt non ſcrutabimur curioſe*; Hoc minus, quod *ipſe ſpiritus ſanctus eloquutus eſt ſcripturas: ipſe etiam de ſeipſo dixit, quantum voluit, aut quatenus ſuimus capaces. Dicantur ergo quæcunq; dixit, ὅσα γὰρ οὐκ εἶπεν, ἡμεῖς οὐ τολμῶμεν, quæcunq; enim ipſe non dixit, nos* (dicere) *non audeamus.* Et ſubjunxerat Catech. XVII. f. 192. A. *Ingenue fatemur*, inquiens, *nos* (in articulo de Spir. Sancto) *non humanis ratiocinationibus uſuros, verum ea tantum, quæ ſunt in ſacris ſcripturis, commemoraturos.* juxta 1. Cor. II. 4. Athanaſius poſtquam expoſuiſſet Spiritus S. Deitatem & perſonalitatem, concludit, ἀρκεῖ ταῦτα τοῖς πιστοῖς, μέχρι τούτων ἐν ἀνθρώποις ἡ γνῶσις φθάνει: *Hæc ſufficiunt fidelibus, & hactenus ejus rei cognitio ad homines pervenit*; revelante ſcilicet ſcriptura; *Huc uſq; cum deventum eſt Cherubim obvelat faciem ejus*, ad Serap. de Spir. ſanct. t. 1. f. 191. B. C. Notat paulo poſt hæreticos, qui Spiritum Sanctum *creaturis aſſociabant, nec τὸ γεγραμμένον ὀπτανώσχειν ſcripturam agnoſcere volebant*. f. 192. A.

in SS. literis fundatum.

§. 48. Sequitur hinc, quod articulus de Spiritu ſancto *in S. literis fundamentum* habeat, & inde doceri, probari, & vindicari poſſit: *Hæc dicere quis poſſit, qui citra ſcripturam agere cauſſam hanc* (ſpiritus ſancti) *inſtituerit? Iam vero aderit etiam tibi teſtimoniorum examen, per quæ demonſtrabitur hominibus non nimium ſiniſtris, nec alienis à ſpiritu, dignitatem ſpiritus ſacrarum literarum auctoritate valde munitam eſſe.* verba ſunt Gregorij Naz. orat. VI. de ſanct. f. m. 199. B. Non ſolum autem in ſcripturis N. T. ſed etiam in V. T. Nam Nazianzenus l. cit. etiam in V. T. excurrit, & inde adducit nomina, affectiones, opera, ſpiritus ſancti, confert 175. ubi teſtimonijs ex V. T. etiam *perſpicuitatem* tribuit. Quod etiam Cyrillus Hieroſ. facit, Cat. XVI. f. 188. ſeqq. dum memorat, quomodo ſpiritus ſanctus deſcenderit ſuper LXXII. viros à Moſe electos, ſuper Joſuam, Moſe manus ipſi imponente: *cernis*, ait, *ubiq; typum, & in V. & in N. T. eundem. Tem-*

pore

Digitized by Google

pore Moſis per manus impoſitionem dabatur ſpiritus: In te quoq; baptizatum perventura eſt gratia illius: f. 189. A. ſuper omnes juſtos alios, Patriarchas, Iudices, Reges, prophetas: *ſi quis*, idem ait, *omnes duodecim Prophetarum libros proſequatur, quamplurima de ſpiritu ſancto inveniet teſtimonia.* D Speciminis ergo quædam de ſpiritu ſancto ſubjungit ex Michæa, Haggai, Zacharia. Ante ipſum Didymus lib. II. de ſpir. sanct. f. m. 100. *proponimus*, ait, *prophetæ capitulum, quædam de ſpiritu ſancto continens, ut non ſolum de novo, verum etiam de V. T. ſuper eius fide intellectuq; doceamur, Nam & ſuperius prolocuti ſumus, in omnibus ſanctu, tam his, qui poſt adventum Domini noſtri fuerunt, quam etiam retro, in Patriarchis videlicet & Prophetis, ſpiritus ſancti gratiam fuiſſe verſatam, & eos diverſis chariſmatibus virtutibuſq; compleſſe*; confer lib. I. f. m. 191. B. Ex profeſſo Baſilius hâc de re agit lib. V adverſ. Eunom. *adverſus eos, qui dicunt, ſcriptum eſſe* (in S. literis V. T.) *de Patre ac Filio, περὶ δὲ τῦ πνεύματος ἐν τῷ βαπτίσματι μόνον, de ſpiritu vero ſancto ſolum in baptiſmate.* f. m. 135. quos ut confundat, adducit prophetarum de ſpiritu ſancto teſtimonia. confer. homil. XVII. de Baptiſ. f. 510. Tit. Boſtrenſ. lib. III. adv. Manich: f. 134.

§. 49. Sacris autem hiſce literis eo magis inhærendum, quo gravius eſt in hoc articulo errare: *magis ac magis oportet intendere, quæ ſcripturarum de eo (ſpiritu ſancto) relatio ſit, ne in aliquem ſaltem per ignorantiam blaſphemiæ error obrepat.* Monitum eſt Didymi Alex. ab initio lib. I. de Spir. ſanct. Atque hoc alterum eſt, quod diximus ſupra, nempe II. *neceſſitas* credendi. Quam idem Didymus in verbis paulo ante præcedentibus innuit, *omnibus quidem*, inquiens, *quæ divina ſunt, cum reverentia & vehementi cura oportet intendere, maximè ante his, quæ de Spiritus divinitate dicuntur.* Damaſus Epiſcopus Romanus anathematiſmis ſubijcit impingentes in hunc articulum: *ſi quis non dixerit*, inquiens, *adorandum ſpiritum ſanctum ab omni creatura, ſicut & Filium, ac Patrem, anathema ſit.* Et porro: *Si quis de Patre & Filio rectè ſentiat, de ſpiritu autem ſancto non rectè ſenſerit, anathema ſit; quia hæreticus eſt; Quia omnes Hæretici, qui de Filio Dei & de ſpiritu ſancto prave ſentiunt, in Iudæorum infidelitate verſari convincuntur.* Sic ille in confeſſ. fid. Cathol. apud Theodor. lib. V. Hiſtor. c. 11. f. m. 721. 722. confer Cyrill. Catech. XVI. f. m. 178. Gregor. Bætic. adv. Arian. c. 7. Parcius quidem ante motum à Pneumatomachis

quibus propterea inhærendū.

machis certamen actum eſt in Eccleſia de ſpiritu ſancto, ut in concilio Nicæno, ſed *non fuit tum de ſpiritu ſancto quæſtio*, juxta Epiphan. hæreſ. LXXIV. f. 486. ſicut fuit, Macedonio inſurgente.

Diluitur objectio.

§. 50. *Dicas*: Atqui ſpiritus ſancti natura eſt ἀνεξιχνίαστος *non inveſtigabilis*, ipſo Cyrillo fatente Catech. XVI. f m. 176. & ſufficit noſſe Patrem & Filium: *Loqui de eo* (ſpiritu ſancto) *non neceſſe eſt, quia de Patre & Filio auctoribus conſitendus eſt. Et quidem puto, an ſit? non eſſe tractandum*: juxta Hilarium lib. II. de Trin f. m. 21. Reſpondeo, non inveſtigabilis eſt comprehenſivè; de quo quæſtio non eſt; Et extra quidem ſcripturam; Intra hanc vero ſi manſeris, poteſt quadantenus inveſtigari, ſententia ipſius Cyrilli, quam produximus §. 56. & 57. Neque Hilarius obſtat, utpote qui verbis imediatè præcedentibus dixerat: *De ſpiritu ſancto nec tacere oportet, nec loqui neceſſe eſt: ſed fileri à nobis eorum cauſſa, qui neſciunt, non poteſt.* Et in ſubſequentibus rationem ſubjunxit, unde patet, quod notitiam eius etiam neceſſariam faciat: *Eſt enim*, inquiens, *quando quidem donatur, accipitur, obtinetur; Et qui confeſſioni Patris & Filij connexus eſt, non poteſt à confeſſione Patris & Filij ſeparari.* Ut vero ſalvificam notitiâ graviſſimi articuli feliciter acquiramus, apud ipſum quæramus: *Cum hanc habeamus intentionem, cum fide de natura ſancti ſpiritus quæramus, ab ipſo quem quærimus cognitionem petentes. Ipſe namq; eſt, qui quæritur,* ᾧ αὐτὸ τὸ παρέχον τὴν περὶ ἑαυτοῦ γνῶσιν: *& ille ipſe præbet ſui cognitionem*; dicit Baſilius lib. V. adverſ. Eunom. f. m. 139. B. Scripſerunt autem de hoc articulo Cyrillus Hieroſol. catech. XVI. & XVII. Didymus Alexandrinus libros III. Athanaſius ad Serapionem t. I. p. 166 ſeqq. Baſilius ad Amphilochium tom. II. f. m. 142. ſeqq. Gregorius Naz. orat. VI. XXXIV. XLIV. Bæticus. adverſ. Arian. c. 7. Ambroſius libros tres. f. 100. ſeq.

Onomatologia vocabuli Spiritus;

§. 51. Ut autem methodicè in graviſſimo hoc articulo progrediamur, obſervamus *I. Onomatologiam*, & in ea duo eminentiora vocabula: *ſpiritus ſanctus.* Vocabulum *ſpiritus*, à ſpirando, ſicut πνεῦμα, πνοὴ. Athan. epiſt. ad Serap. f. 12. apud Græcos à πνέειν, *ſpirare*, derivatur: atque ita ſpiritus eſt quaſi ſpiratus: non tamen *qui ab ore & labijs Patris & Filij loquendo formetur, vel effectum, aut in aerem diffundatur; ſed* ἐνυπόστατον *ſubſtantialis, ſeu ſubſiſtens, loquens ipſe, & operans, adminiſtrans, & ſanctificans: ſed per ſtabilem tamen & conſe-*

conſonam unius exiſtentis ſalutaris adminiſtrationis in nos, quæ ſit à Patre per Filium in ſpiritu ſancto. Explicante Cyrillo Catech. XVII. f. m. 194. B.C. confer Greg. Nyſſen. orat. Catech. c. 2. t. 3. f. m. 48. πολύσημον vocabulum eſt: *magna eſt diverſitas in SS literis in voce ſpiritus.* ait Athanaſius in epiſt. ad Serap. t. 1. f. 176. repetit f. 178. C. Breviter loquendo, accipitur vox vel realiter, vel eſſentialiter; ſeu abſolute, vel perſonaliter, ſeu relativè. Realiter, pro donis ſpiritus ſancti; vel creaturis, e.g. pro vento. Abſolutè & eſſentialiter, cum omnibus tribus perſonis ex æquo competit: *Dictionis huius & appellationis:* ſpiritus, *in ſacris ſcripturis eſt etiam cum alijs communicatio. Dicitur enim & de Patre.* (Joh. IV. 24.) *Et de Filio* (Thren. IV. 20.) *Et de ſpiritu ſancto* (Joh. XV. 26.) verba & allegata (non tamen omnia congrue) ſunt Cyrilli Catech. XVII. f. 208. confer Euſeb. lib. III. Eccleſ. Theol. c. 5. f. 173. Epiphan. hæreſ. LXXIV. f. 433. Perſonaliter & relativè, cum de tertia perſona accipitur, quatenus eſt ſpiritus ἐκ τοῦ ἀῤῥήτου δόγματος & ἀῤῥήτως ἐκπεσόντος *ex ineffabili ore ineffabiliter provocatus*, ut loquamur cum Baſilio homil. XVII. de baptiſ. t. 1. f. 511. D. Et de hac ſola, ἴδιόν ἐστι τοῦτο καὶ ἰδιάζουσα κλῆσις, *propria eſt illius* (ſpiritus ſancti) *& peculiaris appellatio*: idem aſſerit *ad* Amphiloch. c. 9. t. 2. f. m. 164. In quem ſenſum etiam Comm. ad Pſ. XXXIII. f. 203. A. t. 1. ſcripſerat: πνεῦμα τὸ ἅγιον ἰδίως τῆς θεότητος ἑαυτῆς τέτυχεν, *ſpiritus ſanctus proprie hanc appellationem nactus eſt*, quatenus nimirum procedit: *Nec enim* (ita integra verba ſonant) *hic ſpiritus vapor eſt in aëra diffuſus; ſed & verbum in principio conſiſtens apud Deum: Et ſpiritus ſanctus, qui hanc propriè ſortitus eſt appellationem. Vt igitur verbum opifex cœlum firmavit, ſic & ſpiritus ſanctus* ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὁ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, τέτυχεν, ὃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, *ex Deo, qui ex Patre procedit: hoc eſt, qui ex ore ipſius eſt, ne externum aliquid & creaturam eſſe ipſum iudices, ſed tanquam ex Deo ſubſiſtentem glorifices.* Hoc ſenſu Filius non eſt Spiritus: *Quemadmodum filius non eſt nominatus Spiritus, ſic nec de Filio ſcriptum eſt, quod ſit ſpiritus ſanctus*, ait Athanaſius epiſt. ad Serap. t. 2. f. 18. B. C. de voce perſonaliter accepta: repetit f. 19. B. *quare*, concludens, *non eſt idem nomen & huic & illi, ſed hic quidem filius, ille dicitur Spiritus.* Atque hoc ſenſu nec pater eſt Spiritus: *Pater* quidem *eſt quoq; Spiritus Sanctus* (eſſentialiter ſumptis vocabulis) *ſed non eſt ſpiritus Dei,*

ſcilicet à Deo ſpiratus, ſicut tertia perſona, recte diſputat orthodoxus adverſus Anomœum dial. 1. de Trin. t. 2. opp. Athan. f. m. 171. D. Conſer Hilar. lib. II. de Trinit. f. m. 21. ſeqq. Cyril. Hieroſ. Catech. XVI. f. 181. & 182.

§. 52. Hoc poſtremo ſenſu cum accipitur, habet nonnunquam *additam* vocem aliam, ut dicatur ſpiritus *Dei*, vel *Patris*, vel *Filij*, ad indigitandam originem; Quorſum facit vox προβλημα, qua Spiritus Sanctus appellatur, & προβολεύς, quem patrem appellat Greg. Naz. orat. V. (XXXV) à προβάλλειν *ejicere*, *emittere*, quod ſpiritus emittatur à Patre per ſpirationem. Adduntur etiam interdum voces *ſanctificationis*, *adoptionis*, *revelationis*, *promiſſionis*, & alia *hujusmodi nomina quamplurima*, officium nimirum, & beneficia ſpiritus ſancti denotantia, id quod allatis in medium ſcripturæ dictis oſtendit Cyril. Catech. XVII. f. m. 193. ſeqq: Conſer Athanaſ. ad Serap. t. 1. f. 178. C. qui & ipſe dictis ſcripturæ illuſtrat quamplurimis, quod ἐξαίρετον *excellenter* ſic ſpiritus dicatur, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης, *nec ſimpliciter, ſed cum additamento*. Ambroſ. lib. I. de Spir. Sanct. c. 4. ubi ex profeſſo tractat iſta epitheta, quibus dicitur *Spiritus Dei & Spiritus Chriſti, ipſe paracletus, ipſe ſpiritus veritatis, ipſe ſpiritus vitæ*. Epiphan. hæreſ. XLVIII. f. 196. Gregor. Bætic. c. 7. adverſ. Arian. Sunt qui etiam articulum notam ejus faciunt, ut Didymus Alex. lib. I. de Spirit. Sanct. f. m. 195. D. diſputans de ſenſu dicti: *Credens Spiritum* &c. quod non de notetur ſpiritus ſanctus; *Neq; enim fruſtra ſine articulo, qui in Græco ſermone ſingularitatis ſignificator eſt, nunc ſpiritus creatus dicitur: quoniam non eſt ſanctus; Cum pene ſemper Spiritus Sanctus cum articulo nominetur, ut in illo* (Rom. VIII. 16.) αὐτὸ τὸ πνεῦμα, i. e. *ipſe Spiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro*. &c. Sed hoc non eſſe perpetuum, oſtendit Athanaſius ad Serap. t. 1. f. 181. A. B.

& vocis ſanctus.

§. 53. Alterum vocabulum eſt: *Sanctus*. Quod de Spiritu Sancto acceptum, denotat ſanctitatem non participatam, qualis eſt hominum ſanctorum, ſed eſſentialem Spiritui Sancto, cujus vi ille alios ſanctos reddit: *Si quidem ipſe quoq; participatione alterius ſanctimoniæ ſanctus eſt, connumeretur cæteris creaturis. Si vero ſanctos facit capaces ſui, cum Patre ponatur & filio.* verba ſunt Didymi Alex. lib. 1. de Spir. Sanct. f. 192. Quibus ſubſcribit Gregorius Bæticus

Digitized by Google

Bæticus c 7. adv. Arian. f. m. 792. *Non enim*, inquiens, *ſic ſanctus eſt, ut cæteri, qui ad ſancti vocabulum fide, & Deo placita converſatione, atq; ipſius Sancti Spiritus ſignatione, venerunt; ſed ipſe naturaliter ſemper ſanctus eſt ita, ut alios ſanctificet, non tamen ut ipſe, quaſi ut qui ante non habuerit, extrinſecus acceperit ſanctitatem. Hoc nomen ſancti ita poſſidet Spiritus, ut poſſidet pater, & filius.* Imo & Patri & Filio quoad ſanctitatem quodammodo contradiſtinguitur, propter opus nimirum ſanctificationis, in quo potiſſimum Spiritus Sanctus ſeſe manifeſtat, de quo infra.

§. 54. Aliis quoque nominibus appellatur, e.g. *Paracletus.* Quæ vox, perinde ut Spiritus, vel eſſentialiter accipitur, ita ut omnibus tribus perſonis competat, vel perſonaliter, ut ſoli tertiæ: Utrumque proponit, & ex S. literis probat Athanaſius de comm. eſſent. t. 1 f. m. 220. B. Trinitatem aſſerens eſſe paracleticam, ſeu, ut ipſius verba ſonant: ἐπ' ἀτριὰς παρακλητὸς: *quod Trinitas conſoletur.* Significat ergò Paracletus *conſolatorem*: παράκλητος δὲ τὸ παρακαλεῖν, καὶ σώζειν λέγεται, ὡς θεὸς καὶ σωτήρ: *Paracletus enim à conſolando & ſalvando dicitur, ut Deus, & ſalvator.* Quod confirmat Cyrillus Catech. XVI. f. 185. C. Speciali autem ratione Spiritui Sancto competit, ita ut *ἰδίωμα proprium* ipſius vocetur ab Euſeb. lib. III. de Eccleſ. Theol. f. 173. D. nempe ratione officii, quod apud pios præſtat: *Vocatur paracletus propter conſolationem & auxilium infirmitatis noſtræ*; διὰ τὸ παρακαλεῖν, καὶ βοηθεῖν, καὶ συναντιλαμβάνεσθαι τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. ait Cyrillus l. c. & probat ex Rom. VIII. 26. Cujus gratia eundem paulo ante appellaverat *magnũ commilitonem & auxiliatorem noſtrum apud Deum, magnum Eccleſiæ doctorem, magnum protectorem noſtrum*: quæ aliqualis Paracleti deſcriptio eſt. Sicut & illa Rom. VIII. 26. quod *intercedat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, quod de ſpiritu ſancto intelligendum eſſe, docet Ambroſius epiſt. XXIII. Etiam Athanaſius paracletum & Spiritum Sanctum pro una eademque perſona habet, abſurdum putans *alterum ab altero diſtinguere, aliudq; dicere ſpiritum ſanctum eſſe, & aliud Paracletum, cum tamen unus idemq; Spiritus ſit, & qui tum, & qui nunc ſanctificat, & conſolatur eos qui ipſum recipiunt.* Orat. V. adverſ. Arian. t. 1. f. 542. B. C. Filius equidem etiam paracletus eſt, & dicitur, ſed ἱλαστικῶς *expiatoriè*, & per ſacerdotalem pro nobis præ-

Synonymia, ut Paracletus.

ſtitam

ſtitam interceſſionem: *Filium enim paracletum dixit etiam Iohannes.* nempe 1. Joh. II 1. ait Ambroſ. lib. 1. de ſpirit. ſanct. c. 15. Sed ſpiritus ſanctus παρακλητικῶς; Chriſtus enim *miſit ad diſcipulos ſuos ſpiritum veritatis Paracletum, qui παρακαλῇ.* i.e. *conſoletur, confortet, & adhortetur eos ad patienter ſufferendum in Evangelij annunciatione, propter quam erant exagitandi*: explicante Euſebio lib. III. Eccleſ. Theol. c. 5. f. m. 172. A. & ſuffragante Didymo lib. II. de ſpir. ſanct. f. 196. C. *Conſolatorem venientem ſpiritum ſanctum dicit, ab operatione ei nomen imponens; quia non ſolum conſolatur eos, quos ſe dignos repererit, & ab omni triſtitia & perturbatione reddit alienos: Verum incredibile quoddam gaudium & hilaritatem eis tribuit, in tantum, ut poſſit quis, Deo gratias referens, quod tali hoſpite dignus habeatur, dicere: dediſti lætitiam in corde meo, ſempiterna quippe lætitia in eorum corde verſatur, quorum ſpiritus ſanctus habitator eſt.* Alia phraſi vocatur καλὸν γέννημα καὶ θαυμαστὸν πρόοδον *& bonum productum, & admirabile procedens*, à Greg. Naz. orat. XIII. quandoquidem non ſit ἀγέννητος & ſicut *pater*, ſed γεννητὸς productus ſcilicet ſpiratione.

alia. §. 55. Dicitur alio nomine etiam ἐμφύσημα *inſpiraculum* ab Athanaſ. de hum. Chriſt. nat. f. 610. *Imago* Filij, juxta eundem ad Serap. t. 1. f. m. 199. B. χρῖσμα καὶ σφραγὶς *unctio & ſigillum*: Epiſt. ad Serap. t. 2. f. 11. D. *Digitus* Dei, de hum. nat. f. 610. Baſil. lib. V. adverſ. Eunom. f. 3. *Aqua & flumen*, à Cyrillo Hieroſ. Catech. XVI. f. 180. A.

Pragmatologia. §. 56. II. *Pragmatologiam*, & in hac (1) *definitiones*, ſeu deſcriptiones: Qualis eſt Cyrilli Catech. XVI. f. 176. B. Eſt *ſpiritus ſanctus maxima potentia, divinum quiddam & non inveſtigabile, Vivit enim, & rationalis eſt, ſanctificans per Chriſtum omnes, qui ſunt à Deo conſcripti. Hic illuminat animas juſtorum, Hic & in Prophetis, hic & in Apoſtolis novi Teſtamenti fuerat*, Et Catech. XVII. f. m. 198. C. *Paracletus de cœlis cuſtos, & ſanctificator Eccleſiæ, animarum gubernator, & fluctuantium ſervator.* Prudentio eſt *Deus ex utroq;* (Patre & Filio) *miſſus*, καθυμ. hymn. VI. v. 8. Mario Victorino lib. I. de Trin. eſt *Patris & Filij copula.* Nazianzeno eſt *emiſſum*, ſicut *genito*, & *genitori* contradiſtinguitur. Orat. IV. Theol. f. 101. Orat. XIII. vocat θαυμαστὸν πρόοδον *admirabilem proceſſum.* prolixius definit Baſilius ad Amphiloch. c. 9. Vapulant Hieracitæ, qui Melchiſedechum pro ſpiri-

(1) definitiones

ſpiritu ſancto habuerunt. Epiphan. hæreſ. LXVII. f. m. 343. aut in numerum creaturarum, imo accidentium, dum *efficacitatem* ſtatuebant, retulerunt, apud Greg. Nazianz. orat. VI.

§. 57. (2) *Deitatem*, tanquam Eſſentiam Spiritus Sancti. Hanc ei tribuunt Patres hujus ſeculi, & quidem ita, ut non ſolum nomine, ſed etiam revera; non ex gratia, ſed natura Deus ſit. *Nos non* (ſolum) *nomini (quid enim hoc magni eſſet?) ſed naturæ ipſi* (Spiritum ſanctum) *accenſemus.* ait orthodoxus dial. 1. adverſ. Macedon. t. 2. Athan. f. m. 266. confer f. 275. Hæc Eccleſiæ hujus ſeculi univerſæ fides fuit: ἡ ἐκκλησία πίστις, ὡς περὶ τοῦ υἱοῦ, οὕτως καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πιστεύει, ὅτι ἐστὶν ἄκτιστον, *Eccleſia ex æquo, ſicut de Filio, ita de ſpiritu quoq; ſancto credit, quod creatus non ſit.* i. e. Deus ſit: referente Gregorio Nyſſeno de fid. t. 3. f m. 41. B. Synodus Nicæna, etſi ex profeſſo de Spiritu ſancto non egerit, egit tamen tantum, quantum ad aſſerendam ejus Deitatem neceſſe erat. Id quod Athanaſius urget in epiſt. ad Afric. t. 1. f. 941. D. *Synodus illa*, Nicæna ſcilicet, inquiens, *blaſphematores ſpiritus ſancti, dicentesq;, eum creaturam eſſe, ſubvertit. Nam cum Patres ſtatuiſſent de fide in Filium, id ſtatim adjectum voluere,* πιστεύομεν καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα τελείαν καὶ πλήρη τὴν εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα πίστιν ὁμολογήσαντες τὴν χαρακτῆρα τῆς εἰς χριστὸν πίστεως, καὶ τὴν διδασκαλίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, ἐν αὐτῇ γνωρίσωσι. i. e. *Credimus & in ſpiritum ſanctum; ut perfectam & plenam de ſancta Trinitate fidem, confeſſionemq; abſolventes, formam ejus, qui in Chriſto eſt, fidei, & doctrinam Eccleſiæ Catholicæ exhiberent.* Synodus Alexandrina, auſpiciis Athanaſij & Euſebij Vercellenſis habita, eam ipſam doctrinam ſuam quoque fecit: ἔνθα καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα θεολογήσαντες, τῇ ὁμοουσίῳ τριάδι συναριθμήσαντο: *At ſancti quidem ſpiritus divinitatem illic aſſeruerunt, eum in conſubſtantiali Trinitate comprehendentes.* refert de Athanaſio & Euſebio Socrat. lib. III. hiſt. c. 7. Quod & Ruffinus retulit lib. 1. hiſt. c. 29. ſcribens: *etiam de ſpiritu ſancto plenior* (in concilio Alexandrino) *diſputatio fuit, ut ejusdem ſubſtantiæ ac Deitatis, cujus Pater & Filius, etiam Spiritus Sanctus crederetur*: Sic ejus verba ſonant. Plenius ea recenſet Sozomenus hiſt. lib. VI. c. 22. referens, quod Valentiniano Imperatore *rurſus mota fuerit quæſtio,* εἰ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα παρά τε καὶ υἱῷ ὁμοούσιον δοξάζειν προσῆκεν, *utrum ſpiritus ſanctus ejusdem cum Patre & Filio* ſub-

(2) Deitas, aſſeritur.

ſubſtantiæ cenſendus eſſet? Anomœanos, & Homœanos id negaſſe; Homouſianos vero id conſtanter affirmaſſe: *Quicunq; Filium Patri conſubſtantialem eſſe profitebantur, idem quoq; ſentiebant de ſpiritu.* Pergit ad individua, & addit: *Quam doctrinam in Syria quidem Apollinaris Laodicenus; in Ægypto autem Athanaſius Epiſcopus; In Cappadocia vero & in Eccleſiis Ponti, Baſilius & Gregorius* ἐκ ἀγενῶς τούτῳ λόγῳ συνίσαντο *acerrimè tutati ſunt.* Quam orthodoxam doctrinam plenior, utpote œcumenica, Synodus calculo ſuo comprobavit, ſicut verba Symboli, ſuperius recenſiti, clare oſtendunt; Imo & imperator Theodoſius *legem tulit, ut fides eorum, qui Nicææ olim convenerant, rata eſſet, utq; omnibus in locis Eccleſiæ ijs traderentur* τοῖς ἐν ἑκατὸν πρὸ ἐκείνων ἀθροισθεῖσιν ἰσοτίμων καὶ ἰσοδυνάμων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὁμολογοῦσι θεότητα πατρὸς, καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, *qui in trium perſonarum ſubſiſtentia, honore ac poteſtate æqualium, unam eandemq; Deitatem confiterentur, Patris, Filii, & Spiritus Sancti*: Sic idem Sozom. lib. VII. c. 9.

§. 58. His accedunt ſuffragia ſingulorum, & eminentiorum quidem, Doctorum; Liberii Romani, qui in literis ad Athanaſium ſpiritum ſanctum aſſerit ἀληθῶς ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ φύσιν θεόν *vere ſecundũ naturam Deum.* t. 1. opp. f. 243. Athanaſii, qui perinde ut iſte, Deitatem ſanctiſſimi ſpiritus docuit: *Idem* (quod Nicæni patres) *in aſſerenda ſpiritus ſancti divinitate ſuperno afflatu conſecutus eſt:* refert, & laudat Gregorius Nazianz. orat. XXXI. in laudem Athanaſij habita, f. m. 533. Allegavimus jam ante ejus ad Serapionem Epiſtolam de eo, quod ſpiritus ſanctus *non ſit creatura.* Hilarii, qui lib. 1. de Trin. f. 12. refert argumentum lib. XII, quod velit *ea quoq; quæ in confeſſione ſancti ſpiritus congrua ac religioſa eſſent, docere; ut jam confirmato longo anteriorum libellorum, diligentiq; tractatu, nihil de totius fidei abſolutione deeſſet, cum amotis vitioſarum prædicationum, etiam de opinione ſancti ſpiritus, irreligioſitatibus, illæſum atq; incontaminatum regenerantis Trinitatis ſacramentum, intra diffinitionem ſalutarem Apoſtolica atq; Evangelica auctoritas contineret; neq; jam per ſenſus humani ſententiam ſpiritum Dei inter creaturas quisquam auderet referre, quem ad immortalitatis pignus, & ad divinæ incorruptæq; naturæ conſortium ſumeremus.* Amphilochii, qui referente Hieronymo, peculiarem tractatum ſcripſit de Spiritu Sancto, *quod Deus ſit, &*

quod

Digitized by Google

quod adorandus, & quod omnipotens ſit. Catal. tit. Amphilochius. Ad eundem de eadem materia exſtat tractatus Baſilij Magni, & liber V. adverſus Eunomium totus; Cum quo conferatur, quæ habet epiſt. LXXIII f.m 872. B. Nyſſenus ſcripſit orationem, in qua unice id agit, quod ſpiritus ſanctus ſit Deus. t. III. opp. f. 6. Damaſus Epiſcopus Romanus ad Paulinum Epiſcopum literas miſit, quarum hoc eſt initium: *Quoniam poſt concilium Nicænum hic error emerſit, ut quidam ore profano dicere audeant,* τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον γεγενῆσθαι διὰ τοῦ υἱοῦ, *ſpiritum ſanctum per Filium factum eſſe, anathematizamus eos, qui non liberrimè prædicant,* σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τῆς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας τε καὶ ἐξουσίας ὑπάρχειν τὸ ἅγιον πνεῦμα: *ſpiritum ſanctum unius ejusdemq; cum patre & filio ſubſtantiæ ac poteſtatis exiſtere.* Sic ille in ὁμολογίᾳ τῆς καθολικῆς πίστεως, *in confeſſione Catholicæ fidei.* ap. Theodor. lib. V. hiſtor. cap. 11. f. m. 720. Confer citata ſupra.

§. 59. Ne vero videatur temere ſic credidiſſe & docuiſſe Eccleſia hujus ſeculi, opus erit, Deitatem ſpiritus ſancti invictis *argumentis probare.* Et quidem (r) in *genere*, ex omnibus illis locis, ex quibus Deitas Patris & Filij probatur. *Quæ communia ſunt Patri & Filio,* ταῦτα κοινὰ τῷ πνεύματι *eadem communia ſunt & ſpiritui. Nam quibus deſignatur in ſcriptura Pater & Filius Deus,* ἐν αὐτοῖς χαρακτηρίζεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, *eisdem ſignatur & ſpiritus ſanctus Deus, ex quibus colligitur* τῆς αὐτῆς θεότητος τὸ πνεῦμα τῷ πατρὶ, *ejusdem cum Patre Deitatis ſpiritum eſſe. Quoniam quæcunq; Patri ut Deo, non ut Patri, inſunt; Et quæcunq; Filio ut Deo, non ut filio inſunt;* ταῦτα μόνῳ θεότητι τῷ πνεύματι, *ea etiam ſoli ſpiritui inſunt, non autem creaturis; Sicut* ὀνόματα καὶ πράγματα *nomina & res creaturis incommunicabiles, ſoli Trinitati communes: Ex quo patet, conſubſtantialem eſſe Trinitatem.* Argumentum eſt Baſilii lib. V. de Spir. Sanct. adverſ. Eunom. t. 2. opp. f. 109. Confer epiſt. CXLI. f. m. 933. A. Gregorius Nyſſenus congrue iſtis diſputat de fid. t. 3. f. 41. C. *Sexcenta,* inquiens, *alia ſcripturarum loca licet invenire, quibus demonſtratur,* ὅτι πάντα τὰ ὑψηλὰ καὶ θεοπρεπῆ ὀνόματα, ὅσα τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ παρὰ τῆς γραφῆς ἁρμόζεται, ταῦτα καὶ περὶ τὸ ἅγιον θεωρεῖται πνεῦμα: *quod omnia ſublimia Deumq; decentia nomina, quæcumque Patri & Filio à ſcriptura accommodantur, ea circa ſpiritum quoque ſanctum*

Probatur 1. in genere.

ſanctum conſiderantur: Incorruptibilitas, & integritas, beatitudo, bonum, ſapiens, potens, juſtum, ſanctitas; omne deniq; pretioſum & honorabile nomen tam de ſpiritu ſancto, quam de Patre & Filio dicitur; πλὴν τούτων δὲ ὧν αἱ ὑποστάσεις πρανῶς τι ἢ ἀσυγχύτως ἀπ' ἀλλήλων διαχωρίζονται, *exceptis ijs, per quæ hypoſtaſes perſpicuè & abſq; confuſione ab invicem ſeparantur.* &c. Confer Gregor. Nazianz. orat. XXXV. ad CL. Epiſcopos, f.m. 562. ſeqq.

(2) In Specie. 1. Ex nominibus.

§. 60. (2) In *Specie*: Ex *nominibus* divinis, quæ Spiritui S. æquè ac Patri, & Filio competunt: *Quanam* enim *appellatione, quæ Deo tribuitur*, Spiritus ſcil. ſanctus, *caret?* interrogat Gregorius Naz: orat. VI. f. 220. C. nulla! *Vocatur Dei Spiritus, Chriſti Spiritus, mens Chriſti, Spiritus Domini, ipſe Dominus, ſpiritus adoptionis, veritatis, libertatis, ſpiritus ſapientiæ, & prudentiæ, conſilij, roboris, cognitionis, pietatis, timoris Dei, quippe qui hæc omnia efficiat, bonus, & rectus Dei digitus,* &c. Sic ille recenſet perſonalia, & eſſentialia quædam Spiritus Sancti nomina, l. cit. & ſeqq: Ambroſius docet, unum eſſe *nomen* trium Deitatis perſonarum, & inde concludit, etiam Spiritum Sanctum eſſe *Dominum* & *virtutem*, quandoquidem commune ſit ipſi cum Patre & Filio nomen. lib. 1. de Spir. Sanct. c. 14. lib. II. c. 1. lib. III. c. 15. & 22. Neque hoc ſolum *aſſerunt* hujus ſeculi patres, ſed & *probant* ex locis V. T. & N. T. Ex V. T. frequenter allegant hymnum Seraphicum Eſai. VI. v. 3. collatum cum Act. XXVIII. 26. Allegat eum Athanaſius in illud: omnia mihi tradit. t. 1. f. m. 154. & 155. Epiphanius in Anchorato; Ambroſius lib. II. de fid. c. 4. ut probent inde ſicut Trinitatem, ita etiam Spiritus Sancti Deitatem, eamque ex nomine Deus Zebaoth. Idem Athanaſius de hum. nat. t. 1. f. 604. C. confert invicem Jeſ. I. 3. verba *Dei: filios educavi;* cum verbis Chriſti Joh. III. 6. *quidquid ex ſpiritu* (ſcilicet ſancto) *natum eſt, ſpiritus eſt*: Et Joh. I. 13. *ex Deo nati ſunt*: Hinc perſpicuè patet, Spiritum Sanctum Deum vocari. Didymus Alex. lib. III. de Spir. Sanct. f. 201. urget Jeſ. LI. 21. XLIV. 3. ut probet *Dominum eſſe Spiritum Sanctum*, utpote auctorem ſapientiæ & ſcientiæ divinæ. In N. T. Athanaſius, vel quisquis auctor eſt, dial. 1. cum Maced. t. 2. f. m. 263. confert invicem Joh. VI. 45. & Matth. X. 19. 20. ut probet, Spiritum Sanctum Deum appellari, & eſſe, quandoquidem ex *Deo* edudiendi dicantur fideles, id vero faciat Spiritus Sanctus diſcipu-

lis

lis dandus. Frequentiſſime provocant ad Act. V. 4. quippe ubi diſerte Deus, & non homo, dicatur Spiritus Sanctus. juxta Didymum Alex. lib. I. de Spirit. Sanct. f.m. 195. Et lib. II. f. 197. Athanaſ. de nat. hum. f. 604. 605. t. 1. Naz. orat. VI. f. 206. C. Ambroſ. lib. III. de Spir. Sanct. c. 10. *primum intelligimus*, ait, *quia Spiritum Sanctum Spiritum Domini dixit. Deinde cum præmiſerit ſpiritum, & addiderit*: Non es hominibus mentitus, ſed Deo, *neceſſe eſt in Spiritu Sancto ut unitatem divinitatis eſſe intelligas: quoniam cum ſpiritus tentatur, Deus tentatur.* Athanaſius l. c. aliquanto aliter, ſed ad eundem ſcopum, argumentatur: *Qui mentitur Spiritui Sancto, Deo mentitur, habitanti in hominibus per ſpiritum ſuum.* Ibidem, ut & Baſil. homil. XVII. in Baptiſ. t. 1. f. 509. B. ventilat loca 1. Cor. III. 16. VI. 15. ubi dicimur templa eſſe Dei, & Spiritus Sancti, Spiritus igitur Sanctus Deus vocatur. Ibidem Baſilius de Spir. Sanct. c. 21. colligit μαρτυρίας ἐκ τῶν γραφῶν τῆς κυριολογίας τὸ πνεῦμα, *teſtimonia ex ſcripturis, quibus ſpiritus dicatur Dominus.* t. 2. f. m. 196. Epiphanius hæreſ. LXXIV. f. 435. producit locum 2. Cor. III. 17. ubi Spiritus S. expreſsè *Dominus* dicatur. Plura alia loca cumulat Athanaſius de com. eſſent. t. 1. f. 210. ſeqq: ut probet, quod in Symbolo dicit, Spiritum Sanctum eſſe *Deum* & *Dominum*. Confer & dial. 1. adverſ. Maced. t. 2 f. 279. D. ſeqq.

§. 61. Ex ὁμουσίᾳ, quam Patres hujus ſeculi (1) *aſſerunt.* (2) ut Didymus Alexand. lib. 1. de Spir. Sanct. f. m. 195. multis in eo, ut probet, Spiritum Sanctum *ejusdem naturæ eſſe cum Patre, nec à Filij divinitate differre.* Athanaſius diſput. cum Ario t. 1. f. 141. C. operoſe diſputat, Spiritum Sanctum τῆς τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ οὐσίας εἶναι *ejusdem cum Patre & Filio eſſentiæ eſſe.* Et ad Serap. f. 202. B. contendit, ἴδιον καὶ οἰκεῖον τῆς τοῦ υἱοῦ οὐσίας καὶ θεότητος εἶναι, *proprium & nihil alienum eſſe à ſubſtantia filij & Deitate.* Confer de hum. Chriſt. nat. f. m. 600. C. t. 1. in epiſt ad Serap. t. 2. f. 12. C. Euſebius de Eccleſ. Theol. lib. III. c. 5. f. m. 173. de Spiritu Sancto, *in unionem*, ait, *Sacroſanctæ & beatiſſimæ Trinitatis aſſumitur.* Cyrillus Hieroſ. Catech. XVII. f. 207. laudat *patrem, Filium*, καὶ ἅγιον πνεῦμα ὁμοούσιον *& Spiritum Sanctum conſubſtantialem.* Repetit f 208. C. Baſilius homil. in Baptiſm. XVII. f. m. 510. A. *Spiritus*, inquit, *cum dualitate patris & Filij Trinitatem adimplet, & alienus eſt à conſortio*

(1) *aſſerunt.* (2) Ex ὁμουσίᾳ quæ aſſeritur.

creaturarum: Deus E. eſt Patri & Filio ὁμοούσιος. Confer de Spirit. Sanct. ad Amphil. c. 10. & 16. Ambroſ. lib. III. de Spir. Sanct. c 3. 14. 17. Gregor. Bætic. c. 7. adverſ. Arian. f. m. 793. B. Hieron. quæſt. IX. ad Hedib. t. IV. f m. 67. A.

& probatur.

§. 62. (2) *Probant*: Ex Luc. XI. 20. ubi Spiritus Sanctus dicatur *digitus Dei*, unde infert Baſilius epiſt. CXLI. f. m. 934. A. τῆς αὐτῆς φύσεως τῷ πατρὶ καὶ ὑῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, *ejusdem cum Patre & Filio naturæ Spiritum Sanctum eſſe*: Quomodo etiam Ambroſius l. cit. argumentatur. Formulam baptiſmi etiam urgent: *Si enim Spiritus Sanctus non eſt ſubſtantiæ Patris, cur cum Filius Dei in conſociatu ſanctificationis (ἐν τῷ συμβόλῳ τῆς ἁγιάσεως) adnumerat?* merito interrogat Athan. diſp. cum Ario f. m 141. t. 1. Unum eſt iſtarum trium perſonarum *nomen*, quare etiam una eſſentia. *Et bene, quod unum nomen poſuit, dicens*: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, *ut una principalis auctoritas* (eſſentia) *crederetur, indiviſibilis, & perfecta Trinitatis*. ait Gregor Bæticus f. m. 793. B. Trinitas in ſeſe alienam, quam Deum, perſonam non recipit: *Inſania eſt dicere, ſpiritum creaturam eſſe. Nam ſi creatura eſſet, non ſociaretur Trinitati: Tota enim Trinitas unus Deus eſt: Et ſatis eſt, ſi cognoſcas, ſpiritum non eſſe creaturam. Nam ſi creatura eſſet, non conſociaretur Trinitati; οὐδ' ἀλλότριον ἐπιμίγνυται τῇ τριάδι non enim alienum commiſcetur Trinitati, cum ſit indiviſa, ſibiq; ſimilis*. argumentum eſt Athanaſij ad Serap. t 1. f 191. Dum igitur perſona Trinitatis Spiritus Sanctus, & quidem ita, eſt, ut *abſq; Spiritu Sancto imperfectum ſit myſterium Trinitatis*, juxta Hieron. l. c. ſequitur, quod ejusdem ſubſtantiæ ſit, cujus Pater & Filius. Didymus Alex. provocat ad attributa & opera Spiritus Sancti, quippe quæ indicio ſint, eſſe eum ὁμοούσιον Patri & Filio: *In omnibus enim approbatur, eandem operationem eſſe Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Quorum autem una eſt operatio, una eſt & ſubſtantia; quia quæ ejusdem ſubſtantiæ ὁμοούσια ſunt, easdem habent operationes, & quæ alterius ſubſtantiæ, & ἀνομοούσια, diſſona atq; diverſa ſunt*. Sed de operationibus paulo poſt.

(3) Ex origine.

§. 63. Ex *origine*. Spiritus Sanctus originem habet ex Deo & eſſentia divina: *Spiritus Sanctus ex Deo eſt, diciturq;, quemadmodum ait Apoſtolus*; (1. Cor. II.) diſputat Athanaſius epiſt. ad Serap. t. 2. f. 11. & hinc concludit: Deum eſſe ipſum; *Sicut Filius, quoniam*

non

non eſt ex non extantibus, ſed ex Deo, conſequenter non poteſt eſſe creatura, eo quod in confeſſo eſt, eum eſſe ex Deo. Nam creaturæ ſunt ex non extantibus; Ita, vult dicere, nec Spiritus Sanctus creatura erit, quia eſt & ipſe ex Deo. Idem f. 18. D. urget, quod & Pater mittat ſpiritum, & Filius eundem inſufflando det. *Itaq;*, concludit, *non jam creatura eſt ſpiritus, ſed proprietatem habens cum eſſentia verbi ac Dei, & in ipſo dicitur eſſe.* Confer dial. I. de Trin. f. 163. D. Et Baſilius: *Si creatura non eſt. E. cum patre* homouſius ſeu *conſubſtantialis eſt*, concludit epiſt. CXLI. f. 933. A. Didymus Alex. lib. 1. de Spir. Sanct. f. m. 193. C. arripit vocabulum *effundam*, Joel. II. & ita ratiocinatur: *Ipſum effuſionis nomen increatam Spiritus Sancti ſubſtantiam probat. Neq; enim Deus cum Angelum mittit, aut aliam creaturam, effundam dicit de Angelo meo, aut principatu, aut throno, aut dominatione.* Baſilius epiſt. CXLI. f. 933. ſeqq. aſſerit, & probat, quod Spiritus Sanctus non habeat ex Deo ſuam eſſentiam more creaturarum, ſed plane peculiari: Et de ver. ac pia fid. f. 250. probat ex Joh. XVI. 13. ubi Spiritus Sanctus locuturus erat non ex ſeſe, verum ex Deo Patre & Filio, perſonis, unde habeat originem. Damaſus inter alios anathematiſmos etiam hunc vibrat: *Si quis non dixerit, Spiritum Sanctum ex Patre eſſe, verè, ac propriè, ſicut & Filium ex divina ſubſtantia, & Deum Dei verbum, anathema ſit.* Theodor. lib. V. hiſt. c. XI. f. m. 721. C.

§. 64. Ex *attributis divinis.* Hæc omnia Spiritui quoque ſancto competunt, qui eſt *increatus, immenſus, æternus, omnipotens.* Ut habet Symbolum Athanaſianum. *Ac neminem quidem arbitror eorum, qui ſcripturis haudquaquam perverſis ſunt imbuti, negaturum, ὅτι τὰ θεοπρεπῆ πάντα τῇ ὅλῃ θεαρχίᾳ φύσει καὶ τὸν θεολεπῆ λόγον: omnia quæ Deo ratione perfectæ Deitatis competunt, toti ineſſe divinitati*, dicit Dion. Areop. div. nomin. c. II. §. 1. Inſunt E. divina & eſſentialia attributa etiam Spiritui Sancto, de quo in paulo præcedentibus dixerat: *quæ ſunt Patris, & ſua* (Filii,) *τῷ θεαρχικῷ πνεύματι κοινωνικῶς καὶ ἑνωμένως ἀπαθῆσαι ſpiritui divino principali per communicationem unionemq;* (Filius) *tribuit.* Prolixe ea recenſet, & expendit Gregorius Nazianz. orat. VI. f. m. 201. ſeqq. Habetque ea Spiritus Sanctus non ex aliqua gratia, ſed ex natura. *Abſit ut aliquid ad ventitium de ſpiritu dicatur. Nam neq; ſanctitatem, neq; incorruptibilitatem,* (4) Ex attributis.

bilitatem, neq; immortalitatem, neq; bonitatem, nec aliud eorum, quæ in Deo conſiderari ſolent, quicquam ſpiritui ſancto adventitium eſſe dico; ἀλλὰ φύσει ἅγιον, ſed natura ſanctum, natura bonum, natura incorruptibilem, natura immortalem, utpote ſpiritum Dei, & ex eo promanantem ſive procedentem. ait orthodoxus adverſ. Maced. t. 2. Athan. f. m. 279. C. Quod ſi à natura iſthæc attributa habeat Spiritus Sanctus, Deus erit: Cum heterodoxus objeciſſet: *nuſquam ſcriptum eſſe, ſpiritum eſſe Deum*; reſpondit orthodoxus: *Demus, vocabulum Dei in ſcriptura ſpiritui non tribui*; *At tu naturam, itemq; effectiones divinas de eo confitere, id quod mihi quidem ſatis eſt ad Deitatis confeſſionem.* Et paulo poſt: *Itaq; ut maxime ſcriptum non eſſet, natura ipſa hoc tibi nomen vendicat. Si enim in confeſſo fuerit, ſpiritum in ſe ſubſiſtere, ſanctificare, increatum eſſe, Deus erit, vel te contradicente.* Contra, quæ creaturis competunt, aliena ſunt à ſancto ſpiritu: *Cum, quæ communia ſunt creaturis, ſpiritui ſancto non communicentur*; *&, quæ ſpiritus propria ſunt, creaturæ non communicentur, colligitur hinc, μὴ εἶναι κτίσμα τὸ πνεῦμα, Spiritum non eſſe creaturam,* ait Baſilius lib. V. adv. Eunom. f. m. 109. A. B.

nempe ex infinitate. Ex immenſitate.

§. 65. Specialius loquendo, Spiritui ſancto competit: *Infinitas*; Neque enim, ut creaturæ, *proprietate ſubſtantiæ finitur*; uti loquitur Didymus Alex. lib. 1. de ſpir. ſanct. f. m. 192. *immenſitas*, de qua idem loc. cit. diſſerit, dicens: Ipſe Spiritus Sanctus, ſi
" unus de creaturis eſſet, ſaltem circumſcriptam haberet ſubſtan-
" tiam, ſicut univerſa quæ facta ſunt. Nam etſi non circumſcri-
" bantur loco & finibus inviſibiles creaturæ; tamen proprietate
" ſubſtantiæ finiuntur. Spiritus autem ſanctus, cum in pluribus
" ſit, non habet ſubſtantiam circumſcriptam. Confer Gregor. Naz. orat. VI. f. m. 205. Dicitur quidem Spiritus ad menſuram datus
" Eph. IV. 7. ſed non, quod ad menſuram ſpiritum & gratiam tri-
" buat Deus; Magnificentiæ enim ejus non eſt finis; ſed quod juxta
" menſuram vaſculorum infundat liquorem, tantum muneris lar-
" giens, quantum poteſt ille, cui donatur, accipere. Nec enim ad
" menſuram dat Deus ſpiritum, aut poteſt habere menſuram, quod æqualiter ubique diffuſum eſt. Explicatio eſt Hieronymi, unde ſaltem liquet, quod menſura non ſit referenda ad Spiritus Sancti eſſentiam circumſcribendam, ſed dona ab eodem promanantia.

Æternitas.

Digitized by Google

Æternitas. Hanc ſpiritui ſancto vindicat Ambroſius lib. 1. de ſpir. ſanct. c. 8. contendens, quod *ſempiternus ſit ſpiritus.* Et Gregorius Naz. orat. VI de Spir. ſanct. f. 574. D. & Gregorius Bætic. c. 7. f. 794. A. Sumpto argumento ab æterna Dei ſanctitate. *Immutabilitas.* Spiritui ſancto hanc tribuit Cyrillus Hieroſ. Cat. XVI. f. m. 187. C. cum ipſum comparat Angelis, & ait: *Angeli natura ſunt mutabiles, tanquam creatura, tametſi jam ex gratia non mutentur, neque convertantur; Hic autem* (ſpiritus ſanctus) *immutabilis, inconvertibilis, unum exiſtens cum Patre*; Sic Latina habent Cyrilli, quamvis in Græco deſiderentur. Catech. XVI. f. m. 187. C. Athanaſius ad Serap. t 1. f. m. 200. D. *in Deo cum ſit ſpiritus ſanctus*, argumentatur, *merito & ille fuerit ἄτρεπτον καὶ ἀπαράλλακτον καὶ ἄφθαρτον, inconvertibilis, & impermutabilis, & incorruptibilis.* Hoc ſi eſt, Deus erit: *Si creata habent inconvertibilem naturam, & ipſe ſpiritus ſanctus ἀναλλοίωτον eſt immutabilis, & ejusdem cum Filio inconvertibilitatis, ſemper cum eo immutabilis perſiſtens, nec ſimilitudo ulla immutabilis ad mutabilia; liquet profecto, eum creaturam non eſſe, aut genere cum Angelis convenire, eo quod illi mutabiles ſint, ipſe vero imago ſit verbi, & proprius Patris*: idem concludit f. 201. A. Didymus Alex. lib. 1. de ſpirit. ſanct. f. m. 191. conſentit, ſcribens: *Si* (ſpiritus ſanctus) *ſanctificator eſt, non mutabilis, ſed immutabilis ſubſtantiæ oſtenditur* &c. Confer Athan. dial. 1. de Trin. f. 181. B. Baſil lib. V. adv. Eunom. f. m. 109. D. Gregor. Bætic. cap. 7. adv. Arian. f. 794. A. *Simplicitas;* Baſilius epiſt. CXLI. f. m. 933. D. *ecquis*, interrogat, *adeo ſtupidus eſt, ut compoſitum dicat ſpiritum ſanctum, & non magis ſimplicem, καὶ κατὰ τὸν τῆς ἁπλότητος λόγον ὁμοούσιον, & ſecundum ſimplicitatis rationem patri & Filio conſubſtantialem.*

Ex æternitate.

Ex immutabilitate.

Ex ſimplicitate

§. 66. *Omnipotentia.* Cyrillus Hier. Catech. XVI. f. m. 186. B. Spiritum ſanctum vocat παντοδύναμον ἐν χαρίσμασι, *omnipotentem in donis.* Catech. XVII. f. 218. C. laudat ἐνυπόστατον, καὶ ἁγιοποιὸν, καὶ ἐνεργητικὴν τῆς ἁγίας πνεύματος δύναμιν, *ſubſiſtentem, & ſanctificantem, & operoſam ſpiritus ſancti virtutem.* Ambroſius lib. III. de ſpir. ſanct. c. 23. totus in eo eſt, ut aſſerat, & probet, *quia omnipotens etiam ſpiritus Dei.* *Omnipræſentia.* Hanc ſpiritui ſancto tribuit Athanaſius, diſp. cum Ario, t. 1. f. 143. A. *univerſa*, inquiens, *implet Spiritus Sanctus, ubiq; eſſentialiter præſens, non aliter quam Deus*

Ex omnipotentia.

Ex omnipræſentia.

Pater, & unigenitus filius ejus. Probat ex præsentia, quam Angelis, sanctis, & Apostolis præstat. Confer ep. ad Serap. f. 201. C. & t. 2. f. 13. A. dial. 1. adverſ. Macedon. f. 271. P. Cyrillus Catech. XVI. f. 186. 187. provocat ad universum orbem, quem donis impleat, & cœlum quoque appellat, *vidisti*, inquiens, *illius vim in universo mundo? non hic subsistas, sed ad superiora quoq; ascende.* Ad quæ provocavit etiam Didymus Alex. lib. 1. de Spir. Sanct. f. 192. adducta Christi promissione, de Spiritu Sancto super Apostolos, in universo orbe Evangelium prædicaturos, venturo. Basilius hom. XV. de fid. t. 1. f. 502. B. *Spiritus*, inquit, *in cœlo est, & terram implevit, ubiq; adest, & nusquam circumscribitur, totus in quolibet inhabitat, & totus cum Deo est.* Confer homil. XVII. Lib. V. adv. Eunom. f. 126. A. Epist. CXLI. f. 933. C. Gregor. Naz. orat. VI. f. 201. A. Ambros. lib. 1. de Spir. Sanct. c. 7. ubi ex professo docet, quod *spiritus repleat omnia.* Damasus anathema dicit ei, qui negat spiritum sanctum *ubique adesse.* Theodor. lib. V. hist. c. 11. f. 721. C. Neque obstat missio: *Quomodo* enim *pater non consistens in loco, ultra omnem corporum est naturam: ita & spiritus veritatis nequaquam locorum fine clauditur, cum sit incorporalis, &, ut verius dicam, excellens universam rationalem creaturam*, ait Didymus lib. II. de Spir. Sanct. f. 196. *Omniscientia.* Novit enim Spiritus Sanctus omnia quæ sunt Dei, uti ex 1. Cor. II. 10. 11. probat Athanas. de hum. nat. f. 604. t. 1. & epist. 1. ad Serap. t. 2. f. 11. C. & profundissima quæque mysteria. Basil. homil. XVII. in baptis. t. 1. f. 509. C. *Creatura quidem*, inquiens, *revelatione opus habet, ut, quæ Dei sunt, cognoscat: Spiritus vero nobis illa revelat.* &c. Etiam futura contingentia, qualia revelavit Prophetis, exempla allegat Cyrillus Catech. XVI. f. 184. seqq. Hinc concludit Epiphanius hæres. LXXIV. f. 436. *quomodo alienus à Deo erit spiritus, qui profunditates Dei scrutatur?* q. d. ὁμοούσιος est. Neque obstat vocabulum scrutari: *Et ne dixeris*, idem ait, *scrutatur, & nondum cognovit: velut quidam maledicere audent, & seipsos perdere: Alioqui idem sane dixerint & de patre, quoniam etiam de ipso scriptum est: quod scrutatur promptuaria ventris.* Cum vero id de patre dicere non liceat, Ergo *nec de spiritu & Filio, quum unam cognitionem ac prænotionem palam habeat sancta Trinitas, perfectionemque, ac identitatem.*

Ex omniscientia.

§. 67.

§. 67. *Sapientia.* Didymus Alex. lib. 1. de Spir. Sanct. f. 195. probat ex Matth. X. 19. 20. ubi ſpiritus ſanctus dicitur inſpiraturus eſſe Apoſtolis, quæ dixerint illi coram tribunalibus. Parallelum locum allegat lib. II. f. 197. Joh. XVI. 13. ubi promittitur ſpiritus paracletus, qui diſcipulos omnia doctturus erat. Adimpletum eſt die Pentecoſtes, quippe quo Apoſtoli, ſpiritu ſancto pleni, magnalia Dei variis linguis, & ſcite, elocuti ſunt, quod urget Cyrillus Hieroſ. Catech. XVII. f. 199. D. Confer Nyſſen. de fid. t. 3. f. 41. D. & Ambroſ. lib. II. de Spir. Sanct. c. 2. ubi oſtendit, quod *unum ſit conſilium* Patris, Filij, & Spiritus Sancti. *Bonitas.* Didymus Alex. lib. 1. de ſpir. ſanct. f. 192. C. poſtquam retuliſſet de Spiritu S. Apoſtolis communicato, addit: *Cum participabilis ſit Spiritus Sanctus, ad ſimilitudinem ſapientiæ ac diſciplinæ, non in caſus nominibus ſcientiæ ſubſtantiam poſſidet; ſed per naturam ſanctificantem & implentem bonus ipſe ſubſiſtit.* confer lib. 1. f. 192. Ambroſius lib. 1. de ſpir. ſanct. c. 11. docet, quod ſit *una pax, & gratia,* Patris, Filii, & Spiritus Sancti. c. 12. *una charitas*; lib. III. c. 16. una *bonitas.* Confer Athanaſ. dial. 1. de Trin. f. 173. B. & C. Ex Matth. VII. 11. *Voluntas.* Eadem eſt Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quod toto cap. 2. lib. 2. de ſpir. ſanct. agit Ambroſius: & Athanaſius dial. 1. adv. Maced. t. 2. f. 277. D. Confer Didym. l. 2. de ſpir. ſanct. f. 197. & proinde liberrimus; Id quod Baſilius homil. XVII. de Baptiſ. t. 1. f. 508. 509. probat ex 1. Cor. XII. 1. ubi ſpiritus dicitur diſtribuere cuique ſicut *vult*: *Non itaq;,* concludit, *ſervituti deputet ſpiritum, cum audiat, illum omnia quæ Dei ſunt operari ſicut vult.* Confer. lib. V. adverſ. Eunom. f. 110. A. & 112. Et Ambroſ. lib. VI. de ſacram. c. 2. dicens: *dividit nobis ſpiritus gratiam, prout vult, non prout jubetur.* Ineptiebant Hæretici, qui cavillabantur, ſpiritum *nec in ſervili, nec in herili conditione eſſe, ſed in libertate,* referente id, & refutante Baſilio de ſpirit. ſanct. c. 20. *Si ſupra creaturam eſt, regni quoq; conſors,* adeoque herus, eſt, concludit. *Poteſtas.* Quod & hæc eadem ſit Patri, Filio, & ſpiritui ſancto, Baſilius probat ex Actor. XXII. 11. Rom. I. 11. collatis cum Act. XIII. 2. ſeqq. lib. V. adverſ. Eunom f. 113. D. ſeqq. *Sanctitas*; Hæc quoque eadem eſt Patris, & Filii, & ſpiritus ſancti. *ut homines ſanctificans alterius, quam ſunt homines, eſt naturæ, ſic & alias creaturas*

Ex ſapientia.

Ex bonitate.

Ex voluntate.

Ex poteſtate.

Ex ſanctitate.

Digitized by Google

ſanctificans, aliud eſt ab illarum ſubſtantia, quoniam omnis creatura non ex ſua ſubſtantia, ſed ex communione alterius ſanctitatis ſancta perficitur. Ita Didymus Alex. lib. de ſpir. ſanct. f. 192. confer quæ inter ſeſe diſputant hac de materia orthodoxus & Macedonianus dial. 1. apud Athan. t. 2. f. 170. D. *Omnis creatura ſanctificata ſancta eſt; ſpiritus vero ſanctus non eſt ex ijs, quæ ſanctificantur, ſed ex ijs, quæ ſanctificant, non ergo creatura. Spiritus ſanctificatione non eget, quod ſubſtantia ſanctus ſit, non igitur creatura.* Argumentum eſt Baſilii lib. V. adv. Eunom. f. m. 110. A. t. 2. confer f. 117. D. 140. Epiſt. CXLI. f. 933. Ambroſ. lib. 1. de Spirit. ſanct. c. 5. lib. III. 18. 19. ex profeſſo. *Veritas*, & hæc per naturam. *Spiritus Sanctus, non accipiens aliunde ſapientiam, dictus eſt ſpiritus ſapientiæ; Hoc enim ipſum, quod ſubſiſtit, ſpiritus ſapientiæ eſt; Et natura ejus nihil eſt aliud, niſi ſpiritus veritatis, & Dei.* ait Didymus Alex. lib. II. de ſpir. ſanct. f. m. 195. *Perfectio*, de qua diſſerit Athanaſius ad Serap. t. 1. f. m. 201. D. *Spiritus*, inquiens, *idem ſemper eſt, non ex numero eorum, quibus aliquid communicatur, ἀλλ' ἀυτῆ ἰὰ πάντα μετέχει ſed cujus omnes res participes fiunt. Quare, ſi illud idem ſemper eſt cum eo, unde impartitur, & creaturæ illius participes fiunt, fieri nequit, ut ſpiritus ſanctus ſit, aut Angelus, aut ulla denique res creata; ſed proprius verbi, à quo, cum datur, impartitur creaturis*, & hoc ipſo perfectus eſt ipſe, quia perficit omnes creaturas.

Ex veritate.

Ex perfectione

quæ naturaliter & eſſentialiter Spiritui Sancto competunt.

§. 68. Dictum eſt in præmiſſis, quod hæc omnia ſpiritui ſancto naturaliter competant: *Horum nihil illi acceſſit, nihil poſtea eſt factum*, ait Baſilius homil. de fid. XV f. m. 501. A. Et pergit aſſerere, quod inſeparabiliter ei competant: *Quemadmodum calefacere minimè ab igne ſeparatur, nec à luce ſplendere; ſic nec à ſpiritu ſanctificare, vivificare, bonitas ſeu rectitudo.*

(5) Ex operibus.

§. 69. *Ex operibus divinis.* Principium eſt: quorum eadem numero eſt operatio, eorum una quoque eſt eſſentia: *Frequenter oſtendimus, eiusdem operationis eſſe ſpiritum ſanctum cujus eſt Pater & Filius: & in eadem operatione eſſe unam ſubſtantiam, & reciprocè, eorum, quæ ὁμούσια ſunt, operationem quoq; non eſſe diverſam.* ait Didymus Alex. lib. II. de ſpir. ſanct. f. m. 198. A. Confer lib. I. f. 195. II. f. 197. Athan. dial. I. adv. Maced. f. 272. 273. 275. Loquimur de operibus ad extra; quæ Trinitati ſunt indiviſa; adeoque & ſpiritui ſancto compe-

Digitized by Google

competunt. *Cum dicit ſcriptura, quod ſpiritus ſanctus loquebatur in Prophetis, alibi* (Ebr. I. 1.) *inquit Paulus, quod pater loquebatur in Prophetis:* dicit Athanaſ. de hum. nat. ſuſc. t. 1. f. m. 605. B. ſeqq. Sic *ſpiritus & omnia facit, quæ Chriſtus facit,* uti idem loquitur de comm. eſſent. Patr. f. 223. D. Ambroſius, *eadem,* ait, eſſe *opera manuum, quæ digitorum,* lib. III. de ſpirit. ſanct. c. 6. quare etiam Patris, & Filij (veluti manus,) & ſpiritus ſancti, ceu digiti. confer. Baſil. lib. V. adverſ. Eunom. f. 118. t. 2. lib. de ſpirit. ſanct. c. 16. f. 179. Gregor. Nyſſen. de fid. t. III. f. 41. C. Epiphan. hæreſ. LXXIV. f. 430.

§. 70. Tale opus eſt: *Creatio.* Aſſerit eam Greg. Naz. Orat. VI. f. 200. interrogans de ſpiritu ſancto: *Quid ille magnarum rerum ac Deo competentium non poteſt?* Ambroſius lib. 2. de ſpir. ſanct. c. 5. *ſicut pater,* inquit, *creator eſt omnium, ita & Filius, ita & ſpiritus ſanctus eſt.* Baſilius lib. V. adverſ. Eunom. f. 118. totus in eo eſt, ὅτι δημιουργὸν τὸ πνεῦμα *quod ſpiritus ſit creator.* Idq; probant ex Pſ. XXXIII. *verbo Domini* &c. Et ſpiritu &c. Hoc dictum producit orthodoxus, interrogatus: *ubi ſcriptum ſit,* quod *in ſpiritu omnia* ſint, ſcil. creata: apud Athan. dial. III. f. 231. D. Baſil. l. cit. & comm. in pſ. 33. & homil. XVII. de Baptiſ. f. 510. Solent etiam allegare dictum Pſ. CIV. 30. LXX. interpp. ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται: *emittis ſpiritum tuum, & creabuntur.* Athanaſ. epiſt. ad Serap t. 2. f. 13. & referunt huc analogum opus, fœcundationem B. Virginis Mariæ, à ſpiritu ſancto factum, virtute non minori quam creatrice: *Creat pater dominicæ incarnationis ſacramentum, creat & filius:* juxta Ambroſ. lib. II. de ſpirit. ſanct. c. 8. & paulo poſt: *Creavit & ſpiritus, & illud omne myſterium, ſecundum quod legimus, quia inventa eſt Maria in utero habens de ſpiritu ſancto.* Confer Didym. Alex. lib. II. de ſpir. ſanct. f. 196. Athanaſ. dial. I. f. 274. Baſil. lib. V. adverſ. Eunom. f. 111. Cum autem ſpiritus ſanctus ipſe creator ſit, ſequitur, quod non ſit creatura: *Per hoc* (opus creationis, Pſ. 33.) *oſtenditur ſpiritus ſanctus non eſſe creatura. Siquidem & ipſe cum Patre & Filio conditor adprobatur:* juxta Gregor. Bætic. c. 7. adv. Arian. confer Ambroſ. de ſpir. ſanct. lib. 1. c. 1. & 2. Baſil. epiſt. CXLI. f. 931. Epiphan. hæreſ. LXIX. LXXIII. LXXIV. LXXVI. Damaſum apud Theodor. lib. V. hiſt. c. 11. f. 721. C.

quæ ſunt: Creatio.

& gubernatio.

§. 71. Creatarum rerum *gubernatio.* Ambroſio enim aſſerente, *unum eſt regnum Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti indiviſum*: lib. III. de ſpir. ſanct. c. 21. *ſicut pater arguit, ita arguit filius, ita arguit & ſpiritus; & judicat ſpiritus.* c. 7. *Ipſe Deus* (Pater) *per* (Filium) *verbum in ſpiritu ſancto deduxit populum* Iſraelitarum ex Ægypto, ait Athanaſ. ad Serap. t. 1. f. 187. Idem *ſuſcitat à morte*, juxta Ambroſ. l. cit. c. 19. & 20. qui dictis ſcripturæ Rom. VIII. Ezech. XXXVII. id probat. Et hinc concludit: *Habet Ergo ſpiritus quod habet Chriſtus. Habet igitur quod habet Deus. Omnia quæ habet Pater, habet filius. Ideoq; dixit: omnia quæ habet pater, mea ſunt.* Et Athanaſius: *Unde oſtenditur, ſpiritum nec creaturam, nec Angelum eſſe, ſed ſuperiorem creaturis, adunitum divinitati Patris.* ad Serap. t. 1. f. 187. Atque ita gubernat non ſolum regnum potentiæ, de quo hactenus, ſed etiam gratiæ. Eſt enim πνεῦμα ζωοποιὸν *ſpiritus vivificans.* Athan. decret. Synod. Nicæn. t. 1 f. 283. A. Orthodoxus apud Athanaſ. dial III. de Trinit. f. 228. C. probat id ex Rom. VIII. 9. ubi dicatur ſpiritus vivificare. Confer de comm. eſſent. f. 209. B. 224. A. Baſil. homil. XVII. de Baptiſ. t. 1. f. 509. D. lib. V. adv. Eunom. f. 140. D. Imo ſpiritus ſanctus ipſa *vita* eſt, ſicut pater & Filius. Ambroſ. lib. 1. de ſpir. ſanct. c. 18. & *fons vitæ.* c. 19. Et *ſicut vita eſt, cognoſcere Patrem & Filium; Ita vita eſt cognoſcere ſpiritum Dei; Et ſicut pater vivificat, vivificat ita Filius, ita & ſpiritus ſanctus.* l. 2. c. 3.

per *media* perſonalia.

§. 72. *Medijs* utitur in regno gratiæ vel perſonalibus, vel realibus, adminiſtrando. *Perſonalibus*, quæ ſunt Miniſtri Eccleſiæ, quos inſpiravit olim ſpiritus ſanctus, ut verbum Dei ſcriberent. vid. Athanaſ. dial. III. f. 227. D. t. 2. Et idem revelavit myſteria. Baſil. lib. V. adv. Eunom. f. 115. ſeqq: Ambroſ. lib. II. de ſpir. ſanct. c. 12. Et ſic ſapientes reddidit. Gregor. Nyſſen. in ſui ordin. t. 2. f. 41. Idem eosdem mittit, ſicut miſit Apoſtolos & Apoſtolicos viros, Act. XIII. 2. juxta Athanaſ. dial. III. de Trin. f. 235. D. In his Paulum, Gal. II. 8. Et Presbyteros Epheſinos Act. XX. 28. quæ loca allegat, & illuſtrat Didymus Alex. lib. II. de Spir. S. f. 196. Epiphan. hæreſ. LXXIV. f. m. 435. Mittit autem non miniſterialiter, ut homines, ſed magiſterialiter, ut Deus. Id quod Didymus colligit ex mandato ipſius Actor. XIII. 2. Separate mihi &c. *quæ vox divinitatis & auctoritatis index, non creatam, ſed increatam*

creatam ſubſtantiam monſtrat. Neq; enim ſpiritus ſanctus in aliud quoddam opus vocavit Barnabam & Paulum, quod non ſit Patris & Filij; cum miniſterium, quod eis commiſit, & tradidit ſpiritus, Patris & Filij ſit miniſterium. Sic etiam ſe res cum reliquis Apoſtolis habet: *Pariter enim ad notiones Spiritus Sancti authoritate directi ſunt.* Nam & in Spiritus Sancti nomine juſſi ſunt ire in mundum univerſum, quod idem Didymus paulo poſt urget. Miſſos informat, quid loquantur, Matth. X. 20. Athanaſ. dial. 1. adv. Maced. f. 268. Confer Didym. lib. 1. de ſpir. ſanct. f. 194. Baſil. homil. XV. de fid. t. 1. *Realibus*, quæ ſunt ſacramenta, ut *Baptiſmus*, qui fit in nomine etiam ſpiritus ſancti. *Si ergo omnes gentes, quæ fidem recipiunt, & ſanctitatem, ſanctificantur illa beatiſſima nomenclatura τῇ τριμακαριωτάτῃ δυναμεῖ, certum eſt etiam ſpiritum ſanctum ejus etiam Deitatis eſſe, cujus eſt Pater & Filius, cum & ipſe ſanctus ſit ex ſubſtantia, & ſanctos faciat omnes appropinquantes ſuæ communioni.* argumentum eſt Athanaſij diſp. cum Ario t. 1. f. m. 141. confer de nat. hum. f. 601. D. Ad Serap. 203. & t. 2. f. 14. dial. 1. cont. Maced. f. 265. C. Cyril. Catech. XVI. f 187. Didym lib. *II.* de ſpir. ſanct. f. 196. Ambroſ. lib. 1. de ſpir. ſanct c. 6. & lib. *III.* c. 4. Lib. 1. de Bapt. c. 7. Neque valet objectio, quod & in Moſen olim ſint baptizati Iſraelitæ: Nam M. Baſilius de ſpir. ſanct. c. 14. baptiſmum illū V. T. fuiſſe tantum typicum; *neq; quoniam divina rebus humilibus & humanis præfigurata ſunt, protinus & divinorum humilis eſt natura, quam figurarum adumbratio frequenter innuit.* confer ſeqq. & realia.

§. 73. His igitur mediis peragit opus *Sanctificationis*; Cyrillo auctore *unus eſt Spiritus Sanctificans & Deificans*, Catech. IV. f. m. 30. idque ejus nomen indicat. *Spiritus* enim *ſanctus dictus eſt, quod ſanciat ſanctos, & ſanctos faciat*, explicante Mario Victor. Lib. *III.* adv. Arian. f. m. 340. In genere loquendo, *ſicut ſanctificat Pater, ita ſanctificat filius, ſanctificat & ſpiritus.* juxta Ambroſ. lib. *III.* de ſpir. ſanct. c. 5. Ejus actus multi ſunt, quosdam recenſeamus: Eſt *remiſſio peccatorum*, facta ex propria auctoritate, quod ex Jeſ. VI 6. 7. & Zacch. III. 2. probat Ambroſius lib. *I.* de ſpir. ſanct. c. 9. Baſil. lib. V. adv. Eunom. f. 112. D. *Regeneratio*, quæ Dei opus eſt; Nam ex Deo renaſcimur Joh. *I.* 13. & Spiritus Sancti opus eſt. *Quotquot igitur ex Spiritu Sancto nati ſunt, ex Deo nati ſunt*, concludit Athanaſ. quibus peragit opus Sanctificationis. remiſſionis peccatorū: Regenerationis.

Athanaſ. de hum. nat. t. 1. f. 605. A. *Quia ſicut Pater & Filius, ita & Spiritus Sanctus regenerat*, juxta Ambroſ. lib. *II.* de Spir. Sanct. c. 9. atque & hoc opus eſt creationi analogum: *Claret igitur, ſpiritalis quoq; generationis auctorem eſſe ſpiritum ſanctum, qua ſecundum Deum creamur, ut Filij Dei ſimus*, idem concludit. Hinc eidem debemus noſtri adoptionem: *Ergo cum ille nos in regnum ſuum per adoptionem ſacræ regenerationis aſſumpſerit, nos ei quod ſuum eſt denegamus? ille nos ſuperna regeneratione fecit hæredes* &c. Ejusdem verba ſunt, Et imaginis divinæ reſtitutionem: *Habemus enim à ſpiritu regenerationem, ex regeneratione inſtaurationem, ex inſtauratione cognitionem majeſtatis illius, qui nos reſinxit*, juxta Gregor. Naz. orat. VI. f. m. 199. Si igitur ad imaginem Dei renovamur, Deus erit ipſe etiam ſpiritus ſanctus, utpote quod ad illius quoq; imaginem reformemur. *Si omnes homines ſunt ſecundum imaginem* (Dei) *perfecti, omnes quoq; ſpiritu ſancto ſunt præditi.* ait orthodoxus apud Athanaſ dial. *III.* de Trinit. f m. 225. A. Eſt *inhabitatio* gratioſa. Templum ſunt noſtra corda, *in quibus ſpiritus* (Chriſti) *inhabitat*, illo ipſo in loco, in quo Pater & Filius: *Si autem in domo & templo, quo Pater & Salvator inhabitat, illico invenitur & Spiritus Sanctus; Ex hoc indiviſa Trinitatis ſubſtantia demonſtratur*: concludit Didymus lib. *II.* de ſpir. ſanct. f. m. 196. confer Athanaſ. de hum. Chriſt. nat. t. 1. f. 605. ſeqq. dial. *III.* f 231. A. t. 2. Epiſt. *I.* ad Serap. f. 13 Baſil. homil. XVII. de Bapt. t. 1. f. 509. lib. V. adv. Eunom. f. m. 110. B. 126. B. Ambroſ. lib. *III.* de ſpir. ſanct. c. 13. Eſt *donorum* variorum *collatio*, ſicut à patre & filio, ita etiam à ſpiritu ſancto profecta: *gratia* enim *& donum, quod datur in Trinitate, datur à Patre per Filium in ſpiritu ſancto.* Argumentatur Athanaſ. ad Serap. t. 1. f. 205. A. Argumentum confirmat Hilarius ex 1. Cor. XII. 3. ſeq. ubi varia eſſe dicuntur dona, ſed unus ſpiritus, qui ea diſpenſet. lib. VIII. de Trinit. f. m. 107. Confer Hieronym. q. 9. ad Hedib. t. IV. *f. 66.* Illuſtre ejus rei documentum apparuit in die Pentecoſtes, quo dona ſpiritus ſanctus glorioſiſſimè & copioſiſſimè effudit, de quo Athanaſ. de com. eſſent. f. 233. t. 1. inſtituta collatione cum glorioſiſſimo actu legis, in monte Sinai promulgatæ divinitus. Iterum iterumq notamus, quod dona hæc ille diſpenſet non miniſterialiter, ſed magiſterialiter, id quod nos docet Baſilius homil. XV. de fid. t. 1. f. m. 502. B. dicens:

renovationis.

donationis.

dicens: *Non quidem λειτυργικῶς διακονεῖ* ministri modo dona distribuit, *ἀλλ' αὐθεντικῶς sed dominica & principali potestate charismata dividit.* Est confirmatio; Quia sanctificat sicut pater, qui facit, *ut integer spiritus noster, & anima, & corpus sine querela in die Domini nostri Iesu Christi servetur.* 1. Thess. V. quod dictum allegat Ambros. lib. III. de Spir. Sanct. c. 5.

§. 74. Sanctissimis his actibus contrariatur peccatum, & proximè quidem *peccatum in spiritum sanctum.* Quod cum ita committatur in spiritus sancti majestatem, sicut in Patris & Filij, indicio est, spiritum sanctum ejusdem esse ut majestatis, ita essentiæ cum Patre & Filio: *Quia similiter ut Pater & Filius, ita etiam spiritus & contristatus, & exasperatus, & tentatus à Iudæis legitur*: juxta Ambros. lib. III. de spir. sanct. c. 19.

oppositum est peccatum in Spiritum Sanctum.

§. 75. Ex *cultu divino*: Quem spiritui sancto debent, & offerunt Angeli & homines. *Angeli* Jes. VI. 3. quam doxologiam ad spiritum etiam sanctum spectare, probat Athanasius ex Act. XXVIII. 26. de nat. human. t. 1. f. 602. A. *Homines*, qui in spiritum sanctum credunt perinde ut in Patrem & Filium: *cum & vobis, & omnibus sit notum, neminiq; unquam Christianorum dubium fuerit, nos in Deum, non in creaturam fidem habere, Deum, inquam, patrem omnipotentem, omnium visibilium, & invisibilium conditorem; & in unum Dominum Iesum Christum, Filium ejus unigenitum. Et in Spiritum sanctum, unum Deum in sancta & perfecta Trinitate agnoscentes*: verba sunt Athanasij epist. ad Afric. t. 1. f. m. 941. A. *Non alia Patris, alia Filij, nec alia Spiritus Sancti, sed una est salus, una fides.* juxta Cyril. Hieros. Catech. XVI. f. m. 187. & perinde spiritum sanctum adorant ac venerantur, ac Patrem & Filium: Nam *cum Patre & Filio τῇ τῆς θεότητος δόξῃ τετίμηται divinitatis gloria honoratur.* juxta Cyril. Catech. IV. f. m. 30. A. Nec *alienus est à gloria Dei spiritus*, sententia Basilij homil. XVII. in Baptis. t. 1. f. 511. B. Ambrosius lib. II. de Spir. Sanct. c. 6. docet, *quod sicut Patri & Filio, ita etiam spiritui sancto serviendum sit.* Et lib. III. c. 12. quod *adoretur spiritus sanctus sicut Pater & Filius, & cum Patre & Filio adoretur in majestate Dei*: Et hoc merito: Nam *si adorandus non est, qui fit, ut me per baptismum deificet? Sin est adorandus, qui non colendus sit? Si colendus, qui non sit Deus? Alterum cum altero coheret, aurea reapse salutarisq; catena*: juxta

(6) Ex cultu divino.

Gregor. Naz. orat. VI. de ſpir. ſanct. f. m. 199. Sumpto argumento à baptiſmo, quod etiam orthodoxus urget adverſus Maced. dial. 1. f. 165. Nazianzenus idem interrogatus: *quis ſpiritum adoravit? quis vel priſcorum, vel recentium? Quis ei ſupplicavit? ubinam ſcriptum eſt, adorandum & invocandum eſſe? unde hoc acceptum habes?* reſpondet inter alia: *nunc tantum dici ſat erit, ſpiritum eſſe, in quo adoremus, & per quem ſupplicemus; Sic enim perſcriptum* (Joh. IV. 24.) *legimus: Deus eſt ſpiritus; & adorantes eum oportet in ſpiritu & veritate adorare. Item* (Rom. VIII. 26.) *nos quid oremus, ſicut fieri convenit, neſcimus: verum ipſe ſpiritus intercedit pro nobis gemitibus ineffabilibus. Et: Spiritu ſupplicabo, & ſupplicabo mente, h. e. in mente & ſpiritu.* f. 182. Sequitur hinc, quod Spiritus S. non ſit creatura, ſed Deus. Conſequentia eſt Baſilii, ὅτι συνδοξαζόμενον διὰ τὸ πνεῦμα δείκνυται, μὴ ὂν ποίημα, ἀλλὰ τῇ θείᾳ φύσει: *quod quia glorificatur cum Deo ſpiritus, non creatura, ſed divina natura oſtendatur*: lib. V. adverſ. Eunom. t. 1 f. 119. C.

Antitheſis. §. 76. *Vapulant* igitur negantes Spiritui Sancto, ut gloriam, ita naturam divinam: In quos exſtant invectivæ ejusdem Baſilii loc. cit. c. 18. de Spir. Sanct. nempe ὁ κατὰ τῶν τὸ πνεῦμα ἀριθμεῖσθαι φασκόντων ἔλεγχος *eorum qui dicunt ſpiritum ſubnumerari refutatio*; Et c. 19. ubi diſputat πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ δεῖναι δοξάζειν τὸ πνεῦμα: *adverſus eos, qui dicunt, non eſſe glorificandum Spiritum*, nempe δοξολογίαις ſeu *hymnis*, quod hactenus in Eccleſia fieri conſueverat. Damaſus anathemate tales πνευματομάχους ferit: *Si quis*, inquiens, *non dixerit, adorandum ſpiritum ſanctum ab omni creatura, ſicut & Filium, & Patrem, anathema ſit.* apud Theod. lib. V. hiſt. c. 11. f. m. 721. D.

(7) Ex conſenſu Eccleſiæ. § 77. Ex *Eccleſiæ communi conſenſu.* De quod Gregorius Nyſſenus orat. de fid. t. 3. f. 41. B. *Eccleſia*, inquit, *ex æquo ſicut de Filio, ita de ſpiritu quoq; ſancto credit, quod creatus non ſit.* Baſilius articulum hunc appellat ἁπλῆν καὶ ἀνεπιτήδευτον πίστιν πολλῶν *ſimplicem ac ſecuram fidem multorum.* lib. III. adv. Eunom. f. m. 78. Quem veteres propugnarunt jam adverſus Hæreticos: Nam *impiiſſimi omnium Hæretici* καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος *etiam contra ſpiritum ſanctum acuerunt linguam, & auſi ſunt dicere nefanda: quemadmodum Irenæus interpres in Inſtitutionibus contra Hæreſes ſcripſit*: verba

Digitized by Google

ba ſunt Cyrilli Cat. XVI. f.m. 177. C. In ſpecie contra Simonem Magum, Gnoſticos, Manetem, Montaniſtas, Marcionitas; Adde Valentinianos, ſpiritum ſanctum ex *Angelis majoribus* eſſe venditantes, de quo Athan. ad Serap. t. 1. f.m. 185. A. Euſebius de præp. Evang. lib. XI. c. 20. f.m 541. D. audet etiam Platonis ſuffragium advocare, quippe qui agnoſcat *ἄπορ τρίτον principium tertium* aliquod, ſicut Chriſtiani tertiam Deitatis perſonam: Gregorius Nyſſenus orat. Catech. cap. 11. f.m. 48. A. t. 3. in natura analogiam ſaltem aliquam quærit, & inveniſſe ſe putat: *Quomodo*, inquiens, *ex ijs quæ ſunt in nobis, analogicè verbum cognovimus in ſuprema natura, eodem modo adducemur ad notionem ſpiritus, ineffabilis potentiæ umbras quasdam & ſimulachra in noſtra contemplantes natura*: Simulachrum tale eſt, quod cum verbo noſtro conjunctus ſit ſpiritus; adeoque & cum Dei verbo aliquis ſpiritus, quanquam ille ſubſiſtens: *Deprimeretur enim & ad nimiam demitteretur humilitatem magnitudo divinæ potentiæ, ſi in eo, quieſt ſpiritus, exiſtimaretur eſſe inſtar noſtri halitus; ſed eſſentialem potentiam* (per eum intelligimus) *quæ ipſa in ſeipſa conſideratur, in propria hypoſtaſi ac conſiſtentia, neq; poteſt ſeparari à Deo, in quo eſt, aut à verbo Dei, quod conſequitur.* Similibus hoc potius, quam argumentis, accenſeri poteſt.

§. 78. In genere vapulabant, quotquot Deitatem Spiritus Sancti quovis modo violabant. Extitiſſe tale genus hominum jam pridem, querela eſt Cyrilli Catech. XVI. f.m. 177. C. in verbis §. præced. citatis: Inter eos alii *ἀνθρώπους εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰπεῖν τολμήσαντες ſeipſos eſſe ſpiritum ſanctum auſi ſunt dicere*: ut Montanus. Alii, peculiarem ex Spiritu Sancto Deum fecerunt, ut Marcion. Alii, ut Macedoniani, ſpiritum ſanctum fingebant eſſe *Deum peregrinum & ſcripturæ incognitum*. Gregor. Naz. orat. VI. f. 171 Et ex creatore faciebant creaturam, *Tropici* inde dicti, & notati ab Athanaſio ad Serap. t. 1. f.m. 192. A. Tales erant Eunomiani quoque: Nam non *patiebantur ſpiritum Dei appellatione Domini vocari*: conquerente Baſilio lib. V. adv. Eunom. f. 131. A. Homines *dura cervice & incircumciſo corde! divinis ſe opponentes ſcripturis*! judicio ejusdem, Et Athanaſij epiſt. ad Serap. t. 2. f. 15. B. & Cyrilli, Catech. *XVI.* f.m. 177. D. Quibus Patres orthodoxi oppoſuerunt ſcripturam, utpote quod *ἀρκεῖ διελέγξαι τὸν ἐκ τῆς ἁμαξιᾶς τῶν Τροπικῶν δυσφη-*

Antitheſis generalis.

μίαν, ſufficiens ſit ad inſcitias Tropicorum & blaſphemias redarguendas: quæ verba ſunt Athan. ad Serap. t. 1. f. m. 196. B.

III. *Perſonalitas.*

§. 79. III. *Perſonalitatem.* Hanc Patres (1) *aſſerunt*; In his Didymus Alex. lib. II. de Spir Sanct. f. m. 195. D. adverſus eos, qui dicunt *operationem, & non ſubſtantiam Dei* (perſonam divinam) *eſſe ſpiritum ſanctum*: Ejus enim ſententia eſt *ſubſiſtens natura*: quam repetit, dicens: *Spiritus ſanctus abſq; ulla ambiguitate ſubſiſtens.* Athanaſius, cujus ſententia ſpiritus ſanctus ὑπάρχει καὶ ὑφίσταται *exiſtit, & ſubſiſtit*, contr. gregal. Sabel. t. 1. f. 661. A. Confer dial. 1. adverſ. Maced. f. 262. & 285. Cyrillus, cui eſt ὑφιστὰς *ſubſiſtens*, & πνεῦμα ὑπόστατον *ſpiritus ſubſiſtens.* Catech. XVII. f. 194. B. Gregorius Naz. orat. VI. f. 177. *Spiritus ſanctus*, ait, *omnino ex eorum numero ſtatui debet, quæ per ſe ſubſiſtunt.* Epiphan. hæreſ. LXIX. f. 417. *Subſiſtit autem*, ait, *& Spiritus ſanctus.* Aſſertionem (2) *probant.* Exactionibus perſonalibus, e. g. dicere, loqui, Act. XIII. 2. Spiritus ſanctus *dixit*, ſegregate mihi: *quæ vox divinitatis & auctoritatis index, non creatam ſed increatam ſubſtantiam monſtrat*, juxta Didymum, & perſonalem quidem lib II. de ſpir. ſanct. f. m. 196: *Certum eſt* enim *Spiritum loquentem & mittentem vivere, ſubſiſtere, & agere.* juxta Cyrillum Catech. XVII. f. m. 205. C. Judicare: Actor. XV. 28. viſum eſt ſpiritui ſancto; quibus verbis *ſubſiſtens natura demonſtratur Spiritus ſancti, quia hoc quod viſum eſt dicitur, non operationem ſignificat, ſed naturam: Maximè cum & de Domino ſimile quid reperiatur, ut: ſicut Domino viſum eſt, factum eſt.* Ejusdem Didymi l. cit. argumentum eſt. Operari; Cyrillo enim l. cit. f. 194. D. Spiritus eſt *ſubſtantialis, loquens ipſe, & operans, adminiſtrans, & ſanctificans.* Gal. II. 8. dicitur Spiritus ſanctus cooperatus eſſe Apoſtolis in miniſterium. In nomine etiam Spiritus ſancti, ſicut & Patris, & Filii, Apoſtoli prædicarunt Evangelium, & baptiſmum adminiſtrarunt; iſte autem perſonæ divinæ ſunt, quare etiam Spiritus Sanctus. Argumentum eſt ejusdem Didymi, l. cit. Omnium clariſſimus locus eſt Joh. XIV. 16. ubi *alius* paracletus promittitur: *Si quis, ut docuit Dominus, non alium nominet paracletum præter Filium* (Joh. XIV. 16.) *anathema eſto.* dicunt Sirmienſes apud Athan. de Synod. t. 1. f. 902. A. & Euſeb. lib. III. de Eccleſ. Theol. c. 5. indidem concludit: *paracletus igitur ab ipſo erat alius.*

(1) aſſeritur.

(2) Probatur.

§. 80.

Digitized by Google

§. 80. Patet hinc, *unicum* eſſe ſpiritum; *ut enim Pater unus, & Filius unus, ſic & ſpiritus ſanctus unus eſt.* juxta Baſil. de fid. hom. XV. f. 501. Diſtinguendum autem inter ſpiritus perſonam, & dona; hæc multa ſunt, iſta vero unica. vid. Didymum Alex. lib. 1. de Trin. f. 192. Cyrillus Cat. XVI. f. 180. C. laudat πνεῦμα τὸ ἅγιον ἓν ὄν, καὶ μονοειδὲς, καὶ ἀδιαίρετον, *ſpiritum ſanctum unum, & uniformem, & indiviſibilem exiſtentem.* Sicut diſtinguendum inter nomina & perſonam; Nam & iſta multa ſunt, hæc unica. Cyrillus ait, *diverſas quidem eſſe illius appellationes, ſed ipſe unus tantum eſt atq; idem ſpiritus ſanctus, vivens & ſubſiſtens.* Cat. XVII. f. 194. Quare non eſt alius ſpiritus V. T. & alius N. T. *Nemo ſuſpicetur, alium ſpiritum ſanctum fuiſſe in ſanctis vivis ante adventum Domini, & alium in Apoſtolis, cæteriſq; diſcipulis,* ait Didymus lib. 1. de ſpir. ſanct. f. m. 191. Et Cyrillus Catech. XVII. f. m. 194. C. *meminiſſe vos illorum, quæ dicta ſunt modo, volo, & aperte ſcire, quod non alius in lege & Prophetis, alius vero in Evangeliis & Apoſtolis, ſed unus eſt atq; idem Spiritus, tam in V. T. quam in N. T.* Probat ex collatione Jeſ. VI. 9. Act. XXVIII. 26. quod idem ſpiritus per Jeſaiam & Apoſtolos locutus ſit. Neque alius eſt ſpiritus ſanctus in V. T. alius in N. T. paracletus; quanquam pluribus communicetur: Deus enim *diſtribuit eum non per conciſionis partes, ſed per communionem, quibus eum præſtare decreverit.* ſcribit Didym. lib. I. de ſpir. ſanct. f. 194.

§. 81. Hæc vero ut clariora & confirmatiora fiant, obſervemus etiam IV. *characterem perſonalem.* Differunt Filius & Spiritus S. ſecundum τὸ τῆς ἐκφάνσεως καὶ πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον, *manifeſtatione, & mutua relatione.* Naz. orat. V. Relatione; Tribuitur enim ſpiritui ſancto ἔξοψις καὶ ἀναβλάστησις *pullulatio & propagatio:* à Dion. Areop. de myſt. Theol. c. 3. προβολὴ *prolatio,* explicante Hilario lib. VI. de Trin Epiph. hær. LXIX. Gregor. Nazianz. Orat. XXXVI. Communior vox eſt ἐκπόρευσις quæ eſt *proceſſio.* Grande profecto myſterium! Interrogatus de eo Greg. Naz. orat. XI de ſpir. ſanct. Reſp. *Tu mihi proprietatem illam patris ediſſere, qua generationis (paſſivæ) expers eſt, ac ego tibi rationem generationis Filij, ac proceſſionem ſpiritus explicabo.* character perſonalis.

§. 82. Vocabulum πολύσημον eſt, & uſurpatur de proceſſione vel locali, vel illocali. De locali ſermo nobis h. l. non eſt: *Neq;* Proceſſio.

Digitized by Google

enim dicimus *de loco ad locum tranſire ſpiritum Dei, de quo ſcriptum eſt: Qui à patre procedit; & de quo Filius dicit: quem ego mittam vobis*: ut noſtra faciamus verba Ambroſij, lib. 1. c. 10. de ſpir. ſanct. ex profeſſo reſpectum hunc removentis: ſed de illocali; Hic ſenſus eſt vel generalior, vel ſpecialior; *generalior*, & communis Filio & Spiritui ſancto eſt ille, quod utraque perſona originem habeat ex patre; quo ſenſu Euſebius lib III. Eccleſ. dogm. c. 4 f. m. 169. A. B. diſputat, & filium à Patre procedere, nempe per miſſionem in carnem, & incarnationem. Sic loquitur etiam Marius Vict. lib. 1. adv. Arian. f. m. 294. E. *quod Chriſtus & à patre proceſſit, h. e. quod Deus ipſum miſit, h. e. à Deo proceſſit, dicit enim* (Joh. XVI. 28.) *quoniam ego à Deo proceſſi: proceſſi à Patre*. Sic ille. *Specialior* eſt, cum Spiritus Sanctus dicitur procedere per ſpirationem: *προϊδικῶς ὢν ἐκ θεοῦ διὰ Ἰησοῦ habens eſſentiam per modum proceſſionis ex Deo per Ieſum*: uti loquitur Athanaſius in refut. Melet. t. 1 f. 572. quo ſenſu Filius non procedit: procedit enim *μονογενῶς, unigeniti modo*. Nyſ. lib. 1. adv. Eunomi. *μόνως μονογενῶς ſolum & ſolus unigeniti modo*. juxta Baſil. ep. 43. Spiritus S. autem *πνευματικῶς*. id quod Baſilius egregie explicuit de Spir. Sanct. c. 18. t. 2. f. 189. D. *quod ex Deo eſſe* (Spiritus ſanctus) *dicitur*, inquiens, *non ſic ex Deo veniens, quemadmodum ex Deo ſunt omnia; ſed tanquam ex Deo προελθόν procedens, οὐχὶ γεννητῶς ὡς ὁ υἱὸς, ἀλλ' ὡς πνεῦμα στόματος αὐτοῦ, neq; per generationem quemadmodum Filius, ſed tanquam ſpiritus oris ejus*. Alludere videtur ad Pſ. XXXIII. 6. & 2. Theſſ. II. 8. ubi idem ſpiritus dicitur *Spiritus oris* & patris, & Filii; de hoc vide notam quandam MSC. ad opera Athanaſii, allegantibus Tubing. Ψ. ad II. reſp. Græc. f. m. 294. Differentiam notat etiam Athanaſius dial. III de Trin. t. 2. f. 213. B. *Filius quidem ex eſſentia genitus eſt, ideoq; eſt unigenitus Filius, ſpiritus autem ἐξ οὐσίας ἐκπορεύεται ex eſſentia procedit. Nec enim ſcriptum eſt: Spiritus ex me genitus eſt; ſed ex me procedit; Et Filius dicit: Spiritus veritatis, qui à Patre procedit; non autem, genitus eſt*. Confer lit. D. Epiphanius Hæreſ. LXXIV. ubi *μόνον ſolum* procedere docet.

§. 83. In eo quidem conveniunt Filij generatio, & ſpiritus ſancti proceſſio, quod ſecundum utramque accipiant à Patre ſuam eſſentiam, *quemadmodum Filius dicit, quæ mea ſunt, Patris ſunt; ſic pa-*

tris

tris eſt ſpiritus ſanctus, quemadmodum dictus eſt Filij. ait Athanaſius epiſt. I. ad Serap. t. 2. 11. A. & probat ex Joh. XV. 26. ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματι τὸ ἐκ τοῦ πατρός. Naz. orat. XXIII. velut ex fonte: *Quemadmodum enim fons eam quam emittit aquam extra ſe non efficit, ſed quam ante habet, ex ſe ſinit ſcaturire; ſic etiam Deus fons eſt ſpiritus ſancti, & auctor eiusdem, non extrinſecus eum recipiens, ſed ex ſeipſo ſinens ſcaturire.* ait Orthodoxus apud Athanaſ. dial. II. f. m. 208. A. Sed in eo differunt, quod filius ex Patre ſit per generationem, Spiritus vero ſanctus per proceſſionem, ſeu, ut cum Gregorio Naz. loquamur, quod *filius genitus, ſpiritus ſanctus emiſſus*: orat. XXXIII. à qua καθ' ἔξοχὴν vocatur *procedens* à Gregor. Naz. orat. XXXI. f. 527. Et Athanaſius confitetur: *Spiritum ſanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus eſt,* ἀλλ' ἐκπορευτόν, *ſed procedens.* Symbol t. 2. f. 32. C. Unde nec Filius eſt: nec V. C. πνευματομάχων: *Si Spiritus Sanctus nec creatura eſt, nec Angelus, ſed ex patre procedit, Ergo & ipſe quoq; filius habendus eſt, eruntq; inter ſe germani, verbum & ſpiritus*; apud Athan. ad Serap. t. 1. f. m. 189 D. Nec enim procedit à patre Spiritus per generationem, ſed per ſpirationem, ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ *ex ore ejus*, uti loquitur Baſil. in Pſal. XXXIII. *O Dee cunctiparens, anima dator, ô Dee Chriſte, cujus ab ore Deus ſubſiſtit ſpiritus unus.* canit Prudent. hamartig. p. 225. v. 939. Greg. Naz. diſtinguit inter τὸ καλὸν γέννημα, καὶ τὸν θαυμαστὸν πρόοδον; orat. XIII. Athanaſius Spiritum Sanctum vocat ἐκπόρευμα τοῦ πατρὸς, *id quod ex patre procedit* in expoſ. fid. t. 1. f. 242. D. Et deſcribit: τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ στόματος τῆς ὑποστάσεως (πατρὸς) ὄν πνεῦμα: *Spiritus ſanctus ex ore hypoſtaſis* (Patris) *eſt ſpiritus.* dial. 1 de Trinit. f. 176. t. 2. Et ſuam habet ſubſiſtentiam; Nam Baſilius eum deſcribit, ὡς ἐκ θεοῦ ἔχον τὴν ὑπόστασιν. comm. in Pſ. XXXIII. f. m. 203. B. *tanquam qui ex Deo habeat ſubſiſtentiam.* Nec obſtat, quod Filius non ſit; *Nihilo enim minus, tametſi filius non appelletur in ſcripturis, ſed ſpiritus Dei, aequè tamen in Deo, & ex Deo eſſe commemoratur.* ait Athan. ad Serap. t. 1. f. 199. D. Confer Baſil. lib. V. adverſ. Eunom. f. 120.

§. 84. Habet autem eſſentiam per proceſſionem non ſolum à Patre, ſed etiam à Filio, ita ut *procedat à Patre & Filio*: Id quod Patres non Latini ſolum, ſed etiam Græci (laudante eos Synodo V. alii VI. vocant, collat. 3.) Athanaſius, Hilarius, Baſilius, Nazianzenus,

à Patre & Filio.

zianzenus, Nyſſenus, Ambroſius, &c. Sive totidem verbis, ſive æquipollentibus profitentur. Paulo ante allegavimus verba Symboli Athanaſiani, quod Spiritus ſanctus *à Patre & Filio neque ſit factus, neq; creatus, neq; genitus, ſed procedens.* E. procedit ex Patre & Filio. Alibi Spiritum ſanctum vocat ἴδιον τῦ λόγυ, καὶ τῆς τῦ πατρὸς θεότητ@ *proprium verbi, & Deitatis Patris.* ad Serap. t. 1. f. 207. A. *Ex Patre Filioq; procedit Spiritus Sanctus*, juxta Ambroſ. de dignit. human. condit. f. 246. c. 2. Confer lib. 1. de Spir. ſanct. c. 10. de Symb. c. 3. & 4. Idem allegat ex Apoc. XXII. flumen aquæ vivæ (quod eſt Spiritus ſanctus) ſicut *procedit de ſede Dei & agni.* lib. III. de Spir. ſanct. c. 21. quod dictum explicat noſter D. Dorſch. Theol. Zacch. diſp. V. part. 2. Loc. 2. p. m. 225. Spiritus ſanctus à Patre & Filio ſuam habet eſſentiam. E. ex utroque eſſentialiter procedit: *De Patre & Filio auctoribus confitendus eſt*, ait Hilarius lib II. de Trinit. f. m. 21. *Spiritus à filio accipit*, & ita Filius per eum Spiritu *major* eſt, quod origo ſit Spiritus. juxta Athanaſ. orat. II. adv. Arian f. 522. A. *Quæcunq; habet Spiritus, ea à verbo accipit.* orat. IV. f. 477. Et alibi: *Si filius ideo, quia ex Deo & patre eſt, proprius ipſius ſubſtantiæ eſt, neceſſe eſt & ſpiritum, qui ex Deo eſſe dicitur, proprium eſſe ſecundum ſubſtantiam filij.* ad Serap. t. 1. f. m. 199. Sicut E. filius à Patre habet originem, quia ejus *proprius* eſt: ita Spir. ſanctus à Filio cujus *proprius* eſt juxta Greg. Nyſ. lib. 1. adv. Eunom. Filius eſt αἰτία *principium* Spiritus ſancti. Epiphanius quoque diſerte de Spiritu ſancto docet, quod ſit ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τῦ ὑῦ λαμβάνον, *ex patre procedens, & ex filio accipiens*: οὐκ ἀλλότριον πατρὸς καὶ ὑῦ, ἀλλὰ ἐκ τῆς αὐτῆς ὐσίας, ἐκ τῆς αὐτῆς θεότητ@, ἐκ πατρὸς καὶ ὑῦ, σὺν πατρὶ καὶ ὑῷ ὐπόστατον: *non alienus à Patre & filio, ſed ex eadem eſſentia, ex eadem Deitate, ex Patre & filio, cum patre & filio ſubſiſtens.* Hæreſ. LXIII. τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα παρ' ἀμφοτέρων *ſpiritus ſanctus ab utroq;* ſcil. Patre & Filio eſt. Hæreſ. LXXIV. Et alibi, nempe Hæreſ. LVII. (LXIX.) dixerat πνεῦμα τὸ ἐκ τῦ ὑῦ λαμβάνον, *Spiritum ex filio accipere. Neque enim quid aliud eſt filius, exceptis his, quæ ei dantur à patre. Neq; alia ſubſtantia eſt Spiritus ſancti, præter id quod ei datur à filio*, ait Didymus Alex. lib II. de Spir ſanct. f. 198. Confer Dionyſ. Petav. de Trin. l. 7. c. 3. mox ab initio; Croj. not. in N. T. p. 156. ubi contra Heinſium pro Epiphanii hoc teſtimonio inſigni fervide diſputat, & Richard. Montac.

Digitized by Google

Montac. not. ad epiſt. *II.* Photij. f. m. 64. contra Græcos idem urgentem. *Confitemur*, ait Marius Victor. lib. 1. adv. Arian. f. m. 316. B. *& ſpiritum ſanctum, ex Deo Patre omnia habentem,* τῷ λόγῳ *h. e. Ieſu Chriſto tradente illi omnia, quæ Chriſtus habet à Patre.* Et lib. *IV.* f. m. 350. E. *Omnia ſpiritus ſanctus quæ habet à Chriſto accepit.* Cyrilli eadem ſententia eſt, *& pater quidem*, dicentis, *dedit filio, filius autem tradidit ſpiritui ſancto.* Catech. XVI. f. 187. C. D. Athanaſius alia phraſi *Filium* vocat πηγὴν *fontem Spiritus ſancti*, de hum. nat. f. 601. juxta Joh. IV. 13. VII. 38. Pſ. XXXVI. 10. Jerem. *II.* 13.

§. 85. *Fundamentum* ſuum ſolidum hæc Patrum aſſertio habet in S. literis: *Concorditer ex S. literis oſtenditur, ſpiritum ſanctum creaturam non eſſe,* ἀλλ' ἴδιον τοῦ λόγου καὶ τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος, *ſed proprium verbi & Patris Deitatis.* ait Athanaſ. ad. Serap. t. 1. f. m. 207. A. adeoque ab utraq; procedere. nempe Joh. XVI. 13. 14. ubi Chriſtus de ſpiritu ſancto ait: *ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* quod dictum non ſolum Cyrillus l. cit. producit, ſed etiam Athanaſius; qui ad Serap. t. 1. f. 195. C. D. inter ſeſe confert verba de ſe Chriſti: *quæ audivi à Patre, hæc loquor.* (Joh. XIV. 10. XV. 15. XVII. 13.) Et de ſpiritu ſancto: *de meo accipiet, & annunciabit vobis*, & concludit, ſicut ex iſtis originem eſſentialem Filij à Patre; ſic ex his originem ſpiritus ſancti à Filio, *cum igitur*, dicens, *iſtiusmodi ordinem & naturam habeat Spiritus ad Filium, qualem Filius habet ad Patrem, qui fieri poteſt, ut qui ſpiritum creaturam dicit, non illud idem neceſſariò & de Filio ſentiat?* confer epiſt. 1. ad Serap. t. 2. f. 10. D. Sic & Didymus Alex. lib. *II.* de Spir. ſanct. f. m. 198. B. *Non enim*, inquiens, *loquetur à ſemetipſo, h. e. non ſine me, & ſine meo & Patris arbitrio, quia inſeparabilis à mea & Patris eſt voluntate; Quia non ex ſe eſt, ſed ex Patre & me eſt; Hoc enim ipſum quod ſubſiſtit ac loquitur, à patre, & me illi eſt.* Baſilius quoque inde concludit ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον: *omnino ex illa cauſſa* (Filio) *pendentem* Spiritum ſanctum. lib. *III.* adv. Eunom. Parallelum huic fundamento eſt illud, quod Filius habeat omnia quæ pater, exceptis relativè oppoſitis: de quo diſputavimus §. 27. jam vero pater habet ſpirationem activam, quare & Filius eandem habeat, neceſſe eſt: *Cui non patet,* ὅτι ἀδιαίρετα ἰδιώματα τοῦ υἱοῦ ἀποτετμήνται ὅτι τοῦ πατρός *quod nulla Filij operatio à Patre diviſa ſit?* Nec eſt aliquid in rebus quod filio inſit, & à patre alienum

Fundamentum. Ex ὁμοουσίᾳ.

num sit. Omnia, inquit, mea tua sunt, & tua mea. Joh. XVIII. 7. quærit, & ait Basilius lib. II. adverſ. Eunom. t. 2. f. m. 77. A. Cum Macedonianus interrogaret: *Spiritus igitur non est Filij?* R. orthodoxus: *omnia quæ sunt Patris sunt etiam Filij: Hoc testatur Apostolus quoque, spiritum esse & Patris & Filij.* nempe Rom. VIII. 9. seqq: Athan. t. 2. f. m. 269. D. 270. A. confer Mar. Victor. lib. 1. adv. Arian. f. m. 316. B. Ambros. lib. II. de Spir. sanct. c. 12.

Ex spiritualitate.

§. §. 86. Alterum fundamentum est, quod Spiritus sanctus sit *Spiritus* non Patris solum, sed etiam *Filij*; Athanasius epist. 1. ad Serap. t. 2. f. 12. Spiritum sanctum vocat *παρὰ τοῦ υἱοῦ halitum Filij.* qui Apostolis eum inspiravit: *Ideo Dominus inspirans in ora Apostolorum, dicit:* Accipite Spiritum sanctum, *ut intelligeremus, ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος τῆς θεότητός ἐστι τὸ διδόμενον πνεῦμα quod ex plenitudine Deitatis sit datus Spiritus discipulis.* ait Athan. de hum. nat. t. 1. f. 600. D. Alibi vocat *εὐωδίαν τοῦ χριστοῦ bonum odorem Christi.* Ad Serap. t. 2. f. 21. & dial. 1. de Trin. f. 165. ut qui

Spirat de patris corde Paraclitum.

Canente Prudentio hymn. V. v. 160. *καθημ. Christi est Spiritus, spiritusq; de eo capit, & ab ipso emittitur:* ait iterum Athanasius orat. II. adverſ. Arian. f. 354. B C. Si igitur ita est Christi Spiritus, ut ab eo accipiat, scilicet essentiam suam, & ab ipso emittitur, sequitur, quod Christus, seu Filius Dei, eundem spiret. Confirmavit illud dictis scripturæ de comm. essent. Patr. f. m. 221. *quod scriptura aliquando Patris spiritum, παρὰ τοῦ υἱοῦ aliquando Filij, aliquando simpliciter Spiritum vocet:* Vocatur autem *Filij* Spiritus Gal. IV. 6. Christi Spiritus, Rom. VIII. 9. quæ dicta l. c. Athanasius allegat. *Quin & in tota divina scriptura comperies, quod Spiritus sanctus λεγόμενον τοῦ υἱοῦ qui dicitur Filij, idem dicitur esse Dei:* idem dicit epist. 1. ad Serap. t. 1. f. 11. B. Et concludit etiam Didymus Alex. lib. II. de Spir. sanct. f. m. 196. *Ex his colligitur, quod indivisa sit substantia Trinitatis, & Patrem verè filij esse Patrem; & Filium verè Patris filium; & Spiritum sanctum verè Patris & Dei esse spiritum: & insuper sapientia & veritatu, i. e. filij Dei.* Sicut igitur Filius est Patris Filius, quia ab ipso est genitus, & Spiritus sanctus ejusdem Patris est Spiritus, quia ab ipso est spiratus; Ita Filii est Spiritus, quia ab ipso spiratus, & per spirationem essentiam habet: *Memor sit* (baptizatus) *Domini,*

qui

Digitized by Google

qui Spiritum ſanctum inſufflavit (Chriſti) *perq; illam inſufflationem Spiritum eſſe divinæ eſſentiæ, & non creatæ naturæ, oſtendit.* ait Baſil. hom. XVII. de Baptiſ. t. 1. f. m. 508. D. nempe qui ſpiritum ſpirat in tempore, ſpirat eundem etiam ab æterno.

§. 87. Tertium ſumitur à *miſſione*; Nam & Filius mittit Spiritum ſanctum, ſicut Pater. *A Patre & Filio mittitur*, ait Hieron. q. 9. ad Hedib. t. IV. f. 67. A. juxta Prudentium: à miſſione.

Regnat Spiritus ille ſempiternus
à Chriſto ſimul & parente miſſus.

καθ. hymn. IV. v. 14. 15. Et hymn. VI. 5. ſeqq.

ô Trinitatis hujus
vis una, lumen unum,
Deus ex Deo perennis,
Deus ex utroq; miſſus.

Athanaſius ad Serap. t. 1. f. m. 195. appellat τὸ πνεῦμα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ δεδόμενον καὶ πεμπόμενον, *Spiritum à filio datum & miſſum*: ibidem aſſerit: ὁ δὲ υἱὸς τὸ πνεῦμα ἀποστέλλει *filius vero ſpiritum mittit.* Mittit non aliter ac pater: Mittente Filio Spiritum veritatis, quem conſolatorem vocavit, ſimul mittit & Pater. Neque enim Pater « mittente Filio non mittit; cum eadem voluntate Patris & Filii « Spiritus veniat. ait Didymus Alex. lib. II. de Spir. ſanct. f. m. 196. Paulo ante dixerat: Spiritus ſanctus conſolator à Filio « mittitur, non ſecundum Angelorum, aut Prophetarum, aut Apo- « ſtolorum miniſterium, ſed ut mitti decet à ſapientia & veritate « Spiritum Dei, indiviſam habentem cum eadem ſapientia & ve- « ritate naturam. Etenim Filius miſſus à Patre non ſeparatur, « nec disjungitur ab eo, manens in eo, ut habens illum in ſe- « metipſo. Sicut igitur pater, miſſionis Filii principium, eſt principium quoque, ſeu origo, Filii; ita Filius eſt origo Spiritus ſancti, quem & ipſe mittit. Probatur aſſertio ab Athanaſ. de hum. nat. ſuſc. t. 1. f. 600. D. dictis ſcripturæ: Joh. VII. 38. Joël. II. 38. Ab Hilario ex Joh. XVI. 13. 14. Sic enim inde infert: *à filio igitur accipit* (Spiritus ſanctus) *qui & ab eo mittitur, & à patre procedit. Et interrogo; utrum id ipſum ſit, à filio accipere, & à patre procedere? Quod ſi nihil differre creditur, inter accipere à filio, & à patre procedere, certè*

idipſum atq; unum eſſe exiſtimabitur à filio accipere, quod ſit accipere à Patre. lib. VIII. f. 103. adde antecedentia & conſequentia reliqua egregia. Confer Euſeb. lib. *III.* contr. Marcel. c. 5. f. m. 171. D.

Ex rationibus.

§. 88. His fundamentis accedunt *rationes* Patrum: Hypotheſis Nyſſeni eſt, ὅτε τῷ λόγῳ τῆς αἰτίας ὑποξηρημένου, ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφώνως ἔχειν, *quod ſublata principij ratione nullare S. Trinitas à ſeipſa diſſideat*, ſeu differat. l. 1. adv. Eunom. Et in epiſt. ad Ablabium: neceſſe eſt E. etiam à Filio Spiritum S. eſſe ut à principio, quo ab ipſo realiter & relativè, differre poſſit. τὰς μὲν ὑποστάσεις τῆς ἁγίας τριάδος ὁ τῆς αἰτίου διαιρεῖ λόγος, *perſonas S. Trinitatis principij ratio diſcernit*: adeoque relationes; αἱ πρὸς ἄλληλα σχέσεις, *mutuæ relationes*, uti loquitur Naz. orat. V. Theol. Sunt quoque inter Patres, qui *ordinem perſonarum* in formula baptiſmi urgent, quod fixus ille ſit, propter fixam originem perſonarum, Patris, qui à nullo ſit; Filii, qui à patre ſit genitus; & Spiritus ſancti, qui ex utroque procedat, tertius à patre *ordine & dignitate* τάξει καὶ ἀξιώματι, uti loquitur Baſilius, originem Spiritus Sancti innuens. Confer ejusdem epiſt. 300. Nyſſen. lib. 1. adv. Eunom. Athan. orat. *III.* adv. Arian. Aliqui Patrum etiam Spiritum Sanctum dicunt eſſe *imaginem* Filii. Sic enim appellat Athanaſius ad Serap. t. 1. f. m. 199. B. *Quinetiam*, inquiens, εἰκὼν τοῦ υἱοῦ λέγεται καὶ ἔστι τὸ πνεῦμα, *imago & eſt, & dicitur filij ſpiritus*; idque probare allaboravit ex Rom. VIII. 29. per *imaginem* intelligens Spiritum Sanctum. Quod ſi imago eſt, Deus erit, ſicut Filius: *qualis enim eſt imago, talem eum oportet eſſe cujus eſt imago.* Sicut ibidem loquitur; Et originem inde habebit, ſicut Filius (de quo paulo poſt idem) à patre, cujus imago eſt, originem habet. De hoc ipſo agit lib. V. adverſus Eunomium Baſilius, t. 2. f. m. 117. ὅτι εἰκὼν ἀληθὴς καὶ φυσικὴ τοῦ θεοῦ καὶ Χριστοῦ τὸ πνεῦμα, *Quod ſpiritus ſit imago vera & naturalis Patris & Chriſti.* Imago autem non accidentalis, ſicut nos, ſed eſſentialis ſeu ſubſtantialis: *Propterea namq; cum ipſe imaginem exprimat, non ab imagine exprimitur.* Confer: ex noſtris uberius de hoc myſterio diſputantes Tubingenſes in Bz. ad II. Patriar. Bz. f. m. 293. & Dn. D. Dannh. ſtyl. vind. p. 208. ſeqq. Ex Pontificiis Dionyſius Petavius lib. *VII.* Theol. dog. c. 3. ſeqq: Ex

Refor-

Reformatis, quos §. 94. allegavimus, adde Forbeſ. inſtruct. Theol. lib. 1. c. 6. ſeqq.

§. 89. Proceſſio hæc eſt *æterna*: id quod innuit Athanaſius, dicens, *Spiritus ſanctus progreſſio Patris, ſemper eſt in manibus Patris, qui eum mittit, & manibus Filij, qui eum geſtat, per quem omnia replevit.* In expoſit. fid. t. 1. f. m. 242. Epiphanius πνεῦμα ἅγιον ἀεὶ *Spiritum ſanctum ſemper* eſſe ait Hæreſ. LXII. ratione reddita: πνεῦμα γὰρ ὁ θεός *Spiritus enim eſt Deus*; Deus autem eſt æternus. *Sicut Patri conjunctus eſt Filius*, ut non ſit *poſterior*; *ita etiam Spiritus S. proximè hæret Filio*: ait Nyſ. l. c. cont. Eunom. Si non poſterior. E. coæternus. D. Illuſtrari poſſet *ſimili* de ſole, radio, & lumine ex ſole perpetuo emanante, quod innuit idem orat. IV. adverſ. Arian. f. m. 467. D. Item fluminis ex fonte perenni perennis; Eſt enim Filius Spiritus ſancti *fons*, Athanaſio eodem appellante. Sicut igitur filius eſt æternus, quia fons ejus, pater, æternus eſt, de quo idem orat. II. adv. Arian. ita Spiritus S. eſt æternus, quia ejus fons, Filius, æternus eſt: concluſio eſt Baſilii: *Spiritus S.* inquientis, *nihil in ſeipſo habens adventitium, ſed ex æterno habens omnia, tanquam ſpiritus Dei & ex ipſo progreſſus, principium hunc habens, tanquam ſui fontem.* lib. V. advers. Eunom. Item cordis verbi, & halitus, Greg. Nyſ. orat. Catech. c. 3 quæ & ipſa per naturam cohærent. Omnium clariſſime de hoc myſterio inter ſeſe diſputant orthodoxus & Macedonianus apud Athan. t. 2. f. m. 275. D. hoc enim interrogante: *Semper ex illo procedit?* ille reſpondet: *ne exiſtimes ὅτι ἤρξατο τῆς ἐκπορεύσεως, καὶ πέπαυται proceſſionem vel cœpiſſe, vel deſiiſſe; idcirco dicit; Qui a Patre procedit, ut nec initium, nec finem proceſſionis requiras.* Neque adimitur vel Patri; vel Filio ſua eſſentia, ſi eam Spiritus ſanctus accipit ſpiratione: Neque in tempore incipit eſſe Spiritus, ſi accipit ex patre & Filio eſſentiam. Accipere *enim* ut divinæ naturæ conveniat intelligendum. « Quomodo ergo Filius dans non privatur his quæ tribuit, neque « cum damno ſuo impertit aliis; Sic & Spiritus non accipit, quod « ante non habuit. ait Didymus lib. II. de Spir. ſanct. f. m. 198. D. Neque ſcaturit ab extra ſed ab intra: Quemadmodum enim fons « eam quam emittit aquam extra ſe non efficit, ſed quam ante ha- « bet ex ſeſe ſinit ſcaturire: Sic etiam Deus fons eſt Spiritus ſancti, «

æterna eſt proceſſio.

& author ejusdem, non extrinsecus eum recipiens, sed ex seipso sinens scaturire. ait orthodoxus apud Athanas. dial. II. de Trinit. t. 2 f.m. 208. A. Brevius Cyrillus: *Spiritus sanctus non ab ore & labiis Patris & Filii loquendo formatus, vel efflatus, aut in aerem diffunditur*; ἀΜ' ἐνυπόστατον; *Immanenter* igitur, ut spiritus, ita procedens.

Antithesis. §. 90. *Vapulant Sabelliani*, & quotquot personalitatem Spiritus sancti in dubium vocabant. In horum numerum *Eusebius* refert *Marcellum Ancyranum*, qui Spiritum sanctum à Filio procedere ideo negabat, quod unitas essentiæ divinæ periclitaretur, si Filius distincta à patre & Spiritu sancto statueretur persona; Et negativam probabat ex verbis Christi sæpe allegatis: *de meo accipiet* &c. tanquam Filius & Spiritus sanctus idem essent. Cui regerit Eusebius, distinctas esse personas, inde patere, quod inter ipsas sit meum & tuum, Christo dicente; de meo accipiet. lib. III. de Eccles. Theol. c. 4. f.m. 168. *Ariani*, & similes Antitrinitarij, ad absurdum orthodoxos deducere allaborabant, dicentes, si Spiritus sanctus à Patre & Filio, qui & ipse essentiam habet à Patre, procedit, & procedendo essentiam habet, sequitur, quod nepos sit respectu Patris, & filius Filii; vel certe germanus frater Filii. Cavillis hisce respondet Athanasius ad Serap f. 190. A. vicissim eos interrogando, & N.C. & directè respondendo: unicum esse Dei filium, non plures; *Deum non divisam habere naturam, adeoq; ipsum divisum non gignere filium, ut ille vicißim efficiatur pater alterius. Nec spiritum in SS. literis nominatum esse filium, nec proinde fratrem filii habendum esse, neq; filium filii, neque avum illi esse existimandum.*

characteres externi. §. 91. Habet Spiritus sanctus suos etiam qualescunq; *externos characteres*, signa nimirum, & operationes, quibus sese manifestavit, vel adhuc manifestat, aut manifestatur. Nazianzenus allegatus, vocat ἐκφανειαν *apparitionem*, *seu manifestationem*; e.g. In columba ad Jordanem: *descendit in specie columbæ mundæ*, ait Cyrillus, & eius typum fuisse putat columbam Noachicam. Catech. XVII. f m. 196. A. in igne; *in specie enim linguarum igne arum sedit super Apostolos*, idem ait f. 199. C. In vento, ut in die Pentecostes eodem; quo σάλπιγξ ὥσπερ ἐπνεόντος ἤχουν, *tanquam tuba cœlestis inte-*

intonuit: l. c. Sicut in Symbolo halitus afflatus eſt diſcipulis. Joh. *XX.* 21. id quod imitabantur veteres, inflantes in os baptizatorum; f. 196. A.

V. officium.

§. 92. *Officium* quoque ſuum habet ſpiritus ſanctus, de quo, eiusque actibus, aliquid tactum eſt ſupra, pauca addamus: *Quod ſit officium eius in nobis, verbis ipſius Domini audiamus*, ait Hilarius, & allegat Chriſti verba Joh. *XVI.* 12. ſeqq. prolixè, & ſubjungit: *Hæc de pluribus ad intelligentiæ viam dicta ſunt, quibus & voluntas munerantis, & ratio, & conditio muneris continetur.* A Didymo vocatur *ſanctificator ſcientiæ divinæ, & univerſorum attributor bonorum, plenitudo donorum Dei*, de Spir. ſanct. lib. 1. Juxta Baſilium *omnes ad agnitionem Dei illuminat, Prophetas inſpirat, legislatores ſapientes reddit, ſacerdotes conſecrat, regibus fortitudinem addit, perficit juſtos, ornat modeſtos, gratiam ſanitatum operatur, mortuos vivificat, ſolvit compeditos, eos, qui abalienati fuerant, in filios adoptat.* homil. XV. de fid. t. 1. f. 501. C. Atque hæc omnia præſtat ſine ſui diminutione: *Quemadmodum ſol corpora illuſtrans variè à quolibet ſumitur, nec tamen propterea diminuitur; ſic & omnibus quidem gratiam præbens infractus remanet ac indiviſus.* l. c. Confer lib. V. adv. Eunom. f. 139. in Pſ. *XLV.* f. 258. Cyril. Catech. *XVI.* f. 176. 180. 181. 283. *XVII.* 191 Mar. Vict lib. 1. adv. Arian. f. m. 292. Prudent. *περὶ στεφ.* hymn. *IV.* 16. ſeqq.

Intrat pectora candidus pudica,
Quæ templi vice conſecrata rubent,
Poſtquam combiberint Deum medullis.

Sed de hoc & aliis ſanctiſſimi ſpiritus actibus officialibus inferius, Deo volente, ubi de ſanctificatione hominis, acturi plenius ſumus.

SECULI

Seculi Quarti

Articulus V.

Sect. VI.

De

ATTRIBUTIS DIVINIS.

Argumentum:

Nomina, & descriptiones. Sunt ipsa Dei essentia, formaliter solum ab ea diversa; Sapulant Eunomiani eam differentiam negantes; sunt tribus personis communia; dividuntur in negativa, & affirmativa. In absoluta, & relativa; Absoluta sunt, spiritualitas, insensibilitas, & invisibilitas; Simplicitas, AEternitas, immutabilitas, immortalitas, infinitas, immensitas; Relativa sunt: Omnipraesentia, omnipotentia, bonitas, sanctitas, misericordia, amor, justitia, ira, scientia, sapientia, Voluntas, Veritas, perfectio, pulchritudo, majestas, beatitudo: Horum & similium attributorum natura explicatur. Veritas asseritur, probatur, vindicatur, & contraria sententia Sapulant.

§. I.

Attributorum divinorum I. Nomina & appellationes.

Attributa Dei vocantur communibus vocibus ἀξιώματα, ἀξίαι, *dignitates*, à Greg. Nyssen. lib. 1. adv. Eunom. ἐπιτηδεύματα, *propria studia*, ab eodem; νοήματα & ἐπίνοιαι *notiones & cogitationes*, à Basil. lib. 1. adv. Eunom: quales sunt, sapientia, potentia, bonitas, justitia, fortitudo, & similia, quæ idem Nyssenus exempli loco adducit, *Nam*, inquiens, *ut nostra ratio est, naturalis est Deo dignitas, ipsa divinitas, sapientia, potentia, ut sit bonus, judex, fortis, patiens, verus, creator, dominator, invisibilis, finis expers*: hæc ille vocat ἀξιώματα, item ποιότητας *qualitates*, & ἰδιώματα *proprietates*. l. cit. ἐπιθεωρημένας ἐπιλήψεις

ὑπολήψεις *opinione conſtitutas notiones* l. cit, ἴδια *propria.* Athanaſ. t. 1. ad Serap. f. 169.

§. 2. *Definiri* vel *deſcribi* poſſunt, quod ſint ἰδιωμάτων διαφοραὶ *proprietatum differentiæ, quas circa ſubſtantiam ratione cogitationis intelligimus*, juxta eundem Nyſſenum. Athanaſi. ad Serapt. 1. f. 169. D. ἴδια *propria Dei ſunt, ex quibus cognoſcitur Deus, qualia ſunt: omnipotentia, ipſa eſſentia, & immutabilitas, aliaq;:* 2. Deſcriptiones.

§. 3. A parte rei ſunt ipſa Dei eſſentia, nec inter ſeſe differunt; *Non enim aliud potentia, aliud ſubſtantia*, ait Marius Victor. lib. 1. adv. Arian. f. m. 310. Et propterea in abſtracto prædicantur de Deo, *Deus eſt ipſa bonitas*; ait Athanaſius dial. 1. de Trin. f. 173. & 175. B. *ipſa hypoſtaſis eſt, etiam immortalitas, neq; immortalitas duntaxat, verum etiam incorruptibilitas, & juſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, & dominatio, & poteſtas.* ſuffragatur Hilarius lib. IX: de Trin. f. m. 127. dicens: *Deum in his oſtendit intelligendum eſſe quæ ſua ſunt in virtute, in æternitate, in providentia, in poteſtate. Non quod hæc Deus ita habeat, tanquam aliud quid extra iſta eſſe credendus ſit; ſed quod in his ad aliquantulam ſenſus noſtri opinionem ſignificatus ſit ipſe qui habeat.* Qui enim aliud fuerit, ſi eſt αὐτόλογος, αὐτοσοφία, αὐτοφῶς, αὐτοζωὴ, αὐτολογάλος, αὐτοαγαθός; i. e. *ipſe ſermo, ipſa ſapientia, ipſum lumen, ipſa vita, ipſe bonus, ipſe pulcher.* Sic autem eum vocat Euſeb. de Eccleſ. Theol. lib. II. c. 14. Hinc ſequitur, quod attributa Dei non ſint pluraliter efferenda, vide Dionyſ. Areopag. de div. nom. c. II f. 410. Liberium in ep. ad Athan. t. 1. opp. Athan. f. 243. B. dial. 1. de Trin. f. 174. D. Bætic. c. 3. adv. Arian. Nyſſ. orat. catech. c. 20. ut adeo male vapularit Baſilius, *quod nullum eorum nominum, quæ divinam referunt Majeſtatem, pluraliter numerarit, ſed unam bonitatem, & potentiam &c. ſingulariter protulerit.* Epiſt. LXXX. f. 901. C. ſicut enim una eſt eſſentia, ita & bonitas, & potentia &c. 3. Convenientia cum eſſentia Dei.

§. 4. Differunt tamen formaliter ab eſſentia divina, & inter ſeſe: Sunt enim ἐπινοίᾳ διαιρετῇ *ratiocinatione diſtincta*, juxta Baſil. lib. 1. adv. Eunom. f. m. 13. t. 2. ἰδιωμάτων διαφοραὶ *proprietatum differentiæ*, quas vocat Nyſſenus lib. 1. adv. Eunom. quas quidem facit ratio humana, unde ἐπιθεωρήματα ὑπολήψεις *contemplativæ notiones* ab eodem vocantur; ſed, quam Philoſophi vocant ratiocinatam; Non enim ſunt ἀνύπαρκτοι καὶ ἀνυπόστατοι φαντασίαι, *imaginationes ſive* (4.) differentia formalis;

rxiſtentia, quas appellat Baſilius; ſed habet fundamentum in diverſo Deum conſiderandi modo: *Neq; enim Deus hæc dicitur eſſe per compoſitionem*, ἀλλὰ κ᾽ διαφόρους ἐννοίας *ſed ſecundum diverſas notiones, dictus immortalitas, quod deſinere; incorruptibilitas, quod diſſolvi non poſſit; juſtitia, propter æquitatem; ſanctificatio, quod à peccato cuſtodiat: redemptio, quod vitam noſtram liberet à corruptione; dominatio, quod omnium ſit Dominus; poteſtas, quod nihil ei reſiſtat*, explicante Athanaſ. dial. I. de Trinit. f. 175. confer dial. II. f. 200. C. Confirmat hæc Nazianzenus, *neq; enim*, inquiens, *ſimplicitas illi natura eſt, quemadmodum nec compoſitus ſola compoſitio*, orat. XXXVIII. f. 586. *Quocirca*, explicante Niceta, *quærendum prius eſt, quid ſit Deus quantum ad naturam, quam de ſimplicitate loquamur, quæ naturam conſequitur.* conferantur Baſilius lib. I. & II & Nyſſenus lib. XII. adverſus Eunomium exprofeſſo pro differentia formali attributorum divinorum diſputantes. epiſt. 400. & Huc pertinet, quod Nazianzenus diſputat orat II. de Theol. f. m. 29. A. dicens: *Vt maxime* (Deus) *ſit incorporeus, nondum id Dei naturam nobis vel exhibet, vel complectitur, quemadmodum ne illa quidem hoc præſtant, ſi Deum ingenitum, expertem principij, mutationis, interitus dicas: vel ſi quæ alia, quum de Deo, tum in Deo traduntur eſſe: Quidenim facit ad indicationem naturæ atq; ſubſtantiæ ipſius, quæ excidit, ſi maximè ſcias, omni enim initio carere, neq; poſſe à ſtatu ſuo dimoveri neq; terminis ullis includi?* Cave autem, ne per hæc attributa intelligas virtutes quasdam, Deo inhærentes inſtar qualitatum, quales hominibus ineſſe ſolent: *Deus enim non eſt vocandus temperans, aut fortis, & alia hujuſmodi*, (puta, quo ſenſu nos homines ſic appellamur) *ſiquidem ſupra humanam virtutem eſt; Etſi enim dicitur juſtus, aliter tamen quam nos dicitur.* juxta Tit. Boſtren. lib. II. adv. Manich. p. 76.

contra Eunomianos. §. 5. Vapulant Eunomiani, ſtatuentes, nullam eſſe, ne formalem quidem, differentiam inter eſſentiam Dei & eius attributa: Παντελῶς ἄσημον εἶναι τὸ ὄνομα κ᾽ ἐν μόνῃ τῇ ἐκφωνήσει τὴν ὑπόστασιν ἔχειν, *penitus nihil ſignificare nomen, atq; in ſola pronunciatione conſiſtere*, ſicut ſententiam eius refert Baſilius lib. I. adv. Eunom. f. m. 13. vel, ut Nyſſenus eandem Hæreticorum ſententiam refert: *Non aliud eſt vita* (Dei) *quam eſſentia, ratio, ne aliqua compoſitio in ſimplici natura intelligatur.* lib. XII. adv. Eunom. Sed ratio nihili eſt, quandoquidem

quidem Dei attributa à parte rei ſunt idem quod eſſentia divina.

§. 6. Si autem attributa divina formaliter ſolum ab eſſentia, & inter ſeſe differunt, & cum eſſentia divina conveniunt, ſequitur, quod tribus perſonis ſint communia. *Quod enim increatus & incomprehenſibilis dicitur Deus, unus & idem hic ſermo eſt, æque & Patri, & Filio, & ſpiritui ſancto competens. Non enim ille magis increatus, & incomprehenſibilis; iſte vero minus eſt.* Scribit Baſil. epiſt. XLIII. f. 808. repetit f. 809. B.C. Vapularunt igitur Ariani dicentes, Deum *patrem*, & *ſolum* quidem, *naturæ eſſe inacceſſæ, inconſpicabilis, inviolabilis, inenarrabilis, infinitæ, providæ, potentis, benignæ, mobilis, transcurrentis, manentis intra extraq;, & omnium omnibus ſentientis*; referente, & refutante Hilario lib. XI. de Trin. f. 167. Hæc enim etiam ad Filium & ſpiritum S. ſpectant, æquè ac ad Patrem, confer. Cyrill. Catech. VI. f. m. 49. B.C. 5. Communio

§. 7. Attributorum divinorum alia ſunt negativa, alia affirmativa; Negativa Dionyſius Areopagita vocat ἀνομοίους ὑπερλογίας *diſſimiles elocutiones*; & deſcribit, ἐξ ὧν οὐ τί ἐστιν, ἀλλὰ τί οὐκ ἔστιν, σημαίνεται: *ex quibus non quid ſint, ſed quid non ſint, ſignificatur.* de cœleſt. hierarch. c. 11. §. 3. f. 17. A. Putat autem convenientiora hæc negativa eſſe Deo affirmativis: *Atq; hoc* (negative appellare) *ut arbitror, magis ipſi proprium eſt: Nam, uti arcana illa ſacerdotalisq; traditio inſinuavit, verè dicimus, eam non eſſe ſecundum quodquam eorum quæ ſunt, licet eius ſupeſſentialem, & inviſibilem, & ineffabilem infinitatem ignoremus.* B. Alio etiam modo diſtingui ſolent, nempe in abſoluta ſeu ἀνενδεγτικὰ; & relativa, ſeu ἐνδεγτικὰ quam diſtinctionem innuit Gregorius Naz. orat. IV. Theol. f. 118. D. diſputans de voce ingenitus, quod Deus non dicatur ingenitus, mihi, tibi, iſti, illi, ſicut dicitur Deus huius, vel iſtius. 6. Diviſio in negativa & poſitiva. in abſoluta & relativa.

§. 8. Attributorum divinorum *primum* facit Dionyſius Areopagita *bonitatem*; ſic enim ille de div. nomin. c. IV. §. 1. primo omnium de bonitate Dei diſputat, tanquam de fonte reliquorum Dei attributorum. Sed quia attributum hoc, ſi quidem primum eſt, primum fuerit inter attributa Dei relativa, quibus reſpicit creaturas, ideoque præmittamus tractationem eorum, quæ Deo competebant, creaturis etiam nondum productis. 7. Ordo.

§. 9. In his ſunt I. *Spiritualitas.* Quam Patres huius ſe- 8 *Species.*

ut *ſpiritualitas* quæ aſſeritur.

culi I *ſtatuunt*, dum ſpiritum eum vocant, & menti comparant, utpote ſpirituali: *quatenus utrq;* (Deus & animus) ἄϋλος καὶ ἀσώματος, τοιοῦτος γὰρ καὶ λογικὴ τὴν ἰδίαν συνέστηκεν: *ab omnium corporis & materiæ concretione ſeparatus, naturam & eſſentiam ſortitus eſt intellectualem & rationalem.* Euſeb. lib. III. de præpar. Evangel. c. 10. f. 106. B. C. Eidem lib. VI. c. 6. f. 252. B. eſt ἔξω σωμάτων, *extra corporum concretionem.* Adeoq; immaterialem & incorporeum nuncupant: Nam etiam Athanaſius eum vocat ἀσώματον, *incorporeum*, orat. adverſ. gent. t. 1. f. 31. ἄϋλον καὶ ἀσώματον, *immaterialem & incorporeum.* decret. ſynod. Nicæn. t. 1. f. 258. Neque Patrem ſolum, ſed etiam Filium; *Dictum enim tibi eſt* (Joh. IV) *Deum eſſe ſpiritum; ita quoq; Verbum eius ſpiritum crede* οὕτως καὶ ὁ λόγος; *non quale eſt tuum, aut alicuius hominis verbum. Deus enim eſt, etiamſi non videatur* contr: greg. Sabel: t. 1. f. 656. Ambroſius interrogat lib. VI. hexaëm c. 7. *Quid ſit Deus? caro, an ſpiritus?* Et reſpondet: *Non caro utiq;, ſed ſpiritus, cuius ſimilis caro eſſe non poteſt, quia ipſe incorporeus & inviſibilis eſt, caro autem comprehenditur & videtur.* A. Confer Greg Naz. Orat. II. f. 27. ſeqq. 290 ſeq. ubi diſputat, quod Deo nullum corpus competat, neque elementare, neque quintum, ſeu cœleſte, neque ſic dictum Angelicum.

Conſectaria

§. 10. (2.) *Concludunt* hinc, quod Deus palpari non poſſit. Athanaſ. de incarn. t. 1. f. 619. neque partes habeat extra partes: *divina quippe natura, & Dei ſermo, in partes ſecari non poteſt, nec locis dividi, ſed, cum ubiq; ſit, totus ubiq; eſt.* Scribit Hieronymus Marcellæ. t. IV. f. m. 62. A. Neq; Pater & filius invicem transvaſentur: ut quidem ex Joh. XIV. 10. 11. probare allaborabant; *Id enim proprium eſt corporum.* ait Athanaſ. Orat. IV. adv. Arian. f. m. 454. Neque quod mente colendus ſit Deus; *Exemplo* enim eum *virtutum ipſi chariſſimarum beatarumq; venerari didicimus, nec terrei quicquam aut mortui, nec ſaniem, aut cruorem, nec id genus alia corruptioni obnoxia, & in materiam immerſa, obtrudimus; ſed potius hoc in votis habemus unum τῷ δι' πάσης καθαρότητος καὶ ἐγκρατείας, ut mente ab omni impuritate ſincera, corpore caſtitatis ac temperantiæ cultu, qui longe omnium veſtium ornatum ſuperat, decorato, ſana, Deoq; digna doctrina, quodq; omnium præcipuum eſt, puro integroq; animi ſenſu traditam à ſervatore noſtro pietatem ad mortem uſq; tueamur.* verba ſunt Euſebij lib. IV. de præp. Evang. c. 10. f. m. 148. D.

§. 11. (31.)

Digitized by Google

§. 11. (31.) *Vindicant* ab objectionibus, & erroribus; *objectionibus*; poſſet enim objici, quod à S. literis ipſis Deo tribuantur membra corporalia, & corpus, utpote quod apparuerit in corpore; ſymbolice enim iſta intelligenda eſſe, docet Athanaſius contr. greg. Sabel. f. 656. B t. 1. *Ne tu mihi*, inquiens, *ô homo, ſive audias mentionem de divinis oculis, ſive de alijs membris corporis, carnaliter intellige, ἀλλὰ δι' ὁμοιότητα τῶν σωματικῶν ἐνόει τὸ ἀσώματον, ſed ex ſimilitudine corporalium incorporea comprehende.* confer Euſeb. lib. VII. de præp. Evangel. c. 15. f. 327. A. adverſ Marcel. lib. 1. c. 1. §. 5. Hieron. comm. in Jeſ. l. 14. Ex recentioribus Forbeſ. inſtruct. Theol. lib. I. c. 36. p. 68. Vindicarunt etiam ab *erroribus* cum Ethnicorum, tùm hæreticorum. *Ethnicorum*, qui Deo corpus tribuebant, & per imagines illud varias repræſentabant; Imo in partes quasdam ſuas, ſolem, Lunam &c, ut Stoici philoſophi, diſpeſcebant. In quos exſtant invectivæ Athanaſij orat. adverſ. gent. t. 14, 25. Euſeb. lib. III. de præp. Evangel. c. 7. f. 9. & c. 10. f. 106 Epiphan. hæreſ. V. *Hæreticorum*, qui vel corpus tribuebant Deo, vel ex natura corporum contra orthodoxiam argumentabantur: Tribuebant Audeani, ſeu Anthropomorphitæ, proprie accipientes ea ſcripturæ loca, in quibus Deo membra corporea tribuuntur: refutati ab Epiph. hæreſ. LXX. & Theophilo Alexandrino in tribus epiſtolis Paſchalibus. *Objiciebant* etiam, hominem eſſe factum, quoàd corpus etiam, ad imaginem Dei, E. Deum etiam habere corpus: Sed factus eſt homo ad imaginem Dei ſpiritualiter: *Imago Dei virtus eſt, non infirmitas; Imago Dei ſapientia eſt, & imago Dei juſtitia eſt.* ait Ambroſ. lib. VI. hexaëm. c. 7. Alij ex generatione Filij, à Deo Patre facta, inferre ſatagebant hoc abſurdum, Deum eſſe corpus, quandoquidem generatio fit corporum: Quos caſtigat Athanaſius Orat. IV. adv. Arian. f. m. 454. *Nam ſi cognoviſſent*, inquiens, (Deum eſſe incoporeum) *non Dominum gloriæ ſannis, & ludibrijs nefariè tractaviſſent, neq; incorporalia corporaliter excipiunt s, quæ probe dicta erant, interpretationibus depravaſſent*: Et Cyrillus Catech. XI f. m. 94. D. *Deus eſt ſpiritus*, dicens, *qui vero ſpiritus eſt, ſpiritualiter generatur, ut incorporeus, imperſcrutabili, & incomprehenſibili ratione.* Unde apparet, attributi hujus tractationem inſignem uſum habere in theoria, & in praxi.

vindicatur ab Objectionibus,

& erroribus. cum Ethnicorum.

tum Hæreticorum.

Inſenſibilitas.

§. 12. Conſequitur hinc II. *inſenſibilitas*. De qua ex profeſ-

ſo Dionyſius Areop. de myſt. Theol. c. IV. f. m. 741. aſſerens, ὅτι οὐδὲν τῶν αἰσθητῶν ὁ πάντων αἰσθητὸς καθ' ὑπεροχὴν αἴτιος, *quod nihil rerum ſenſibilium ſit is, qui omnia rei ſenſilis ſecundum excellentiam eſt auctor.* Explicat ſuam mentẽ uberius in ipſa lemmatis exegeſi, dicens, quod Deus *corpus non ſit*; hinc concludit, *quod neq; figuram, neq; qualitatem, aut quantitatem, aut molem habeat, neq; in loco ſit*, ὅτι οὐ ὁρᾶται, ὅτ' ἐπαφὴν αἰσθητὴν οὐκ ἔχει, οὐδὲ αἰσθάνεται, ὅτι αἰσθητὸν ὄζει, *neq; videatur, neq; tactum ſenſilem habeat, neq; ſentiat, nec ſub ſenſum cadat*, &c. Similia ſcripſit de cœleſt. Hierarch. c. IV. §. 3. ex 1. Joh. IV. 12. *quod Deus eſt occultum, neminem vidiſſe, neq; viſurum eſſe.* Sic etiam Athanaſius orat. adv. gent. t. 1. f. 31. B. Deum non ſolum ἀσώματον *incorporeum* vocat; ſed etiam ἀόρατον καὶ ἄψαυστον *inviſibilem & intactilem.* Et in reſcr. ad Liberium, f. 244. C. ἀόρατον καὶ ἀψηλάφητον *inviſibilem & intactilem*, ratione reddita, eo *quod ſit ſpiritus Deus.*

& inviſibilitas

§. 13. In ſpecie quod *inviſibilitatem*, ἀβλεψίαν, (uti vocat Dionyſius Areop. de myſt Theol c. 2.) attinet, eam deſcribit Athanaſius de incarn. t. 1. f. 84. D. *Dei*, inquiens, *proprium eſt, ut oculis non conſpiciatur.* Diſtinguendum vero eſt inter ipſam Dei eſſentiam, & eius accidentia, quæ ſcilicet extrinſece ad tempus aſſumit: ſecundum iſtam enim immediate non videtur, aut ſentitur; etſi videatur & ſentiatur ſecundum hæc. Innuit diſtinctionem Dionyſius Areop. de cœleſt. Hierarch. c. IV. §. 3. diſtinguens inter τὸ τοῦ Θεοῦ κρύφιον *Dei occultum*, (quod orthodoxus apud Athan. dial. III. de Trin. t. 2. f. 222. D. vocat ὃ ὄζει τῇ φύσει, *quod* Deus *eſt natura*) & θεοφανείας *Dei apparitiones*, quæ fiunt διὰ δή τινων ἱερῶν καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἀναλόγων ὁράσεων *per viſa quædam ſacra, & ijs, qui ea videbant, congruentia*, confer Epiphan. hæreſ. LXX. f. 396. Inter viſionem à priori & à poſteriori, quæ fit per opera: quam diſtinctionem inſinuat Cyrillus Catech. IX. f. m. 75. B. *divinam itaq; naturam*, inquiens, *conſpicere nequeunt oculi, ex operibus tamen divinis poteſtatis eius informare in animo ſpeciem licet.* Inter naturam Dei divinam & humanam, à Deo ſcilicet Filio aſſumptam. Ita Athanaſius diſtinguit in catena, (quæ in Archipalatina Bibliotheca extabat, citata t. 2. opp. Athan. f. m. 546) cum ad c. 1. Lucæ de Filio Dei dixit, quod *inviſibilis antea vel ſanctis, quæ in cœlo ſunt, poteſtatibus, deinde viſibilis* ὁρατὸς *propter unionem eius cum homine viſibili.* Et paulo poſt: ὁ ἀσώματος *incorporeus ille in ter-*

ras venit, corpus tibi non alienum à nostro (adeoq; visibile) *sed ex intacta virgine, virtute spiritus sancti efformatum assumpsit.* confer. dial. IV. de Trinit. f. 239. D.

§. 14. Fuit igitur Filius, qua Deus, æquè ac Pater, invisibilis & in V. T. & in N. T. *certum enim est verbum ante adventum suum in carne, hominem non fuisse; quippe qui Deus erat, apud Deum ἀόρατος & ἀπαθὴς ὢν invisibilis, & impatibilis existens,* juxta Athan. de salut. adv. t. 1. f. 634. B. C. Et Ruffinum, cuius sententia *invisibilitatis æqualitas inter Patrem, & Filium, & spiritum sanctum confirmatur,* invect. in Hieron. t. 2. f. 123. D. confer & Hieron. comment. ad Jes. VI. 2. seqq. ubi diserte quidem dicit: *visus est Filius* (à Propheta Jesaia) *in regnantis habitu, & locutus est spiritus sanctus, propter consortium majestatis, unitatemq; substantiæ;* Sed hoc ipso statuit, in se neutrum videri posse, id quod seqq. verba docent, *non solum patris divinitatem, sed ne Filij quidem & spiritus sancti,* sc. videri posse. *quia una in Trinitate natura est.* quæ æquè Filio competit ac Patri.

§. 15. *Vapulant* Hæretici Ariani, qui Filium faciebant visibilem, Patrem invisibilem, ut meram istam creaturam esse obtinerent: *Invisibilis, immortalis pater nuncupatur, ut scilicet in contrarium eorum Filius jaceat,* queritur Phœbadius adversus Arian. c. 3. Objicis: Joh. XIV. 9. Christum dicere: qui videt me, videt & Patrem: respondet Hilarius: *Non hic ille contemplationem corpoream, & visum oculorum carnalem significat.* lib. VII. de Trin. f. 94. & lib. VIII. f. 99. *Unitatem naturæ fatetur, cum pater in se viso videtur.* Objici posset & Joh. XII. 41. ubi dicitur Jesaias *vidisse* gloriam Filij, nempe c. VI. 1. Sed resp. Hieron. ad loc. cit. Deum *oculos carnis non posse aspicere, sed oculos mentis,* adeoque Jesaiam oculis mentis Deum vidisse, non corporis: Pergit, & infert: *Ergo Deus natura non cernitur, sed videtur hominibus ut voluerit.* confer Epiphan. hæres. LXX f. m. 395. Dionys. Areop. de cœlest. Hier. c. IV. 9. 3. Gregor Naz. apud Augustinum epist. III. ad Fortunat.

§. 16. III. *Simplicitas.* optime orthodoxus apud Athanasium dial. 1. de Trinit. f. 161. ait, ἁπλοῦς ἐστι (Θεὸς) καὶ ἀσύνθετος *simplex est* (Deus) *& incompositus.* Et Athanasius orat. II. adv. Arian. t. 1. f. m. 334. disputans de generatione Filij Dei ex Patre, quod corporalis non sit; *id enim ait de Deo sentiendum non est,* οὐδὲ γὰρ ἐκ μερῶν συγκείμενός *simplicitas,* opposita Compositorium & partes.

Digitized by Google

μυὸς ἔστι, ἀλλὰ ἀμεθὴς, ἀπαθὴς, ἀπλοῦς, ἀπαθῶς καὶ ἀμερίστως τὸ ἓν πατὴρ ἔστι; *Neq; enim ex partibus compositus est, sed & impassibilis, & simplex, impassibiliter & indivisibiliter Filij Pater est.* Consona illis quæ scripserat adverss. gent. f. 30. D. *Deus enim*, inquiens, *totum quiddam est, ac non pars aliqua, neq; ex diversis constat, sed ipse omnium, quæ constant, auctor est.* Quod dixit: non *ex diversis constat*, idem est quod alibi Arius dicit: *εἴ τι ἔστιν ὁ θεὸς, τοῦτο οὐσία τυγχάνει, si quid est Deus, essentia est.* i. e. omne quod Dei est, essentia ipsius, vel essentiale, est. disp. cum Ario. f. 133. C. Consequenter nulla est in Deo pars, θεὸς ἀμερὴς ὤν *Deus est indivisibilis in partes*: ait Athanas. de synod. Nic. f. 259. Subscribit Hilarius lib. VI. de Trin. f. 64. *Nihil*, " inquiens, corporale secundum nos, nihil inane in Dei rebus est: " Quod Deus est, Deus totum est; Nihil in eo nisi virtus, nisi vita, ni- " si lux, nisi beatitudo, nisi spiritus est. Materies hebetes natura illa " non recipit, neque ex diversis constat, ut maneat. Et lib. VII. f. 91. " Non enim ex compositis atq; inanimis Deus qui vita est, subsistit: " Neque qui virtus est ex infirmioribus continetur: neque qui lux est, " ex obscutis coaptatur; neque qui spiritus est, ex disparibus formabilis est. Totum in eo quod est, unum est. Ut quod spiritus est, & " lux, & virtus, & vita sit; & quod vita est, & lux, & virtus, & spiritus " sit. Nam qui ait: Ego sum, & non demutor, non demutatur ex " partibus, nec fit diversus ex genere. Confer. f. 92. ubi cum igne comparat Dei naturam, quod iste quantus quantus est, ignis sit, ita Deus essentia. lib. VIII. f. 111. & lib. IX. f. 138.

& accidentibus.

§. 17. Sicut autem Deus non est compositus ex partibus essentialibus, ita nec *ex essentia & accidentibus. Non decet nominare in Deo qualitatem*, ait Titus Bostrens. lib. 1. adv. Manich. p. 42. & paulo post: *in Deo omnis qualitas ejecta est, quandoquidem nihil eorum, quæ de eo dicuntur, aliud est præter ipsum; simplex enim est, & compositionis expers.* Idq; intelligendum est de qualitatibus cum consentientibus, tum dissentientibus: *In Dei natura dissidium nullum est constituendum, ne interitus in eum cadere dicatur; neq; item pugna, ne dissidium in ea statuamus: Non compositio, ne pugnæ sit locus; adeoq; ne corpus quidem, ut ne esse compositum ipsum fateri cogamur.* Gregor. Naz. orat. II. de Theol. f. 26. & 27. Ex hoc fundamento Eusebius disputavit contra Marcellum, statuentem, quod pater *in se habeat* λόγον ὡς συμβι-

βη-

Digitized by Google

βικότα *verbum ut accidens. Cum omnino fatendum ſit,* ἁπλοῦν, ἀσύνθετον μονοειδὲς, *ſimplex, incompoſitum, uniforme eſſe* Euſeb. lib. II. adv. Marcell. c. 14. Idem judicat ἄθεμις *non fas* eſſe, Deo quicquam compoſiti tribuere. lib. III c. 3. Alibi id ipſum Numenij Platonici teſtimonio probat, nempe lib. XI. de præp. Evangel. c. 18 confer Didymum lib. de ſpir. ſanct. f. 198. Athanaſ. ad Serap. f. 102. Orat. V. adv. Arian f. 520 adver. greg. Sabel. f. m. 662 t. 1. Ep. ad Afric. f. 939. C. dial. I. de Trin. f. 165. & 168 t. 2. A. Epiphan in Anchor f. m. 562.

Obiectiones ſolvuntur.

§. 18. *Dicas:* Atqui (1) in Deitate eſt τρισύπαρξις, juxta Baſil. hom. 27 in Sabel. ſeu, ſunt tres inter ſeſe realiter diſtinctæ perſonæ, ex quibus Deitas quaſi componitur. (2) Eſſentia divina & attributa differunt invicem. Reſp. ad 1. Tres quidem ſunt Deitatis realiter diſtinctæ perſonæ, ſed nulla eſt earum compoſitio; ἡ συναλοιφὴ ἡ Τριὰς *non eſt coaleſcens Trinitas*, ait Epiphan. in Ancorato: Tres illæ perſonæ ſunt quidem realiter inter ſeſe diſtinctæ, ſed non ſunt realiter diſtinctæ ab eſſentia, ratione cuius ſunt *ταυτὸ τι unum quid*: In Deitate non eſt ἄλλο ἐ ἄλλο; ἓν γὰρ τὰ τρία καὶ ταυτὸν τῇ θεότητι *aliud & aliud; unum enim ſunt tria & idem Deitate*: ſcribit Gregorius Naz. ad Cledonium: Et alibi acutè dicit; διαιρεῖται ἀδιαιρέτως, ἴσμεν, ὅπως εἰπεῖν, καὶ συνάπτεται διῃρημένως, diſtinguitur (Trinitas) *indiviſibiliter, ut ſic loquar, & coadunitur diſtinctè*, Orat. ad 150. Epiſc. Simile reſponſum eſt ad (2). *Proprietates* enim, & *notæ, ſeu characteres quidam ac formæ, quæ in ſubſtantia conſiderantur, dividunt quidem id, quod eſt commune, proprijs notis,* τὸ δὲ ὁμοφυὲς τῆς οὐσίας οὐ διακόπτουσι *ac communionem ſubſtantiæ non interrumpunt*: ait Baſilius lib. II. adv. Eunomium, qui objecerat: Si diverſitas eſt attributorum & characterum divinorum, fore Deum compoſitum. Nimirum attributa divina formaliter quidem ab eſſentia divina, & inter ſeſe differunt, eſſentialiter vero conveniunt; iſta diſtinctio eſt rationis, diſcrimen facientis, ſed in modo conſiderandi, non in re ipſa: *videmus in communi uſu, quæ ſubitis mentis applicationibus ſimplicia videntur, & ſingularia; ſin autem ſubtilius inquirantur,* ποικίλα φαινόμενα καὶ πολλὰ, ταῦτα τῷ νῷ αἱρέμενα, ἐπινοίᾳ μόνῃ διαιρετὰ λέγεται, *varia apparent, & multiplicia, dum mente dividantur, ſola intelligentia ſeparabilia nominari.* Taliter vero diſtincta compoſitionem nullam efficiunt. vid. Baſil. lib. 1 adv. Eunom. confer Petav. lib. II. de Deo c.

1. & seqq. prolixè. Forbes. lib. 1. Theol. c. 33. brevius de his differentes.

Æternitas quid sit

§. 19. IV. *Æternitas.* Quid sit, exponit Constantinus M. orat. ad sanct. cœt. c. 3. *quod semper est, nec ortum habet* (in tempore) *ac proinde nec principium.* Et Dionysius Areop. div. nom. c. 10. § 2. *quod est omnium ævum, & tempus, ante dies, ante ævum, ante tempus:* confer. c. V. §. 4. Et Hilarius, *externum est,* inquiens, *quidquid tempus excedit.* lib. XII. de Trin. f. m. 188. confer. lib. *III.* f. m. 23. Et Gregorius Naz. *æternitas nec tempus est, nec temporis pars ulla; Nec enim in mensuram cadit: sed quod nobis tempus est, solis motu definitum, hoc æternis ævum est, nimirum ille quasi temporalis quidam motus, & intervallum, quod simul cum æternis extendit.* Orat. XXXVIII. f. 586. Eadem verba occurrunt orat. XLII.. f. m. 664. confer orat. IV. Theol. f. 103. Sequitur hinc, quod in Deo neque præteritum, neque futurum detur, vid. Naz. orat. XXXVIII. in nativ. f. m. 585. neque prius, neque posterius, Epiph. hæres. LXXVI. f. m. 468.

& quod sit.

§. 20. Hoc modo æternum esse Deum statuunt Patres unanimi sententia. Constantinus M. & Dionysius, & Hilarius, & Gregorius Naz. loc. cit. Item Athanasius orat. II. adv. Arian. f. m. 324. C. *Non enim est γενητὴ, creatitia res Trinitas, ἀλλ' ἀΐδιος & sed æterna.* Confer adv. greg. Sabel. t. 1. f. 661. A. & B. Epist. ad Serap. t. 2. f. 15. ubi scribit: *ἀεὶ τριὰς ἦν semper Trinitas est.* Gregorius Naz. *Deus,* ait, *& erat semper, & est, & erit, vel, ut rectius loquar, semper est; Nam erat, & erit huius nostri temporis, fluxæq; & caducæ naturæ segmenta sunt. Ille autem semper est.* orat. 2. Pasc. f. m. 660. Ad quæstionem: *quando hæc?* (nempe ingenitum, genitum, & procedens) respondet idem: *Tum cum Pater ipse. Quando autem pater?* iterum interrogat; & respondet: *Nunquam non erat. Hoc igitur & Filius, & spiritus sanctus.* orat IV. de Theol. f. m 103. Neque obstat, quod duæ hæ personæ à prima originem habeant. Nam *principium Deitatis temporis est expers, inseparabile, infinitum; à quo qui orti sunt* (Filius & spiritus sanctus) *non tempore, non natura, non venerationis cultu distincta.* ait idem Gregorius Orat. I. de pace. f. m. 289.

Immutabilitas quod sit.

§. 21. V. *Immutabilitas.* Est enim Deus *ἀπαθὴς impassibilis,* uti loquitur Liberius in literis ad Athanasium t. 1. opp. f. m. 243. D. utpote habens *ἀπαθῆ καὶ ἀκήρατον φύσιν impassibilem & sinceram natu-*

ram,

Digitized by Google

ram, juxta Basil. homil. XXV. de nat. t. 1. f. 594. τὸ θεῖον ἀ ἰρέπτως *Deitas non mutatur*, juxta Athanas. t. 2. f. 297. qui alibi meminit τῦ κυρίυ ἀτρέπτυ καὶ ἀναλλοιώτυ *Domini immutabilis, & inalterabilis*. Orat. II. adv. Arian. f. m. 388. B. qui μήτε ἰρεπτὸν, μήτε ἀλλοίωσιν πρὸς *conversionem, neq; alterationem* habet, dial. de Trin. f. m. 207. ἀμετάβλητον ἔχει φύσιν *incommutabilem habet naturam*, Orat. de cruc. & pass. f. 1012. confer Didym. Alex. adverss. Manich. f. m. 26. Titum Bostrens. adverss. eosdem lib. I. p. 69. Cyril. Cat. VI. f 49. Athanas. ad Serap. t. 1. f. 200. D. Hilar. lib. III. de Trin. f. m. 27. Greg. Naz. Orat. VI. de spir. sanct. f. 185. A. Epiph. hæres. LXX. f. 397. Idq; attributi non Patri solum competit, sed etiam Filio: *Immutabilis pater, immutabilis & Filius*, ait Marius Victor. lib. 1. adv. Ari. f 508. Et sensu quidem orthodoxo; quem desiderat in Meletio, Euse- Cujus per-
bio, Paulo Samosateno, Athanasius, dicentibus, Filium à Deo es- sonæ sit.
se ἀπαθῶς *impassibiliter*, ut genitum esse negarent; de sent Dionys. t. 1. f. 573. Neque obstat eiusdem incarnatio; neque enim propterea *demutatus* est secundum divinam naturam, uti loquitur Hilarius lib. XI. de Trin. f. m. 181. *Etenim etiam tum, cum incipiebat esse Filius hominis unigenitus, Angelosq; suos mittebat,* ἀναλλοίωτος ὢν ἀεὶ, καὶ μεταβολὴν οὐδεμίαν ἔχων περὶ τὴν θεότητα, *incommutabilis erat semper, neq; quicquam variatum est in ipsius divinitate*: ait Athanasius de incarn. t. 1. f. 594. D. Confer de incarn. f. 615. 624. Basil. homil. XXV. de nativ. t. 1. f. 593. D.

§. 22. *Probatur* ista Dei immutabilitas ab Alexandro, probatur.
Episcopo Alexandrino in literis Encyclicis apud Socrat. lib. I. hist. Eccles. c. 6. f 12. A. dum interrogat: *quomodo mutationi & conversionibus obnoxius fuerit Deus, cum de se ipse dicat* (Joh. XIV. 10.) ego in Patre, & Pater in me. *Et alibi* (Joh. X. 30.) ego & pater unum sumus. *Per prophetam vero* (Mal. III. 6.) *multo ante pronunciaverit*: videte me, quod ego sum, & non mutor? Eusebius lib. XIII. de præp. Evangel. c. 3. f. m. 648. probat insuper ex Ps. 102. v. 27. 28. seq. ubi David comparatione inter Deum & creaturas institutas, *veterascent*, ait de istis, *& sicut opertorium convolves illas, & mutabuntur*; *Tu autem* (de Deo loquitur) *idem ipse es, & anni tui non deficiunt*. Ab absurdo argumentatur Gregorius Nazianz. orat. II. f. m. 26. C. Neque obstat, quod Deus genuerit filium;

neque enim genuit more corporum, quæ mutationi obnoxia sunt, sed spirituum, vid. Athan. orat. V. adverſ. Arian. f. m. 550. D 1. Neque, quod creator extiterit; quum neque hoc actu Deus seſe dilatet, vel contrahat. l. cit. Neque, quod Filius paſſus, utpote quod nec hoc attingat *τὴν ἀμέριστον φύσιν, τὴν ἄρρητον θεότητα. τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον ὁμοουσιότητα*, *impartibilem naturam, ineffabilem Deitatem, incommutabilem, inalterabilemq; conſubſtantialitatem* juxta Athanaſ. de ſalut. advent. t. 1. f. 643. Neq; etiam obſtant affectus, qui Deo interdum tribuuntur: *Ira enim Dei adverſus ſingulos peccantes non ab affectu proficiſcitur; affectus enim expers eſt Numen; infert autem iram contra hominem, non affectu indignationis correptum, neq; ira ſuperatum*, ait Epiphan. hæreſ. XXXVIII. f. 133.

Antitheſis. §. 23. *Vapulabant* gentiles, Deo tribuentes corruptibilitatem, & mutabilitatem, redarguente eos Athanaſio orat. adv. gent. t. 1. f. 25. & 31. Et Hæretici, qui ſtatuebant, Trinitatis perſonas per intervalla coaluiſſe, quo abſurditatis eos redigit idem Athanaſius orat. II. adverſ. Arian. f. m. 333. D. Nempe Ariani, qui contendebant, in tempore Deum genuiſſe ſuum Filium, & non ab æterno, quos notat Orat. V. f. m. 530. notatos jam ante ab Alexandro Alex. quod interrogati: *utrum Dei verbum mutari poſſet, ſicut mutatus eſt Diabolus? ipſi non veriti ſint reſpondere: ναὶ δύναται: certe poteſt.* Socrat. lib. 1. hiſt. c. 6. f. 11. B.

Immortalitas diſt. §. 24. VI. *Immortalitas.* Alia eſt negativa, alia privativa; iſta ex natura, hæc ex gratia; iſta Deo competit; de quo inter ſeſe diſputant orthodoxi & heterodoxi apud Athanaſ. dial. II. de Trin. f. 204. C. IV. f. 246. A. 299. ſeqq. Tribuitur autem Deo ab Athanaſio in reſcripto ad Liberium, quo dicit: quod ſit *εἷς θεὸς ἀθάνατος* *unus Deus eſt immortalis*: 244. t. 1. c. Similia habet de hum. nat. ſuſc. f. 607. A. de incarn. f. 618. A. dial. I. de Trin. f. 190. D. Juxta Dionyſium Areop. Deus eſt ipſa *vita*, de div. nom. c 6. f. 592. ubi ex profeſſo de Dei immortalitate agit. *In Deo totum quod eſt vivit; Deus enim vita eſt, & ex vita non poteſt quicquam eſſe, niſi vivum*: conſentiens iſti ſcribit Hilarius lib. VII. de Trin. f. m. 92. confer Titum Boſtr. lib. 1. adv. Manich. p. 67. Neq; obſtat, quod Filius ſit paſſus & mortuus; *In carne enim verbi paſſionem & mortem confitemur, ipſum tamen verbum ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον πιστεύομεν incommunicabile & inalterabi-*

alterabile esse, fide agnoscimus, cum Athanas. de incarn. t. 1. f. 623. D. confer de salut. adv. fil. f. 644.

§. 25. VII. *Infinitas.* Deo competit κρυφία ἀπειρία *abscondita infinitas*: juxta Dionys. Areop. de divin. nom. §. 2. c. 1. f. 377. A. *Deus est invisibilis, ineffabilis, infinitus.* juxta Hilar. ad August. f. 206. quo fit, ut Deus comprehendi non possit, sive mente & verbis: *Deus* enim *est res, quæ nec capi, nec mente comprehendi, nec verbis potest explicari, quæ omnem superat opinionem & amplitudinem*, uti loquitur Greg. Nyssen. orat. Catech. c. 14. Neque tempori includatur, unde Hilarius *immensæ æternitatis infinitatem* celebrat. lib. 1. de Trin. f. 3. Neque locis, quia non ipse in aliquo, sed intra eum omnia: semper extra locum, quia non continetur in loco; semper ante ævum, quia tempus ab eo est. Curre sensu, si quid ei putas ultimum esse, cum semper invenies. Quia cum semper intendas, semper est, quo intendas; semper autem locum ejus intendere, ita tibi est, ut ei semper sine fine est. ait Hilarius ad August. f. 206. Dionysius Areop. vocat τὸν ὑπὲρ πάντα καὶ πάντων ἐξῃρημένον ἀπειρίαν, Infinitum quod sit supra omnia, & omnia comprehendat. div. nom. c. III. §. 1. Alibi Numen vocat omnem infinitatem definiens, supra omnem vero finem expansum, & à nullo comprehensum, aut contentum, sed ad omnia pariter, & supra omnia indeficientibus largitionibus & nunquam finiendis operationibus pertingens. cap. XIII. §. 1. Immensus & infinitus est Deus, contemplatu difficilis, idque solum in eo plane comprehendi potest, quod immensus & infinitus sit: ait Greg. Naz. orat. XXXVIII. f. 586. Paulo post distinctius inquirit in naturam infinitatis, quod nempe bifariam consideretur, cum secundum principium, tum secundum finem, cum in supernum profundum mens aspicit, non habens, ubi consistat, speciebusque illis, quas de Deo concipit, innitatur: Immensum hoc atque inaccessibile, ἄναρχον, principio carens, appellatur; cum autem ad inferiora hæc & posteriora aspectum converterit, immortale, atque interitus expers; cum vero utrumque contraxerit, & collegerit, æternum. Vagatur igitur attributum hoc per reliqua, quatenus fines nullos & limites illa habent: Est *Deus existens omnivivens, omnividens, & omniintelligens*, juxta Marium Victor. lib. IV. adv. Arian. f. m. 354. A. B.

Infinitas quid & quod sit.

§. 26. Vapulant igitur, qui Deo plus tribuere nolunt, quam mentibus ipsi suis comprehendere possunt: in quos invehitur Hilarius lib. I de Trin. f. 6. *emersérunt*, inquiens, *desperatæ in se & sævæ in omnes impiæ temeritatis ingenia, potentem Dei naturam ex naturæ suæ infirmitate moderantium: Neq; ut ipsi usq; ad infinitatem opinandi de infinitis rebus emergerent, sed intra finem sensus sui indefinitæ concluderent, essentiæ sibi arbitri religionis, cum religionis opus in solo obedientiæ esset officio: sui immemores, divinorum negligentes, præceptorum emen-*
Antithesis. *datores.* Confer lib. XII. de Trin. f. 188. *Vapulant* & Manichæi apud Titum Bostrens. lib. 1. p. m. 39. comminiscentes duo principia, *Deum & materiam, lumen & tenebras, bonum & malum in omnibus summe contraria*: quam ipsorum absurdam sententiam docet in Dei infinitatem impingere, & sibi ipsum adversari. Deum enim *sejuncta* ea esse contendebant, *igitur* (infert ille) utrumque cum altero
" finitum & terminatum erit secundum substantiam, & neutrum
" in circumscriptum, & infinitum. Circumscribere autem Deum
" secundum substantiam, non nosse, & confiteri, infinitum esse,
" quomodo non est admodum impium? quandoquidem non solum
" circumscribitur, & terminari substantia Dei videbitur, sed à malo,
" ut ille ait, hoc accipere. Quod quidem extra communes notio-
" nes est, quæ menti suggerunt, ut eum ubique esse noscat, & natura
" incomprehensum. Hæc ille.

Immensitas. §. 27. VIII. *Immensitas* Fluit ex infinitate, ut testimonia §. 25. & 26. præced. evincunt. Expresse Deo tribuitur ab Hilario lib. 1. de Trin. f. 3. quando agnoscit *incircumscriptam immensitatem*; Et lib. XI. f. 181. laudat *potentem immensamq; Dei naturam*; Imò in abstracto Deum immensitatem vocat, dicens: Deus est *condens omnia intemporalis immensitas.* Accipitur autem vox vel generalius, ut fere synonymum sit infinitatis, Sicut eam paulo ante descripsimus, vide Nazianz. orat. II. de Theol. f. 31. XXXVIII. f. 586. XLII. f. 663. vel specialius, respiciens πῦ, & ubi, quatenus Deus nullis locorum spatijs comprehenditur, sed ipse omnia spatia & loca in sese complectitur, & describitur, quod sit ἀ'χώρητος, μὴ ἔχων τόπον ὅπου ἔστιν: *incomprehensibilis, qui locum non habeat, ubi non sit*: juxta Athan. rescript. ad Liber. t. 1 f. 244 C. & alibi: *Deus per se existit, omniaq; in se continet, & à nullo continetur, & in omnibus est secundum su-*

Deo competit.

explicatur.

am

am bonitatem & poteſtatem, idemq; extra omnia eſt ſecundum ſuam propriam naturam. decret. ſynod. f. 259. B. Adverſus gregal. Sabel. f. 660. A. vetat, θαρρεῖν πάντας αὐτῶν, καὶ τοπικὰς διαιρέσεις τῇ τριάδι ἐπινοεῖν, *imaginari nos loca earum* (perſonarum Trinitatis) *& locales diviſiones Trinitati cogitare.* Gregor. Nyſſenus orat. Catech. c. 32. eodem modo deſcribit, nempe poſitive, τὸ διὰ πάντα ἥκειν, *quod Deus omnia pervadat*; & de profeſſ. Chriſt. f. 273. διὰ πάσης ὡσαύτως δυνάμεως, *per omnes creaturas ſimili modo permeat*: Et negative, ἐστὶν ἂν χωρισθὲν τοῦ ὄντος ἐν τῷ εἶναι μένοι, *quod nihil, quod ab ente ſeparatim ſit, in eſſentia manere poſſit.*

§. 28. *Probatur* ex creaturarum magnitudine; *à magnitudine ſenſibilium corporum, ſuiſq; circumſcriptorum locis, ipſorum opificem cogitemus velim,* τὸν ἄπειρον καὶ ἀπερινόητον *infinitum eſſe & immenſæ magnitudinis*: monente Baſilio homil. 1. in hexaëm f. m. 15. Gregorius Nyſſenus orat. Catech. c. 32. f. m. 93. probat ex conſervatione omnium rerum, *Non enim*, inquiens, *manſerit quippiam in eſſentia, niſi in eo quod eſt maneat. Quod autem proprie eſt, & primo, divina eſt natura, quam ut neceſſario credamus eſſe in cunctis quæ ſunt, nos cogit eorum quæ ſunt permanſio.* Probatur.

§. 29. *Conſequitur* hinc, quod Deitas neque contrahi neque dilatari poſſit, uti accurate diſputat Athanaſius adverſus Sabellium orat. V. adv. Arian. f. m. 528. D. ſeqq. & Gregor. Naz. orat. II. de Theol. f. 27. A. Quorum hic *immobilitatem* inde derivat, loc. cit. Neque *obſtat*, quod in ſcripturis Deus dicatur magnus, parvus &c. Sunt enim intelligenda θεοπρεπῶς, id quod egregiè explicat Dionyſius Areop. div. nom. c. IX. per tot. inter alia inquiens: τὸ μέγεθος τοῦτο καὶ ἄπειρόν ἐστι, καὶ ἄποσον, καὶ ἀνάριθμον: *Hæc magnitudo & infinita eſt, & quantitatis ac numeri expers; Et hæc eſt excellentia ſecundum effuſionem abſolutam, & ſupra quam extenſam magnificentiæ non comprehenſæ.* § 2. Hoc reſpectu dicitur magnus, ſed quo parvus? idem reſpondet, & explicat *parvum ſive ſubtile in ipſo dicitur, quod omnem molem & diſtantiam effugit, & ab q; impedimento cuncta pervadit*, §. 3. Et quid longum, latum, profundum? idem deſcribit, §. 5. dicens: *divina latitudo dicenda eſt latiſſima ad univerſas res progreſſio. longitudo autem potentia quæ ſupra omnia expanditur; Profundum vero arcanum illud omnibus inacceſſum, ejusdemq; ignoratio.* Quid ſta- Conſequentia.

re,

» re,& sedere? R. nihil aliud præterquam manere Deum in seipso
» & in eodem statu immobili firmè fixum, & supraquam fundatum
» esse stabiliter, & secundum eadem,& circa idem ipsum, & simili-
» ter operari,& omnino esse à seipso immutabile, & non posse trans-
» moveri ,& esse ex toto immobilem, atque hæc quidem supra sub-
stantiam. Atqui dicitur moveri? R. θεοπρεπῶς καὶ τοῦτο νοητέον,
» etiam hoc ratione quadam Deo congrua intelligendum est. Qua
igitur? vel qua non? Non secundum deletionem, vel immutatio-
» nem,vel alterationem,vel conversionem,aut localem motum,vel
» rectum,vel orbicularem, vel ex utrisque constantem, vel intelle-
» ctilem, vel animalem, vel naturalem; sed secundum quod Deus
» omnia in rerum natura producit continetque, atque omnibus
» modis omnibus rebus providet, omnibus adest incomprehensè,o-
» mnia complectendo τῇ πάντων ἀχράτῳ μεθοχῇ, *idq; omnibus providen-
tiæ viis & operationibus.* §. 9. Hæc ille,& plura alia ad hanc materiam spectantia.

Omnipræsentia explicatur:

§. 30. Adessentia Dei relata ad creaturas est, & vocatur IX. *Omnipræsentia*: quæ relativa Dei proprietas,seu attributum est, καὶ γὰρ ἄνθη μὲν ἅπασι πάρεστιν, *Nam ipsa quidem præsens adest omnibus*, ait Dionysius Areop.de div.nom. c.III.§. 1. atq; ita relationem habet ad omnia.

distinguendum.

Distinguendum vero est inter Dei essentiam & gratiam, seu efficaciam; Neque enim sermo nunc nobis est de præsentia nudæ gratiæ, sicut illa essentiæ contra distinguitur: & πανταχοῦ ἐκτεταμένη *ubiq; extensa* vocatur in epist.ad Marcell. apud Athan. t.1.opp. f.971. D. Sed de præsentia essentiæ divinæ; qua *Deus* ipse *ubiq; est, & totus ubiq; est*, juxta Hieron. comment. ad Eph. II. f.105. Inter præsentiam localem & illocalem; Neque enim dicimus, localiter & circumscriptivè Deum esse omnipræsentem: *Ipsa enim* (Trinitas) *nec in loco ita est, ut usquam absit, vel ex alijs ad alia migret*; juxta Dionys. Areop. div.nom. c.III.§.1. Et Hilarium, qui, *Deus*, ait, *immensæ virtutis vivens potestas, quæ nusquam non adsit, nec desit usquam, se omnem per sua edocet, & sua non aliud quam se esse significat, ut ubi sua insit, ipse esse intelligatur*; lib. de Trin. VIII. f. 105. Quibus verbis & prius asserta essentiæ ipsius præsentia confirmatur, & Deum inclusivè, vel exclusive præsentem esse negatur: *Nullo* (Deus) *circumscribitur aut continetur loco, neq; cælo minor est* (Ps.. VIII.4.

Digitized by Google

VIII. 4. Jes. XL. 12.) *Hic in omnibus est & extra omnia est.* ait Cyrill. Catech. IV. f. 25. Inter præsentiam divisam & indivisam: Neque enim dicimus, Deum divisim adesse, secundum aliam sui partem hic, secundum aliam alibi locorum: Nam *perfectus in omnibus Deus credendus est*; ait Cyrillus; sicut in alijs, ita etiam in præsentia; *Non definitus loco (ἐν τόπῳ πεπερασμένῳ) sed locorum opifex, qui in omnibus est, & a nullo circumscribitur*: Catech. VI. f. 50. C. *divina quippe natura, & Dei sermo, in partes secari non potest, nec locis dividi, sed cum ubique sit, totus ubique est.* Scribit Hieronymus Marcellæ, t. IV. opp f. 62 A. Id quod contra gentiles urget Eusebius, statuentes, Dei animam per mundum veluti corpus suum diffusam, & quasi dissectam, esse, lib. III. de præp. Evang. c. 10. f. 104 Inter præsentiam otiosam, & operosam: istam negamus, hanc asserimus, adeo ut hæc ipsam operationem Dei includat: Eam innuit Hieronymus, quando docet, *Non adeo Dei omnipotentiam angusto fine concludere, & coartare parvo terræ loco, quem non capit cælum.* de instit. Monach. ad Paulin t. 1. f. 46. D. Et Eusebius lib. VII. de præp. Evang. c. 11. f. 318. C. dicens: *Magno ipsemet oculo divinoq; Numine cuncta lustrans ac pervidens, rebusq; omnibus seu quæ cælo, seu quæ terra continentur, omnino præsens, suo quæq; ordine sapienter aptèq; constituit, atq; dispensat.* Probat subjectis scripturæ dictis ex Jerem XXIII. 24. Jes. XL. 12. 22. 26. LXII. 5. XLIV. 24. Jer. X. 2. Ps. CXXXIX. 7. Inter præsentiam communem & specialem, seu gratiosam; de qua Basilius in Ps. XXXIII. f. 230. A. *sua ipsius bonitate*, inquit, *Dominus prope est omnibus*; *contra nos, putem, ipsos per peccatum longius avellimus.* Sed de hac nunc quæstio non est, sed de ista, communi scilicet & generali.

inutilia præscinden-da.

9. 31. Merito autem præscindimus contentiones, & curiosas magis, quam fructuosas, quæstiones de præsentia Dei, quales sunt: *nusquam ne sit, an alicubi* Deus? si nusquam, *quo pacto posset existere?* Sin est alicubi, *vel in hac est universitate, vel supra eam; Si est in universitate, vel in parte illius est, vel ubiq;*; *si in parte, nimirum arctior etiam ipsa parte minore erit*; *sin est ubiq;, ab alio multo ampliore continebitur.* &c. Item: *ubi fuerit Deus ante, quam orta sit ipsa universitas?* supra universitatem, an intra, num alibi? &c. Tales quæstiones produxit Gregorius Naz. orat. II. de Theol. f. 31. ut argueret eos, qui *nobili simpliciq; doctrinæ genere contumeliosè fastidito, pravum perplex-*

umq; hoc introduxerunt, quod de fructu arborem ipsam agnoscas, h. e. de illorum quæ dicuntur obscuritate caliginem illam, à qua huiusmodi decreta proficiscuntur ; & probaret, *Dei naturam cogitatione humana non comprehendi, neq; totam, quanta quanta est, informari posse. Consultissimum igitur est, intra scripturæ limites sese continere.*

Deo competit.

§. 22. Communem illam & generalem præsentiam Patres huius seculi Deo tribuerunt, quod docent testimonia quædam eorum vel jam allegata, vel adhuc alleganda: *In omnibus rebus ipse est*: juxta Dionys. Areop. c. 3. div. nom. §. 1. paulo post vocat δύναμιν ἀπλατῆ πανταχοῦ καὶ οὐδαμοῦ, *virtutem ubiq; præsentem & nusquam.* Cyrillus singulas universi partes insigniores ex S. literis enumerat, *solium ei*, inquiens, *cœlum est*; *exuperat tamen & transcendit qui sedet; & terra scabellum pedum*; *pervenit tamen ad usq; subterranea virtus ejus. Unus est ubiq; præsens, & adstans, omnia intuens, omnia noscens, omnia per Christum fabricans.* Sic ille Catech. VI. f. 50. de Deo quidem patre; sed non excluso Filio, hoc ipso, quod per ipsum ubique omnia operetur: Inseparabiles enim sunt personæ divinæ à se invicem, ita ut cum insit nobis spiritus sanctus, insit & Filius, & Pater, atque ita tota Trinitas; *aut mihi primum dividant à splendore lumen, aut sapientiam à sapiente, aut dicant, quomodo ista sint*: quæ sunt verba Athanasij ad Serap. t. 1. f. 194. D. Quod *ubiq; adsit Trinitas*, idem distincte probat ex S. literis de Patre, ex Jerem. XXIII. 23, 24. de Filio ex Eph. IV. 10. de spiritu sancto, ex Ps. 139. 7. &c. de comm. essent. f. 219. atque hinc infert; *Discant igitur, se non intelligere, neq; quæ dicunt, neq; quæ affirmant, cum Deum in locum circumscribunt, Filiumq; denuo alio in loco consistere imaginantur, eosq; sedibus distinctos esse, illum quidem hic, alterum vero alibi.* adverf. greg. Sabel. f. 658. D. confer. dial. 1. adverf. Maced. f. 271. C. Sed redimus in viam. Hilarius eandem Dei præsentiam asserit lib. 1. de Trin. f. m. 3. *nullus sine Deo*, inquiens, *neq; ullus non in Deo locus est. In cœlis est, in inferno est, ultra maria est, ineft interior, excedit exterior: Ita cum habet atq; habetur, neq; in aliquo ipse, neq; non in omnibus est.*

Probatur.

§. 23. *Probatur* illa Dei præsentia scripturæ dictis, quæ modo proposuimus. Frequenter allegant illud Ps. 139. seqq. quod explicat Cyrillus Catech. VIII. f. 71. D. & ad omnipræsentiam Dei probandam applicat, *Nam si*, inquiens, *cœlo nihil est sublimius, & infernum*

Digitized by Google

fernus profundissimum est terræ, in profecto, qui infima tenet, terram attingit. Alibi producit Jes. XL. 12. *Deo*, inquiens, *qui terram pugillo continet, omnia sunt prope.* Confirmat argumento à minori ad majus: *si enim*, dicens, *sol, exiguum opus Dei, uno radiorum jactu universum orbem calefacit; & aer, quem Deus fecit, circumdat mundum, Deus autem & solis & aeris opifex num distat à mundo?* Catech. XVIII. f. 211. C. Eusebius lib. III. de præp. Evangel. c. 10. f. 104. C. producit testimonia Jerem. XXIII, 24. Deut. IV. 39. Actor. XVII. 28. ut probet, παρεῖναι αὐτὸν τῷ παντὶ, καὶ συνεῖναι τῷ κόσμῳ, *illum* (Deum) *toti universo præsentem adesse, ac suæ mundum providentiæ gubernare.* Adeoque ἱεροὶ λόγοι *sacrosancta Dei oracula* præsentiam Dei generalem nos docent.

§. 34. *Neq; obstat* 1. quod Deus aliquando dicatur ascendere, vel in excelsis esse, Nam τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς ἀοράτου θεότητος ὕψος καλεῖ, fidelis aliquis *sublimitatem Dei vocat majestatem invisibilis Deitatis.* respondente Athanasio contr. greg. Sabel. t. 1. f. 663. Sensus igitur ascensus vel altitudinis non est, quod *peculiariter cœlestis habitatio Deo separata ac destinata sit*, uti loquitur Gregorius Nyssenus de processi. Christ. t. 3. f. 273. C. Neque (2) quod Deo tribuatur descensus, vel locus inferior, ut Filio Dei incarnato; His verbis enim status ταπείνωσις describitur: *cum enim Majestas & magnificentia in Deo supercœleste quiddam nominatur; id quod huic contrarium est, humile, terrenum ve dicitur, & in terris versari: Facillimè hinc comperies, descensum verbi inclinationem esse ex incorporali majestate ad vilitatem corporis, cum seipsum dederit in corporalem speciem, humani generis amore, & salutari universorum providentia.* verba sunt ejusdem Athanasij loc. cit. quibus confer Dionys. Areop. de div. nomin. c. 9. n. 9. Basil. homil. in Ps. XXXIII f. 208. C. Athanas. orat. V. adv. Arian. f. m. 548. C. de incarn. f. 594. Neque (3) quod Deus dicatur abesse, recedere &c. *Quod* enim *dicitur, quosdam deserere, vel non deserere, non naturæ illius terminus ponitur, sed eorum merita describuntur, apud quos esse, vel non esse, designatur.* explicante Hieronymo ad Marcel. t. IV. f. m. 62. Vindicatur.

§. 35. X. *Omnipotentia.* Distinguendum est inter potentiam Dei veram, & fictam: veram, sicut ea in S. literis fundamentum, & pro objecto habet id quod contradictionem non involvit: fictam, quæ ens rationis est in cerebello heterodoxorum, possibile putan- *Omnipotentia.* dist.

tium, cui per ſcripturam, vel ipſam etiam naturam, abſolute repugnat exiſtere, vel fieri. *Deo attribuere impoßibilitatem, impium eſt; Nam & quod indecorum eſt ipſius Deitati, etiam id ipſum facere non eſt ei impoßibile, ſed indecora eſt ipſi malitia. Deo igitur nihil impoßibile eſt, niſi quod impoßibile eſt in divina ipſius ac potente bonitate, & ipſo, qui bonus eſt, malum eſſe.* verba ſunt Epiphanij hæreſ. LXXVI. f. 450. vult dicere, impoſſibile præſupponit poſſibile, tanquam privatio habitum; quare ubi ſimplex negatio eſt, ibi impoſſibile locum non habet; ſimplex autem eſt negatio, quando ipſam Dei perfectionem concernit. Hæretici vapulant ab Athanaſio de quatern. f. 301. D. t. 2. ita *pervicaci* enim *illi erant animo, ut quæ à ſe novabantur abſurde, βεβαιοῦντες τῷ λέγειν, ὅτι πάντα δύναται ὁ θεός, confirmatum eunt eo, quod Deus omnia poßit: quæ vero à ſcriptura ſacra docentur pie, ea ut vera, ut poßibilia, ut utilia minime admittebant, ſed quæſtionum inde laqueos texebant, nec largiebantur omnipotentis poteſtati, quæ humana ejus intelligentia ſuperant*: Hæc ille, innuens, de potentia Dei ex verbo Dei judicandum eſſe, non ex figmento rationis.

dividitur. §. 36. Vera Dei potentia alia eſt eſſentialis, alia perſonalis; Perſonalis eſt Dei Filius, quod docet Athanaſius contr. Gregal. Sabel. t. 1. f. 655. quando diverſam facit potentiam Dei à potentia hominis, ita ut *Dei poteſtas non ſit qualis hominis poteſtas, per quam homo potens dicitur. Non enim poteſtas hominis fœtus illius, aut filius haberi poteſt. Cum contra Dei poteſtas filius ſit, ideoq; planè, & ad perfectum potens δυνατὸς eſt pater, quoniam pater poteſtatis eſt; Potentia quoq; abſoluta filius, quoniam ſoboles illius eſt.* Confer dial. II. adv. Anomoe. t. 2. f 185. A. De hac potentia nobis ſermo nunc non eſt, ſed de eſſentiali, ſicut omnibus tribus perſonis communis eſt.

Deo competit. §. 37. Hanc Deo tribuit Dionyſius Areop. div. nom. c. VIII. ex profeſſo; ubi Deum vocat δύναμιν ipſam *potentiam*. §. 2. *utpote qui omnem potentiam in ſe ipſo ante habeat, & ſuper*, alios ſcilicet, *habeat*; Et alii ex ipſo habeant, quidquid potentiæ habent, Angeli, homines, creaturæ reliquæ; Quæ ipſius potentia ſit ἀυλοδύναμις, *potentia à ſeipſa*, & non ab alia c. XI. div. nom. §. 6. ἄκλιτος, καὶ ἀπερίκλιτος *inflexibilis, & incircumſcripta*, ἄπειρος *infinita*, unde ipſe ἀπειροδύναμος *infiniti potens* audit; Eandem idem vocat ἄφθεγκτον, καὶ ἄγνωστον, καὶ ἀνεπινόητον, *ineffabilem, & incognoſcibilem, & inexcogitabilem.* quæ ſeſe exten-

extendat ſuper omnia, & poſſit omnia, unde ipſe Deus παντοκράτωρ, *omnipotens* nuncupatur, quam vocem exponit c. X. div. nom. Atque hæc ipſa vox eſt, qua ſymbolum utitur, cum Deum vocat παντοκράτορα *omnipotentem*, expoſita à Cyrillo, Catech. VIII. nempe *omnipotens eſt ὁ πάντων κρατῶν, ὁ πάντων ἐξουσιάζων, qui omnia poteſt, & in cuius ditione ac poteſtate cuncta ſunt.* f. 71. D. Hilarius laudat *potentem Dei naturam*, lib. 1. f. 6. de Trin. & deſcribit *Deum*, quod ſit *immenſæ virtutis vivens poteſtas*, lib. VIII. f. 105. *qui non ſubjacet naturæ legibus, in quo legem omnis natura ſortitur, neq; in aliquo infirmitate aut demutatione efficiendi detinetur, qui extra modum eſt poteſtatis, ſecundum Domini dictum* (Marc. XIV. 36.) Patet poſſibilia tibi omnia ſunt, *ut quantum ſenſus humanus non capit, tantum Deus poſſit.* lib. IX. f. 142. Athanaſius celebrat ἀνεξίκακον καὶ θείαν δύναμιν *inacceſſam & divinam Dei potentiam.* orat. de paſſ. & cruc. t. 1. f. 1024. Mario Victor: Deus eſt δεινὸς *& terpotens*, nempe eſſendo, vivendo, & intelligendo: Confer Epiph. hæreſ. LXX. f. 395.

amplitudo.

§. 38. Patet ex dictis, quod Deus plus poſſit, quam cogitando nos aſſequi poſſimus: Nam, juxta Hilarium: *quantum ſenſus humanus non capit, tantum Deus poteſt.* Qui propterea invehitur *in deſperata in ſe & ſeva in omnes impiæ temeritatis ingenia, potentem Dei naturam ex natura ſuæ infirmitate moderantium: Neque, ut ipſi uſq; ad infinitatem opinandi de infinitis rebus emergerent, ſed intra finem ſenſus ſui indefinita concluderent, eſſentq; ſibi arbitri religionis.* &c. lib. 1. de Trin. f. 6.

Probatur.

§. 39. *Probatur* illa Dei omnipotentia (1) ex *S. literis*; Nam Chriſtus Patri ſuo dicit: omnia tibi poſſibilia ſunt. Marc. *XIV.* 36. (2) Ex *Effectis*, nempe creatione rerum ex nihilo; ad quam provocat Cyrillus Catech. *XII.* f. 118. ſeqq. ut probet, *quod apud homines maximè eſt impoſſibile*, e. g. incarnatio Filij Dei, *Deum id præſtare poſſe.* Et ex virtute ſeu potentia creaturarum, utpote dependente ex Deo, de quo vide Catech. *IX* f. m. 80. Epiphanius in *Ancor.* f. m. 564. producit illud Chriſti: (Math. III. 9.) quod Deus ex lapidibus Abrahamo poſſit liberos producere.

vindicatur.

§ 40. *Dicas*: Qui omnipotens ſit Deus, cum non omnia poſſit: *Atqui*, inquit *Elymas Magus, ſi omnipotens eſt Deus, quomodo Theologo veſtro* (Paulo 2. Tim. II, 13. *aliquid non poſſe dicitur?* nempe

quod Deus ſeipſum negare non poſſit : ita verba impij refert Dionyſius Areopagita,& R. N. C. *ſiquidem ſui ipſius negatio eſt à veritate prolapſio : veritas autem eſt id quod eſt* (Deus ;) *& à veritate defectio eſt ab eſſendi ſtatu dimotio. Si itaq; veritas eſt id quod eſt, negatio autem veritatis eſt ab eſſendi ſtatu prolapſio, utiq; eſſendi ſtatu fruſtrari Deus nequit, neq; poteſt non eſſe ; ac ſi quis dicat, non poteſt non poſſe, & neſcire neſcit per privationem.* de divin. nom. c. VIII. f. 623. confer & Epiphan. hæreſ LXX. f. 395. *Audenter loquar*, ait Hieronymus, *cum omnia poſſit Deus, ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam.* de cuſtod virg. t. 1. f. 62. D. nempe quia contradictionem involvit. confer præmiſſa §. 35.

Antitheſis Ethnicorũ,

§. 41. *Vapulant* igitur 1. *Ethnici* idololatræ, qui pro Diis habuerunt res potentia, nedum omnipotentia, deſtitutas: Nam fatum potentius ſtatuerunt omnibus ſuis Diis ; neque potuerunt deaſtri templa ſua contra vim & injuriam defendere ; Et tamen fatum magicis actibus ſolvi poſſe crediderunt, quæ omnia, & ſimilia ipſis exprobrat, ex propriis ipſorum monumentis oſtenſa, Euſeb. lib. VI. de præp. Evang. c. 2. ſeqq: Eorundem *gentilium nonnulli animam mundi Deum aſſeruerunt, & alij poteſtatem eius ad cœlum uſq; ſolum pervenire, non etiam ad terram, cenſuerunt* : referente Cyrillo Cat. VIII. f. m. 71. C.

& Hæreticorum.

(2) *Hæretici*, quos idem l. cit. notat, *unum Deum omnipotentem non agnoſcunt*, dum dicunt, animæ quidem eſſe Dominum, non vero corporis ; quos refutat vel inde, quod Deus non *animam* ſolum, ſed etiam *corpus* poſſit perdere in gehenna. Luc. XII. 5. Nec obſtat, quod non ſtatim puniat, vel aboleat ſibi adverſa ; id enim fit ex ipſius longanimitate.

Bonitas Deo competit.

§. 42. *Bonitas*. Tribuitur Deo à Dionyſio Areopag. dum *bonitatem* ipſam *divinam* eſſe *eſſentiam* ſtatuit, div. nom. c. IV. §. 1. τὸ εἶναι αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν, ὡς ὑποστῆς ἀγαθὸν, *ſic eſſe ipſum* (Deum) *bonum, ut bonum ipſi ſit eſſentiale.* l. c. Eodem judice Dei ἀγαθότης *bonitas* eſt ὑπεράγαθος *ſuper bona.* c. 1. §. 4. Athanaſio orat. adv. gent. f. m. 7. t. 1. eſt *bonus* παρὰ γνώμην τῆς φαύλης *præter voluntatem mali*, adeoque perfectè bonus. *Deus bonus eſt, vel potius fons bonitatis*, juxta eundem de incarn. f. 56. qui *nullius rei invidia tangitur.* l. c. Et hoc eſſentialiter ; *quandoquidem bonitas non humanæ naturæ competit, ſed divinæ* : de hum. nat. ſuſc. f. 599. confer. dial. 1. de Trin. f. m. 170. B. Ut adeo

deo pater, & Filius, & Spiritus ſanctus ſint bonus; de quo inter ſeſe ijdem, orthodoxus & Anomœus, diſputant f 169. Cyrillo Deus eſt πάντων ἀγαθότης & *omnium optimus.* Catech. VI. f. 49. & f. 50. C. *totius boni fons maximus & perennis.* Euſebius vocat πάντων ἀγαθῶν ἡγεμόνα *omnium bonorum ducem.* lib. VII. de præpar. Evangel. c. 4. confer lib. XI. c. 21. XII. c. 16. f. 588. lib. IV. dem. Ev. f. 144 D. Tit. Boſtrenſ. lib. II. adv. Manich. p. m. 78. Greg. Nyſſen. orat. Catech. c. 9. f. 65. & orat. in natal. Dom. f. 353. B. t. 3.

§. 43. Probatur 1. ex *ſcripturis*, e.g. Pſ. CVI. 1. confitemini Domino, quoniam bonus; Matth. XIX. 17. nemo bonus niſi ſolus Deus; allegante Euſebio lib. XI. de præp Evang. c. 21. ut probet, *boni naturam, ipſumq; adeo bonum, aliud eſſe nihil, quam Dei naturam, atq; bonitatem*, quam aſſertionem præmiſerat. (2) *Ex operibus divinis*, quæ bona ſunt, & de bonitate Dei profecta; Id quod prolixè oſtendit Dionyſius Areopagita, producens à Deo creatos Angelos, homines, & alias creaturas; Hoc fine comparat cum *ſole*, qui radios ſuos longe latèque in omnia diffundit, *Sic etiam* (applicat) *ipſum bonum ipſamet ſubſtantia ſua, rebus omnibus, pro cuiuſq; captu, totius bonitatis ſuæ radios diffundit.* §. 1. cap. IV. div. nom. Mox ad ſpecies bonitatis, modo enumeratas, deſcendit. Confer in eandem ſententiam diſputantes Athanaſ. orat. adv. gent. f. 7. & 47. de incarn. f. 57. Euſeb. lib. XII. de præp. Evang. c. 16. Epiphan. hæreſ. LXIX. f. 377. & quæ dicimus infr. ſect. 7. §. 7. (3) Ex *Ethnicorum* ſuffragijs, Platonis nempe, & Platonicorum, Numenij &c. quorum verba adducit idem Euſebius lib. XI. de præp. Evangel. c. 21. & 22. *Bonus erat*, (ait de Deo Plato in Timæo) *bonus autem nulla unquam ullo in genere laborat invidia.* Et Numenius: Τὸ ἀγαθὸν οὐσίας ἐστὶν ἀρχή *bonum eſt eſſentiæ principium*, paulo poſt, velut perſonas divinas innuens, *Deus primus*, ait, *quod ipſum per ſeſe bonum eſt: eiusdem imitator artifex bonus.* Hæcilli, & plura alia in hunc ſenſum. Probatur.

§. 44. Neque obſtat, quod Deus pœnis homines afficiat; *Sicut enim medicus, qui ad laborantium morbo ſalutem moleſtum & grave curationis genus adhiberet, malum ijs afferre non putaretur; ita in divinis paginis, ubicunq; à Deo mala hominibus immitti dicuntur, uſurpanda ſunt illa Platonis,* ὡς ὁμὲν θεὸς δίκαιά τε καὶ ἀγαθὰ εἰργάζετο, *abs Deo juſta bonaq; proficiſci omnia, quæq; hominibus triſtia malaq; videri ſolent* τοῖς τύπων vindicatur.

τῶν ἀξίως ἐπῆγεν, ἵνα δὲ ὠφελῶνται κολαζόμενοι, *dignis quibusdam infligi, ceterum qui puniuntur fructum ex ijs capere.* quæ verba sunt Eusebij lib. XIII. de præp. Evang. c. 3. f. m. 648. A. Cui gemina scribit Basilius homil. quod Deus non sit auctor mali, t. 1. f. m. 423. A. eorum (inquiens de malis pœnæ) *quodlibet nobis à sapientissimo & optimo Domino ad utilitatem inducitur,* πρὸς τὸ συμφέρον ἐπάγεται. Neque ipsæ hæ pœnæ per se malum, scilicet Ethicum, sunt; τὸ γὰρ κυρίως κακὸν ἡ ἁμαρτία *malum enim principali significatu est peccatum:* eodem judice f. 426. B. Confer Nyssen. orat. Catech. c. 9 f. m. 65. A. ubi disputat, & concludit, *bonum & honestum in Deo maxime convenire.*

Antithesis Ethnicorũ.

§. 45. Vapulant 1. *Ethnici*, qui Deo suo, vel Deastris scelera tribuebant, & tamen pro vero Deo, vel Dijs, habebant, notati eo nomine ab Athanasio orat. adversus gent. f. 14. 18. vel alio quocunque modo bonitatem Dei lædebant, dum ne entia quidem pro Dijs habuerunt; *quibus neq; ut sint, neq; sua cuiusq; essentiæ ratio à seipsis inest, imo ne boni quidem naturæ communio*; idque *absurde prorsus, ac stultè, cum ipso quoq; bono sua per se se natura spolietur*, judice Eusebio lib. XI. de præp. Evangel. c. 21. f. 543. A.

& Hæreticorum.

(2) *Marcionitæ*, & *Manichæi*, qui Deum statuebant malum aliquem, mali principium; castigati, isti quidem à Prudentio in hamartig. p. m. 198. seqq hi verò à Didymo Alexandrino peculiari libro adversus eos scripto; sicut & à Basilio integra homilia, *quod Deus non sit auctor mali*, t. 1. f. 420. c. seq. Ratio adversus horum hominum furorem sumitur à natura bonitatis, quæ Deus ipse est; *Deum enim, ἀγαθὸν ὄντα, qui per se bonus sit, causam ulli malorum esse, id vero ne unquam dicatur,* διαμαχόλεον παντὶ τρόπῳ, *omni modo pugnandum erit*: juxta Euseb. lib. XIII. de præp. Evang. c. 3. f. m. 648. B. Manichæi à *Marcionitis* didicerunt errorem, quare & hi vapulant ab Epiphanio hæres. XLII. quippe quod hi, Deum mali auctorem statuentes, Dei bonitatem, & ita ipsam Dei essentiam, evertebant: *Si enim* (Deus) *est malorum causa, non bonus est. Si non bonus, neq; Deus: itaq; utrobiq; est negatio Dei*: juxta Basilium f. 422. A. Athanasio *absurdum simul & impossibile videtur*, Deum statuere mali conditorem; *Non enim ex malo bonum, neq; in eo est, neq; per eum, alioqui pro bono haberi non posset, cum aut miscellaneam contaminatamq; naturam haberet, aut caussa auctorq; malorum existeret.* Orat. adv. gent. f. 6.

§. 46. Boni-

Digitized by Google

Sanctitas quid ſit, & quod ſit.

§. 46. Bonitas Ethica eſt XII. *ſanctitas.* Nam deſcribente Dionyſio Areopagita, *ſanctitas eſt ab omni ſcelere libera, & omnino perfecta, & omni ex parte immaculata puritas:* ἡ πασῆς ἄγνε ἐλευθέρα, καὶ παντελὴς καὶ πάντη ἀχραντος καθαρότης : divin. Nom. c. XII. §. 2. Quomodo etiam Baſilius explicat, *Dei ſanctum dicitur eſſe nomen,* inquiens, *non eo prorſus, quod in Syllabu vim habeat ſanctificativam, ſed quod omnis Dei proprietas, & eorum intelligentia, quæ ipſi eminentiſſimè adeſſe contemplamur,* ἁγία δὲ καὶ ἁγνή, *ſancta eſt & ab omni impuritate ſejuncta.* Comm in Pſ XXXII. (XXXIII) f. m. 211. t. 1. Eſt igitur attributum Dei, & tale quidem, ut ſit ipſa Dei natura & eſſentia: τῆς θεότητος κρεῖττον καὶ ἀεὶ πάσης μέμψεως πανυπάρχει, *divinitatis hæc natura eſt, ut ab omni ſemper reprehenſione abſit:* ait Athan de hum. carn. t. 2. f. m. 321. B. unde Dionyſius Areopagita l cit. c. 3. Deum vocat ὑπὲρ ὑπερέχουσαν ἁγιότητα *ipſam ſupra eminentem ſanctitatem:* Et ſanctum ſanctorum κατὰ μίαν τὴν πάντων ὑπερέχουσαν ὑπεροβολὴν *ſecundum unam quæ omnibus antecellit excellentiam:* qua ſcilicet & alios facit ſanctos. §. 4. Ut ita duo involvat ſanctitas divina, perfectionem nimirum internam, quæ eſt *omni labe carere,* quod *eſt Dei, primæ & ſimplicis naturæ,* explicante Gregorio Naz. orat. XL f. m 618. & externam, qua alios & alia ſanctificat: utrumq; impermutabile: *Si autem dicamus, non poſſe Deum aliquid injuſtum facere, recte quidem dicimus; attamen non poſſe non ad infirmitatem referimus, ſed ad ſummam perfectionem, non volendi quod injuſtum eſt, & ad immutabilem declinationem deterioris. Cum enim ſit ſecundum naturam immutabilis, immutabile eſt ei, nolle quicquam mali facere. Quamobrem poteſt quidem, ſed non facit natura immutabili non volendi malum; Atq; ita non eſt nequitia apud Deum, non ſolum, quia non exiſtit per ſe, ſed quia nec eſt in actione.* Diſputat Titus Boſtrenſ. lib. II. adv. Manich. p. m. 79. q. d. Deus eſt & abſolute & relativè ſanctus, nec injuſtus, aut impurus. Confer Greg. Nyſ. orat. Catech. c. 1. f. 47. A. t. 3. & Corderij onomaſt. t. 1. f. 826.

Miſericordia tribuitur Deo.

§. 47. XIII. *Miſericordia* etiam ad bonitatem, relatam nempe ad miſeras, & miſerabiles creaturas, pertinet. Eam Athanaſius probat ex Exod. XX. 56. ubi Deus dicitur facere miſericordiam in millia, his, qui diligunt eum; *Quomodo bonitas Dei oſtendatur,* oſtendens ex loc. cit. de comm. eſſen. t. 1 f. 234. Neque obſtat

Digitized by Google

vindicatur. Dei justitia ; Dominus enim est & misericors & justus, *ubiq;* (inquit Basilius) *scriptura miserationibus Dei justitiam conjungit, nos pl ne erudiens, quemadmodum nec misericordia Dei sine judicio, nec judicium sine misericordia sit; sed cum misereatur etiam cum judicio miserationes suas iis qui digni sunt admensuret ; Et cum judicat, commensuratum quoq; nostræ infirmitati judicium inferat , benignitatis erga nos affectu potius, quam æqui compensatione nos plectens.* comm. in Ps. CXIV. f.m.309.C. Mox describit, *misericordia*, inquiens, *animi affectio est erga eos qui immeritò, & indignis modis affliguntur, ab illis procedens, qui compassione afficiuntur.* Merito igitur vapulabant Ethnici, qui Deum cædibus coli & delectari docebant, & credebant, ab Athanasio adverſ. gent. t. 1. f. 27.

Amor. §. 48. Tale quid non permittit *amor* divinus, quem Græcè nonnunquam ἔρωτα, nonnunquam ἀγάπην *dilectionem* vocant; Inter quas voces nonnulli putant discrimen esse, quasi nomen ἔρωτος θειότερον τῆς τῆς ἀγάπης *amoris divinius sit nomine dilectionis*, referente Dionysio Areop. div. nom. c. IV. §. 12. Cui tamen nihil interesse videtur, quod rem ipsam attinet: *Sacri Theologi nomen dilectionis & amoris adhibent secundum divinas elocutiones, ut eandem vim habeant apud eos, qui divina rectè audiunt*: Sic idem; mox definitionem amoris dat, quod sit *virtutis cuiusdam unificæ ac collectivæ excellenterq; contemperantis, quæ in pulchro & bono per pulchrum & bonum præexistit, & ex pulchro & bono propter pulchrum & bonum emanat. continetq; quidem æqualia per mutuam connexionem, superiora vero ad inferiorum movet providentiam, inferiora porro per conversionem quandam superioribus inserit.* Idem. §. 14. Deum ipsum vocari amorem observat, interrogans, *quid sibi velint Theologi, quando quidem Deum vocant* ἔρωτα καὶ ἀγάπην *amorem & dilectionem, quandoq; vero amabilem & dilectum?* Et respondet, quod amorem vocent, eo quod sit *auctor, & tanquam productor, ac generator* amoris; eoq; *moveatur*, & moveat alios, tanquam ἐρωτικὴ κίνησις *amatoria motio, simplex, seipsa movens, per se operans, præexistens in bono, & ex bono in ea quæ sunt redundans, ac rursus ad bonum revertens*: ut ita veluti circulus initio & fine careat amor divinus, *circulus sempiternus, propter bonum, ex bono, in bono, & ad bonum, indeclinabili conversione circumiens, in eodem, & secundum idem, & procedens semper, & manens, & remeans.* Id quod porro illustrat ex Hierothei hymnis, quos verbotenus recenset. §. 49. *In-*

§. 49. *IVSTITIA.* Quid sit, non videtur explicari posse: *Ipsius enim Dei justitia omnem excedit intellectum, cum sit omni creatæ naturæ incomprehensibilis, & inenarrabilis*, judice Basilio comm. in Ps. VII. t. 1. f. 143. Eam tamen aliquo usque exponit Dionysius Areop. div. nom. c. VIII. § 7. f. m. 625. dum dicit, *laudari Deum à justitia, quod omnibus ut dignum est, κατ' ἀξίαν, tribuat & congruentem modum, & pulchritudinem, & compositionem ordinis, & dispositionem, & omnibus dispertiat, & singulis ordines præstituat, secundum veram & justissimam præscriptionem, & omnibus suæ cuiusq; actionis auctor sit.* Paulo post idem asserit, *divinam justitiam hoc ipso revera veram esse justitiam, quod omnibus quæ sua sunt tribuat secundum dignitatem.* Competit Deo non solum in V. T. sed etiam in novo, de quo adversus Manetem ex professo disputat Archelaus orthodoxus Episcopus apud Cyril. Catech. VI. f. 59. adductis in medium scripturæ dictis, quibus Deus, Deique filius, & utriusque ministri, tanquam justi, & judicis severi describuntur, e. g. Luc. XII. 49. Matth. XXV. 41. Act. V. 5. seqq: &c. Patescit quoque ex naturæ lumine, *quo nosse poterant, secumq; reputare, Deum esse universi totius opificem, judicem æquissimum, ut qui mercedem persolvit cuiq; τὴν ἀξίαν ἀντίδοσιν τοῖς βεβιωμένοις ἐκάστου vita ipsius dignam*, quæ verba sunt Basilij homil. 1. hexaem. t. 1. f. 6. Idem loquuntur pœnæ hominibus inflictæ divinitus; quanquam in salutem hominum illæ respiciant: *ad eorum, quibus immittuntur, non perniciem, sed utilitatem & commodum infliguntur*: uti loquitur Euseb. lib. XIII. de præp. Evang. c. 3. f. 647. confer. Hieron. comm. ad Rom. I. 18. *Justitia* quid sit & quod sit.

§. 50. *Objicias*, qui justus fuerit Deus, cum tamen sanctos affligat, vel permittat affligi. Respondet Dionysius Areop. div. nom. c. VIII. § 8. Sanctos, *si terrena diligunt, hoc ipso jam à divino amore penitus excidere.* Sin vero verè sancti fuerint, exerceri per tales calamitates, ne torpeant, & salute sua excidant *Vapulant* igitur Hæretici, qui statuebant, *alium Deum esse bonum, alium justum*; quibus contradicens Cyrillus, contendit, *eundem bonum esse atq; justum*; Et monet: *si quando Hæreticum audieris dicentem: Alium eum esse qui sit justus, & alium qui sit bonus, continuo recordatus agnoscas eum hæresis virus eructare, cum audeat irreligiosè Deum unum verbo sperare.* Catech. IV. f. 24. D. vindicatur.

Digitized by Google

Ira

§. 51. Juſtitiæ punitivæ analoga eſt *ira*, à qua tamen imperfectiones humanæ ſunt removendæ ὁ πάθη σημαίνει (πασῶν γὰρ πάθους ἀλλότριον τὸ θεῖον) χωρὶς μιλαφορεῖν δὲ &c. *non affectus* (ira & furor Dei) *ſignificant*, (*divinitas enim ab omni prorſus perturbatione eſt aliena*); *ſed metaphoricè, h.e. translativè iſtiuſmodi conſuevit uſurpare ſcripturæ locutio*, nempe, *ut peccatoribus pœnas ex Dei judicio allatas, quoniam patientibus duræ ſunt, triſtes, ac permoleſtæ, velut ex ira & furore inductas figurat*: juxta Baſil. in Pſ. XXXVII. f. 236. C. Cui gemina ſunt quæ ſcripſit ad Jeſ. V. f. m. 981. B. *Tropica*, ajens, *ſunt hæc locutiones. Non enim ulla eiuſmodi perturbatio in Deo eſt, aut ulla ratione accidens & adventitia qualitas cadere poteſt in eius eſſentiam.* Quid igitur, rogas, ira fuerit? reſpondet idem: *actio ejuſmodi quæ circa nos eſt.* Et paulo poſt: *Forſan & ira hæc caſtigatio quædam eſt nobis perquam operoſa & plurimum exhibens negocij.*

Scientia.

§. 52. *Scientia.* Eſt infinita; Dionyſius Areop. ideo Deum vocat ἀπειρόγνωστον, *infinitâ ſcientiâ pollentem* σοφοποιὸν *ſapientiam, & ſapientiæ effectricem.* de cœleſt. Hierarch. c. XIV. Adeoque extendit ſeſe ſuper omnes res; *Deus enim non eſt partim videns, partim videndi facultate privatus: Verum totus cum ſit oculus, & totus auditus, & totus mens, non ſicut nos ex parte intelligens, & ex parte neſciens: Blaſphema enim & conviciatrix oratio eſſet, & divino Numine indigna:* προγνώστης δὲ τῶν ὄντων, *præſciens eſt rerum.* Sic Cyrillus Catech. VI. f. m. 49. C. Futurarum ſcilicet, uti alibi clarius mentem ſuam explicat, dicens: προγνώστης δὲ τῶν μελλόντων, *futurorum præſcius eſt.* Catech. IV. f. m. 25, B. Hilarius, de præſcientia Filij Dei diſputans, interrogat: *proprium Deo quid aliud, quam cognitio futurorum eſt?* lib. IX. de Trin. f. m. 138. Quod confirmat lib. XII. f. 191. Quæ enim *futura ſunt*, inquiens, *licet in eo quod creanda ſunt, adhuc fient, Deo tamen, cui in creandis rebus nihil novum ac recens eſt, jam facta ſunt: Dum & temporum diſpenſatio eſt, ut creentur, & jam in divinæ virtutis, & præſcientiæ efficientia ſint creata.* Athanaſius quoque, vel quiſquis auctor eſt, de paſſ. & cruc. t. 1. f. 1017. interrogat, an *ignorantia rerum in Deum cadat?* reſpondeturq, *ne hoc quidem dicendum eſt:* διὰ γὰρ τοῦ πάντα πρὶν γενέσεως ἀυτῶν, *novit enim omnia ante quam fiant.* Sic ille de triduo Ninivitis ad exitium prædicto. Quare Marius Victor merito laudat Dei *prævidentiam, & præcognoſcentiam.* lib. IV. adv. Arian. f. m. 354.

rerum futurarum.

Digitized by Google

f. m. 354. Et Gregorius Naz. *omnia*, inquit, Deus *novit, etiam ante ortum ipsorum: qui corda nostra sigillatim fingit: qui motus animi nostri ad quævis opera, qui cogitationes, quibuscum facta conjuncta sunt, intelligit; cui nihil in hoc universo abditum est, nec esse potest* &c. Orat. XII. f. m. 339. Quare Deus

§. 53. novit etiam res abstrusissimas, ut sunt cogitata cordis: καρδιογνώστης ὁ κρίνων, *Scrutator est cordium ille qui judicat*: ait Cyrillus Hierosol. præfat. in Catech. f. 14. & minutissimas; *Neq; enim tam pusillus fios, ut ab eius te oculis in abditos terræ sinus latebrasq; subducas; nec vero tam sublimis, ut in cœlum evoles.* ait Euseb. de præp. Evangel. lib. XII. c. ult. f. m. 636. ex Platone; Congrue Ps. CXXXIX. 7. XIX. 1. 2. Jes. XL. 26. &c. Sicut prius Nazianzenus probavit ex 1. Sam. XVI. 7. *Deus*, inquiens, *aliter intuetur res nostras, atq; homines intuentur: (Nam homo faciem, cor Deus intuetur) quemadmodum sacras literas andisti loquentes, quibus fidem habeto.* Orat. XII. f. 339. Idem aliis scripturæ dictis in medium allatis probat Ambrosius de offic. lib. 1. c. 14. ut obtineat, *Deum nihil præterire.* Et simili illustrat solis, omnia penetrantis. Claudimus versibus Prudentij, ex hymno II. καθημ. v. 105. seqq. abstrusissimarum.

Speculator adstat desuper,
qui nos diebus omnibus,
actusq; nostros, prospicit,
à luce prima in vesperum.
Hic testis, hic est arbiter,
Hic intuetur quidquid est,
Humana quod mens concipit:
Hunc nemo fallit judicem.

§. 54. *Dicas*: Atqui Deus quædam ignorare videtur: Sed intelligendum hoc est de scientia, vel ignorantia practica: *Nescire Deum, non est ignorantiæ demuratio, sed temporalis plenitudo. Exspectatur enim adhuc, ut sciat. Et, cum non possimus id de eo intelligere quod nesciat, cum tamen adhuc exspectet ut sciat, necesse est, ut id quod sciens nescit, & nesciens scit, nihil aliud quam vel loquendi dispensatio sit, vel agendi.* Sic Hilarius lib. IX. de Trin. f. 139. explicans dictum Gen. XVIII. 21. Sic etiam Basilius ad Gen. II. 9. cum Deus interrogat: *Adam ubi es? Non enim*, ait, *qui cuncta noverat, quærebat edoceri; quin* vindicatur.

id volebat potius, ut ille secum recogitaret, qualis ex quali factus esset. Vbi es? q.d. *in quam incidisti ex tanta sublimitate ruinam!* Comm. in Ps. CXIV. f. 310. A. Sæpe videtur Deus ignorare, quod se scire non statim prodit: de quo vide parænesin Paciani ad pœnitentiam. Sed nec hominis libertas obstat præscientiæ divinæ; id quod innuit Jeremias c. XXVI. 3. referens verba Dei, *forsitan*, dicentis, *audiant & convertantur*; *verbum* (commentatur Hieronymus) *ambiguum, forsitan, Majestati Domini non potest convenire, sed nostro loquitur affectu: ut liberum homini servetur arbitrium: ne ex præscientia eius quasi necessitate vel facere quid, vel non facere cogatur. Non enim ex eo, quod Deus scit futurum aliquid, idcirco futurum est: sed quia futurum est, Deus novit, quasi præscius futurorum.* Hæc ille ad l. c.

Sapientia. dist.

§. 55. *Sapientia.* Distinguendum est inter sapientiam Dei essentialem, & personalem; Personalis est Filius Dei; *Deus* enim *sua sapientiæ parens existit, cuius sapientia participatu cæteri sapientes nuncupantur: Estq; illa ipsa sapientia non passio, non portio, ἀλλὰ γέννημα ἴδιον τοῦ πατρὸς, sed germen proprium Patris*: explicante Athanasio, orat. II. adv. Arian. t. 1. f. m. 335. Sed de hac sapientia jam non loquimur; Loquimur enim de sapientia omnibus tribus personis communi, i. e. de essentiali. Unde nec de patre, quatenus ille personalis & *ἀρχέτυπος σοφία principalis sapientia* est (phrasis est Athanasij ejusdem Orat. III. adv. Arian. f. 450.) nobis nunc sermo est: hæc enim ei peculiaris est; sed, quod diximus, de essentiali, & communi. Ineffabilis quidem hæc est; *omnia* enim *inexplicabili sapientia facta sunt*, juxta Titum Bostrens. lib. II. adv. Manich. p. 105. attamen ex creaturis ea ipsa aliquo modo elucescit, utpote quod *τύπος ἐγκέχαρται τοῖς ἔργοις simulachrum* divinæ sapientiæ *creaturis impressum sit*: juxta Athan. orat. III. adv. Arian. f. 450. In his creaturis sunt Angeli quos *νοητὰς καὶ νοερὰς τῶν ἀγγελικῶν νοῶν δυνάμεις intellectiles ac intelligentes Angelicarum mentium virtutes* appellat Dionysius Areop. c. VII. div. nom. §. 2. quæ ex sapientia divina habeant *τὰς ἁπλᾶς καὶ μακαρίας νοήσεις simplices, & beatas intelligentias*. Similiter & animæ: Hinc enim & *anima ratiocinandi vim obtinent* l. cit. Supra has, & istas *sapiens* est Deus, imo *ipsa sapientia* est, quem §. 1. appellat, & *πάσης σοφίας ὑποστατικὴν, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν σοφίαν καὶ σύνεσιν ὑπερίδρυτον, omnis sapientiæ procreatrix, & super omnem sapien-*

Digitized by Google

ſapientiam & intelligentiam tranſcendens. & §. 2. *divina ſapientia ipſiusmet ſapientia, atq; omnis etiam mentis, rationis, ac ſenſus principium, & cauſa, & procreatrix, & perfectio, & cuſtodia, & terminatio dicta eſt.*

§. 56. Sciendum autem eſt de ſcientia, & ſapientia divina, quod non conſiſtant in diſcurſu mentis, vel repetitis actibus laboriosè acquirantur, ſicut ſcientia, & ſapientia humana per operationem intellectus, circa ſpecies externas occupati; *Mens enim divina comprehendit omnia cognitione quadam eminenti, qua ſecundum ipſammet omnium cauſſam in ſe omnium cognitionem anticipat*; juxta eundem Dionyſium l. cit. qui paulo poſt addit: *Non enim ex rebus ipſis res diſcens novit eas divina mens, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῷ καθ' αὑτάς, ſed ex ſeipſa, & in ſeipſa, ſciendum cauſſam omnium ſcientiam, & notionem & eſſentiam præhabet, & ante comprehendit, non ſingulis ſecundum cuiuſq; ſpeciem intendens, ſed ſecundum unicam cauſſæ complexionem cuncta ſciens & continens.* Hæcille & plura alia in hunc ſenſum, per totum caput ſeptimum. Quare *vapulant*, qui Deum velut aſtrologum ex aſtris futura noſſe fingebant, ab Euſeb. lib. VI. de præp. Evang. c. 1. quid ſit? Antitheſis.

§. 57. *Voluntas.* Perinde ut ante, ſic etiam hîc, diſtinguendum eſt inter voluntatem Dei eſſentialem & perſonalem, quarum hæc eſt Filius ipſe Dei, quem ſic vocat Conſtantinus M. in epiſtola ad Arium apud Gelaſ. part. III. Act. Nicæn. Ambroſius de dignit. condit. human; Marius Victor. lib. I. adv. Arian. f. m. 306. D. nec h. l. in quæſtionem venit; ſed eſſentialis: inter quam & eſſentiam divinam harmonia eſt tam exacta, ut nihil velit Deus niſi eſſentiæ ſuæ congruum. Quo de diſputat Athanaſius, cum negat, Deum ἄσαρκον potuiſſe, vel voluiſſe pati, quod non nemo contendebat: *Naturam enim & voluntatem inter ſe committit, ſi quis aliud ferre naturam, aliud ſuadere voluntatem dixerit: ſi quidem hæc ea aggrediatur, quæ minimè ipſi conveniant; illa vero non admittat, ad quæ habilis & apta non eſt*: Sic ille adverſos eos, qui dicebant, *paſſus eſt Deus, ὡς ἠθέλησε quia voluit*. t. 2. opp. f. m. 307. Non poteſt Deus velle, quæ naturam ipſius evertunt: *Quibus enim velle & non velle diverſè accidit, recte & rationi convenienter his attribuitur, poſſe; Deo autem quoniam nunquam accidit velle* (mentiri); *confitendum eſt, non poſſe eum mentiri, ſic tamen, quia ſcilicet non poteſt velle: non autem quia non poteſt ad* *Voluntas.*

inſtar

inſtar eius, cui eſt infirmitas, & deficit poteſtas: ait Titus Boſtr. lib. II. adv. Manich. p. 96. Et merito; ſummæ enim potius perfectionis eſt, quod non poſſit velle, quæ contra ſuam ſanctitatem & perfectionem ſunt: & ſummæ potentiæ, poſſe eum, quod velit, de quo lege Euſeb. lib. IV. dem. Evang. f. 145. C.

Obiectum eius.

§. 58. *An actiones Dei ad intra ſint obiectum divinæ voluntatis?* acriter diſputatum eſt inter orthodoxos & Arianos; his argumentantibus: Deus genuit Filium aut volens, aut nolens; Si hoc, E. non fuit liber; ſin iſtud, E. potuit non gignere. Ad quod dilemma reſpondet Athanaſius, viciſſim argumentando: Deus aut volens eſt bonus & miſericors, aut nolens; Si hoc, non erit liber; ſin iſtud, E. poteſt eſſe non bonus, aut miſericors, Orat. IV. adv. Arian. t. 1. f. 513. B. confer dial 1. de Trin. f. 162. Quare N. C. volens genuit. E. non libere; libertate ſcilicet contradictionis: *Deo nemo impoſuit, ut neceſſitate naturæ eſſet veritas. ſupra naturam igitur eſt, qui naturas fabricatus eſt, ipſe autem liber eſt a neceſſitate naturæ, ſic enim verè bonum eſſe confitebimur*: idem ait Titus Boſtr. l. cit. p. 97. Unde conſequitur, quod fato neſcio cui Aſtrologico & ſtoico non ſubſit: *Non eſt obnoxius πραγμάτων ἀκολουθίαις rerum conſecutionibus, neq; geneſi ſideribuſq; natalitijs, neq; fatali fortunæ*: juxta Cyrill. Catech. IV. f. 25. Hæc enim libertati ipſius derogarent: Ἄλογόν ἐστι λέγειν ἐπὶ θεοῦ ἀνάγκην, *abſurdum eſt dicere, in Deo eſſe neceſſitatem; ac propterea illum natura bonum eſſe; multo magis veriuſq; Filij ſui pater natura extiterit, & non voluntate.* verba ſunt Athanaſi l. cit. quibus caſtigat Arianos, naturam & voluntatem Dei ſibi invicem opponentes.

Antitheſis.

§. 59. *Vapulant* igitur, qui Deum fato ſubijciunt, quod fecerunt gentiles in Dijs ſuis; Unde Euſebius merito concludebat, hac hypotheſi poſita, quod Deus fato obnoxius ſit, *nihil prorſus aut Deo dignum, aut excellens, aut verè divinum in ſpiritibus illis reſidere, quos tantam ad humilitatem abjectos videas, ut à plebeijs etiam ac ſordidis hominibus detrahantur de cælo.* Sic ille contra fatum, & incantationes magorum θεήρυκας *inanes*, quas vocat lib. V. de præp. Evangel. c. IX. confer. f. 197. B. & lib. VI. c. 1.

Veritas, diſt.

§. 60. *Veritas.* Alia eſt veritas Metaphyſica, ſeu entitativa, alia Ethica, ſeu moralis, vel illi analoga; De metaphyſica videtur

Digitized by Google

detur loqui Athanasius, quando numen vocat καλὸν καὶ ἀλήθειαν *bonum & veritatem*, utpote habens essentiam Deo competentem, Orat. II adv. Arian. t. 1. f. 324. D. Ethica eidem competit, quatenus est verax in dictis & factis; *verus est Deus, non modo quod non mentiatur*: (Hebr. VI. 18. Mal. III. 6. more hominum. Ps. CXVI. 11.) *Nihil enim contrarium in illo: Neq; ut homo homini ita ille testimonium verum præbet, cum nulli suspicioni sit obnoxius: sed & quod ipsam ex se veritatem gignat, Paterq; sit Domini ita loquentis: Ego sum veritas.* (Joh. XIV. 6.) verba sunt Athanasij de pas. & cruc. t. 1. f. 1013. in quibus illud observes, quod veritas interdum accipiatur κατὰ φυσικὸν pro Patre, vel Filio; κατὰ ἠθικὸν vero accepta denotet carentiam mendacij, & prolationem, & operationem eius, quod in rei natura se ita habet. Sic accipit idem Athanasius Orat. III. adv. Arian. f. 377. A. quando probationis loco adducit dictum Paulinum 1. Cor. X. 13. *Fidelis enim Deus est*, eius judicio, *quoniam, ut canit Psalmista* Ps. CXLIV. 13) *fidelis est in omnibus suis verbis* Dominus; *& cum loquitur dignus est, cui fides habeatur, & impossibile est illi, ut mentiatur.* confer dial. 1. de Trin. f. 178. D. Epiphan. hæres. LXX. f. 393.

quidditas negat:

§. 61. Duo implicat Dei veritas, negationem, quod non mentiatur; & positionem, quod veritatem amet, loquatur, & operetur. *Negationem* dixi; Neque enim privatio est in Deo, non mentiri, tanquam posset mentiri quidem, sicut nos homines, actu autem ipso non mentiatur. De quo disputat orthodoxus apud Athanas. dial. II. de Trin. t. 2 f. m. 202. C. *Si privatio est habitus remotio*, inquiens, *etiam quod de Deo prædicetur, mendacij expertem esse, aut est privatio habitus, aut habitus privationis. At si est privatio habitus, quomodo id Deo annumerabitur, quod ei non ineſt? Sin vero id mendacij expertem esse, est habitus, necessario præsupponitur & mendacium, & mendax essentia, ut ita habitum assumens essentia mendacij expers dici possit. Sin vero mendacio obnoxia essentia particeps facta est eius, quæ mendacij expers est, & habitus jacturam passa mendacio privata est; fuerit utiq; essentia mendax: & id expers mendacij habitus: Et sua illa magnanima sapientia tantæ impietatis materiam reperisset.* Sic ille; contra Anomœum πρωδεῖ: objecerat enim hic argumentum: *Si privatio est habitus remotio, illud quod Deo tribuitur, ingenitum, aut privatio erit ipsius habitus, aut habitus privationis*; quod ut elideret, & eluderet,

deret, parœdia inſtituta, vel inſtantia data, de veritate Dei diſſerebat. Atque hoc Deo naturale eſt, ut à mendacio abhorreat: *Deus enim cum lumen, & ipſa per ſe veritas ſit, à mendacio abſtinet, non quia deficit ei poteſtas, ſed quia non vult unquam mentiri. Si autem non poteſt, (non enim abſurdum eſt, ſic loqui:) ideo non poteſt, quia non vult.* verba ſunt Titi Boſtr. lib. II. adv. Manich. p.m. 96.

poſit. §. 62. *Poſitivum* eſt, quod ſit ipſa veritas in ſe, & eſſentialiter: *plane exiſtimare licet eſſe* (Deum) *veritatem per ſe ſecundum ſubſtantiam*; ratio, *quia lumen ſecundum ſubſtantiam per ſe exiſtit*: aſſertio, & argumentum eſt Titi modo laudati; ut proinde veritas & conſtantia de ipſo in abſtracto prædicari poſſint: *Ecquid prohibet*, idem Boſtrenſis Epiſcopus interrogat, *quin Deum ipſam per ſe veritatem eſſe exiſtimemus, & reputemus?* Ex eodem ſcilicet fundamento, quod Deus ſit lumen; *lumen enim ſpirituale nihil aliud eſt, quam lumen veritatis.* Splendor huius veritatis eſt verbum Dei revelatum. Hoc quoque eſt ipſa veritas: *verbum hoc ſimplex eſt ac verè exiſtens veritas* (ὄντως ὄντα ἀλήθεια,) *circa quam, ut puram & ineffabilem univerſorum notionem, fides divina verſatur, quæ eſt conſtans fidelium firmamentum, fundans illos in veritate, atq; in ipſis veritatem, dum indiſſuaſibili identitate* (ἀμιλλαπίστῳ ταυτότητι) *ſimplicem veritatis cognitionem habent rerum credendarum.* verba ſunt Dionyſij Areop. div. nom. c. VII. §. 4. ubi ex profeſſo de verbi divini, in ſcripturis revelati, veritate agit, conferenda cum dictis artic. III. ſect. III. §. 5. ſupra.

juramenta. §. 63. Solet Deus interdum *juramento* dicta ſua firmare; id autem facit noſtri gratia, ut eo firmius ipſi credamus: Ipſius (Dei) » ſermo jusjurandum eſt, certa fide induens (πληροφορῶν) auditores, » quoniam quæ promittit & loquitur, prorſus fient. Siquidem non » ut homo jurat Deus, ſed nobis ipſius ſermo pro juramento eſt ad » veritatem. Hominibus autem loquens jurare dicitur, & hoc ipſum » humano more (ἀνθρωπικώτερον) efferunt ſancti, ut inde ipſi loquen- » tes fidem ſibi haberi velint, inde etiam Deo loquenti fidem habe- » ant: Ut enim hominum ſermonem confirmat jusiurandum, ita » quoque ea, quæ loquitur Deus, διὰ τὸ βέβαιον καὶ ἀμετάθετον τῆς βου- » λῆς αὐτοῦ ob firmitudinem & immutabilitatem voluntatis eius, pro juramentis reputanda ſunt. Explicatio eſt Athanaſij de paſſ. & cruc. t. 1. f. 1016. B. Conſona Cyrillianæ, quæ hæc eſt: *ſufficiens erat*

erat ad securitatem, tantummodo voluisse patrem; (sacerdotium Christi Ps. CX.) *duplicatio autem securitatis est hic modus*, καὶ ὅρκον παρεισφέρεται, *cum voluntati jusjurandum accedit. Ut propter res duas incommutabiles, in quibus Deum impossibil est mentiri, fortiorem habeamus fidei consolationem, qui Christum Iesum Filium Dei recipimus.* Ita Cyrillus Catech. X. f.m. 89. A. Sic etiam Hieron. comm. in Jes. XIV. f.m. 26. H. *Iurat Dominus* (Jes. XIV. 24.) *cui etiam non iuranti credendum est, quod sua æstimatio non fallatur, & quod mente concepit, irritum non fiat. Hoc autem humano loquitur affectu, quod scilicet non fallat, qui falli non potest.* Confer. Dionys. Areop. de divin. nom. c. VIII. §. 6.

§. 64. Neque *obstat*, quod Deus sæpe comminetur, quæ non exequitur, e g. Ninivitis exitium, quasi Deus mentiretur; Nam *R. non mentitur Deus, absit; Neq; sermo eius incompletus mansit; Humanitate enim iram suam retudit, magnaq; pœnitentiam Ninivitarum, quam præcedentia peccata respexit. Neq; sermo Deitatis erat, quasi post triduum subvertenda esset Ninive, sed quod ad triduum eos sustinere vellet, ut in dilatione triduana aut pœnitendi haberent facultatem, aut postmodum eius sævitiam exciperent.* Responsio est Athanasij de pass. t. 1. f. 1017. A. Ita etiam se habet cum promissis divinis, nempe quod conditionem, vel ordinem involvant, quo non observato, vel expleto, irrita sunt; ne quid dicamus de mora, quæ interdum intercedit quidem inter promissum & complementum, complementum tamen non intervenit: de quo idem verbis seqq. differit. Obj.

§. 65. *Perfectio.* Nota 1. *quid* sit, idque ex verbis Dionysij Areop. de div. nomin c. XIII. §. 1. ubi exponit ex professo, quo sensu Deus dicatur perfectus, nempe & in se, seu essentialiter, & quoad nos, relativè; *Perfectum* enim statuit esse *non tantum ὡς αὐτοπλὴς, καὶ πρὸς ἑαυτὸ ὑφ' ἑαυτῷ μονοειδῶς ἀφορισθέντα, ut seipso perfectus, & per se à seipso uniformiter definitus, καὶ ὅλον δι' ὅλου τελειότατον; totusq; secundum se totum perfectissimus est; verum etiam ut supra quam perfectus, ὑπερτελὴς, secundum omnium excessum*: Et nonnullis interjectis: *perfectus dicitur, ut qui nullum accipiat incrementum, semperq; perfectus sit, nec minui possit, omnia in se præhabens, & exuberans una & eadem inessabili, & supra quam plena, & immutabili* (ἀνελαττώτου) *largitione, per quam omnia perfecta perficit, & unumquodq; congrua sibi per-* Perfectio. 1. quod sit.

fectione adimplet. Ex quibus facilè eſt colligere, quid igitur ſit ipſa Dei perfectio? confer c. V. §. 4. (2) Quod autem talis Deo competat, præter Dionyſium etiam alij Patres aſſerunt. Nam apud Cyrillum audit ὁ πᾶσι τέλειος *in omnibus perfectus & abſolutus, omnis virtutis ſpecie ex æquo præditus, neq; creſcens, ſed ſemper in eodem ſtatu permanens*, Catech. IV. f.m. 25 B. C. Alibi latius id attributum explicat, & probat etiam, nempe Catech. VI. f. 50 B. *Nam perfectus*, inquiens, *in omnibus Deus credendus eſt, ſicut ait vox Salvatoris, inquientis* (Math. V. 48.) *Pater veſter cæleſtis perfectus eſt: perfectus in viſu, perfectus in potentia, perfectus in magnitudine, perfectus in præcognitione, perfectus in bonitate, perfectus in juſtitia, perfectus in humanitate,* φιλανθρωπία; Phœbadij judicio proprium Deo non eſt, *niſi plenum atq; perfectum* adv. Arian. c. 3. Idque omnibus tribus perſonis competit: *Trinitas* enim *perfecta eſt ex tribus perfectis, unitate quidem mota propter opulentiam; binario vero ſuperato, quum Deitas ſupra materiem & formam, de quibus corpora conſtant, ſit poſita; Trinitate deniq; terminata, propter perfectionem.* verba ſunt Gregorij Naz. Orat. IIX. f.m. 289. Confer alia loca, & ſuffragia Euſeb. lib. VIII. de præp. Evangel. c. 2. & Cyril. Catech. VI. Gregorij Naz. orat. XLIX. Gregorij Nyſſen. Orat. I. in verba: faciamus hominem &c. citante D. Dorſch. Pentadec. diſp. ad 1. Tim. VI. p. 4. §. 8.

2. quod ſit.

3. Antitheſis Ethnicorum.

§. 66. *Vapulant* igitur: *Ethnici*, ſtatuentes eos Deos, qui perfectionem ſui aliunde deſiderant: *Quomodo* enim *iſta Numina fuerint, quæ alterius opem requirunt? aut qui par eſt, ab illo quicquam poſtulare, cum ipſa à ſe mutuo neceſſaria poſtulent? ſi enim ea de Deo ſententia vera eſt, illum nullius indigere, ſed ſibi ſufficere, ſuiq; plenum eſſe, & in illo omnia conſiſtere, imo ipſum potius omnibus alijs impertiri; quomodo vel ſolem, vel lunam, alias ve creaturæ partes, quæ tales non ſunt, ſed mutua ope fulciuntur, numina appellari æquum fuerit?* Sic merito interrogat cum indignatione Athanaſius orat. adv. gent. t. 1. f. 30. B. *In Deo enim dicere aliquid minus integrum & perfectum, non ſolum impium, ſed pluſquam nefarium eſt.* Sic idem f. 42. contra eos, qui plures mundi opifices ſomniabant. (2) *Hæretici*: qui dum humanam Chriſti naturam negabant, & Deo affectiones humanas tribuebant, hoc ipſo perfectioni divinæ detrahebant; in quos invehitur idem Athanaſius (vel quiſquis auctor eſt) de ver. Chriſt. carn.

& Hæreticorum.

carn. t. 2. f. m. 321. A. *Quis in laude ponet*, interrogans, *incrementa & meliorationem Deitatis? quæ ab æterno perfecta est, quæ nullius indiga est, quæ nihil aliunde auferre, aut accipere potest?* Sic ille contra eos, qui carnem Christi negabant, ex Luc. II. 52. Ubi Jesus dicitur crevisse ætate, sapientia & gratia, utique secundum humanam naturam, quæ perfici potuit, minime vero secundum divinam, quæ summè perfecta est. In eundem lapidem impingebant, qui somniabant, incarnatione aliquid perfectionis divinæ naturæ ex humana accessisse; *Cum divinitas per se integra, & perfecta, incapax omnis defectionis, simplex, uniformis, & incomposita, in partes non distinguatur*: uti loquitur Athanas. orat. quod unus sit Christus, t. 1. f 668. Conferri potest de duab. nat. t II. f 329. C. D. Vapulabant & illi, qui Creaturam Trinitati inserebant, Ariani, qui Christum statuebant creaturam; quos castigat Athanasius idem Orat: II. adv. Arian. f. m. 325 A. t. 1. eo quod *nullius indigus* sit *Deus*, sicut est creatura; Orat. III. f. 399.

§. 67. Huc referri potest *pulchritudo* Dei. Dionysius Areop. div. nom. c. IV. §. 9. Deum laudat ὡς καλὸν καὶ ὡς κάλλος, *ut pulchrum & ut pulchritudinem* ipsam; eidemque tribuit καλλοποιὸν καὶ καλλωπίνην ὡραιότητα, *pulchritudinem pulchrifacientem, & gratiosam*; ut ita sit ὑπερούσιον καλόν *supereſſentialis pulchritudo*, & quod *pulchritudinem omnibus rebus pro cuiusq; modulo communicet, ut causa omnis pulchritudinis & venustatis.* Adde seqq. Nam ex professo de hac materia agit. Consentit Basilius, tribuens Deo φιλοκαλίαν *pulchritudinem.* homil. de paradis. t. 1. f. 25. B. eandemque alibi ita admiratur, ut illa nihil θαυμασώτερον *admirabilius* censeat. reg. fus. disp. t. 2. f. 414. D. 415. A. Probatque (sicut & Dionysius) ex pulchritudine creaturarum; *Deniq;*, inquiens, *cum à pulchritudine rerum, quæ omnium seculis conspicuæ sunt & spectandæ proponuntur, illum agnoscamus inenarrabili pulchritudine cætera antegredi ac præcellere.* homil. I. in hexaëm. t. 1. f. 15. *Pulchritudo.*

§. 68. *Majestas.* Deo competit, & quidem omnibus tribus Deitatis personis: *Solvitur enim in Christo* (atque ita etiam in spiritu sancto) *omne quod Deus est, si majestatis alterius accipitur. Alterius autem erit, si majestate pater major me est. Quæ quidem Majestas, quia una est, unius scilicet Dei, non potest non esse perfecta: quia imperfecta* asseritur. *Majestas.*

inæqualis est : Inæqualis autem, si in altero minor est. Disputat Phœbadius adversus Arianos c. XXIII. Quæ sententia est etiam Gregorij Naz. orat. IX. f. 289. A. & Epiphan. hæres. LXIX. f. m. 388. Et *probari* potest ex Matth. XXV. 31 collato cum Luc. IX, 26. (Quæ loca memorat etiam Phœbadius l. cit.) utpote ubi Christus dicitur venturus esse *in majestate sua, & patris*, quia scilicet eadem est utriusque majestas, conspicua futura in *Angelis*, Christo judice: subservituris. *Usum* habet hoc attributum in juramentis religiose præstandis, inculcatum ab Athanasio de cruce, & pass. facto argumento à majestate regis mundani ad majestatem divinam. t. 1. f. 1015. D.

probatur.

usus.

§. 69. Colophonem imponit *beatitudo*; quam Phœbadius *æternam Dei beatitudinem* laudat c. 3. adv. Arian.

Beatitudo.

Seculi Quarti

Articulus V.

Sect. VII.

De

OPERATIONE, ET OPERIBUS DEI.

Argumentum.

Operatio Dei quomodo vocetur. Distinguitur in non subsistentem & subsistentem: internam & externam; Eadem est cum Dei essentia: Libera est: alia ab æterno, alia in tempore. Creatio ex SS. literis est discenda Vox varie sumitur: h. l. de creatione ex nihilo: Sapulant negantes: Creator est Deus unus, & solus, tribus personis distinctus: Creatoris bonitas, sapientia, & potentia. Materia ex qua, nihil; Finis vel principalis, vel minus principalis: Tempus; effectus vel generalis, vel specialis; Dividitur, juxta hexaemeron; Explicantur opera singulorum dierum: in his præcipuè Angeli, & homines; Horum explicantur nomina, definitiones, auctor, partes essentiales, duæ, non plures. Nimirum corpus, & anima, quæ est immaterialis, libero arbitrio prædita; Utrumque creatum ad imaginem Dei, cuius

cuius exponuntur appellationes, principium, ſubjectum, ratio formalis, conſiſtens in donis intellectus, voluntatis, virtutis, immortalitatis, dominij; fuit naturalis, attamen amiſſibilis; Locus paradiſus, propagatio hominis per traducem. Providentia Dei, aſſeritur, probatur, vindicatur, ejus objectum, actiones in triplici regno. de fato.

De operationibus Dei.

§. I.

HActenus de attributis Dei, ſequuntur operationes, & opera ejusdem. *Operatio* Græcis ἐνέργεια dicitur; Et denotat vel ipſam δύναμιν, ſeu *facultatem* & potentiam, vel potentiæ iſtius *motum*, & uſum, vel ipſum *opus* productum, quod alias ἐνέργημα, vel ἐνεργούμενον vocant. Prima ſignificatio non eſt huius loci, utpote pertinens ad attributa Dei, & præcipue ad omnipotentiam divinam, de qua ſect. 6. §. 35. ſeqq actum eſt. Neque tertia eſt huius loci; Nondum enim agimus de creaturis, ſed de actione, quâ creaturæ productæ ſunt; i.e. ſecunda ſignificatio huius loci eſt; quo ſenſu vocem accipit Gregorius Nyſſenus, quando adverſus Eunomium diſputans, πᾶσα γὰρ, ait, ἐνέργεια ἐν μὲν τῷ ἐκβαίνειν τὸ ἐνεργαζόμενον θεωρεῖται: *Omnis* ἐνέργεια *operatio in eo ſpectatur, qui efficit id quod efficitur*: qualis operatio eſt τῇ δρόμῳ, ἢ διὰ τῶν ποδῶν κίνησις, *curſus*, nempe *motus, qui fit per pedes*, quo exemplo definitionem ſuam illuſtrat. Eodem ſenſu etiam accipitur à Baſilio, in diſputatione contra eundem Eunomium; quod Filius creatura non ſit lib. IV. f. m. 97. dum ἐνέργειαν *operationem* diſtinguit à δυνάμει *potentia* Dei. B. Et paulo poſt ab ἐνεργείᾳ diſtinguit ἐνέργημα; dicens, ἕτερον γὰρ ἦν ἡ ἐνέργεια παρὰ ταῦτα, *aliud enim quid eſt operatio præter hæc*; inter hæc autem retulerat etiam ἐνέργημα ſeu ἐνεργηθὲν. *opus operatione productum*: item ἐνεργοῦντα ſeu ἐνεργοῦσαν *operantem*, ut ab hoc quoque, ſaltem formaliter, differat.

Vox.

Diſtinguitur:

§ 2. Unde diſtinguere ſolebant inter ἐνέργειαν Dei ἀνυπόστατον & ἐνυπόστατον. non ſubſiſtentem, & ſubſiſtentem. Nyſſenus enim loc.cit. de ἐνέργεια, quæ in motu conſiſtit, prædicat καθ' ἑαυτὸν οὐχ ὑφέστηκεν, *per ſe ipſam non ſubſiſtit*: Sic eitam Baſilius l.cit. aſſerit, quod Filius non poſſit eſſe ἐνέργεια, quâ omnia creata ſunt; ſecus eſſet

eſſet ἀνυπόστατος; ἐνέργεια γὰρ ἐνυπόστατος, *non ſubſiſtens; nulla enim operatio eſt ſubſiſtens.* Operatio ſcilicet, ſicut ab operante diſtinguitur. Eſt tamen filius operatio perſonalis, in quantum à nonnullis Patribus appellatur Patris ſui manus, vel dextera, δι' οὗ ἐποίησε τὰ πάντα ὁ πατὴρ, *per quem Pater omnia fecit.* Uti loquitur Athanaſ. orat. V. adv. Arian. f. 318. Et poſt ipſum Baſilius, *Chriſtus*, inquiens, *eſt Dei virtus, & Dei ſapientia, quæ & χεὶρ δημιουργικὴ manus creatrix tropicè appellatur.* lib. V. adv. Eunom. f. 111. Clarius loquitur Athanaſius Orat. II. adv. Arian. f. m. 187. cum Filium vocat τὸν παλαιὸν ζῶσαν βουλὴν, καὶ ἐνέργειαν, καὶ λόγον ἀληθινὸν, *viventem Patris voluntatem, & ſubſtantialem efficaciam, ſeu operationem, & ſermonem verum, in qua & conſtituta ſunt, & rectè adminiſtrantur univerſa.* Hæc poſterior ſignificatio non eſt huius loci, ſed prior, quæ concernit ἀνυπόστατον, non ſubſiſtentem, præciſivè ſic loquendo, operationem. Unde nec ea ſignificatio huc pertinet, qua ſpiritus quoque ſanctus ἐνέργεια, χεὶρ, δάκτυλος, *operatio, manus, digitus*, appellatur. Nam & hæc ſignificatio de virtute perſonali loquitur, de qua alibi, & in præmiſſis ſect. V. §. 71. actum eſt.

in oper. internam & externam.

§. 3. Diſtingui ſolet operatio Dei in internam & externam, quarum iſta terminatur intra ipſam Trinitatem, in una, vel altera eius perſona; Hæc vero terminatur in creaturis, ad quas reſpectum ſeu relationem habet. Iſtæ operationes ſunt diviſæ inter perſonas: e.g. miſſio Filij in carnem competit Patri non Filio; *Non Pater paſſus eſt pro nobis, ſed Pater miſit eum, qui pro nobis pateretur*; ait Cyrillus Hieroſ. Cat. XI. f. m. 100. A. Innuens, quod ſicut ſolius filij eſt incarnari, & pati; ita ſolius Patris ſit mittere. Ut abſurdus fuerit Macedonianus ille apud Athan dial. 1. f. 273. D. dum ex eo, quod filius ſit Deus, ut pater, voluit concludere, gignere quoque ut Patrem. Hæ verò ſunt indiviſæ, quod vult Dionyſius Areop. div. nom. c. 11. §. 1. quando ait, neminem Chriſtianum negaturum eſſe, ὅτι τὰ θεοπρεπῆ πάντα τῇ ὅλῃ θεαρχίᾳ πρόσεστι καὶ τὴν θεολεκτὸν λόγον, *quod omnia, quæ Deo ratione perfectæ Deitatis competunt, toti inſint divinitati, ſecundum divinum verbum.* Quod enim etiam de operibus hoc intellexerit, patet ex dictis ante ab eodem allegatis. Joh. V. 21. VI. 64. Rom. XI. 36. &c. Clarius expreſſit Ambroſius, quando lib. VI. de ſacram. c. 2. ſcripſit; *ubiq; Pater, & Filius, & ſpiritus ſanctus,*

una

una operatio, una ſanctificatio, etſi quædam velut ſpecialia eſſe videantur. confer in Symb. Apoſt. c. 3. & c. 9. lib. IV. de fid. ad Gratian. c. 3. Athanaſius ſimili illuſtrat, ubi enim *lux*, inquiens, *ibi radius, & ubi radius, ibi eius vis, & operatio, & lucida gratia*: per lucem intelligens Patrem; per radium, Filium; per vim, ſpiritum ſanctum. *Quandoquidem nihil eſt,* (ſive in regno gratiæ, ſive in regno potentiæ) *quod non per verbum in ſpiritu fiat*: idem ait; probatque dictis & exemplis ſcripturæ, 2. Cor. XIII. 13. Pſ. XXXIII. 6. &c. quibus agitur de operibus potentiæ, gratiæ, gloriæ, ut ſunt vivificatio, electio, legislatio, dominatio &c. de comm. eſſent. t. 1. f. 209. 220. ſeqq. de hum nat. ſuſcept. f. 604. ſeq. contr. greg. Sabel f 661. D. Epiſt. ad Serap. t. 2. f. 13. dial. I. cont. Maced. f. 274. Cyril. Catech. XI. f. m. 99. C. D. Nec *obſtat*, quod opera externa interdum uni tantum perſonæ expreſſe attribuantur; unius enim poſitio non eſt alterius excluſio, ſed potius inclusio, videatur Baſil. lib. V. adverſ. Eunomium; Gregorius Nyſſenus lib. de differentia eſſentiæ & hypoſtaſis ad Petrum fratrem ſuum.

§. 4. Etiamſi autem *humana natura* per unionem perſonalem recepta ſit in conſortium Trinitatis, nihilominus creatura manſit, & objectum operationis Dei indiviſæ. Et mixtum. Diſputant hac de re invicem Macedonius & orthodoxus apud Athanaſ. dial *III.* de Trin. t. 2 f. 236. B. Interrogante Macedoniano: *Num igitur ſpiritus ſanctus Chriſtum excitavit à mortuis?* reſpondit Orthodoxus: *Ego quidem hoc dicere non dubitem*: probatque, filij reſuſcitationem opus fuiſſe Patris, ex Actor. II. 24. Filij, ex Joh. II. 19. & ſpiritus ſancti, quippe qui ea ipſa facit, quæ Pater & Filius. Peculiare autem Filij opus fuit, quod in ſuam hypoſtaſin humanam naturam receperit, id quod neque Patri, neque ſpiritui ſancto competit, quippe qui incarnati non ſunt. *οὐ γὰρ πατὴρ ἐσαρκώθη, ἀλλὰ υἱός non enim Pater homo factus eſt, ſed Filius*: ait Cyrill Hieroſ. Catech. XI. f. m. 100. A.

§. 5. Utut autem opera Deitatis ad extra ſint indiviſa, eſt tamen differentia quædam agentium perſonarum in ordine agendi in creaturas. ordo operat. *Gratia enim & donum quod datur in* (ἁ) *Trinitate, datur à Patre per Filium in ſpiritu ſancto*: ait Athanaſius ad Serap. t. 1. f. 205. A. Innuens ordinem agendi per voculas, *a, per,* & *in*: quod repetit, dicens, *nihil eſt, quod non per verbum in ſpiritu fiat*: Et illuſtrat

ſcripturæ dictis. Quod tamen unitatem operationis non tollit: μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ προφανῶς ἐνέργεια διὰ τοῦ υἱοῦ ἐν πνεύματι φαίνεται, καὶ χωρισμὸν ἡ τριὰς οὐ προσδέχεται, *una enim & eadem plane operatio Dei per Filium in ſpiritu ſancto conſpicua eſt, & Trinitas non recipit diviſionem*: ait Baſilius lib. V. adv. Eunom faciens quidem ordinem in agendo, attamen unitatem quoque ἐνεργείας confirmans.

Identitas cum eſſentia divina.

§. 6. Operatio divina eſt idem, quod eſſentia divina. Quæ de re exprofeſſo diſputat Baſilius epiſt. LXXX. f. m. 905. A. dicens: *Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, cum nulla in re differens quid, aut diverſum habeant operationes, neceſſe eſt, ut propter operationis ſimilitudinem naturæ colligatur unitas.* Senſus hic eſt, quia una eſt omnium trium perſonarum operatio, etiam una erit natura, quia operatio, & natura ſunt ταυτά. Quod fundamentum eſt etiam ſequentis aſſertionis, cum dicit: ἡ τῆς ἐνεργείας ταυτότης *operationis identitas in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto manifeſte oſtendit τὸ τῆς φύσεως ἀπαράλλακτον, per omnia ſimilem & eandem illu eſſe naturam.* C. In eadem epiſtola ſcribit: εἴτε ἐνεργείας ὄνομα ἡ θεότης, *ſi operationis nomen eſt Deitas, quemadmodum unam operationem Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ſic unam eſſe dicimus Deitatem; Sive, ut vulgi fert opinio, naturam ſignificat Deitatis vocabulum: pro eo, quod nullam invenimus in natura diverſitatem, non abſurdè Deitatis unius eſſe ſanctam Trinitatem ſtatuimus*: Quæ omnia illa nituntur hypotheſi, unam eſſe eandemque Dei energian & eſſentiam. Et quid clarius his verbis: *In ſimplice & corporis experte natura* (qualis eſt divina) τὸν αὐτὸν τῆς οὐσίας λόγον ὑποδέχεται ἡ ἐνέργεια *eadem eſt ratio ſubſtantiæ & rationis*: quod idem ſtatuit lib. V. adv. Eunom. f. 111.

Libertas.

§. 7. Deus in actionibus ſuis *liber* eſt; *Omnia* enim *ex ejus voluntate cœperunt, quia unus Deus pater, ex quo omnia. Et enim tanquam ex ſuo fecit, quia unde voluit, fecit.* ait Ambroſ. lib. 1. in hexaem. c. 5. Et Epiphanius: *Deus pater hominem, & cætera omnia κατὰ τὴν ἰδίαν εὐδοκίαν ſecundum proprium beneplacitum procreavit*; Hæreſ. XXIII. Voluntas autem Dei libera eſt, neque ulli neceſſitati ſubjecta, uti docuimus Sect. VI. §. 58. Eadem eſt etiam *Dei poteſtatis menſura*, juxta Nyſſen. in Hexaem. f. m. 6. & ſapiens, imo ipſa *Sapientia*; & cum *ſapientia proprium ſit, non ignorare, quomodo unumquodque fiat*; ſequitur, quod Deus ſecundum ſuam ſcientiam omnia fecerit.

Digitized by Google

cerit. *Bonus* quoque est in suis actionibus Deus, & bonum, imò optimum, semper intendit. Egregie dixit Dionysius Areopagita div.nom. c. IV. §.1. *Sic essentiâ sua bonus est Deus, ὡς οὐσιῶδες ἀγαθὸν εἰς πάντα τὰ ὄντα διατείνειν τὴν ἀγαθότητα, ut tanquam substantiale bonum in omnes res extendat suam bonitatem.* Apparet ex creaturis, e. g. Angelis; illæ enim νοεραὶ καὶ νόεραι πᾶσαι καὶ οὐσίαι καὶ δυνάμεις καὶ ἐνέργειαι *intellectiles ac intelligentes substantiæ, & virtutes, & operationes,* à bono Deo creatæ sunt ipsæ bonæ, imo optimæ, eodem commendante; ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκείνας τὰς ἱερὰς καὶ ἁγίας νοὰς αἱ ψυχαὶ, καὶ ὅσα ψυχῶν ἀγαθὰ διὰ τὴν ὑπεραγαθὸν ὄντων ἀγαθότητα: *præterea post sacras istas sanctasq; mentes, animæ quoq; ac qualibet animarum bona sunt per bonitatem illam, quæ omne bonum superat.* Sic quoque judicat περὶ τῶν ἀλόγων ψυχῶν, ἢ ζώων de irrationalibus animabus, seu animalibus, nempe quod bonæ creatæ sint, à bono Deo; Confer seqq. Nam totus in eo est, ut Dei bonitatem in operando demonstret. Confer præmissa Sect. VI. §. 43.

§. 8. Operum divinorum alia fiunt ab æterno, alia in tempore; Ab æterno, ut decretum de Filio in carnem mittendo, de nostra salute: *dicendum est, quæ ex præscientia & prædestinatione Dei jam ea facta sunt, quæ futura sunt. Qui enim electi sunt in Christo ante constitutionem mundi, in prioribus seculis jam fuerant,* ait Hieron. Com. ad Eccles. c.1. f. m.32. t VII.opp & facit *præscientiam & prædestinationem* actiones Dei *ante constitutionem mundi* operosas. Talis actio est etiam decretum Dei de mundi duratione, de qua Athanas. orat. IV. adv. Arian. f. 495. C. In tempore, ut creatio, & creatarum rerum gubernatio. Deus enim est *auctor* rerum *& gubernator,* juxta Ambros. lib.1. hexaem.c.3. & Euseb.lib. VII. de præp.Evang.c.11. f. 318. B. De quibus jamjam dicemus, istis in alium locum dilatis. Quando.

§. 9. *Creationis* opus igitur est aliquod Dei opus. *Est* enim *hic mundus divinæ specimen operationis.* ait Ambros. lib.1. hex.c.5. ex S. literis potissimum cognoscendum. In his autem facem prætulit Moses, *initium rerum, auctorem mundi, creationem materiæ in genesi sua comprehendens,* uti loquitur Ambros. lib. 1. hexaem. c. 2. Quo fine Eusebius lib. VII. de præp.Evang.c.9. seq. producit de creatione universi sententiam Mosis, eundemque commendat Basilius Creatio. Ex SS. literis.

homil.1.in hexaem.f.2. A.B. Et Gregorius Nyſſenus de hexaem.f. m.7. laudans τὸ τῆς γενέσεως βιβλίον *productionis librum* à prophetâ Moſe propoſitum. Ratio eſt, quod Deus myſterium iſtud hinc ſervo ſuo liquidiſſimè revelarit: *Non enim ſua Moſes, ſed infuſa & revelata ſibi ſcripſit, ea præcipuè, quæ ſunt de conſtitutione mundi:* ut verbis utamur Ambroſij ex epiſt. ad Horont. n.XXXIX. f. m. 163. H. *Sequamur ergo eum, qui & autorem novit, & gubernatorem, nec vanis abducemur opinionibus.* Monitum eſt ejusdem Ambroſij hex. c.3. quo ipſo notat Philoſophaſtrorum opiniones & errores de rerum creatione. Egerat autem de iſtis c.1. quid Plato, quid Ariſtoteles, quid Pythagoras ſenſerint; de quibus ipſis; inſuper de Thaletis, Anaximandri, Anaximenis, Xenophanis, Parmenidis, Democriti, Epicuri, Empedoclis, Metrodori, Diogenis, Socratis, iſtorum ſcilicet anteceſſorum, vel coævorum, aut etiam poſterorum, hypotheſibus prolixè egit Euſebius lib. 1. de præp. Evangel. c.7. ſeqq. & Baſilius homil.1. in hexaem.

vox. §. 10. *Vocabulum* creatio ſignificat proprie aliquid ex nihilo facere: θεὸς γὰρ κτίζει, καλῶν τὰ μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι, *Deus enim creat, vocando non entia ad eſſe:* definiente Athanaſio Syn. Nic. decr. t.1. f.259. A. In genere ſumitur dupliciter, vel de creatione prima, vel de creatione ſecunda; priori ſignificatu ὅτι τῆς πρώτης ἁπάσης τῶν ἀνθρώπων λέγεται *de prima hominis* (aliarum etiam creaturarum) *productione dicitur,* deſcribente Baſilio; poſteriori ὅτι τῆς δευτέρας διὰ τῆς χάριτος τῆς χρισθείσης ἀναγεννήσεως, *de ſecunda per gratiam Chriſti facta regeneratione,* eodem explicante, Comm.in Pſ.*XXXIII.* f.m.206.B.C. t 1. Et repetente comm. ad Pſ. *LI.* verba t *cor novum crea in me* &c. Et Epiſt.CXLI. f.m.933. *D.* ubi tamen tres ſignificationes vocis numerat, *Tria creationum genera,* inquiens, *in ſcripturis nominata deprehendimus; unum quidem ac primum* ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγήν *eorum quæ ex nihilo cum non eſſent ad hoc ut eſſent ſunt condita; alterum eorum quæ ex prioribus ad meliora immutantur* (τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος εἰς τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν;) *Tertium quod eſt in reſurrectione mortuorum.* Creatio igitur fuit, cum Deus ex nihilo mundum conderet; fuit & creatio, cum ex luto hominis corpus formaret; erit etiam creatio, cum ex pulvere terræ (materia inhabili) corpus hominis in vitam revocabit, & excitabit: quibus ſi addas

regene-

Digitized by Google

regenerationem, quartam habebis significationem. Sermo nobis h. l. est de significatione prima potissimum, & secunda, quæ ab Eusebio etiam πρώτη ἀρχὴ *primum principium* appellatur. lib. VII. de præp. Evangel. c. 14. cujus vocabuli (*principium*) varias significationes evolvit Basilius homil. 1. in hexaem. t. 1. f. 8. quem vide.

§. 11. *An* mundus sit creatus? quæritur. Et *affirmatur* ab Euseb. loc. cit. f. m. m. 318. B. *Huiusmodi* enim, ait, *est Hebræorum* (& Christianorum) *Theologia, quæ verbi divini effectrice vi fata esse ac procreata* (τὰ πάντα συνεστάναι omnia constitisse) *omnia docet*, tanquam *à patre* suo. *Probatur*, (1) ex S. literis; *Divino* enim *spiritu prævidens sanctus Moses hos hominum* (Philosophorum de mundo tanquam Deo, vel æterno) *errores fore, & jam forte cæpisse, in exordio sermonis sui sic ait: in principio fecit Deus cœlum & terram*: ait Ambros. lib. 1. hexaem. c. 2. Cuius testimonio credendum esse, paulo ante ex eodem ostendimus. (2) Ex ipsis *operibus*, per creationem productis: ἐκ γὰρ τῶν ἔργων ὁ δημιουργὸς γινώσκεται *ex operibus enim opifex* (adeoque & operatio opificis, seu creatio) *cognoscitur*: juxta Athanas. orat. adv. gent. f. m. 7. D. Neque enim confuse sese habent ista opera, sed ordinatè; *istiusmodi* autem *ordo documento est, non sponte res creatas prodiisse, ἀλλ' αἰτίαν τινὰ τούτων προηγεῖσθαι, sed causam effectricem præcessisse, ex qua dispositorem auctoremq; omnium, Deum*, (adeoque & creationem) *intelligas*: eodem argumentante, de incarn. verb. t. 1. f. 54. D. Confer Greg. Naz. orat. II. de Theol. f. m. 41. & 42. (3) Ex *consensu hominum*, cum intra, tum extra Ecclesiam constitutorum; Intra Ecclesiam, ut erant quondam Hebræi, quorum sententiam περὶ τοῦ ποιητοῦ καὶ δημιουργοῦ τῶν ὅλων *de auctore & molitore omnium*, Deo, prolixè laudat Eusebius lib. VII. de præp. Evang. c. 3. f. m. 301. Quod tanto majoris faciendum est, quanto antiquior Hebræorum doctrina & sapientia est præ Græcorum, & Barbarorum: unde & Eusebius idem *demonstrandum* sibi sumsit, *longe saniorem Hebræorum* (quam gentilium quondam) *hoc in genere mentem ac sententiam fuisse, quæ propositam quæstionem* (de creatione) *Logica plane demonstratione disceptet, justisq; rationibus omnia dissentientium argumenta convellat*: Quo fine producit verba Dionysij contra Sabellium c. 19. Origenis ex commentario in Genesin, c. 20. Philonis de eodem argumento, c. 21. Maximi cujusdam

Ex nihilo.

dam Christiani. c.22. Quanquam autem inter Gentiles fuerint, qui secius de creatione sentirent, agnoverunt tamen aliquod hujus universi principium, nempe alij naturam ejusque fatum, alij fortunam, observante Constantino M. orat. ad sanct. cœt. c.6. f.m.572. C.

Vapulant negantes.

§. 12. *Vapulant* qui mundi creationem negant; ut Aristoteles eam negasse fertur ab Eusebio lib. XV. de præp. Evang. c.6. Producit enim cujusdam Platonici, Attici dicti, disputationem adversus Aristotelem pro Mose & Platone, ἐν τῷ μὴ συγχωρεῖν γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον, *dum concedere* (Aristoteles) *noluit creatum fuisse mundum*: Addit Eusebius explicationis gratia: *Mundum Moses cum aliquo generatum ortu posuit, tum parentem ejus molitoremq; Deum huic rerum universitati præfecit; quo in genere Mosi affinia Plato quoq; philosophatur*: τὴν ἐναντίαν καὶ τούτοις ὁ Ἀριστοτέλης ὁδὸν ἀπελήλυθεν ἐν τῷ δηλωθέντι συγγράμματι; *contrariam utiq; Aristoteles hac etiam in quæstione viam insistens, ab eodem scriptore* (Attico, in præcedentibus laudato) *sic ad verbum scribente revincitur*: &c. Inter alia Attici verba etiam hæc adducit: *ne mundum* (Plato) *providentia spoliaret*, ἀφεῖλε τὸ ἀγένητον αὐτῷ, *negavit nunquam esse ortum*, quod scilicet affirmavit Aristoteles: Rationem autem Aristotelis fuisse tradit inter alias eam, quod mundus non futurus esset æternus, si unquâ cœpisset: quæ consequentia Platonico isti ridicula est, *quod* scilicet *ortum aliquid sit, propterea id corrumpi: idem si corrumpi Deus voluerit, non corrumpi: similiter quod aliquid ortu caret, propterea interitus abs se propulsandi vim habere; divinam contra voluntatem minus habere virium, quam ut quicquam eorum quæ generata* (γενομένων facta, seu creata) *sunt, ab interitu liberare possit.* Sic ille disputat, f.803. A.

Creator quis?

§. 13. *Creator* Deus est. Id quod nosse decet; *Neq; enim corpus, si non respirat, vivere potest*, οὕτω ψυχὴ συνεσάναι, μὴ γνωρίζουσα τὸν κτίσαντα. Θεοῦ γὰρ ἄγνοια θάνατός ἐστι ψυχῆς: *neq; anima, creatore suo ignorato, consistere; Dei enim ignoratio animæ mors est*, ait Basil. homil. XXIII. de anim. t.3. f.166. Noverimus igitur & nos νοητὴν καὶ ἀϊδίου οὐσίαν θεοῦ γεννήτειραν εἶναι *intelligibilem & æternam Dei substantiam creatricem esse*, juxta Constantinum M. orat. ad sanct. cœt. c.6 hoc est, τὸν τῶν πάντων δημιουργὸν καὶ παμβασιλέα θεόν *rerum omnium opificem & regem Deum*, quem sic vocat Athanasius orat. adv. gent. f.3. A. Quem quidem Hilarius *creationem* vocat, *creatio*, inquiens,

est

Digitized by Google

est unigenitus Deus, lib. XII. de Trin. f.184. sed tropicè, sumpto abstracto pro concreto; non autem propriè; Nam *operator atq; opera distinguenda* sunt, juxta Horontianum ap. Ambros. epist. XXXIX. Deus est δημιεργὸς, ὀροθέτης, & τάξας τὰ ὅλα, *creator, temporum moderator, & omnium exornator*, juxta Cyril. Catech. *IX.* f.77. A.

§. 14. *Vapulant* igitur, qui Deo creaturas substituerunt, tanquam mundi principium. Fecerunt hoc Epicurei, & alii, qui ex fortuito atomorum concursu mundum coaluisse somniabant. Ejusmodi enim cœcum & fortuitum concursum non permittit ordo, constantia, & impermutabilitas creaturarum, imprimis specierum, & cœlestium; contra quorum insaniam disputat Constantinus M. orat. ad sanct. cœt. c. 6. censens eos ἀλογίστως *sine ratione* sentire, præcipue quod attinet τὰ ἀθάνατα καὶ ἀναλλοίωτα *res immortales & invariabiles*: Et Athanasius decr. Syn. Nicæn. t. 1. f. 267. D. *Creaturæ enim*, inquiens, *ideo ex Deo esse prædicantur, ne temere & sponte extitisse videantur, aut fortuitam habuisse generationem, secundum illos, qui ex atomorum & similarium partium connexu rerum procreationem constituunt.* Confer Basil. homil. 1. in hexaem. ab init. Antithesis.

§. 15. *Vnus & solus* Deus creator est: *Ex uno sunt omnes, excepta sola perfecta ac beata Trinitate Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, scribit Antonius Eremita epist. V. sub fin. unde Eusebius ait, quod omnes creaturæ hymnum modulentur μόνῳ τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ *soli super omnia Deo. Summoq; rerum omnium regi ac principi, cunctorumq; principio*, ὡς ἂν δημιουργῷ πάντων, ποιητῇ τε καὶ προνοητῇ, καὶ σωτῆρι, *tanquam molitori, architecto, moderatori ac servatori universorum.* lib. VII. de præp. Evangel. c. 15. f. 327. unus Deus.

§. 16. Assertio *probatur*, & quidem (1) Ex *S. literis*, iisque etiam V. Testamenti, ad quas provocat Eusebius lib. *IV.* dem. Evang. c. 1. f. 145. dum lectorem remittit ad antiquos Hebræorum Theologos, & prophetas, *à quibus discere potest, qui vult*, ὡς ἕνα μὲν εἶη τῶν ὅλων ἀρχὴν, μᾶλλον δὲ τῆς ἀρχῆς ἀνώτερον, καὶ πρώτου πρεσβύτερον, μονάδος ἀρχεγονώτερον &c. *unum esse omnium rerum principium, ac potius principio superius & prius, primóq; antiquius, & gignendis rebus ipsa unitate vetustius* &c. αὐτὸς ὢν, ὁ εἷς, καὶ μόνος θεός, *qui unus ipse & solus est Deus, ex quo omnia, per quem omnia sunt.* Quæ tamen Eusebii verba cum grano salis accipienda sunt, ne solus pater quod probatur.

creator

creator intelligatur. (2) Ex *ratione*; quippe cui repugnat, duo vel plura esse principia: *Principium enim est, quod omnibus est antiquius, & omnium tenet principatum, & imperium, quorum neutrum in neutro duorum esse potest*: disputat Titus Bostrenus adversus Manichæos, duo principia statuentes lib.1.p.m. 41. Idem urget harmoniam creaturarum inter sese, excepto solum homine peccatore, *omnia enim (homine quidem peccante) pacem inter se habent, ut quæ ab uno pacis, & quietis statutum acceperunt, à quo hoc ipsum, quod sunt, à principio habent*: sic disputat lib II p.113.

Adversus dissentientes.

§. 17. *Vapulant* igitur Hæretici, statuentes plures uno creatores. *Obmutescat omnis hæresis, quæ diversos factores & mundi constitutores inducit*: juxta Cyril. Catech. XI. f.m. 102. Talis erat hæresis Manichæorum, quæ duplex statuebat principium creaturarum, alterum bonum, alterum malum, istud lucis & animarum, hoc corporum & tenebrarum; nempe *alium esse opificem animæ atq; Dominum*; *alium corporum auctorem*; *insipienter simul, & impiè*! ejusdem judicio, Catech. IV. f. 25. & merito: *Quomodo enim duorum dominio unus obnoxius sit homo, cum Dominus in Evangelijs* (Math. VI. 24.) *dicat*: *Nemo potest duobus Dominis servire?* quam rationem mox ipse allegat, & inde invictè concludit: *unus ergo Deus est, animarum & corporum fabricator.* Repugnat ista sententia divinæ perfectioni: *Quo enim modo perfectus esset, qui alteri in re aliqua cederet?* interrogat idem adversus eosdem disputans Catech. VIII. f. 72. A. Neque natura contrariorum contraria (quæ fingunt istos duos creatores) duo principia patitur, *certum enim est, eos simul esse non posse, eo quod mutua pernicie in se invicem ferantur*; *quin nec alter in altero consistere potest, ob impermixtilem (ἀμιξίαν) dissimilemq; naturam.* Tertium etiam non datur, in quo conveniant, vel non conveniant, sed dirimantur; *Cuius enim naturæ hic tertius fuerit, bonæ an malæ? in incerto erit*: disputatio est Athanasij in orat. adv. gent. t.1.f. 7. Confer de incarn. verb. f.55. B. Et Jes. Christ. f.633. 8 Didymum Alex. ex professo adversus Manichæos apud Canis. Lect. antiqq. t.V. p.17. seqq. Cyrill. Catech. IX. f. 77. (ubi tenebras Manichæas dissipat) Epiphan. hæres. XLIV. adversus Apellejanos.

§. 18. *Vapulant* & illi, qui Deo Angelos adjungunt cooperatores, ut Menandriani, & Saturniliani. *Saturnilus enim, similiter*

Digitized by Google

militer velut Menander, mundum ab Angelis factum esse annunciavit. Vnum autem esse patrem ignotum, eundemq; fecisse virtutes, & principatus, & potestates. Angelos vero à superna virtute discessisse, & septem mundum, & quæ in ipso sunt, fecisse: Sicut eorum sententiam recenset Epiphan. hæres. XXIII eandemque notat, & rejicit Athanasius, Nic. decr. t. 1. f. 267. D docens, quod *creaturæ ideo ex Deo prædicentur -- ne creaturarum auctor alius quam Deus, secundum quosdam Hæreticos, putaretur; aut Angeli, secundum alios, creatores rerum existimarentur; sed ut Deus omnia per verbum, cum prius non essent, ad essentiam perduxisse intelligeretur.* Talibus Hæreticis silentium indicit Cyrillus, *obmutescant*, inquiens, *qui dicunt hunc mundum ἀγγέλων δημιούργημα Angelorum esse opificium, qui unigeniti dignitatem abripere volunt.* Catech. XI. f. m. 102. B.

§. 19. Ex quibus ipsis apparet, quod non solum uni personæ Deitatis, sed pluribus, i. e. tribus opus creationis sit adscribendum. Plures enim involvuntur voce: *faciamus* Gen. I, 26. observante Ambrosio; *Cui* enim *dicit* hoc? interrogat; & respondet: *Non sibi utiq;, quia non dicit faciam, sed faciamus. Non Angelis, quia ministri sunt: servi autem cum Domino, & opera cum autore non possunt operationis habere consortium; sed dicit Filio, etiamsi Iudæi nolint, etiamsi Ariani repugnent: Sed & Iudæi conticescant, & Ariani cum suis paribus obmutescant, qui dum unum à consortio divinæ operationis excludunt, plures inferunt; & prærogativam, quam Filio negant, servulis donant.* Hæc ille lib. VI. in hexaem. c. 7. Tres personas inductione probat Optatus Milev. lib. V. adv. Parm. p. 137. *Tu vero*, inquiens, *frater Parmeniane, in laude aquæ Geneseos lectione dixisti, aquas primum vivas animas edidisse: nunquid suâ sponte eas generare potuerunt? Nunquid non illic fuerat tota Trinitas? Vtiq; & illic fuerat Deus Pater, qui juber. dignatus est, qui dixit: Educant aquæ natantia, volatilia &c. Quod si sine operante fieret quod factum est, diceret Deus, educate aquæ; Ibi erat ergo Filius Dei, qui operabatur; Ibi erat spiritus sanctus, sicuti lectum est: Et spiritus Dei superferebatur super aquas.* Hæc ille, confer disputata sect. V. §. 41. & 42. & 79. Opus trium personarū.

§. 20. *Vapulant* Hæretici, qui alium quam Christi Patrem fingebant universi, vel aliquarum eius partium, creatorem. In quos invehitur Athanas. orat adv. gent. f. 7. A. & Incarn. f. 55. B. & Cyrill. Antithesis.

ril. Catech. VII. f. 66. D. Item illi, qui Filium ministrum faciunt Patris, tanquam pertæsi operis creationis, ut illud iste absolveret creatum: quod sentiebant Ariani, arguente Athanasio orat. III. adv. Arian. t. 1. f. 369. A. Neq; suspicione Arianismi caret phrasis Eusebij, quando *Patri authoritatem omnia creandi potestatem* tribuit. tanquam Filio ista non competeret, cuius tamen eadem, quæ patris, est actio.

Motivum bonitas.

§. 21. Deus sua ipsius bonitate motus, adeoque *bonus* Deus, creavit hoc universum. Dionysius Areop. div. nom. c. 1. §. 4. Deum ait in scripturis describi *ut rerum causam, ἐπειδὴν πάντα θεὸς τὸ εἶναι παρήχθη διὰ τὴν αὐτῆς ἀγαθοποιὸν ἀγαθοποιότητα, quod omnia per bonitatem eius, rerum effectricem, sint producta.* Confer. c. IV. §. 2. de Eccles. Hier. c. IV. §. 1. Omne bonum est communicativum sui: *Quoniam* igitur *summo illi bono nequaquam satis erat, sua ipsius solum contemplatione moveri, sed bonum illud diffundi ac propagari oportebat, ut plura essent, quæ beneficio afficerentur (id enim summæ bonitatis erat) primum Angelos &c.* Sic Gregorius Naz. orat. XXXVIII. 587. & XLII. f. 666. Id quod observandum adversus Hæreticos, malum quendam Deum fingentes creatorem, de quibus § 17. præced. confer sect. VI. §. 43.

Sapientia directiva.

§. 22. Idem Deus in opere creationis *sapientiam* suam declaravit, id quod ex operibus elucescit, utpote vel ipsis sapientibus, vel sapienter factis: *Dicimus* (sapientiam divinam) *omnis mentis, & rationis, omniq; sapientiæ & intelligentiæ causam esse; & ipsius esse omne consilium, & ab ea omnem scientiam & intelligentiam proficisci, & in ea omnes thesauros sapientiæ & scientiæ absconditos esse,* Col. II. 3. juxta Dionys. Areop. div. nom. c. VII. §. 1. Exemplum subijcit Angelorum; *Ex ea enim intellectiles ac intelligentes Angelicarum mentium virtutes simplices ac beatas habent intelligentias.* Confer dicta sect. VI §. 55. vapulant igitur atomi Epicuræ tanquam cœca fortuna concurrissent. Videtur aliquid Platoni suboluisse de creatrice ista Dei sapientia, cum statuit juxta *ideas* divinas mundum esse conditum: quod Atticus, philosophus Platonicus, apud Eusebium vocat *ἄκρον τε καὶ ἔσχατον τῶν πλάτωνος φιλοσοφημάτων, summum & ultimum Platonicorum dogmatum*: lib. XV. 13. f. 815. B. quo ipso in loco ab Attico eodem appellatur *τὸ κεφάλαιον καὶ τὸ κῦρος τῆς πλάτωνος αἱρέσεως caput ac cardo philosophiæ Platonicæ.* Ipsas ideas autem vocat *νοητὰ* intelligi-

telligibilia; Et laudat τὴν νοητὴν καὶ ἀΐδιον οὐσίαν τῶν ἰδεῶν, *intellectilem & ſempiternam eſſentiam idearum*: Et exponit Magiſtri ſui de ideis ſententiam hanc: *Sicut artifex id, quod effecturus eſt, ante mente concipit* (πρότερον νοῇ τοῦτο ὃ μέλλει δημιουργήσειν) *ac tum demum quam illius ſpeciem cogitando informavit, eam ipſis in rebus ſimilitudine quadam exprimit*; ſic eſſe τὰ τῶν ὅλων νοήματα *Dei univerſorum parentis ac conditoris notiones, quæ rebus antiquiores, & fieri τὰ τῶν γενομένων ὑπὸ δείγματα, ἀσώματα, καὶ νοητὰ rerum factarum exemplaria, incorporea, & intelligibilia.* Sic ille apud Euſebium. Similia retulerat Euſebius ex Numenij, alius Philoſophi, de bono libris; lib. XI. c. 23. f. m. 545. A. nempe Platonem concluſiſſe: *cum procreatus ita* (ſapienter) *fuerit mundus, ſequitur ipſum ad exemplaris alicuius, quod ratione tantum ac mente capiatur, quodq; eodem ſe modo ſemper habeat, imitationem elaboratum fuiſſe.* Bene hæc, ſi ἀνθρωποπαθῶς dicta θεοπρεπῶς explicentur. Minus recte autem Euſebius ad lucem primigeniam eas retulit, dicens: *Enimvero totum etiam hoc philoſophiæ genus Moſes ille ſapientiſſimus occupavit, dum ante ſolem iſtum, quem cernimus, ante aſtra cætera, & cælum aſpectabile, quod firmamentum vocat, ante noſtram hanc ſicciorem terram, ante diem noſtrum, noſtramq; noctem, aliam quandam lucem, ab ſolis diſtinctam lumine, atq; abs die, nocte, cæteriq; omnibus diverſam, à ſummo totius univerſi moderatore ac molitore Deo factam eſſe, docet.* Hæc ille, Arianiſmum haud obſcure inſinuans, tanquam Filius Dei eſſet illa idea, juxta quam, prius creatam, deinde reliqua omnia creata. Scientia potius, & ſapientia divina, ſi quid veri ideis ſubeſt, inſinuatur, illa ſcilicet, ſecundum quam Deus omnia condidit. Neque idem Euſebius rem acu tetigit, quando verba Moſis: ad imaginem Dei fecit eum, c. 24. explicat ex Philone Platonico, & Clemente, de ideis; eo quod non homo ſolum, ſed reliquum etiam hoc univerſum ad imaginem Dei fuiſſet conditum (quod tamen hominis privilegium fuit) ſi imago Dei ſunt ideæ Platonicæ; Nam juxta has totus mundus eſt conditus.

§. 23. Intervenit etiam *potentia* Dei ſumma, utpote quod nutu & verbo omnia crearit; *dixit* enim, & facta ſunt: Quæ tamen verba nollem cum Euſebio lib. VII. de præp. Evangel. c. 11. f. m. 318. & alijs, accipere de ſolo *voluntatis divinæ nutu*, ſed de verbo Potentia.

etiam cum ἐνεργείᾳ, tum βουλήσει, per quod omnia creata ſunt. Interea id ex illa Dei potentia creatrice ſequitur, quod Deo ſua opera non fuerint moleſta, vel laborioſa. οὐκ ὄπ' πονον τῷ θεῷ τὸ ἐργάζεσθαι, *operum ſuorum molitionem Deo laborioſam ac moleſtam non eſſe*, Dionyſius Alexandrinus ait, & ex ipſo probavit Euſebius lib. XIV. de præp. Evang. c. 27.

Materia ex qua.

§. 24. *Materia ex qua* univerſum hoc conditum fuit, nulla eſt. Nam eſt nihil. Chriſtianæ fidei articulus hic eſt; quippe quæ credit, *univerſitatem rerum, non ſponte, ne ſit providentia deſtituta; ὔτι ἐκ προϋποκειμένης ὕλης, neq; ex præſuppedita a materia, ne Deus ſit impotens; ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων καὶ μεθαμῶς ἐπάγοντα τὰ ὅλα εἰς τὸ εἶναι πεποιηκέναι τὸν θεόν, ſed ex nihilo ac prorſus nuſquam extantibus Deum* (patrem) *per verbum ſuum feciſſe; cum ad iſtum modum loquatur per Moſen* (Gen. l. 1.) *in principio fecit Deus cœlum & terram!* ait Athanaſius de incarnat. t. 1. f. 55. probatque aſſertionem ſcripturæ dictis, Hebr. XI. 3. &c. & ſuffragio Antiquitatis, nempe ex libro Paſtoris, quem ὠφελιμώτατον *utiliſſimum* vocat. Conſer decr. ſynod. Nic. f. 259. A. orat. de cruc. f. 1012. D. dial. I. de Trinit. f. 265. D. Euſebius laudat inſuper teſtimonia Dionyſij Alex. Origenis, Philonis, Maximi; ut vapulent, qui ſtatuerunt *materiam æternam* creationis lib. VII. de præp. Evang. c. 18. & 19. Quæ *ſententia impia* eſt judicio Dionyſij, cuius verba Euſebius producit, f. 333. ex libro eius in Sabellium, ſcribentis: *Impietatis illud eſt, quod plerique materiam, cuius ortum nullum eſſe velint, divinæ poteſtati digerendam ornandamq; ſubijciant, dum eam natura ſua patientem atq; tractabilem, impreſſas divinitus mutationes facile ſubire tradunt.* Quem errorem refutat ab abſurdo, quod hac ratione duo Dij ſtatuerentur, cum ſtatuantur duo æterna, eſſentialiter diſtincta. Conferantur Athanaſij rationes, quas propoſita iſta ſententia de incarn. f. 54. urget ibidem. Vapulant etiam illi, qui *materiam* aliquam *malam* creationi ſubſternunt, ut Ethnici quidam, ab eodem Orat. adv. gent. f. 6. confer Greg. Nyſſen. de opific. c. 24. t. 1. f. 105. & Epicurei, qui ex *atomis* mundum coaluiſſe ſomniabant, refutati ab Hilario in Pſ. CXLVIII. Epiph. hæreſ. V. & VIII. vapulant Philoſophorum alij, qui de principiis rerum varia alia commenti ſunt opinionum deliria, apud Ambroſ. lib. I. hexaëm. c. 1. conſer præmiſſa § 11.

§. 25. Fi-

Digitized by Google

Finis principalis.

§. 25. *Finis principalis* creationis est Dei gloria: *Sicut vir imago est & gloria Dei, & mulier gloria viri est* (1. Cor. XI. 7.) *ita & nos quidem Dei imago, καὶ εἰς δόξαν αὐτοῦ γεγόναμεν, & in gloriam eius facti sumus*: ait Athan. orat. III. adv. Arian. t. 1. f. 400. C. adversus Arianos, gloriam Filij Dei violantes, dicendo, eum esse creatum propter nos, non nos propter eum; confer Orat. V. f. 526. D. Ut autem essent qui gloriam Dei celebrarent, creavit ille creaturas rationales, qui eum laudarent, vide Euseb. lib. VII. de præp. Evang. c. 17. f. m. 330. D. Nyssen. Orat. Catech. c. 5. t. III. f. 51. C. Neque tamen solum (etsi κατ' ἐξοχὴν) rationales, sed etiam suo quodam modo irrationales; *Nam & ros & gelu, & frigus & æstus secundum hymnum Propheticum* (Cant. puer v. 15.) *benedicant Dominum, benedicit & terra; & illa non ad intelligibiles naturas referimus, sed ad veritatem. Laudant etiam dracones Dominum, quia natura eorum & species, cum videtur, non minimum vel decoris offundit, vel inesse rationis ostendit.* juxta Ambros. lib. 11. Hexaëm. c. 4. Observavit illud officium hominis Prudentius, Christianus poeta, quando Cathem. hymn. III. v. 91. seq. cecinit, Deumque celebravit, inquiens:

Nos igitur tua (Deus) *sancta manus*
cæspite composuit madido,
effigiem meditata suam:
utq; foret rata materies,
flavit, & indidit ore animam.

minus principalis.

§. 31. Unde ultro conſequitur, quod non fortuito coaluerit; uti contra Ethnicos diſputat Athanaſius de incarn. verb. t. 1. f. 54. C. ſed à Deo ſit productus, uti ex S. literis, & Platonicorum ſuffragiis oſtendit Euſebius lib. XI. de præp. Evang. c. 29. Patet porro, quod mundus æternus non ſit, uti quidem nonnulli ſtatuerunt, refutati ab Euſeb. lib. VIII. de præp. Evang. c. 13. f. 384. ſeqq: & Baſil. homil. 1. in hexaem. f. 5. C. Neque ſit ipſe Deus, neque partes Dei contineat, quod ſtoicorum delirium fuit; Sic enim foret conditor ſuarum ipſe partium: Qui mundi partes Dei membra eſſe dicat, eum projectæ ac profligatæ impietatis reum eſſe pronuncio, multoque magis, qui Deum atque mundum rem unam & eandem eſſe aſſeveret, quique ad extremum ipſius mundi mentem illum eſſe, qui cuncta procreavit, arbitretur. Nam ut molitorem Servatoremque mundi alium ab eo quod productum eſt diverſumque ſtatuere, pietatis eſt: Sic eum mundi mentem, perinde atque animantis alicujus animam, toti paſſim orbi conjunctam intimèac ſociatam eſſe, adeoque univerſum ipſum induiſſe, nemo pie dixerit. diſputat Euſeb. lib. III. de præp. Evang. c. 10. f. m. 104. B. Et refellit errorem ex Jerem. XXIII. 14. Deut. IV. 39. Act. XVII. 28. Pſ. VIII. 4. CI. 26. Jeſ. XL. 26. An plures uno hoc mundo mundos creare potuerit Deus? quæruntnonnulli, ſed ridentur ab Ambroſ. lib. II. hexaem. c. 2. Antitheſis.

§. 32. Creaturæ ſpecialius variè dividuntur. Placet nobis diviſio in intelligibiles, & ſenſibiles; ὅτι μὲν γάρ ἐστι τῶν ὄντων κτισμάτων, Creaturarum diviſio.

θόησις, ἧς τὸ νοητόν τι καὶ αἰσθητὸν τῆς θεωρίας διῃρημένης; *duplex est in entibus* (creatis) *consideratio, in id quod percipitur intelligentia, & quod est sensibile, divisa contemplatione.* Ita dividit Nyssen. orat. Catech. c. 6. t. 3. f. 54. & censet, adæquatam esse divisionem, ita *ut nihil sit in rerum natura reliquum,* τῆς διαιρέσεως ταύτης ἔξω φερόμενον, *quod feratur extra hanc divisionem.* Intelligibile autem vocat ἀσώματόν τι χρῆμα, καὶ ἀναφὲς, καὶ ἀνείδεον, *rem quandam incoream, & intactilem, & informem:* Sensibile autem ἐντὸς ὅτι τῆς διὰ τῶν αἰσθητηρίων καταναοήσεως, *est intra mentis comprehensibilia, quæ fit per sensibilia.* Istis accensentur spiritus; his corpora, quorum alia sunt inanimata, alia vegetativa, alia sensitiva, alia rationalia; uti dividit Euseb. lib. VII. de præp. Evang. c. 4. f. 302. C. Alia enim vocat ἄψυχα *inanimata*; alia ζωτικῆς δυνάμεως μέτοχα, *vivendi facultate prædita*; alia αἰσθήσεως, ὁρμῆς τε φαντασικῆς μεμοιρασμένα; *sensum & impetum imaginationis sortita:* Paulo ante locutus fuerat de homine eumque vocarat τὸν κατὰ ψυχὴν νοούμενον, *secundum animam cognoscendum* seu intelligendum.

Hexaemeri 1. dies est Creaturarum visibilium.

§ 33. Sequemur nos ordinem hexaemeri, quem etiam Patres hujus seculi observarunt in hexaemero explicando. Opus 1. *diei* est chaos, illa rudis indigestaque moles; & distincte creata *lux*, à qua Deus creationem auspicatus est: *Cum Deus hunc mundum, hunc ex visibilibus & invisibilibus rebus constantem mundum &c. fingere ac construere voluisset; inferioribus atq; humanis primam hujus luminis vim protulit, (conveniebat enim magno Lumini opificium suum à lumine auspicari) quo tenebras solvit ac depulit, vastamq; illam rerum congeriem & confusionem omnia occupantem.* Sic Gregorius Naz. orat. XLIII. in nov. Domin. f. m. 709 A. Loquitur de chao, quod primo omnium illud extiterit; In quod digitum intendere videtur etiam Nyssenus, quando, explicans verba Gen. 1. 1. in principio creavit Deus cœlum & terram; statuit πάντων τῶν ὄντων τὰς ἀφορμὰς, καὶ τὰς αἰτίας, καὶ τὰς δυνάμεις, συλλήβδην τὸν θεὸν καταβεβλῆσθαι, *omnium rerum semina quædam, & causas, ac virtutes unà à Deo conditas esse,* in hexaem. f. 8. Et Eusebius lib. 1. de præp. Evangel. c. 10 cum mentionem facit juxta Phœnicum Theologiam *chaos turbidi, à caligine intercluſi*: Sed cur *turbidi?* quæras; seu, quare Deus primo omnium informem ejusmodi materiam creavit? nec statim ab initio *ornatus congruos*

assur-

Digitized by Google

assurgentibus donarit elementis? respondet Ambrosius, penes quem quæstio hæc movetur, *ne verè increata* (elementa) *& sine principio crederentur, si species rerum velut ingenerata ab initio, non postea additæ viderentur.* lib. 1. in hexaem. c. 7. Juxta hujus igitur & reliquorum sententiam Deus primo creavit cœlum quidem & terram, sed solum quoad materiam, formam autem externam deinde addidit, singulis insignioribus, & distinctis creaturis per singulos hexaemeri dies elaboratis.

§. 34. De reliquis quidem creaturis idem concedit Gregorius Naz. orat. 43. f. 709. non item de luce. statuit enim, quod lumen illud *incorporeum & solis expers* fuerit, sed *postea ad orbem terrarum illustrandum Soli traditum sit*; Id quod huic lumini peculiare fuerit; *Nam cum in cæteris rebus hanc creandi rationem* (Deus) *tenuisset, ut materiam prius conderet, ac deinde eam forma convestiret, ordine scilicet ac figura magnitudineq; unicuiq; rei impositis; hic* (in luce) *ut majoris cujusdam miraculi specimen ederet, formam materia priorem protulit* (*forma enim Solis lumen est*) *ac postea materiam induxit, Solem hunc nimirum, diei oculum fabricatus.* Sic ille. Forte per formam intelligit lumen non abstractum, quod accidens est prædicamentale, & qualitas, sed concretum, luminosam scilicet substantiam, aptam faciendæ diei, & distinguendæ à nocte. Gregorius Nyssenus vocat *ignem*, qui ex scintillis, sub chao hactenus absconditis, coaluerit, & *exsilierit, & lumine cuncta statim illustrarit*: de hexaem. f. m. 9. B. Quæ probabiliora sunt sententia Basilii; qui lucem illam non solum φανότατον, *micantissimam*, & πρωτόγονον *primitus creatam* vocat; sed etiam ἄϋλον *immaterialem*, ita ut fuerit συμβεβὸς ποιότης, *accidentalis* (corporis luminosi, seu solis) *qualitas.* Quam ipsius sententiam ne quidem Dionysius Petavius probat, etsi caussæ pontificiæ in transsubstantiationis figmento nonnihil favere posset, vid. de opific. sex dier. lib. 1. c. 7. ubi aliorum Patrum sententias adducit pro luce substantiali pugnantes. Luci opponuntur *tenebræ*, à quibus lux separata fuit; illæ vero *non secundum substantiam* extitere, sed *affectio fuerunt, quæ aëri* (vel eius analogo) *ex luminis privatione accidebat.* Explicante Basilio homil II. hexaëm. f. m. 23.

§. 35. Hactenus de *visibilibus* primi diei operibus, quarum expressam mentionem facere Moses voluit, eo fine, quod in oculos

& Invisiblium

los & reliquos ſenſus humanos incurrentia teſtantur de opifice ſuo, Deo, & hominem ad reverentiam eius inducerent, ſeu, ut cum Nyſſeno loquamur: *ut eos, qui ſenſibus obnoxij devinctiq; ſunt, per ea, quæ cernuntur, ad illa perduceret, quæ ſenſibus comprehendi non poſſunt*: loquitur autem de Moſe, Geneſis ſcriptore hexaem. f.m. 7. ita ut mundus conditus ſit *σεσηγμένως μὲν διδασκαλεῖον καὶ παιδεύτηριον τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν quidam quaſi ludus literarius ac ſchola, in qua hominum animi erudirentur*, juxta Baſil. homil. I. in hexaem. f. 7. Præter ea autem etiam alia creata eſſe, *Angelos* nimirum, communis eſt ſententia, deducenda, ut & in alijs, ex SS. literis; ut merito δεῖ τὰς τῶν ἱερωτάτων λογίων παλαιοπαραδότους ἐλλάμψεις, ὡς ἔφικτον, *ad ſacratiſſimorum oraculorum illuminationes, à Patribus traditas, pro virili* confugiendum eſſe in hac materia, cenſuerit Dionyſius Areop. de cœleſt. Hierarch. c. 1. §. 2. Clarius autem hoc myſterium revelatum exſtat in N. T. quam in V. T. docente Euſebio lib. II. de Eccleſ. Theol. c. 20. f. 135. C. Tenent autem illi proximum poſt Deum locum; *Alterum* enim *ab hoc* (Deo) *locum obtinent, quæcunq; ex Deo prima ſunt, & circa Deum verſantur, de Angelicis illis ac cœleſtibus illis Poteſtatibus loquor, quæ primæ de prima luce hauriunt, & veritatis oratione colluſtratæ lumen & ipſæ quoddam ſunt, & orti à perfecto lumine radij* ait Gregor. Nazianz. orat. VIII. f. m. 165. B. Et alibi: *primum Angelos & cœleſtes ſpiritus* (Deus creator) *cogitavit; atq; ita ſecundi ſplendores procreati ſunt*, (Angelos putat) *primi ſplendoris adminiſtri*: orat. XXXVIII. f. 587. Repetit orat XLII f. 666. confer orat. XL. de Baptiſ. f. 617. A. Baſil. homil. 1. in hexaem. f. 7. A. B. & 23.

ut Angelorum

§. 36. Sequitur hinc, quod Angeli omnino creati ſint, ſententia Baſilij, dum primo creationis die laudat τὰς λογικὰς καὶ ἀοράτους φύσεις, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν τοιούτων διακόσμησιν, *rationales & inviſibiles naturas & omnem entium intelligibilium adornationem*. homil. I. in hexaëm. f. 7. Unde Euſeb. eos vocat creaturas τὴν φύσιν γενητὰς ἔχοντας, *naturam ſuam principium ortus habentes*, lib. IV. de præp. Evang. c. 6 f. m. 142. A. ita ut longo intervallo diſtent à Deo ἀγεννήτῳ *increato*, ſιωπῇ τοιούτῃ *creatore*; ut idem loquitur; *Nihil enim creaturarum ex natura Deus eſt*, ait Athanaſius; & inter eas refert etiam *Angelos, Archangelos, Cherubim, Seraphim, Poteſtates, Principatus, virtutes, & Dominationes*: ad Serap. t. 1. f. 168. Sub his Angelis comprehenditur & ille

qui ſunt creati.

qui

qui deinde dæmon evaſit, ita ut increatus non ſit; neque principium quarundam creaturarum, de quo Titus Boſtrenus prolixè diſputat adverſus Manichæos, lib. I. p. m. 62. Diabolum fingentes mali principium increatum.

Sed quando.

§. 37. Quæritur autem: *quando* creati ſint Angeli? videntur nonnulli veterum ſtatuere, quod ante hexaëmeron fuerint creati, nempe Baſilius homil. I. in hexaem: Gregorius Naz. orat. XXXVIII & XLII: Ambroſ. lib. I. hexaem. c. 5. & in præf. ad Pſalmos; Hilarius lib. XII. de Trin. & adverſ. Auxentium; Hieronymus in cap. 1. Tit. quorum verba adducunt, & interdum examinant, Petavius, tom. III. Theol. dogm. de Angel. lib. I. c. 15. & Fronto Ducæus in notis ad Baſil. homil. 1. hexaem. f. m. 5. Suo loco relinqueremus iſtam ipſorum ſententiam, ſi intelligerent primatum ſolum ordinis, talem, quod Deus ante reliquas omnes creaturas creavit Angelos; attamen intra hexaemeron, & in primo quaſi ipſius mane; Minime verò, ſi ante tempus omne, & ante cœli terræque materiem; Hanc enim primo omnium creatam eſſe, cenſemus cum Epiphanio, & *ante cœlum ac terram* (Gen. I. 1.) *nihil omnino conditarum rerum extitiſſe, quoniam in principio creavit Deus cœlum & terram, ut illud ſit creandi principium, ante quod creatu ex rebus omnino nulla fuerit.* Hæreſ. LXV. Quæ ſententia etiam Theodori Mopſveſteni fuit, lib. I. in Gen. apud Philopon. lib. c. 8. tacite Baſilium reprehendentis. confer. artic. I. §. 69.

Onomatologia. nempe Etymologia.

§. 38. Angelus eſt *nomen* officij, non naturæ: *In Angelo officij potius quam naturæ intelligentia eſt.* ait Hilarius lib. V. de Trin. f. 50. & f. 54. *In Angelo officium eſt, non natura.* Idem aſſerit Dionyſius Areop. & exemplis illuſtrat, præ cæteris, inquiens, omnibus " per excellentiam angelicum cognomen meruerunt, quia ipſæ pri- " mum à Deo illuminantur, " ἢ δι' αὐτῶν εἰς ἡμᾶς διαπορθμεύεται τὰς " ἀπὸ ἡμᾶς ἐκφαντορείας, *& per ipſas nobis noſtræ revelationes transmittuntur: Sic igitur lex, ut divinus ſermo* (Gal. III. 19. Act. VII. 53.) *teſtatur, per Angelos nobis data eſt; & illos celebres ante legem, & poſt legem Patres noſtros Angeli ad Deum adducebant, aut quod agendum erat exponentes, & ab errore, & vita profana ad rectam vitam veritatis traducentes.* &c. de cœleſt. hierarch. c. IV. §. 2. Hæc illi, adverſus Arianos, qui ex eo, quod etiam Dei Filius hoc nominis gereret, infere-

bant, non esse eum divinæ, sed Angelicæ naturæ; Gessit enim ratione officij sui, non naturæ: *Angelus est, quia patrem ille revelat*; ait Athan. orat. IV. adv. Arian. f. m. 466. confer dial. III. adv. Maced. f. 230. De hoc vero Angelo nobis h. l. quæstio non est, utpote increato, de quo actum est supra, ubi de Filio Dei; sed de creatis. De creatis autem si accipitur, denotat, vel in genere omnes omnino quorumvis ordinum Angelos, vel in specie ultimum eorum ordinem. Distinctio hæc occurrit apud Dionysium Areop. de cœl. Hier. c. 5. Refert enim, quod *Theologi πάντας μὲν ἅμα τὰς ὑπερνοὺς οὐσίας Ἀγγέλους καλοῦσι omnes pariter essentias cœlestes Angelos appellent*; In specie vero *ordinem Angelicum proprie vocent eum, qui divinos cœlestesq; ordines explendo claudat*: non autem vice versa; Ratio, quod superiores ordines polleant ijsdem *illuminationibus & virtutibus*, quibus inferiores; non contra. Confer c. XII.

Synonyma & descriptiones.

§. 39. Varia autem sunt alia ipsorum *nomina & descriptiones*, desumptæ ab ipsorum vel caussis, vel operibus, vel attributis & adjunctis. Appellantur *θεῖαι δυνάμεις, ὑπηρετικαὶ τῆς παμβασιλέως θεοῦ καὶ λειτουργικαὶ, divinæ virtutes, & administratoriæ Dei omnium regis.* ab Euseb. lib. VII. de præp. Evang. f. 327. *divinæ virtutes, quæ summi Patris nomine orbi universo præsident*: c. 16. f. 328. *Meliores potentiæ, spiritus divini.* lib. XI. f. 550. c. 26. A. Divini, eo quod à Deo sint creati; unde & *secunda lumina, primiq; luminis veluti radij, & copiæ ipsum circumstantes, atq; administri spiritus* salutantur à Greg. Naz. orat. XLIII. f. 708. Hæc enim verba originem ipsorum & dependentiam à Deo indicant; Sicut & illa eiusdem, cum nuncupat *secundos splendores, & primi splendoris administros.* Orat. XXXVIII. in Nativ. f. 587. B. Et sic eosdem describit etiam ab officio; quod & alij faciunt, nempe Eusebius, cui sunt *πνεύματα λειτουργικὰ spiritus administratorij.* lib. VI. dem. Evang. c. 18. f. 292. C. Ex Heb. 1. 14. Ephrem: *Ministri, qui jugiter coram Deo adstant, administratorij spiritus, ignei spiritus, Deitatis ministri*: de scrut. div. nat. f. 680. Alij ab essentia appellant: Nam juxta Prud. καθημ. hymn. 1. v. 77. sunt *vigiles spiritus*; juxta Dionysium Areop. sunt *μακάριαι καὶ κρείττονες ἡμῶν οὐσίαι. beatæ & meliores nobis essentiæ*, de Eccles. Hier. c. 1. §. 1. *αἱ ὑπὲρ ἡμᾶς οὐσίαι, essentiæ supra nos.* l. cit. juxta Basil. *λογικαὶ καὶ ἀόρατοι φύσεις, rationales, & invisibiles naturæ*; homil. I. in hexaem. f. 7.

Digitized by Google

f. 7. Eusebius vocat νοητὰς οὐσίας *essentias intelligibiles, naturas inter rationis participes medias.* lib. XIII. de præp. Evang. c. 15. *cœlestis ætherea q; natura*, lib. VII. c. 17. f. 330. ἀσωμάτων καὶ νοερὰς οὐσίας, *incorporeas & intelligibiles essentias* f. 325. *Potestates post supremum Deum natura incorporeas, intelligentes, rationales, omni q; virtute præditas, quæ circum regem universi choros exercent*: lib. III. dem. Evang. f. m. 106. quibus verbis etiam affectiones eorum, & negocia præcipue exprimit. Ad quas etiam alii respiciunt, qui vocant δυνάμεις, *virtutes*, & quidem cum additis, seu epithetis, δυνάμεις ἀοράτους *virtutes invisibiles*, ut idem Euseb. lib. VI. dem. Evang. c. 18. f. 292. C. Athan. t 1. f. 100. ὑπερκοσμίους *supramundanas*, ut Basil. homil. I. in hexaem. f. 7. ἀστείας καὶ ἀγαθὰς *liberales & bonas.* Euseb. lib. IV. de præp. Evang. f. 142. ἁγίας *sanctas*, Athan. orat. V. adv. Arian. f. m. 548. B. ἐπουρανίους *cœlestes*, de comm. essent. f. 238. t. 1. Didymus Alexandr. *supernas rationales q; virtutes* lib. III. de spir. sanct. f. 202. Quo verbo *locus* quoque, seu *ubi* ipsorum, & *status* denotatur; in quem & illi respiciunt, qui vocant *cœlestes exercitus*, ut Cyrillus Catech. IV. f 38. D. *supra mundanos exercitus*, ut Gregor. Nyssen. orat. in Steph. t. 3. f. 354. D. ἐπουρανίαν πανήγυριν *cœlestem concionem*: idem. *Primos intellectuales & puros, superna q; gloria spectatores ac testes*: Greg. Naz. orat. XLII. f. 659. B. *Custodes cœli*: Jul. Firmic. de error. profan. relig. c. 25.

Pragmatologia, i. e. natura & essentia.

§. 40. Ex his & similibus appellationibus & descriptionibus judicare licet de Angelorum natura, attributis, & operibus. Mediam naturam habent inter divinam & humanam μέσην τῶν λογικῶν φύσιν: uti Eusebius loquitur lib. XIII. de præp. Evangel. c. 15. Gregorius Nazianz. Deum vocat lumen primum; Angelos secundum, & homines tertium. Orat. LX. de Baptis. f. 617. A. Athanasius alicubi interrogat: Τί ἐστιν ὅρος οὐσίας Ἀγγέλου. *quæ est definitio essentialis Angeli?* Et R. *Angelus animal est rationale, expers materiæ, hymnis dicendis aptum, immortale.* de comm. essent. t. 1. f 238. B. Græcè ita: ζῶον λογικὸν, ἄϋλον, ὑμνολογικὸν, ἀθάνατον. Vocabulum ζῶον *vivum* ad literam sonat, ut adeo Angeli *entia viventia* esse indigitentur; Et quidem λογικὰ *rationalia*, utpote quod polleant insigni sapientia, de qua post; & *immaterialia*, ut ab hominibus distinguantur, qui materiales sunt, & corporei, Angeli non item.

item. Sunt enim hi *ſpiritus*, quos ex Heb. I. 14. ſic appellarant Euſebius, & Ephrem, paulo ante citati; indeq; *νοεροὶ & νοεροί, intelligibiles* ſolum, & *ἀόρατοι inviſibiles*, & *ἀσώματοι incorporei*, & *mentes*, & *eſſentiæ*, & *naturæ*, & *potentiæ*, ſeu virtutes, & *cæleſtes*, &c. à ſua ſimplicitate nuncupati. Unde ſibi non conſtant illi Patres, qui ſic eos appellant, & tamen neſcio quæ corpora ipſis aſſignant, ut Baſilius, qui ſpiritus ait *aëreos* eſſe, & *igneos*; qui in *loco ſint*, & *fiant aſpectabiles*, *in ſpecie corporum propriorum*, de ſpir. ſanct. c. 16. aſſentiens Ephremo, de ſcrut. nat. div. f. 680. Licet enim Heb. I. 7. Pſ. CIV. 4. Deus dicatur facere *Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis*; id tamen de ipſorum natura, tanquam aerea, vel ignea eſſet, intelligendum non eſt, ſed de corporibus & ſpeciebus aſſumptis: *Angelus etenim, cum corporeo modo informentur, candida veſtis, atq; hilaris & exporrecta facies tribui ſolet, ad deſignandam, ni fallor, naturæ illorum puritatem.* ait Gregorius Naz. orat. XXXIII. f. 545. A. Sicut igitur veſtiti non ſunt, niſi ſymbolicè, & κατ' ὄψιν, ita nec corporei. Prolixus in hoc oſtendendo eſt Dionyſius Areopagita, toto capite XV. de cœleſti Hierarch. nempe, quod externæ illæ Angelorum formæ non ſint ipſæ Angelorum eſſentiæ, ſed imagines ſolum, quibus eorum indoles & opera quodammodo repræſententur noſtræ imbecillitati.

Sunt Spiritus.

§. 41. Poſſet igitur generis loco eſſe *ſpiritus*, quo nomine dicuntur Hebr. 1. 7. 14. adducente loca iſta Didymo Alex. lib. III. de ſpir. ſanct. f. m. 202. Euſebius deſcribit, ut *poteſtates ſupra cœlum ſupraq; mundum degentes, Angelorum ac ſpirituum intelligentes rationales creaturas, quas Deus & vita ſimul & lumine & ſapientia, & univerſæ probitatis atq; honeſtatis univerſa virtute de ſuis implet theſauris, idq; uno eodemq; artis opificio.* lib. IV. dem. Evang. c. 5. f. m. 152. D. Quibus verbis potiſſima attributorum Angelicorum complectitur, ut ſunt *rationalitas*, & ei affinis *intelligentia* ſive *ſapientia*, ex quibus rationalitas colligitur: Quomodo autem ſe habeat illa Angelorum intelligentia, aliquo modo exponit Dionyſius Areop. de Eccleſ. Hier. c. 1. §. 2. inſtituta collatione inter intelligendi modum humanum & Angelicum: *Iſtæ quidem*, inquiens, *utpote mentes, prout illis fas eſt; intelligunt; nos vero à ſenſu perceptis imaginibus ad divinas, quantum poſſumus, contemplationes ſublevamur*, confer div. nom.

Sapientes.

nom. c. 7. Alibi exponit gradus illuminationis, qui occurrunt inter Angelos ſummos, medios, & infimos, nempe de cœleſt. hier. c. X. Id certum eſt, quod finita ſit ipſorum ſcientia, ita, ut incrementa capere poſſit, & occurrat inter eos aliqua τῶν τῶν ὑπερουρανίων ἄγνοια *illuminatio eorum, quæ neſciverunt*: de Eccleſ. hier. c. VI. §. 6. quod intelligendum eſt non ſolum de Angelis inferioris, ſed etiam ſuperioris, ordinis. Neque Deum perfectè, & comprehenſive norunt; *Vtut enim creatum aliquod cœleſte, vel ultra cœleſte, multoq; natura ſua nobis ſublimius ſit, & abſit à Deo propius; putari tamen debet longius etiam à Deo, perfectaq; ipſius cognitione, recedere*, ait Gregorius Naz. orat. II. de Theol. f. m. m. 21. ubi & de gradibus illuminationis agit, idemque ſtatuit, quod Dionyſius: *alios* (Angelorum) *plus, alios minus, pro ſui quoslibet ordinis ratione perſpicere* de Deo. f. 22. Neque cogitata cordis humani norunt immediate: *ſolius enim divinitatis eſt animi cogitationem intueri*, ait Didymus Alex. apud Damaſc. paral. lib. 1. c. 2. igitur Angeli ea neſciunt, quia Deus non ſunt. Neq; myſteria Evangelica norunt ante ſingularem Dei revelationem. e. g. *quemadmodum verbum caro factum; utq; vita cum morte miſcetur; quomodo livore ſuo noſtra vulnera perſanat; quomodo crucis infirmitate vires hoſtis evertit; quemadmodum id quod aſpectabile non eſt, in carne manifeſtatur; utq; captivos redimit idem ille, qui & emptor eſt, & pretium; tum quemadmodum mortem ſic obiit, ut à vita non recederet?* Quibus exemplis ſuam & noſtram illam aſſertionem illuſtrat Gregorius Nyſſenus homil. VIII. in Cant. Cant. f. 597. Imo nonnulli Patrum eouſque progreſſi ſunt, ut negarint, Filium Dei, antequam incarnaretur, ab Angelis fuiſſe viſum: *Inviſibilis antea cœleſtibus virtutibus, nunc viſibilis propter conjunctionem cum viſibili homine. Viſibilem porro dico non inviſibili divinitate, ſed divinitatis efficientia per humanum corpus.* Athanaſij verba ſunt lib. V. adv. Arian. ſub fin. ſimilia habet auctor commentarij in ep. ad Romanos, qui vulgo Ambroſius cenſetur: Quam tamen ipſorum opinionem nos ſuo loco relinquimus. vid. Petav. t. 1. Theol. dogm. lib. VII. c. 5. & 6. & de Angel. tom. III. c. VIII. §. 4.

§. 42. *Sanctimonia* quoque Angelorum ab Euſebio laudatur; & merito: *Nefas enim & falſum eſt dicere, cœleſtem quamquam diſtinctionem* (διακόσμησιν) *eſſe ſceleri obnoxiam*, judicio Dionyſij Are- & Sancti.

op. de Eccleſ Hier. c. VI. §. 6. qui alibi Angelos vocat ἀγαθοειδεῖς *boniformes.* div. nom. c. 3. *ex ipſa veluti bonitate fictos, & excellenti quadam ratione bonos, ſummi boni imitatores, qui munera cum inferioribus communicent quæ à magno & ſupereffluente bonorum omnium oceano perceperunt.* explicante vocabulum Corderio in Onomaſt. Dionyſ. f. m. 825. Gregorius Naz. ubi Deo impeccabilitatem aſſeruit, addit: *audacter etiam addam, & Angelica* (ſcil. naturæ eſt, peccati labe carere) *quæ aut prorſus extra peccandi aleam eſt, aut ad id certe ob eam propinquitatem, quam ad Deum habet, proxime accedit.* Orat. XL. f. m. 618. Huc pertinet diſputatio Dionyſij Areop. div. nom. c. IV. §. 23. ubi aſſertionem propugnat: ὅτι οἱ δαίμονες φύσει κακοί, neq; dæmones natura ſua malos eſſe; Ratione addita: *Nam ſi natura mali forent, neq; ex bono eſſent, neq; in natura rerum exiſterent, neq; etiam ex bonis mutati, ſi naturâ ſemperq; mali erant.* Qualia diſputat etiam Titus Boſtr. lib. 1. adv. Manich. p. m. 61. *dæmonas* ſcilicet *non eſſe malos à radice, non habere radicem vitij & turpitudinis, ſed voluntate huc proceſſiſſe, cum non eſſent natura mali, neq; natura adſcripti ignorantiæ; non nox & tenebræ ſecundum ſubſtantiam, ſed habitu, & ſtudiis, & tractatione huiuſmodi ſtudiorum facti tales.* Sic ille contra Hæreticos Manichæos. Minimè verò hanc perfectionem Angeli habent à ſe, aut eſſentialiter, & immutabiliter, ſicut Deus: Anomœus interrogat: *Angeli nonne ſunt natura boni?* & R. orthodoxus. τῇ φύσει οὐ, *natura nequaquam μετοχῇ, participatione, ναί Sic.* Addita ratione: *Nam quod natura bonum eſt, non mutatur, quantum ad id, quod eſt natura.* dial. 1. de Trin. t. 2. Athan. f. m. 170. Mutati autem ſunt Angelorum nonnulli in deterius, nempe peccando, de quo paulo poſt. Ex eadem gratia etiam *immortales* fuerunt. *Nec* enim *Angelus naturaliter* (ſicut Deus) *eſt immortalis, cuius immortalitas in voluntate eſt creatoris.* ait Ambroſ. lib. III. de fid. c. 2.

§ 43. Patet hinc, Angelos quoque creatos fuiſſe ad imaginem Dei, idque excellentiore modo, quam homo: *Etenim principatum atq; imperium in terram univerſam atq; in hominem ipſum obtinent illi, imo etiam amplius quam homo. Pari ratione immortalem eſſe, à materia ſegregatum, inviſibilem, & purum, atq; omnia, quæ de Adamo dixeris, excellentius inſunt ſpiritualibus & cœleſtibus incorporearum mentium choris:* ait Gregorius Nyſſenus, ventilans quæſtionem, cur

igitur

Digitized by Google

igitur homines dicantur creati ad imaginem Dei & non Angeli? t. II. opp. f. 23. Dionyſius Areop. div. nom. c. IV. §. 23. celebrat Ἀγγελικὰς δωρεάς *angelica dona*, quæ à Deo acceperunt; ἀγαθοπηγὰς δυνάμεις *bonivifivas vires*, l. c. quas perdiderint ſuo lapſu. Baſilius epiſt. CXLI. ἀγγελικὸν ἀξίωμα *Angelicam dignitatem*, i. e *ſanctitatem* morum; opponit enim Diaboli moribus, qui mali ſunt. Cuius ſanctitatis exemplum eſt concordia cum Deo: *concentum cum Deo poſſident, neq; ulla eſt inter eos diſcordia. Siquidem is qui diſcors animi fuit diabolus viſus eſt è cœlo cadere, ſicut Dominus locutus eſt*, ait Athanaſ. de ſynod. t 1. f. 923. B. & innuit, Diabolum quoque initio creatum eſſe in concentu cum Deo. Cuius, ut & aliorum donorum, gratia πίμια ζῶα *pretioſa viventia* vocat, t. 1. in illud: omnia mihi &c. f. 154. D. Gregorius Nazianzenus *lumina* eos vocat, atque ita digitum in imaginem Dei intendit: *Alterum*, inquiens, *ab hoc* (Deo) *locum obtinent quæcunq; ex Deo prima ſunt, & circa Deum verſantur, de Angelicis ac cœleſtibus illis poteſtatibus loquor, quæ primæ de prima luce hauriunt, & veritatis ratione colluſtratæ lumen & ipſæ quoddam ſunt, & orti à perfecto lumine radij.* Ubi & de concordia eorundem diſſerit: *Nihil*, inquiens, *his tam eſt peculiare, quam quod in eis pugnæ diſſidiaq; nulla ſint.*

Officium erga Deum.

§. 44. *Officium* ſuum habent Angeli, quod refertur vel ad Deum, vel ad homines; *Ad Deum*, quod quale ſit expreſſit Athanaſius, ad quæſtionem: *Quod opus ſupercœleſtium poteſtatum?* reſpondens: *hymnus irremiſſus, & amor inceſſabilis erga Majeſtatem Dei, fortaſſe etiam obſecratio continua de noſtra ſalute*, de comm. eſſent. t 1. f. 238. Et Hilarius conſentit lib. III. de Trin f. m. 25. Euſebius lib. VII. de præp. Evang. c. 15. f. 327. A. Baſil. in Pſ. XXXIX. f. 179. B. Ad *homines*; Sunt enim, juxta Baſilium, ἐπιμεληταὶ τῆ τῶν ἀνθρώπων γένυς *curatores generis humani.* comm. in VIII. Jeſ. f. m. 1012. C. καθ' ἀνθρώπους ἱεράρχαι *hominum antiſtites*; juxta Dionyſ. Areop. de cœleſt. Hier. c. 12. *quires noſtras adminiſtrant viſitando uniuscuiuſq; opera*, uti loquitur Athanaſ. ad Serap. t. 1. f. 189. B. *Hæc enim erat Angelorum conſtitutio, quod facti ſunt à Deo ob providentiam eorum quæ ab ipſo conſtructa ſunt, quo univerſitatem quidem ac perfectam providentiam univerſorum Deus haberet, & auctoritas ac imperium omnium ex ipſo penderet, & univerſum velut navigium ſapientiæ gubernaculo citra in-*

vel homines.

clinationem dirigeret: particularem vero Angeli ad hoc ordinati haberent. ait Epiphan. hæreſ. LXIV. f m. m. 260. Baſilius eos comparat exercitui, qui caſtra metat, & aciem diſponit. comm. ad Pſalm. XXXIV. vide notas Frontonis Ducæi. f. 25. & confer homil. in Pſ. XLVIII. f. 287. C. homil. VII. de pecc. t. III. f. 52. D. Athanaſius exempli loco allegat Eliſæum, Dothanis verſantem, & ab Angelis cuſtoditum; epiſt. ad Solit. t. I. f. 836. Euſebius eos comparat pædagogis, dum celebrat ipſorum παιδαγωγίαν καὶ φροντίδα, lib. X. hiſt. Eccleſ. c. 5. f. 386. C. D. Prudentius canit, & orat:

vigil viciſſim ſpiritus
quodcumq; reſtat temporis,
dum meta noctis clauditur,
ſtans ac laborans excubet.

καθημ. hymn. I. v. 77. ſeqq. vigiles autem ſunt non ſingulorum ſolum hominum, ſed & plurium ſimul. Laudat Euſebius τὰς τῶν ἐθνῶν ἀοράτους ἐξουσίας *inviſibiles gentium præfectos*, quos *Angelos* putat. dem. Ev. lib. IV. c. 7. Et Baſilius ἐθνάρχας, διαδεδεγμένους ἐξουσιακὴν καὶ διατήρησιν τῶν ὑφ' ἑαυτῶν ἐθνῶν *principes ac gentium præfectos ad tutelarem cuſtodiam & conſervationem uniuscuiuſq; gentis ſibi concreditæ conſtitutos.* in cap. X. Jeſ. t. I. f. 1051. D. Probatum hoc eunt ex Deut. XXXII. 8. ubi LXX. habent: ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατ' ἀριθμὸν Ἀγγέλων θεοῦ *conſtituit terminos gentium juxta numerum Angelorum Dei.* Quæ vero verſio, ſive LXX ſit, ſive aliunde ipſis illata & afficta, ſententiam iſtam Patrum non poteſt confirmare, cum non ſit congrua textui Hebræo, qui habet: בני ישראל *filiis Iſraël*: non autem לבני אל *Filijs Dei*, ſeu Angelis. vid. Dn. D. Calov. annot. ad Deut. l. cit. Petav. de Angel. lib II. c. 7.

Quot. §. 45. Quæſtio eſt: *Qui & quot Angeli ſingulis hominibus ſint aſſignati cuſtodes?* Dionyſius Areopagita quidem ſentit, τὸν τῶν Ἀρχῶν, καὶ Ἀρχαγγέλων, καὶ Ἀγγέλων, ἀναφαινόμενον διακόσμησιν ταῖς ἀνθρωπείαις ἱεραρχίαις δι' ἀλλήλων ἐπισυλλεῖν. *Principatuum, Archangelorum, & Angelorum ordinem explanatorium humanis per vices præeſſe hierarchiis*: cum reliqui ordines duo ſuperiores rebus divinis tractandis ſint intenti; de cœl. Hierarch. c. IX. §. 2. Sed præferenda huic eſt ſententia Athanaſij, qui etiam *Thronos, Poteſtates, & Dominationes*. i. e. ſuperioris ordinis Angelos, inter λειτουργικὰ *miniſtros* refert, qui παρεστή-

κασι,

πάρα, καὶ ἕτοιμοι εἰς τὸ ἀποστέλλεσθαι, *assistant, & parati sint ut mittantur,* scilicet ad homines, quibus ministrent. Orat. III. adv. Arian. f. 207. Quam sententiam suam repetit oratione V. citante Euthymio in Panopl. par. 1. tit. 11. Et in epist. ad Serap. de spir. sanct. f. 365 suffragantibus Euseb. lib. VII de præp Evangel. f. 193. Gregorio Nysseno lib. III. adv. Eunom. f. m. 112. lib X. f. m. 269. Nazianzeno Orat. XXXIV. sub fin. Ambros. de spir. sanct. c. 10.

§. 46. Ad alteram quæstionem &. quod Angelorum modo *unus*, modo *plures* divinitus ordinati possint, custodiant homines; de uno loquitur Basilius comm. in Ps. XXXIV. 8. *omni*, inquiens, *in Christum credenti Angelus assistit, nisi illum à nobis per improbas actiones profligaverimus.* Similia habet in Ps. XLIX. f 287. C. & homil. VII. & alij Patrum, quorum testimonia recenset Dion. Petav. de Angel. lib. II. c. 5. & 6. Plures laudat Dionysius Areop. de cœlest. Hier. c. XV. exponens gaudium Angelorum Luc. XV. 10. super pœnitentia peccatoris, *scilicet secundum Deiformem suavitatem, quam ex illorum, qui ad Deum convertuntur, cura salutes percipiunt.* §. 9. f. 173. Diffitendum tamen non est, quin frequentius de uno, quam pluribus Angelis loquantur Veteres, in gratiam Platonicorum, qui cuique hominum Angelum, Genium bonum & malum, assignabant, ut consentire ipsis etiam in custodia Angelica viderentur.

ordines.

§ 47. *Ordines* Angelorum plures sunt. Eusebius vocat νοερὰς οὐσίας, *intelligibiles essentias*: lib. XIII. de præp. Evang. c. 15. Sunt enim *Angeli, Archangeli, Cherubim, Seraphim, Potestates, Principatus, Virtutes, & Dominationes.* recepsente Athanasio ad Serap. t. 1. f. 168. 169. Hos inter sese distinctos esse agnoscere videtur f. 187. D. interrogans: *solum duntaxat Angeli sunt?* aut *Angeli sunt Archangeli? neque ulli sunt Cherubim, Seraphim, aut Throni, aut Dominationes, non Principatus?* confirmat inde, quod ὡ τάξεις καὶ στρατιὰν λέγοντας *ordines & milites dicantur,* δεῖ λοιπὸν ἐννοεῖν τάξιν *restat, ut eos distinguamus*; distinguit autem *in ordinem docentium, permittentium, punientium, eorumq; qui animas gratificantur, & qui apud homines permanent.* de comm. essent. t. 1. f. 238. Eusebius nominat *Angelos, Archangelos, spiritus, divinas Virtutes, cœlestes exercitus, Principatus, Thronos, Dominationes.* lib. VII. de præp. Evang. c. 15. Pauciores ex mente Hebræorum enumerat lib. XIII. c. 15. f. m. 694. C. dum quidem *distribuit,*

buit, ſed ſolum in *ſpiritus, virtutes, Dei adminiſtros, Angelos, atq; Archangelos*; Sic enim Hebræos eos appellare: Imo videtur non tam *ordines diverſos*, ſeu *varios*, (uti τοιχὰς ἰσίας διαιρῶντα vertit interpres) quam nomina, ſeu appellationes diſtinguere. Dicit enim: ἐπονομάζουσι *cognominant*. Cyrillus Hieroſ. Catech. Myſt. V. f. m. 240. D. exprimit *Angelos, Archangelos, Virtutes, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Thronos, & Cherubim*. Dionyſius Areopagita, vel quiſquis auctor eſt ſcripti, auſus eſt, quod nemo alius, nempe ordines in certum numerum redigere, & cuique ordini attribuere ſuas affectiones, & operationes: Numeravit autem ordines novem, εἰς τρεῖς τριαδικὰς *in tres claſſes* diſtributos. De cœleſt. Hierarch. c. VI. quarum (1.) continent Seraphim, Cherubim, & Thronos. cap. VII. (2) Poteſtates, Dominationes, & virtutes. (3) Principatum, Archangelos, & Angelos. cap. VIII. & IX. Gregorius Nyſſenus diſtribuit in λειτουργικὰς καὶ παρεστικὰς *adminiſtrantes & adſtantes*; in orat. de Stephan. t. III. f. 354. D. Alibi dividit in eos, qui præfecti ſunt rebus cœleſtibus, quos videtur intelligere *adſtantes*, Deo ſcilicet ſuo Domino; Et qui rebus terreſtribus, quos *miniſtros* appellaueris. Orat. de aſcenſ. f. 443. A. B. Addit: καὶ εἴ τι καθ' ὑπερβολὴν τῶν τιμίων ἀκούομεν, *ac ſi quid aliud dignitate præditum in ſupernis partibus audimus*. f. 354.

Varietas. §. 48. Ex enumeratis apparet, quod non una fixa fuerit veterum huius ſeculi ſcriptorum ſententia de Angelorum ordinibus, eorumque numero, & differentijs; Neque puduit ipſos ignorantiam ſuam fateri, & aliorum temeritatem caſtigare: *Dic mihi primum, ô audacule, quid Thronus differat à Dominatione? Dic mihi, quid ſunt Principatus? quid Poteſtas? quid Virtus? quid Angelus? —— ſed non vis interrogari Thronos, aut Poteſtates, aut certè non potes!* Sic Cyrillus urget curioſius περιεργολογίαν ſcrutantem, Catech. XI. f. m. 97. Sic etiam Ephrem interrogat: *Exhibe nobis*, inquiens, *& exprime, ac in lucem profer naturam Angelorum, figuram Cherubim, Seraphim imaginem propriam, Gabrielis faciem, ignem Michaelis vere flagrantem &c.* q.d. impoſſibile hoc eſt. de ſcrut div. nat. t. III. ſerm. f. 680. B. Neque potuit Dionyſius Areopagita, cæteris licet curioſior, diffiteri: *quanta ſint, & quales ſupercœleſtium eſſentiarum diſpoſitiones, & quo pacto earundem ſacri ordines initientur, ſolum exacte noſſe divinum illum, à quo con-*

conſecrantur, principatum. d. Cœleſt. Hierarch. c. *VI.* *Neq; enim*, addit, *intelligere valemus ſuperæ cœleſtium iſtarum mentium myſteria, & ſapientiſſimas illarum perfectiones, niſi illa forte nos ſcire quis aſſerat, quæ illorum, ſua ſcilicet rite callentium, miniſterio divinitas ipſa nos docuit*: Sed ubi, quæſo, illa, quæ, Dionyſi, de ſingulis ordinibus poſtea relaturus eras, Deus Te, vel Angeli ipſi, docuerunt? in ſcripturis, an immediatis revelationibus? vel probatis traditionibus?

§. 49. Diſtinctos eſſe Angelorum ordines communis omnium ſententia eſt; Neque improbamus; Sicut nec illud Antonij Eremitæ epiſt. *II.* t. *III.* Bibl. PP. f. m. 67. B. dicentis: *idcirco omnia hæc* (Angelorum) *nomina adjecta ſunt iſtis, propter uniuscuiusque eorum operationem, ideo & nunc quidam eorum vocantur Archangeli, alij Sedes, & Dominationes, & Poteſtates, & Cherubim. Hæc autem eis nomina ſunt addita, pro eo quod conditoris proprij cuſtodierunt voluntatem.* Meminit inter alios etiam *Archangelorum.* quos *priores Angelis* facit Hieronymus Apol. 1 adv. Ruffin. t. 3. f. m. 93. ubi *miniſtrorum Dei officia* laudat, & *de Principatibus, ac Poteſtatibus, & Virtutibus, ac Dominationibus* diſſerit, & concludit: *Neceſſe eſt, ut ſubjectos habeant, & timentes ſe, & ſervientes ſibi, & eos, qui à ſua fortitudine roborentur. Quæ diſtributiones officiorum, non ſolum in præſentiarum, ſed etiam in futuro ſeculo erunt, ut per ſingulos profectus, & honores, aſcenſiones, & deſcenſiones, vel creſcat aliquis vel decreſcat, & ſub alia atq; alia poteſtate, virtute, principatu, & dominatione fiat*: Quam ipſius ſententiam Ruffinus, tanquam Origeni faventem, ſugillat; certe nos ſuo eam loco relinquimus, quandoquidem in S. literis nihil, aut parum, fundamenti habeat; certè tutiora ſunt, quæ ſubjunxit: *ipſos inter ſe angelos diverſa officiorum genera eſſe ſortitos, quod Eccleſia non repugnat.* Archangelorum *multos eſſe* dicit Athanaſius Orat. *III.* adv. Arian. f. 397. D. & inter eos refert Gabrielem, Orat V. f. 544. & Michaelem, ad Serap. t. 2. f. 14. C. Baſilius eis ἀρχαιρεσίαν ſuam ſeu *præfecturam* aſſignat, homil. *I.* in hexaem. f. 7. Confer. Athan. Orat. *IV.* adv. Arian. f. 502. Hilar. lib. *III.* de Trin. f. 25. Cyrill. Hieroſ. Catech. V. Myſtag. f. 240. D.

quanta?

§ 50. Angelorum præſentia & officium homines deterreat à peccatis. Baſilius hortatur virginem religioſam, *ut ſeipſam primum, conſcientiamq; ſuam revereatur, etiamſi valde ſit ſola;* ἀιδεῖσθαι τὸν παρ-

Præſentia.

τοῦ τὰ

ἑφ' ἑκάστῳ φύλακα ἄγγελον, deinde adstantem custodem Angelum; Angeli enim eorum semper vident (inquit Christus Matth. XVIII.) faciem Patris vestri qui in cœlis est. Neq; vero convenit, ut Angeli eius, cui credita est cura & custodia salutis nostræ, faciem aspernetur homo, atq; imprimis virgo, quæ hunc ipsum castitatis suæ veluti paranymphum custodemq; habet: de virgin. t. 1. f.m. 740. D. Nam detestantur angeli impios, præsertim apostatas: *Angeli enim sancti, quorum solerti curæ concredita est Ecclesiarum præfectura, qui quæ sunt prisca norunt, qui & prospiciunt observantq; præsentia, multa cum admiratione adversum hos consurgent, pronunciaturi illud*: (Jes. l. 21.) *quomodo facta est meretrix civitas fidelis?* idem. com. in Jes. t. 1. f. 854. & recedunt à pertinaciter malis: *Vt enim fumus apes fugat, atq; malus odor exterminat columbas, sic & custodem nostræ vitæ angelum lachrymabile fœtidumq; peccatum extrudit.* idem dicit conc. VII. de peccat. t. III. f.m. 53. Neque Angelis imputandum est, si qui homines sub eorum directorio non proficiunt: *Respondendum utiq;, rectis angelorum gubernationibus nequaquam imputandum esse, cæterarum* (præter Judaicam) *gentium ad falsos Deos defectionem; sed eas ipsas motibus propriis à recta, quæ ad Deum ducebat, via deflexisse, per amorem proprium, suamq; pervicaciam, & rerum, quibus divini quidpiam inesse arbitrabantur, absurdum cultum*; disputat Dionysius Areop. ratione reddita, quod *cæteris quoq; gentibus* (*è quibus nos emersimus ad illud divini luminis immensum & exundans pelagus, quod in promptu omnibus ad participandum est, expansum*) *non alieni quidam Dij præfuerint, sed unum omnium principium, & ad illud angeli, qui cuiq; nationi præfecti erant, sequaces suos adducerent.* Sic idem.

Numerus. §. 51. *Numerus* Angelorum magnus est: Eo quod Daniel cap. VII. 10. eorum referat *milliorum millia, deciesq; millies dena millia*; quos Dionysius censet, *summos illos quos adhibemus numeros, in seipsos glomerando ac multiplicando*; quo per hos apertè declararet *cœlestium essentiarum ordines à nobis annumerari non posse*: de cœlest. Hierarch. c. XIV. Etiam Cyrillus Hieros. Catech. XV. censet, plures esse Angelorum, quam à Daniele, recensentur, ut adeo numerus certus pro incerto sit positus.

Locus. *Locum* quod attinet Angelorum, in certo quidem τῷ sunt, utpote finiti, neque tamen localiter: *In certo τῷ*; *Angelus enim, qui aderat, v.g. Apostolo in Asia oranti, non poterat simul eodem tem-*

tempore adesse alijs, in cæteris partibus mundi constitutis; juxta Didymum Alex. lib. *I.* de spir. sanct. Confer Athanas. epist. ad Serap. t. 1. f. 336. Basil. lib. 1. de spir. sanct. Sed non localiter: *Loci enim positio propria est corporum. Quod autem natura est intelligens, & materia caret* (ut Angeli,) *longe ab omni notione loci est, ut omnes consitentur*: disputat Gregorius Nyssenus lib. 1. adv. Eunom. Nisi ubi corpus assumpserint; Tum enim juxta corpus assumptum adsunt localiter, juxta suam vero essentiam spiritualem non item. vide Petav. de Angel. c. *XIII.* lib. 1. ἐναλλαγὴν patrum dicta invicem conciliaturientem; Et cap. *XII.* præced. de *loquela* Angelorum quædam balbutientem.

§. 52. *Mutabiles* fuerunt Angeli ante sui in bono confirmationem. *In creatis nihil est ἄτρεπτον immutabile natura, quippe cum angeli quidam non servaverint suum ordinem, & stellæ non habeantur puræ coram* (Deo), *& Diabolus ceciderit è cælo*: ait Athanas. ad Serap. t. 1. f. m. 168. Similia legas dial. 1. de Trin. f. 180. t. 2. Didym. Alex. lib. 1. de spir. sanct. f. m. 193. Cyrill. Cat. *XVI.* f. 187. C. Gregor. Naz. Orat. *XXXVIII.* f. 587. Hieronym. adverss. Johan. Hieros. t. *III.* f. 76. Hinc nata est distinctio inter ἀγαθὰς δυνάμεις καὶ ἐναντίας *Virtutes bonas & adversarias*: juxta Eusseb. lib. *XI.* de præp. Evangel. c. 26. f. 549. quarum istæ in bono perseverarunt; hæ minus; quam illustrat ex Platone, confertque huius sententiam cum Hebræa Job. 1. 6. *quo loco Diaboli nomine infesta illa natura: Dei vero angelorum, benefica alia designantur.* Quæ verba sunt Eusebij. De malis vero Angelis, inferius, Deo dante, agendum erit, ubi de lapsu angelorum & hominum disseremus.

§. 53. Opus *IIæ diei* est *firmamentum.* Patres huius seculi, LXX secuti, vocant στερέωμα. Disputat Basilius homil. *III* hexaëm. f. 33. sitne hoc cœlum idem cum eo, quod Deus creavit in principio Gen. *I.* 1.? affirmabant id nonnulli, statuentes, *non esse secundi cæli hunc ortum* (Gen. *I.* 6. seqq. descriptum) *sed explanationem quandam prioris; propterea, quod illic scriptura cæli ac terræ creationem in summa quidem tradidit; Hic verò modum, quo singula facta sunt, exactius explicet*; Confer Ambros. lib. *II.* hexaem. c. 3. His suam sententiam opponit: *Nos autem dicimus*, inquiens, *cum nomen diversum, officiumq; peculiare cæli secundi traditum sit, aliud hoc præter id esse, quod in* Opus secundæ diei.

principio est effectum, solidioris sanè naturæ, præcipuum quoq; officium universo subministrans. Sic Basilius, & Ambrosius: *movit nos* (ut inter cœlum & firmamentum discrimen faceremus) *quia & nomen aliud significatur, & species solidior, & causa discernitur, & persona cooperatoris adjungitur.* Ita tamen distinguit Ambrosius, ut *nomen cœlorum commune sit, firmamentum autem nomen speciale*: sub cœlorum enim nomine etiam aer comprehenditur, distinctus à cœlo sidereo. Basilius autem rationem contrariæ sententiæ opponit hanc, quod globus ille cœlestis non possit sustinere aquam supra firmamentum creatam. Ipse igitur, inductus voce, στερέωμα, cœlum hoc, quod secundum vocat, putat δεῖν καὶ στερρᾶς φύσεως, σχεῖν τὸ ὕδωρ καὶ ὁλιγοδεὲς τῆς ἐυδιάλυτου ἕξεως, τὴν φωνὴν ἀόλων πλάσθαι; *pro quadam firma solidaq; natura, addetinendas aquas ac coercendas idonea, quæ suapte natura dilabuntur, perfacilèq; dissolvuntur, hanc à scriptura vocem ordinatam esse.* f. 34. C. D. Non male; si de forma & fine intelligat; sin de materia, male; Nam firmamentum illud cœlum denotat æthereum, quod primo die involutius creatum, secundo hoc quasi tegumentum âliquod explicatum & efformatum est. In quo eatenus nobiscum sentiunt Basilius, & Ambrosius, negantes, *quod supra creatum autore Deo & conditum cœlum scriptura expresserit; hic expositionem operis creationisq; diffuderit, uti ibi* (Gen. I. 1.) *quasi summa operis breviter comprehensa sit*; Hic (v 6.) *operationis qualitas per ipsas concurrentium rerum digesta sit species.* quæ Ambrosij verba sunt l.c. Expressè autem Cyrill. Hieros. Catech. IX. f m. 76. A. B. per firmamentum intelligit cœlum, ἄπαλον ἱστάμενον ἔργον *firmam & stabilem cœli naturam*: Et quidem cœlum æthereum, *in quo ignes sunt infixi, Sol, & luna, atq; sidera* ut idem semet explicat. Apud Latinos *cœlum* nomen habet à cœlare, q.d cœlatum: *Sicut argentum, quod ignis eminentibus refulget, cœlatum dicimus*: apud Græcos verò οὐρανὸς ἀπὸ τῆς ὁρᾶν ἄνω dicitur, quod videatur τὴν ὅλην ὁρᾶν ἄνωθεν ὢν, explicante Ambrosio. c. 4. Alio nomine *thronus* Dei Math. V. 34. cui? &c. Basil. in Jes. f m. 813. C. *quod cœlestes virtutes in se retineant stabiliter insidentem Dei cognitionem.* Quæ eius essentia & natura? varias eruditorum opiniones idem recenset homil. 1. in Hexaem. f. m. 14. A. & Ambros. lib. 1. hexaem. c. 6. f. 221. neque decidunt. Confer Espenc. f. m. 448. Petav. de opif. l. 1. c. 10. & seqq.

§. 54. Su-

§. 54. Supra cœlum ſunt *aquæ*; proprie ſic dictæ: *Nobis* enim *non alienum videtur atq; abſurdum, ſi aquas veras propter illam cauſſam, quam diximus, intelligamus.* ait Ambroſius c. 4. Dixerat autem hanc cauſam, quod etiam aquæ naturales Deum laudent, ſicut *ros, & gelu, & frigus, & æſtus*, juxta canticum trium confeſſorum v. 21. 22. opera ſcilicet opificem. Diſſentiens hoc ipſo ab ijs, qui per aquas *purificatorias virtutes* intelligebant, i. e. Angelos; eo quod hi *laudent* Deum, quod de aquis ſupra cœleſtibus canunt tres illi confeſſores, v. 11. & de Ægyptijs, qui aquam pro Deo habebant, vapulantes à Julio Firm. de error. c. 2. Nec obſtat, quod objiciunt nonulli, *aquas ſuper cœlos eſſe non poſſe, dicentes, rotundum eſſe orbem cœli, cuius in medio terra ſit, & in illo circuitu aquam ſtare non poſſe, quod neceſſe ſit defluat, & labatur, cum de ſuperioribus ad inferiora deorſus ſit*: uti verba eorum profert Ambroſius, c. 3. ſimilia ijs, quæ §. præced. ex Baſilio recitavimus: Sed reſpondet idem Ambroſius ad argumentum vanie; inter alia etiam hoc: *Audio firmamentum fieri per præceptum, quo divideretur aqua, & ab interiore ſuperior diſcerneretur. Quid hoc manifeſtius? Qui juſſit diſcerni aquam interjecto & medio firmamento, providit quemadmodum diviſa atq; diſcreta manere poſſit*: q. d. ratiunculæ humani cerebri à litera ſcripturæ clara nos non dimoveant. Quo fundamento idem nitebatur, in explodendis orbibus cœli realibus, & neſcio quem concentum ſuavem efficientibus, ut quidam ſuaviter ſomniabant; Concludit enim tandem: *ea quæ ſunt aliena à ſtudio noſtro, & à divinæ lectionis ſerie, ijs, qui foris ſunt, relinquamus*; *Nos inhæreamus ſcripturarum cœleſtium magiſterio.* c. 2. Sic Ambroſius.

Opus tertiæ diei.

§. 55. III. diei eſt globus terrenus, ſicut ex aqua & terra conſtat; de quo eleganter loquitur Ambroſius lib. III. hexaem. c. 1. dum appellat *præclarum diem, qui terram à naufragio liberavit.* Nimirum *inviſibilis* hactenus fuerat terra, *non* tamen *ſecundum naturam, ſed ſecundum ſuperinfuſionem aquarum.* c. 2. die vero tertio ſeparata eſt aqua, ut proptiam congregationem faceret, ita ut *ſublato velamine apparuerit arida, quæ ante non videbatur*: idem dicit; Et paucis interjectis: *Cæpit* (Deo præcipiente) *labi aqua, & in unam confluere congregationem, quæ ante erat diffuſa per terras, & plurimis receptaculis inhærebat.* Illo Dei præcepto factum eſt, ut aqua, hactenus

consistens, utpote terris mista, inciperet fluere: *Cursum eius ante non legi, motum eius ante non dicis*, (forte: didici) *nec oculus meus vidit, nec auris audivit, stabat aqua diversis locis, ad vocem Dei mota est*: ait Ambrosius idem. Mota aqua facta est *congregatio*, dicta mare: quod veluti totum est, partes autem rivi, & flumina exinde per orbem deducta. *Una aquarum jugum, & continua congregatio est, sed diversi sinus maris*, idem ait c. 3. qui *in diversis locis diversa sortiuntur nomina*, e.g. Mare Atlanticum, de quo lib. V. c. 11. Sic Deus simul aquæ posuit limites: *Dicendo* enim: *congregetur, non solum movit eam de loco, sed etiam statuit in loco, ut non præterflueret, sed maneret*: seu, ut paulo post loquitur: *ut flueret aqua, & non superflueret*. Mare est unde egrediuntur reliquæ per orbem aquæ, & quo se recipiunt: *omnes torrentes eunt in mare, & mare non adimpletur*; ait Ecclesiastes, c. 5. scilicet, ut exundet, terramque obruat: Unde eleganter Ambrosius idem, *bonum*, ait, *mare tanquam hospitium fluviorum, fons imbrium, derivatio alluvionum*. Et præterea commendat, dicens: quod sit *invectio commeatuum, quo sibi distantes populi copulantur, quo præliorum removentur pericula, quo barbaricus furor clauditur, subsidium in necessitatibus, refugium in periculis, gratia in voluptatibus, salubritas valetudinis, separatorum conjunctio, itineris compendium, transfugium laborantium, subsidium vectigalium, sterilitatis alimentum*. Insulas per mare dispersas *monilia* idem salutat. Cum quibus confer quæ tota homilia IV. in Hexaem. habet Basilius; Nam cum Ambrosianis egregie conspirant. Finis & usus aquæ est *cum ad alimentum, tum ad cæteros nostros usus*, juxta Basil. homil. cit. in hexaem. f. 45.

arida. §. 56. A quis separatis arida apparuit. *Aridam* autem cur dixit, non terram? Movent quæstionem Patres, & respondet Ambrosius c. 4. *Præclare sic positum esse; Terra enim potest & luto esse permixta, aquis media, cuius species superfusis aquis non appareat. Arida autem non solum ad genus, sed etiam ad speciem terrarum refertur, ut sit utilis, sulcabilis, & apta culturis. Simul perspecta est, ne videatur sole magis, quam Dei præcepto esse siccata, quia arida facta est antequam Sol crearetur.* Sic ille: quibus verbis simul innuit, qualis terra fuerit antequam aqua separaretur, nempe ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος & *invisibilis & inelaborata*. ut cum Basilio loquamur homil. II. in Hexaem.

aem f. 16. ſeqq. *inviſibilis*, utpote aquis obruta; uti explicat idem, f. 20. A. *inculta* vero cur? Audi Ambroſium, qui rationem reddit: *Incompoſita terra legitur, & ijsdem à Philoſophis æternitatis, quibus Deus, privilegijs honoratur. Quid dicerent, ſi ab initio eius pulchritudo vrnaſſet? Demerſa aquis deſcribitur, velut cuidam principiorum ſuorum addicta naufragio: & adhuc à nonnullis facta non creditur: quid ſi decorem primogenitum vindicaret?* lib. 1. hexaem. c. 7. Ergo ideo primum inculta fuit, & legitur, *ne verè increata, & ſine principio & ipſa crederetur*, ut in verbis paulo antecedentibus idem loquitur. De ea, & eius natura multa quidem hinc inde diſputantur, ſed nobis *ſatis ſit ad ſcientiam, quod ſcripturarum divinarum ſeries comprehendit*, c. 6 Juxta ſcripturam creatura eſt, non creator, ſeu Deus, qui eſſet, ſi eſſet increata: ut non immerito vapulent Phryges Peſſinuntij Terricolæ, ab Julio Firm. c. 3. error. Stat, non movetur. *Terra fixa ſtat, & immobilis*; ait Gregorius Naz. orat. II. de Theol. f. m. 65, & orat. X. f. m. 302. *Terra ſtat rectè valentibus, nec ullo morbo affectis; quum vertigine correptis moveatur, adſpicientium vitio ad rem inſpectam tranſeunte.* Similia legas orat. XII. f. m. 338. Subſcribit Ambroſius, dicens: *voluntate Dei immobilis manet, & ſtat in ſeculum terra. Secundum Eccleſiaſtæ ſententiam, & voluntate Dei movetur, & nutat. Non ergo fundamentis ſuis nixa ſubſiſtit, nec fulcris ſuis ſtabilis perſeverat; Sed Dominus ſtatuit eam, & firmamento voluntatis ſuæ continet, quia in manu eius omnes fines terræ.* lib. I. hexaem. c. 6. confer. lib. II. c. 3. Ex eadem germinant plantæ; itidem divina omnipotentia operante in prima creatione: *Prima enim illa vox Dei ſingulis impertita creaturis gignendis lex naturæ eſt, quæ terris in omne ævum remanſit futuræ ſucceßionis datura præſcriptum. Quemadmodum vel generandi, vel fructificandi in reliquum uſus adoleſceret.* ait idem lib. III. hexaem. c. 6. confer. c 7. de ſeminibus c. 10 & 16. de arboribus, & fruticibus, c. 13. & 14. de vite c. 12 De lapidibus, quod animati non ſint, contra Manichæos diſputat Titus Boſtr. lib. II. p. 111. De figura terræ varie diſputatum eſt, *ſphærane ſit, an cylindrus, aut certè diſco ſimilis, & undiq; in orbicularem figuram ex æquo detornata, an vanno ſimilis, & in medio concava?* referente Baſilio homil. IX. de Hexaem. f. 112. Ipſe ſententiam ſuam ſuſpendit, ἐπειδὴ οὐδὲν περὶ σχημάτων ὁ τοῦ θεοῦ θεράπων διελέχθη. *quia nihil de figuris ſervus Dei Moſes ille diſſeruit.*

Opus quartæ diei sunt sidera, in his

§. 57. *Opus quartæ diei* sunt stellæ: *quarto die jubet Deus fieri luminaria*, ait Ambros. lib. IV. hexaem. c. 1. ut adeo creaturæ sint, non Dij, secus ac gentiles deliraunt, castigati à Julio Firmico de error. profan. c. 8. περὶ γενέσεως σωμάτων *de creatione syderum* e.g. Basilius homil. VI. de hexaem. de iisdem Ambros. lib. IV. hexaem. per totum. Factæ autem sunt ex luce primigenia. *Tunc enim ipsa lucis natura producta est; nunc autem hoc solis corpus eo conditum est, ut illi primogenitæ luci vehiculum esset*: juxta Basil. hom. 6. in hexaem. f. m. 70. B.. vide eundem Ambros. lib. 1. hexaem. c. 9. Et Gregor. Naz. orat. XL. in firmamento; quod *impressa stellarum lumina velut signa habet*, uti loquitur Ambros. lib. II. hexaem. c. 4. Eminent inter reliquas stellas, Sol, & Luna, tanquam *luminaria magna*; cur magna? Ambros. lib. IV. hexaem. c. 6. *non tam aliorum comparatione magna, quam suo munere: ut est cælum magnum & mare magnum. Nam & magnus sol, qui complet orbem terrarum suo calore, vel Luna suo lumine: nec solum terras, sed etiam aërem hunc, & mare, cæligz faciem: quæ in quacunqz parte fuerint cæli, illuminant omnia & æque spectantur à cunctis, ut ea tanquam suis tantum regionibus immorari, & sibi tantum adesse atqz lucere singuli populi credant, cum similiter luceant universis, ut nemo his propiorem alium quam ipse est arbitretur.* Sol.

Sol egregia quidem stella est, *oculus est enim mundi, jucunditas diei, cæli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creaturæ*, describente eodem lib. IV. hexaem. c. 1. idem appellat *ornamentum cæli, stellarum monile pretiosum* c. 2. Gregorius Naz. vocat oculum diei, orat. XLIII. f. 709. B *vitæ largitorem, animantium parentem.* orat. II. de Theol. f. m. 72. Basilius ὀφθαλμὸν διαυγῆ *oculum illustrem.* homil. VI. in hex. non tamen est ipse Deus, seu creator; sed creatura; *Bonus quidem sol, sed ministerio, non imperio; bonus meæ fœcunditatis adjutor, sed non creator; bonus meorum altor fructuum, sed non author*; loquitur natura, introducente Ambrosio lib. IV. hexaem. c. 1. qui paulo ante urserat, solem post nonnullas alias creaturas ideo esse creatum, ne viderentur illæ indigere sole creatore, vel auctore: *noli ergo Deum credere, cui vides Dei munera esse prælata*, conclusio eiusdem est. confer. Jul. Firmic. de error. c. 8. *Igneus* est, juxta Ambros. lib. IV. hexaem. c. 3. & quia *ignis illuminat*, & exurit, juxta eundem, eadem solis quoque erit operatio. Illuminat autem aerem, & sic facit diem: *Ab oriente lucet, & ad occiden-*

dentem usq; lumen emittit, ait Cyril. Hieros. Catech. IX. f.m. 76. ubi facunde præstantiam solis, præsertim exorientis, describit: *Sol orbi universo & omni aspectui quasdam quasi faces præbet, ac si chori alicuius Coryphæus foret*, ait. Greg. Naz orat. II. de Theol. f.m. 71. Oculos quoque illuminat: *Quod Deus est in iis, quæ mentis intelligentia percipit, id Sol est in sensibilibus. Nam oculis lucem ipse largitur, ut menti Deus*: Sic anonymus apud eundem. Ustio interdum noxia est: *Interdum partus meos & ipse adurit, frequenter & ipse mihi damno est, & plerisq; me locis indotatam relinquit*, natura queritur apud Ambros. l. cit. Movetur. Nam *in orbem & circum perpetuo volvitur*. juxta Naz. orat. II. f.m. 72. & motu efficit quatuor insigniora anni tempora: *Temporum anni partes sol efficit, & dividit*. idem ait. *Magnum* est luminare præ reliquis *non tam aliorum comparatione, quam suo munere*, judicio Ambrosij lib. c. 6. hexaem. *Neq; te moveat, quod tanquam cubitalis tibi orbis videatur solis cum oritur, sed considera, quantum inter sit spatij inter solem & terras, quod aspectus nostri infirmitas sine magno sui non potest transire dispendio*: ejusdem verba sunt.

§. 58. Alterum illustre sidus est *luna*, cuius *nosse* juvat *naturam, affectiones, mensuras luminis, & cursus*, juxta Gregor. Naz. orat. II. de Theol. f.m. 74. Appellatur solis *consors*, & sive *frater*, sive *soror*, ab Ambros. lib. IV. hexaem. c. 7. *opus Dei magnum*. c. 8. cuius magnitudinem idem c. 6. inde probat, *quod omnibus hominibus orbis Luna idem videatur. & lunæ globus æqualis sit omnibus*. Habet suum & ipsa *ministerium*, quod l. cit. Ambrosius vocat, nempe lucere, sed qua luce? mutuatitia ex sole: Quod ille apud Basil. hom. VI. in hexaem. f.m. 71. D. statuit, nempe ἀλλότριον εἶναι τῆς σελήνης τὸ φῶς, *adventitiam esse Lunæ lucem*. Certè *aliud est Lunæ corpus, aliud lux, ipsius, qua lucet*; & noctu quidem, ad illuminandum (præcipue in plenilunio, Basil. f. 72. c. D.) aerem, *siquidem in id se induit ministerium, in quod & frater, ut illuminet tenebras foveat semina, augeat fructus*: Et hos beneficio humoris, quem excitat, & dejicit. *Habet* enim *pleraq; à fratre distincta, ut quem toto die calor humorem terræ exiccat, eundem exiguo noctis tempore ros reponat. Nam & ipsa Luna larga roris asseritur*. Quoad lumen variat; Nam *& minuitur, & augetur, ut minor sit, cum resurgit nova, & cum sit imminuta, cumuletur*. Juxta quas luminis vicissitudines diversimode etiam in res sublunares influit: Nam *& defe-* & Luna.

ctus

ctui ejus compatiuntur elementa; & proceſſu eius quæ fuerunt exinanita, cumulantur, ut animantium cerebrum, maritimorum humida: Sic Ambroſius, deſcendens ad ſpecies, oſtreas nempe, arbores, &c. Lunæ influxum ſentientes. In his tamen caulis ſecundis ſemper reſpiciendum eſt etiam ad primam & ſupremam, quod idem c. 7. his verbis innuit, dicens: *Cum ante dies paucos eſſet ſermo de pluvia, quæ fore utilis diceretur, ait quidam: Ecce neomenia dabit eam. Et quamvis cupidi eſſemus imbrium, tamen eiusmodi aſſertiones veras eſſe nolebam. Denique delectatus ſum, quod nullus imber effuſus eſt, donec precibus Eccleſiæ datus manifeſtaret, non de initiis lunæ ſperandum eſſe, ſed de providentia & miſericordia Creatoris.* Præter Lunam & ſolem numerantur alij quinq; planetæ, ut adeo ſeptem ſint planetæ: *Septenarum quoddam miniſterium Planetarum creatum advertimus, quo hic mundus illuminatur.* Scribit idem Ambroſ. lib. VII. epiſt. 39. ubi de myſteriis numeri ſeptenarij.

& Planetæ reliqui.

De aſtrorum influxu, & ſignis. quod non fatalis ille, nec hæc certa, probatur.

§. 59. De *influxu aſtrorum* in rationales creaturas, homines nimirum, eorumque actiones, quæſtio eſt ardua, & hoc quoq; ſeculo ventilata, *an ſit fatalis?* Et altera ex hac nata: an ex aſtris certi quid de hominum conditione & fatis poſſit prædici? Apud Euſebium lib. VI. de præp. Evangel. Cap. IX. & ſeqq. Cyrill. Catech. IV. f. m. 30. ſeqq. Baſil. homil. VI. in hexaëm. t. 1. & orat. XXI. de fortun. t. 3. Ambroſ. lib. IV. in hexaem. c. 4. Gregorium Nyſſen. in tractatu de fato tom. II. opp. Epiphanium hæreſ. V. & XVI. *Affirmativam* prioris ſtatuerunt Aſtrologi, & Stoici, omnia fieri ἐξ ἀνάγκης τε καὶ ἄστρων φορᾶς, *ex neceſſitate & aſtrorum motu*, referente Euſebio lib. VI. de præp. Evang. c. 6. f. 250. & Stoici quidem apud Ethnicos, & Phariſæi apud Judæos olim, notati ab Epiph. hæreſ. XVI. ſtatuerunt neceſſitatem potiſſimum immediatam: Aſtrologi veto mediatam, Deo per aſtra operante, de quo Euſeb. loc. cit. f. 252. A. & c. 11. f. 281. ex Origene; & Baſilius epiſt. CLXV. f. m. 949. A. & futura prædicente. *Negativa* utramq; enumerati hi Patres unanimi ſententia tuentur, & aſtrologiam quidē Genethliacā vocant πολυθρύλλητον καὶ πολυάσχολον μαλαισότητα *decantatam & negocioſiſſimam prorſus vanitatem* Baſil. homil. I. in hexaem. f. 5. c. Similia habet hom. VI. Nam habet artem iſtam pro *deceptione*, ἀπάτη, & pro *nugis*, quibus contradicere velle operoſius foret καταγέλαστον *ridiculum*. f. 77. A. Epiphanius hær. XVI. vocat *inconſtantem & inſanam ſtoliditatem*, & probant

cum

cum rationibus, tum auctoritate. I. *Rationibus*, desumptis ex ipsis Astrologiæ Genethliacæ principiis si quæ habet, & fundamentis, In quibus præcipuum est Ecliptica, & eius divisio, & subdivisio subtilior in gradus, minuta, secunda &c. explicata à Basilio homil. 6. in Hexaem. f. 74. D. 75. A. Juxta has circuli particulas, & tempus concurrens judicant Genethliaci de fatis nati infantis; quot vero, dum infans recens natus, & aliquandiu ab obstetrice tractatus, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ὅσας ἡμῶν ἑξηκοστὰς *intra hoc temporis spatium præterlabi sexagesimas* existimaverimus? Loquimur cum Basilio. Ipsum igitur principium artis incertum est, nempe tempus præcisum nativitatis: *Hanc enim tenuem subtilemq; temporis inventionem, quanquam attingere nequeunt, singulis tamen in stellis errantibus faciendam esse necessario dicunt, ut qualem ad adhærentes cælo fixasq; stellas ipsa dispositionem habitudinemve haberent, qualisq; esset ipsarum inter sese figura, cum in lucem ederetur fœtus, compertum sit tandem & exploratum.* Sic idem Basilius, eadem habet Ambros. lib. IV. hexaem. c. 4. Alterum prædictionum fundamentum est natura animalium, quibus signatur Zodiacus, tanquam talis quoque futurus sit infans, qualis est genius & habitus animalium istorum. e.g. *ille talis, inquiunt, crispanti decorabitur capillitio, eritq; aspectu mire gratiosus. Arietis enim habet horam. Tale autem ipsum animal aspectu quodammodo esse videtur: At erit & animo grandi, atq; elato; quippe cum & aries dux sit gregis: erit etiam ad largiendum propensus, & rursus ad acquirendum ingenio erit solerti ac provido. Nam hoc animal & citra molestiam vellus laneum deponit, & à natura facilè rursum eodem sane vestitur.* Ita Basilius eorum vaticinia refert, sed merito addit: Ἐπὶ τούτοις τί ἂν γένοιτο καταγελαστότερον, *his vero quid magis fuerit ridiculum?* f. 76 B. Nam sequitur inde, bestias naturam suam astris imprimere, & hæc homini nato, aut influxum eas habere in hominum ingenia, cum quibus tamen μηδὲν κοινωνῶσι *nihil plane commune, vel affine habent.* Neque quicquam obtinent, si dixerint, stellas istas eiusmodi animalium habere figuras; Quoniam *in singulis diebus siderum figuræ mille modis mutantur ac variantur, planetis* hinc inde discurrentibus, & figuras alias atque alias efficientibus.

§ 60. Accedunt *absurda*, quibus premitur affirmativa sententia. Si enim stellæ tam malignæ fuerint suo influxu, ut vitia ab absurdis.

ſive animi, ſive corporis imprimant natis hominibus, *τῆς ἑαυτῶν πονηρίας ὅτι τὴν ποιήσαντα αὐτὸς τὴν αἰτίαν μεταβλαπτ, ſuæ ipſarum malignitatis cauſas in ſuum tranſcribunt factorem*: arguente Baſilio, f. 77. C. Et ſic Deus conſtituetur auctor peccati. ſeu, uti Ambroſius loquitur, *Deus ſummus arguitur, ſi fecit, quod malum eſt, & fuit improbitatis operator*. lib. IV. hex. c. 4. Nullum quoque erit hominis liberum arbitrium, & fruſtraneæ leges, quæ illi præſcribuntur; nullum virtutis exercitium, & præmium; vitium „ nullum, ejusque pœna & ſupplicium; Si non probarum ac im- „ probatum operationum principia penes nos ſita ſunt, ſed ex ortu „ neceſſitates emergunt; fruſtra profecto legumlatores agendas „ res, & non agendas, ſed fugiendas præſcribunt: Fruſtra ſunt ju- „ dices etiam, virtutem honore, vitium pœnis afficientes. Non e- „ nim hoc pacto injuria commiſſa furis eſt, aut homicidæ; quippe „ cui neque volenti quidem, ob inevitabilem ipſum impellentem „ ad agendum neceſſitatem, manum continere licuerit. argumentum eſt ejusdem Baſilij, f. 78. Cui accedit alterum, quod mox adjungit, à vanitate artium, quibus homines victum ſibi quære- „ re allaborant; Cur laborat agricola (*Baſilij interpres Ambroſius in-* „ *terrogat*,) & non magis exſpectat, ut inelaboratos fructus privi- „ legio ſuæ nativitatis invehat receptaculis horreorum? Si ita na- „ tus eſt, ut ei divitiæ, atque opes affluant, ut ſibi ſpontaneos red- „ ditus ſine ullo ſemine, atque opere, terra parturiat; Non vome- „ rem arvis imprimat, non curvæ manum falci admoveat, non le- „ gendæ vindemiæ ſubeat expenſam; ſed ultro ei in omnes ſerias „ vina fundantur fluentia; ſponte ei oleum, nullis inſerta caudi- „ cibus, ſylveſtris oleæ bacca deſudet: nec diffuſi æquoris trans- „ fretaturus periculum propriæ ſalutis ſolicitus mercator horreſcat; „ cui otioſo poteſt, ut ajunt, quadam ſorte genitali divitiarum theſaurus illabi. lib. IV. hexaem. c. 4. Epiphanius otioſas fore ſcholas ait, in quibus homo literas & virtutes doceatur; hæreſ. V. fol. m. 6. Neque reſurrectionem fore mortuorum, neque judicium extremum, quippe quod nemo dignus ſit recipere vel præmia, vel ſupplicia. hæreſ. XVI. f. m. 16. Alia argumenta vide apud Ambroſium lib. IV. hexaem. c. 4. petita ab analogia fidei, & totius Chriſtianæ religionis, cui fatum ſiderale reclamat. Item apud Euſebium lib. VI. de præp. Ev. c. 9. ſeqq. §. 61.

Digitized by Goog

§. 61. Quotidiana etiam *experientia* reclamat. Neque enim, qui ſub iisdem ſignis naſcuntur, eadem fruuntur ſorte; E.g. Regia; Si hæc ex aſtris penderet, *quantæ ad diem regaliumnativitatum exprimerentur figuræ! Quotidie ergo reges naſcerentur; nec regalis in filios transmitteretur ſucceſſio; ſed ſemper ex diverſo ſtatu, qui jus imperialis acquirerent poteſtatis, orirentur.* uti loquitur Ambroſ. lib. IV. hexaem. c.4. id quod tamen experientiæ reclamat. Addit Ambroſius argumentum ab ipſismet hariolis deſumptum, *diſputatores eorum*, inquiens, *quæ ſua ſunt, neſciunt; quomodo aliena noverunt? Quid ſibi immineat, ignorant: quomodo poſſunt alius, quæ ſibi futura ſunt, enunciare?* l.cit. Accedit argumentum II. ſumptum ab *auctoritate Veterum*, Bardeſanis & Origenis, quod producit, & urget Euſebius lib. VI. de præp. Evang. c. 10. ubi Bardeſanis allegat verba; & c.11. ubi Origenis; poſtquam produxiſſet ſuffragia ipſorummet oraculorum Ethnicorum, Porphyrij, Oenomai, Diogeniani Peripatetici, Alexandri Aphrodiſei, vanitatem fati Mathematici ſugillantium. Imo III. *ex domeſticis principiis & factis* refutat Aſtrologos idem Euſebius f. 272. C. & c.10. f. 273. ſeqq. Confer dicenda inferius, §. 110.

& experientiæ.

& auctoritate.

& principiis domeſticis.

§. 62. Utut autem negarint Patres, ſidera eſſe cauſſas, vel ſigna apodictica rerum futurarum, imprimis mere contingentium, & in noſtro arbitrio ſitarum, nequaquam tamen omnem ipſis ademerunt ſignificandi vel etiam operandi virtutem; Dum vel ipſa ſcriptura ſacra (Gen. I. 14.) referat, Deum ordinaſſe, ut eſſent *in ſigna, & tempora, & dies, & annos.* Hinc intulit Baſilius hom. 6. in hexaem. t.1. f.m.72.D. Neceſſariæ profecto ſunt luminarium in hominum vita ſignificationes. Namque ſi non ultra modum ſigna quiſquiam, quæ ab ipſis proficiſcuntur, exploret, utiles ipſorum obſervationes eas invenerit, quas experientia longa probavit. Complura cuique lane de imbrium alluvione, complura de ſiccitatibus, complura de flatuum agitationibus, aut in parte, aut in univerſo, vehementioribus, ac levioribus diſcere licet. Provocat deinde ad verba Chriſti Matth. XVI. 3. ubi prognoſticorum quorundam matutinorum, & veſpertinorum meminit, quæ cauſſas ſuas naturales habeant etiam ab aſtris: Et ad practicam experimentalem variorum meteororum: Et interro-

Quæ aſtrorum virtutes & ſignatura?

gando ſubjicit : *Quanto emolumento ſint vitæ humanæ, quantamq; utilitatem eidem præſtent tales ex hiſce luminaribus obſervationes, quis ignorat?* D. f. 73. Atque hæc ſunt naturalia ſigna; Evadunt interdum ſigna etiam præternaturalia, ſeu rerum præter-& ſupranaturalium : *Non poſſumus negare, quod ex ſole & luna ſigna aliqua colligantur : Nam & Dominus* (Luc. XXI. 25.) *dixit : Et erunt ſigna in ſole, & Luna, & ſtellis.* ait Ambroſ. lib. IV. hexaem. c. 4. quem vide per totum caput, de genuinis & adulterinis ſignis prolixè diſputantem.

Cometæ. §. 63. *Cometæ* ſunt extraordinariæ ſtellæ, quas Baſilius *eadem* ex *cauſſa naſci* putat, nempe *quum redundans circa terram aër in æthereum locum diffuſus fuerit quaſi materiam igni præbens, ſordium videlicet & humorum terreſtrium craſſitudinem, ad ſuperiora tractam atq; inflammatam talis ſideris apparentiam facit* : putatque inſuper ἀκινήτους *immobiles continuo* eſſe, & *in una tantum cœli accenſi parte circumſcribi* : quæ nos phyſicis diſcutienda relinquimus: Propius ad nos ſpectat, quod δοκοῦσι βασιλέων διαδοχὰς δηλοῦντες καὶ ἔθνῶν ἰσαῖς : *regum ſucceſſiones & imperia nova portendere videantur* : eidem; homil. XXV. t. 1. f. m. 592. ubi etiam differentias cometarum obſervat : κομῶσι γὰρ, inquiens, καὶ δοκίδες, καὶ βόθυνοι διάφορα σχήματα, καὶ ἀφομοιώσεις οἰκεῖαι τοῖς σχήμασι, *Cometæ enim ſunt & trabales, & cavi, foveæ inſtar, diverſæ figuræ, & figurarum appellationes.* An ſtella, quæ Magis in oriente apparuit, cometa fuerit? quæritur, & negatur ab eodem Baſilio l. cit. ratione reddita, quod mota hæc fuerit de loco in locum, id quod cometis non competat; Sed dubito, an hæc ratio apud hodiernos phyſicos & Aſtronomos valitura ſit. Id certum eſt, quod extraordinaria ſtella fuerit : *cujus ſane ortum nemo in Aſtrologiæ rationem computationemq; trahat*, neque ratione ſignificationis, neque ratione exiſtentiæ : ratio diverſitatis ſumitur ex *motu*, quem habuit, & *quiete* : *Ex quo nullam cum cæteris habuiſſe rationem, aut naturam apparet : Mota imprimis eſt ex oriente in Bethlehem, conſtitit autem ſupra, ubi erat puer.* Sic ille.

Quintæ diei opus. §. 64. V. diei opus ſunt *animalia*, in aquis & aere degentia. Aquam juſſerat Deus in ſuum locum ſeſe conferre, indeque fecerat ἔυταξον συναγωγὴν *ordinatam congregationem*, uti vocat Baſil. homil. in hexaem. f. 45. cum in illis crearet piſces, & alia ipſis analoga

analoga animalia, Gen. I. 20. ſeqq: *Vna eſt aquarum natura, & ex ea producuntur natatilia atq; volatilia, ut quemadmodum illa natant in aquis, ſic & volatilia in aëre volent*: ait Cyril Hieroſ. Catech. IX. f. m. 79. A. Baſilius expendit vocem: *reptilia*, Gen. I. 26. In his, *inquiens*, perbrevibus verbis, quod genus omiſſum eſt? Quid non reptilium comprehenſum eſt in Creatoris præcepto? Non utique ea quæ animal pariunt (ζωοτοκοῦντα) ceu ſunt phocæ, delphines, torpedines, cæteraque id genus, quæ ſunt cartilaginea. Non omiſit (ὠοτόκα) ovipara, quibus nominibus omnia fere piſcium genera continentur. Non ſquammoſa, non corticoſa, non pinnis prædita, non eisdem carentia. homil. VII. in hexaem. in qua ex profeſſo περὶ ἑρπετῶν de *reptibilibus* agit: ut & Ambroſius lib. V. hexaem. c 1. ſeqq: Aer creatura Dei eſt, non ipſe Deus, quod contra Aſſyrios aërolatras diſputat Julius Firm. de prof. error. c. 4. Et locus eſt, uti meteororum, de quo Cyril. Catech. IX. f. 78. A. ita avium; unde ἀερίων ὀρνέων *aërearum avium* nomine veniunt, f. 79. C. de illis prolixe agit Ambroſius hexaem. lib. V. c. 12. ſeqq: confer & Greg. Naz. orat. II. f. 68.

§. 65. *Sexta* denique die creata ſunt *animalia terreſtria*: in quibus eminet *homo*; ultimo licet reliquarum creaturarum conditus; Id quod miratus Horontianus quidam ex Ambroſio quæſivit, *cur prius omnia vel volatilia, vel terreſtria, vel quæ in aquis ſunt, produxerit terra, vel aqua, quam homo, propter quem illa creata ſunt, generaretur?* ad quæſitum modeſtè reſpondit Ambroſius, *nos non quaſi interpretes Dei, ſed quaſi ex uſu humano rationis ſeminaria colligentes, exiſtimamus, poſſe nos ex eo, quod humano uſui in cæteris rebus ipſe Dominus infuderit, opinari, quoniam decuit hominem poſtremum creari*: Decuit autem ideo, quod creaturæ reliquæ, beſtiæ cumprimis, in convivium ceſſuræ erant homini, prius igitur paratæ illæ ſunt, quam conviva evocaretur: Homo eſt paterfamilias, mundus vero eius domus: Igitur *Deus reliquas creaturas prius abſolvit, ac tum demum hominem in principatum ac dominatum introduxit: ut in plenam dominationem induceret patremfamilias, quem non inopem & indigum condiderat*: juxta Baſil. de parad. homil. 30. t. 1. f. m. 629. B. & Ambroſius lib. VII. ep. 42. quodque mundus ſit inſtar agonis, homo vero athletæ; prius autem agon paratur, quam athletæ immittantur: *Quaſi athleta igitur poſtremus*

Sextæ diei opus. eſt homo.

ſtremus ingreditur in agonem, erigit ad cœlum oculos, videt quia & cœleſtis creatura vanitati ſubjecta eſt, non ſponte, ſed propter eum, qui ſubjecit in ſpe; Quodque principium & finis ſint præcipua rerum; *In omnibus rebus præſtantiora ſunt principia & finis. Ita ergo & cœlum primò eſt conditum, noviſſimus homo quaſi quædam cœleſtis in terris creatura*: Has & ſimiles rationes Ambroſius lib. VI. epiſt. 38. allegat, confer Nyſſen. de opific. f. 18. orat. Catech. c. 3. f. 51. t. 3. Naz. orat. XLIII. f. m. 709. B.

poſt beſtias.

§. 66. Cum igitur homo poſt beſtias demum creatus ſit, prius de *beſtijs* erit agendum, & quidem *terreſtribus*. Removendum autem eſt ante omnia dubium, quod moveri poſſet ex eo, quod beſtiarum quædam ſint noxiæ homini; qui igitur creatæ à Deo, non niſi bonarum creaturarum auctore? Diſtinguenda autem ſunt tempora; ante lapſum nulla beſtia homini fuiſſet noxia: *Serpens tum non erat horrendus, ſed mitis & manſuetus*, ait Baſilius de Parad. t. 1. f. 627. Imo & poſt lapſum bonæ illæ ſunt, nempe finaliter, dum Deus etiam ex malis novit bonum elicere: *Demonſtratum eſt rationibus ex natura ductis, neq; malas eſſe, nec ex ullo malo principio profectas; utiles vero eſſe hominibus ad incutiendum metum. Si enim, in mundo quæ facta ſunt, ſuavia eſſent, & hilaritatis plena, nihilq; omnino eſſet, quod vel ſenſim perterrefaceret, grave, & durum viſum eſſet hominibus inſtrui ad non timendum.* ait Titus Boſtr. lib. II. adv. Manich. p. m. 101. Eſto igitur noxia homini beſtia, malo ſcilicet; bona tamen eſt ei qui Deum timet: *Mihi dices: horrendus eſt anguis; Time Dominum, & immunis eris ab illius noxa. Scorpius pungendo valet; Time Dominum, & te non punget. Leo ſanguinem vorat; Time Dominum, & tibi, ut Danieli, aſſidebit.* Monitum eſt Cyrilli Catech. IX. f. m. 80. Sæpe quid proficuum eſt, quod non omnis novit: *Quid enim etiamſi non omnium noris conſtitutionem, jamne interea inertia ſunt ea & otioſa, quæ creata ſunt?* interrogat Cyril. idem, f. 80. B. C. Tantum eſt beſtiarum, ut ſupra noſtram notitiam ſit, πῶς τὸν ποιητὴν αὐτῶν καταλήψομεθα· *quomodo fabricatorem earum comprehendemus?* interrogat idem, f. 79. D. Confer Euſeb. lib. VI. de præp. Evang. c. 10. f. 273. Neque enim plura tantum ſunt individua, ſed etiam variæ ſunt earum inclinationes, & impetus: διάφοροι φύσεις ἐκ μιᾶς φωνῆς, *diverſæ ſunt naturæ ex una voce*, ſcilicet creatoris: ait Cyril. l. cit. f. 79. D.

Digitized by Google

f. 79. D. *Et*, addit, *diverſi animantium irrationalium motus, in quibus hominum, ingeniorum, ac variarum conceptionum imitationes apparent*: Earumque vel vitioſarum, e.g. vulpes doli, equus incontinentiæ; vel virtuoſarum, e.g. formica induſtriæ imaginem refert; aliæ aliarum virtutum; de quo prolixe diſſerit Baſilius homil. XXII. de provid. t. 3. f. 161. D. Et Conſtantinus M. apud Euſeb. in orat. ad ſanct. cœt. c. 5. Neque tamen hæ virtutum imagines obſtant, quo minus beſtias mactare, & comedere vel uſibus humanis aliis applicare liceat, uti oſtendit contra Manichæos Titus Boſtr. lib. II. p. 112. ſeqq. ex fine creationis, qui eſt, hominum uſus & utilitas. Multiplicant ſeſe, & conſervant ſpeciem vi benedictionis primævæ; *Currit enim in conſtitutione mundi per omnem creaturam Dei verbum, ut ſubito de terris omnia quæ ſtatuit Deus animantium genera producantur, & in futurum lege præſcripta, ſecundum genus ſibi ſimilitudinemq; univerſa ſuccedant, ut leo leonem generet, tigris tigridem, bos bovem, cygnus cygnum, aquila aquilam.* juxta Ambroſ. lib. VI. hexaem. c. 3. Confer Gregor. Naz. orat. II. de Theol. f. m. 59. ſeqq.

§. 67. Beſtiis creatis creatus eſt & homo. Eſt enim *manuum Dei opus*, appellante Athanaſio in epiſt. ad Ammon. t. 2. f. 35. *τῆς ἰδίας αὐτοῦ χειρὸς ἔργον, propriæ ipſius* (Dei) *manus opus*, iuxta Baſil. homil. XXX. t. 1. f. 625. De quo *ἐν προοιμίοις τῶν ἱερῶν νόμων in exordiis ſanctarum legum*, nempe in Geneſi Moſaica, juxta Euſeb. lib. VII. de præp. Evang. c. 10. informationem petamus; exploſis fabulis & erroribus *τῶν ἔξω exterorum*. c. 17. f. 330. & c. 18. f. 333. Nyſſen. de ſimil. & imag. Dei. t. 2. f. 22. ſeqq. Inde diſcimus, *πρώτην ἀνθρωπογονίαν primam hominum creationem*, uti idem Euſebius lib. XI. de præp. Evang. c. 28. loquitur; ſubjungendam notitiæ de Deo, vide lib. VII. c. 10. f. 315.. Naz. Orat XXX. VIII. in Nativ. f. 588. Nyſſen. de opif. hom. t. 1. f. 50. c. 2. Epiphan. hæreſ. LXIV. f. 258. *Decentiſſimum hoc Dei opificium* (ut hominem vocat Epiph. hæreſ. LXIV.) eſt ſingulari *Trinitatis conſilio* factum, id quod Ambroſius in tractatu de dignitate humanæ conditionis ediſſeruit, f. 246. C. 1. Et notavit etiam Nyſſenus c. 3. de opif. hom. Prudent. in Apotheoſi. homo *divini opificij dignatione formatus eſt*; idem ait de myſt. Paſch. c. 3. f. 122. *Hominis author Deus eſt, & diligit opus ſuum operator bonus:* **Creatus.**

nec

nec derelinquit bonus Pater. Scribit Ambroſ. lib. VII. epiſt 42. Conſtantinus M. Deum ait κατὰθεσιν ἀνθρώπων ἀνευρεῖν, *hominum creationem certa lege ac ratione dimenſum excogitaviſſe*: interprete Valeſio. Orat. ad ſanct. cœt. c. 5. Si igitur *opus* ille *Dei* eſt, ὃ τύχης, ἀτ' αὐτομάτου φύσεως, ἀυτῆ δὲ τῆ τῶν ὅλων αἰτίᾳ, κρίσει θείᾳ βεβουλημένον *non fortunæ, nec repentino caſus impetu, ſed ipſiusmet rerum univerſarum auctoris voluntate extitit*: uti loquitur Euſebius lib. VII. de præp. Evang. c. 17. & probat ex antiquiſſimis Hebræorum monumentis: & poſt ipſum Titus Boſtr. lib. III. adv. Manich. p. m. 139. ſeqq. Creavit autem Deus maſculum & fœminam: ὁ πλάσας τὸν Ἀδὰμ, ἔπλασε καὶ τὴν Εὔαν, καὶ χερσὶ θείαις τὸ ἄρσεν καὶ τὸ θῆλυ πλάσας, *qui finxit Adamum, finxit & Evam; Et manibus divinis maſculus & fœmina formati ſunt*: ait Cyrillus Hieroſ. Catech. XII. f. m. 116. D. ut obtineat, *nihil eſſe abominabile in humana conſtitutione, ſi non adulteriis & laſciviis polluatur*: Adverſus Severianos hæreticos, qui ſtatuebant, *& mulierem eſſe opus Sathanæ, velut etiam Archontici hoc dixerunt. Quare etiam matrimonium contrahentes Satanæ opus explere dicunt*: referente, & deteſtante Epiphanio hæreſ. XLV. Sicut & alterum ipſorum errorem, vel furorem potiùs, *hominis dimidiam partem eſſe Dei, dimidiam Diaboli. Nam ab umbilico & ſupra, dicit* (hæreſis) *eſſe formationem Dei; Ab umbilico vero & infra malæ poteſtatis formationem.* Contradicens huic furori Epiphanius aſſerit, *totum corpus contemperatum eſſe ex bene in ipſo factis ex Deo.* Et Cyrillus Catech. IV. f. m. 30. C. *duplex homo conſtitutus es, ex animo & corpore compoſitus. Idem Deus & animi & corporis eſt opifex*: Neque hoc ſine ratione ſtatuebant; Dicit enim Nyſſenus, Deum *duplici ex ſtructura* (hominem) *coagmentaſſe, cum terreno divinum* (corpori animam) *admiſcuit; ut ambobus inſtructus, conſentaneum & aptum utriq; potiundo ſtatum obtineret; ac Deo quidem frueretur ex diviniore natura; terrenis autem bonis, per congenerem ſenſum.* de opif. hom c. 2. Obſervanda hæc erant adverſus Manichæos, negantes, corpus hominis à Deo bono eſſe creatum; vide Titum Boſtr. lib. III. adv. Manich. Cyrillum Catech. IV. f. 32. Euſeb. lib. VII. de præp. Evang. c. 18. f. 332. Epiphan. hæreſ. XLV.

Hominis 1. Onomat.

§. 68. Operæ pretium autem eſt, ut ordine, & prolixius de hac materia agamus, Deum & nosmet accuratius agnituri. *Homo*

Digitized by Google

mo apud Latinos ab humo dicitur: *Considera o homo unde nomen sumpseris: ab humo utiq; quæ nihil cuiquam eripit; sed omnia largitur omnibus, & diversos in usum omnium animantium fructus ministrat.* ait Ambros. lib. III. offic. c. 3. Hebraicè vocatur אדם, notante Athanasio, orat. adv. gent. t. 1. f. 3. D. ab אדמה terra, unde formatum est corpus, *Hominem quidem Hebræi, sed terrenum, atq; ex terra fictum natumq;, vel ex corpore carneq; conflatum Adami nomine significant*; explicante Eusebio lib. XI. de præp. Evang. c. 6. Synonymum est: *Enosch*: juxta eundem quidem Eusebium ideo, ut *homo ille noster ratione præditus atq; à terreno Adamo natura sejunctus exprimatur*: videtur autem hoc velle, quod Adam dicatur ratione corporis, Enosch autem ratione animæ rationalis, uti paulo post f. 517. A. suam mentem explicat: sed nescio an radix Hebræa חלה *ægrotavit* hoc ferat discrimen; quandoquidé homo quoad corpus ægrotet. Græci verterunt ἐπιλήσμων *oblivionsus*, quod vitium anima attrahat ex unione cum corpore, eodem putante: Rectius dixisset, ex peccato. Apud Græcos alias dicitur ἄνθρωπος, unde? ab ἀναθρεῖν *à contemplando*, juxta Platonem, apud Euseb. f. 517. A. eo quod

—— —— *erecto spectet cœlestia vultu.*

canente Prud. Apotheos. v. 281. & suffragante Basilio; qui comparatione inter bestiarum & hominum staturas instituta, de homine ait, εἰς τὸ ἄνω κεφαλὴ αὐτῷ ὑψηλὴ, ἵνα τὴν ἀνωβλέπειν συγγένειαν *in sublime caput ipsi erectum est, ut spectet supernam cognationem.* homil. XI in hexaem. confer Nyssen. de opific. c. 8. & Ambros. hexaëm. lib. VI. c. 9. Nazianzenus hominem vocat etiam φῶς *lumen*, & explicat, quare, nempe *propter rationis nobis insitæ vim & facultatem: Quo etiam rursus nomine ij inter nos appellantur, qui divina quadam virtute alios antecellunt, propiusq; ad Deum accedunt.* Orat. XL. f. 617. Accipitur autem vox homo interdum physice, quo sensu tractatio de homine appellatur φυσιολογία à Greg. Naz. orat II. de Theol f. 53. interdum Ethicè, vel Theologicè, de qualitatibus hominis, sive bonis, sive malis. Interdum pro Adamo, interdum pro descendentibus ab eodem. Isto sensu dicitur ὁ τῷ γένους ἀρχή *generis humani principium*, ab Athanasio de assumpt. t. 2. f. 3. Et Euseb. lib. VII. de præp. Evang. c. 10. f. 316. D.

II. *Pragmat.*

§. 69. *Definitur*, vel *describitur* homo varie, modo à suis causis.

ut definitio.

sis, mox ab adjunctis & circumstantiis, mox ab omnibus, seu utrisq;: sic Athanasius definit, quod sit *animal intellectu præditum, sensitivum divinæmentis, & vitæ æternæ capax; & eiusdem privatione mortale.* de comm. essent. t. 1. f 2[illegible] Gregorius Nyssenus ita definit: τὸ γήϊνον πλάσμα, τῆς ἄνω δυνάμεως ἀπεικόνισμα; *terreum figmentum, superne virtutis imago.* Orat. Catech. c. 6. & c. 33. *homo compositus est res quædam particeps rationis & intelligentiæ.* Eusebius eundem vocat *naturam spiritalem & rationis comporem.* lib. VII. de præp. Evang. c. 17. f. 330 D. Basilio est ζῶον πολιτικὸν καὶ συναγελαστικόν *animal politicum & sociale*: comm. in Ps. XIV. Gregorio Naz. est *animal rationis particeps.* Orat. VII. de Theol. f. m. 220. Epiphanio est *anima, corpus, mens* in Anchor. Athanasio: γηγενὴς *terrigena*: t. 1. opp. f. m. 239. scilicet ex *terra creatus virgine*, uti loquitur Ambros. epist. 42. Nazianzeno: *parvus mundus*; orat. II. de Theol. & orat. de nativ. f. 588. *secundus quidam & alter mundus; in parvo magnus; alter Angelus; mixtus adorator. visibilis naturæ spectator, intellectilis mystes, eorum quidem, quæ in terris sunt, rex, è cælo autem imperium accipiens, terrenus & cælestis, caducus & immortalis, visibilis & intelligibilis, medius inter magnitudinem & dejectionem, idem spiritus, & caro* &c. Eusebio *imago intelligibilis exemplaris.* εἰκὼν νοητὸν παράδειγμα, lib. XI. de præp. Evang. f. 546. Tito Bostrensi: *habitator mundi corporeus.* lib. II. adv. Manich. f. 76. *Maxima creatura* Cyrillo, Catech. XII. f. 106. C. μέγα καὶ τίμιον χρῆμα *magnum & pretiosum bonum.* Nysseno de opif. f. 50. Ambrosio est κοσμοπολίτης, *mundi incola & opus Dei recens, confabulator assiduus, civis sanctorum, complantatus virtutibus, præpositus omnibus terrenis animantibus, marinis, volatilibus,* Epist. XLII. lib. 7.

Auctor.

§. 70. Ex dictis patet, quod Deus sit auctor & creator hominis. Est enim homo *manus divinæ opificium,* juxta Greg. Naz. orat. XLII. f 679. Tam fœminæ, quam masculi. Fœminam Basilius vocat τὸ λῆμμα τοῦ ἄρρενος *segmentum masculi.* de ver. virg. t. 1. f. m. 707. non sensu Judaico, quasi ἀνδρόγυνος fuisset Adamus; sed quia è costa Adami formata; id quod etiam ad gentiles emanavit, ὡς ἐκ τοῦ ἀνδρὸς φασιν εἰλῆφθαι τὴν γυναῖκα, *dicentes, quod mulier ex viro sumpta sit,* quanquam & ipsi fabulas suas, de Androgyno scilicet primo homine, admiscuerint: referente Eusebio lib. XII. de præp. Evang. c. 12. Factum autem est sapientissimo Dei consilio, ut Eva

ex

Digitized by Google

ex Adamo, fœmina ex viri coſta, formaretur; nempe *ut ſciremus, unam in viro & muliere corporis eſſe naturam, unum fontem generis humani. Ideo non dico à principio facti vir & mulier, neq; duo viri, neq; duæ mulieres; ſed primum vir, deinde ex eo mulier*: ait Ambroſ. de parad. c. 10. & ei conſentiens Marius Victor in Geneſin canit:

Ex homine effecta eſt mulier cognatio quædam,
mutuum, & alternum inter ſe ut miſceret amorem:
ſemet in alternis cogens agnoſcere membris.

Baſilius myſterium ulterius explicans, ſcribit: *Deus maris quidem poteſtati fœminam ſubjicit; maſculum vero blandiſſima fœminæ voluptate demulcet. Atq; hanc quidem maſculi de latere ſumptam, ut partem toti, ex quo ſumpta eſt, obtemperantem eſſe, eiusq; imperiis parere decernens; maſculum vero ſumptam de ſe fœminam ardenter appetere, & eius perſequendo congreſſum, ad ſe ipſum per huiuſmodi copulam proprium recipere membrum, naturali neceſſitate conſtituit.* Sic ille de ver. virg. t. 1. f. m. 708.

§. 71. *Partes* hominis *eſſentiales* duæ ſunt, anima & corpus. Docet hoc Athanaſius, aſſerens, ὅτι σύνθετος ὁ ἄνθρωπος, *quod homo ſit compoſitus, & non ſimplex, neq; ex ſimilaribus partibus, ἀλλ' ἐξ ἀσωμάτου τε καὶ σώματος τοῦ ὀπτασιικοῦ, ἤτε ἐμψύχου, ſed ex incorporea mente, & corpore concupiſcibili, ſeu animato.* de comm. eſſent: Patr. t. 1. f. m. 239. conſentit Cyrillus, *duplex*, inquiens, *homo conſtitutus es* ἐκ ψυχῆς τε καὶ σώματος συγκείμενος *ex anima & corpore compoſitus*: Cujus utriuſque καὶ τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος *& animæ & corporis opifex Deus eſt.* Et Baſilius, *homo*, dicens, σύνθετος ἐκ τε τοῦ γηΐνου πλάσματος, καὶ ἐκ τῆς ἐνοικούσης ψυχῆς τῷ σώματι *compoſitus eſt ex terreno figmento, & anima corpori inhabitante*; Comment. in Pſ. XXXII. f. 206. A. Et Euſebius, *homo*, inquit, *non res una quædam eſt, atq; ſimplex, aut unica natura conſtans, ſed ex duarum ac diverſarum, corporis nimirum & animi, ſocietate conflata; & corpus quidem animo tanquam inſtrumentum, conſequentia quadam alligatum; ſpiritualis vero, intelligensq; natura vi principii illius rationis exiſtat.* lib. *VI.* de præp. Evang. f. m. 246. paulo poſt vocat διοῦς βλάσημα *duplex germen.* Totidemq; partes, nec plures, eſſe idem ex Hebræorum monumentis probat lib. *VII.* c. 4 f. 302. B. & Gregorius Naz *duabus*, ait, *partibus, h. e. animo, & corpore conſtamus, quarum altera in conſpectum cadit, altera oculorum ſenſum fugit.*

partes eſſentiales ſunt duæ tantum.

git. Orat. XL. f. m. 619. Idem asserit Gregorius Nyssenus de opific. c. 14. & 15. disputans pro unitate animæ, triplici facultate instructæ: *Nam vera*, ait, *& perfecta anima reapse unica quadam est, intelligens, nulla ex materie crassa constans, sed per sensus naturæ illi crassæ mista*: corpori scilicet, ut adeo homo ex una anima & corpore uno consistat. Confirmat sententiam, dicens, hominem, à Deo creatum, constare *ex incorporea, & immortali, & incorruptibili anima; & ex materiali oculisq; subjecto corpore*, ex quatuor elementis compositio de imag. & simil. Dei. t. II. f. m. 22. confer orat. Catech. c. 6. & c. 37. Subscribit Marius Victor', *dualiter enim*, inquiens, *homo, quod est in consuetudine, ex corpore & anima intelligitur.* lib. II. adv. Arian. f. m. 323. Et paulo post: *homo ex anima & corpore consistendo.* Et Titus Bostrensis, *Hominem*, ait, *fecit Deus, qui esset homo, animam item cum corpore, quia est habitator mundi corporeus.* lib. 2. adv. Manich. p. m. 76. & p. 95. *homo nihil aliud est, quam anima & corpus.* Et Prudentius, περὶ στεφ. hymn. III. v. 95. seq. concinit prædictis, dicens: *Nos igitur tua sancta manus cæspite composuit madido effigiem meditata suam: utq; foret rata materies, flavit, & indidit ore animam.*

non tres. §. 72. Videntur equidem nonnulli Patres statuere *tres hominis partes*: nempe animam, mentem seu spiritum, & corpus; ita Didymus Alex. lib. *III.* de spir. sanct. f. m. 202. Euseb. lib. *VII.* de præpar. Evang. c. 10. f. 316. A. Athanas. de comm. essent. t. 1. f. 239. A. Epiphan. Anchor. f. 574. moti loco Paulino 1. Thess. V. 23. utpote in quo Apostolus bene precetur *spiritui, animæ, & corpori.* Sed N. C. est Spiritus. E. Physicus, & quidem pars hominis naturalis & essentialis: En verba Hieronymi, de allegato dicto ex professo agentis quæst. *XII.* ad Hedib. t. *IV.* opp. f. m. 69. B. & dicentis: *alij ex hoc loco triplicem in homine volunt affirmare substantiam, spiritus, quo sentimus; animæ, qua vivimus: corporis, quo incedimus. Sunt, qui ex anima tantum & corpore subsistere hominem differentes, spiritum in eo tertium non substantiam velint intelligi; sed efficientiam, per quam & mens in nobis, & sensus, & cogitatio, & animus appellantur; Et utiq; non sunt tot substantiæ, quot nomina. Quumq; illud eis oppositum fuerit: Benedicite spiritus & animæ Domino, scripturam non recipiunt, dicentes: eam in Hebraico non haberi. Nos autem in præsenti loco (ut supra diximus) spiritum qui cum anima & corpore conservatur, non substantiam spi-*

ritus

Digitized by Google

ritus sancti, quæ non potest interire; sed gratias eius donationesq; accipimus: quæ nostra vel virtute, vel vitio & accenduntur, & extinguuntur in nobis. Fit etiam aliquando, ut differentia videatur esse inter animam, & mentem; Sicut etiam est; sed tum, cum mens denotat facultatem animæ; interdum vero etiam nulla est in se, cum anima & mens æquipolleant: *Non aliud significo hominis quam animam cum mentem dico, sed propter aliud anima, & propter aliud mentem. Nam totum quod vivit, hominis anima est. Cum autem anima in se agit se, & ex se, & per se sola, mens dici solet; sensus vero ad sua ministeria implens consuetius anima dicitur.* Explicante Ambrosio lib. de dignit. human. condit. c. 2. f. m. 246.

§. 73. Neque obstant testimonia patrum in contrarium objecta. Didymus spiritum distinguit quidem ab anima, *aliud est spiritus ab anima*, inquiens; sed non dicit, illum spiritum esse tertiam partem hominis essentialem; plures enim significationes alias spiritus habet; *Secundum quod nomen spiritus, & voluntatem hominis, & animi sententiam sonet*: ipse ait in seqq. præter alias vocis significationes, quas recenset. Eusebius statuit quidem τρίτον *tertium quid* inter corpus & animam; sed vitam intelligit, πνοὴν ζωῆς ἐνωτικὴν ἴσως, καὶ συναπτικὴν δύναμιν, *flatum vitæ unitivum, & copulativam virtutem*; Hæc vero non est substantialis pars hominis constitutiva, sed vinculum τῆς ἀπὸ γῆς ληφθείσης καὶ κατ' εἰκόνα θεοῦ πεποιημένου *corporis à terra sumpti cum eo, quod secundum imaginem Dei factum est*: i.e. anima. Sicut ipse mentem suam explicat. l.c. Athanasius quoque dicit quidem τρία εἶναι τὸν ἄνθρωπον τὸν γηγενῆ τὸ νοερὸν, τὸ ἐπιθυμητικὸν, τὸ σωματικὸν, *tria esse hominem terrigenam, mentalem, concupiscentem, & corporeum*: sed hoc non secundum partes physicas, sed secundum diversas affectiones Theologicas: explicat enim dictum Pauli Rom. VII. 22. 23. quo Apostolus distinguit inter legem membrorum, & legem mentis: juxta istam homo dicitur concupiscibilis, juxta hanc mentalis, seu spiritualis; ista vero concupiscentia non est distincta hominis pars, neque spiritus est distincta pars; Sed & ista, & hic sunt κίνησις, κινήματα; *vis, & impetus* in homine existentes, sicut ipse Athanasius explicat. Epiphanius quatuor quidem distincta esse in homine ait, mentem, animam, Spiritum, & corpus: sed non dicit, ea esse partes hominis totidem essentiales; *Si enim*, addit,

Solvuntur objectiones

rursus perscrutemur, adhuc plures erunt: scilicet respectus hominis considerandi.

Corpus; §. 74. *Corpus* hominis *Dei figmentum* est, & *nobile* quidem, uti vocat Naz. orat. XXIV. in Cæsar. f.m 440. 10. *Lutea massa humectata succis, ne arefacta dissolvatur*; juxta Ambros. de hum. condit. præst. f. 246. G. Et habet respectum ad animam; cuius *instrumentum, vestimentum, & amictus est*: juxta Cyril. Catech. IV. f. 32. D. (confer Files. Select. lib. 1. c. 1. aliunde hæc illustrantem) *Amictus est animæ, quæ se induit quodam corporis vestimento*, uti loquitur Ambros. l. *VI.* in hexaem. c 6. f. 243. Corpus animæ *afflictum exterius ac circumfusum est*. ait Euseb lib. *VII.* de præp. Evang. c. 18. Est *quoddam quasi septum, quo inclusus animus tenetur*. juxta eundem lib. cit. de præp. Evang. Quales descriptiones cum grano salis accipiendæ sunt, ne non pars hominis esse corpus videatur. Esse autem partem, & essentialem quidem, probatur ex unitate hominis, quam cum anima illud constituit; *Nam quomodo unum esse potest anima cum indumento? Non enim idem tunica & unum est cum corpore ipsa induto.* ait Gregorius Nyssen. de anim. t. 2. f. m. 110. Prius formatum est à Deo, quam anima inspiraretur; Secus ac Philastrius olim sensit hæres. XLIX. dum pro Hæreticis habet, qui corpus ante factum docuerint, notatus eo nomine ab ipso Petavio de opific. lib. *II.* c. 4. Formatum est ex terra; unde vocatur γηγενὲς *ex terra factum*. ab Euseb. lib. *VII.* de præp. Evang. c. 18. utpote ἀπὸ γῆς λαφθὲν *ex terra desumptum*: eodem explicante: eximia pulchritudine, ita ut nihil in eo fuerit abominabile; *Nullum ex his, quæ sunt in corpore, membrum, turpe ab initio creatum est*. ait Cyrill. Catech. *XII.* f. m. 116. D. alibi vocat θαυμάσιον *admirabile*. Catech. *IV.* f. m. 32. *quid enim*, (rationem reddit) *ad decus & summam pulchritudinem deest? quid vero ad fabricæ perfectionem abest?* id quod per singula insigniora membra illustrat. Eminet inter ea caput, quod *præstantissimum est, tanquam inter elementa cœlum, tanquam arx inter reliqua urbis mœnia*: laudante Ambrosio; Et in capite *oculi*, tanquam *regalis in arce sapientia*: *Quod ergo Sol & luna in cœlo, hoc sunt oculi in homine. Sol & luna duo mundi lumina: Oculi autem quædam in carne sidera fulgent desuper, & inferiora claro illustrant lumine, nec patiuntur noctis quibusdam nos tenebris implicari.* Sic idem. lib. *VI.* hex. c. 9. Observandum est contra *vituperatores corporum*

rum humanorum, in quos invehitur Chryſoſtomus homil. XI. ad pop. Antiochen. Confer Ambroſ. lib. VI. hexaem. c. 9. lib. 1. offic. c. 18. Nyſſen. de opific. homin. c. 8. & 30. t. 1. f. 127.

§. 75. Altera hominis pars eſt *anima*; Quæ definitur ab Euſebio, quod ſit *ſpiritalis, incorporea, & ratione prædita natura*, lib. VII. de præp. Evangel. c. 10. f. m 316. A. *princeps regiaq; natura*; c 18. f. 331. D. *Spiritalis intelligensq; natura*: l. cit. *pura omnino, ſine corpore, divina, ac ratione prædita*; lib. XI. f. 516. C. Athanaſio deſcribente eſt λογικὴ καὶ νοερὰ φύσις, *rationalis, & intellectualis natura*, de ſalut. adv. t. 1. f. 638. C. & f. 639. D. *vivida mens* appellatur à Prudent. lib. 2. adv. Symmach. v. 384. Creata à Deo, ita ut ei ſit & anima.

origo cœlum
puruq; fons ab æthra.

Eodem canente καθημ. hymn. VI. v. 35. In gratiam corporis: *Anima hominis naturæ neceſſitate eſt commiſta & contemperata corpori*; juxta Nyſſen. orat. Catech. c. 10. Hominem diſtinguit à beſtiis, & aliis creaturis ſpecifice: *Quippe animi enim corporisq; diſcrimine conſtituto, animo tenus verum illum hominem, qui ſpiritalem, incorpoream, & ratione præditam naturam ſortitus eſt, definiendum* (Moſes) *putavit*, ait Euſ. l. VII. de præp. c. 10. f. 316. A. Rationem igitur hominis formalem conſtituit in anima, tanquam *principe & regia natura*, uti vocat c. 18. f. 331. *cujus in conſortium ex terreſtribus aliis animantibus nulla omnino venerit*: quæ ejusdem verba ſunt. Paulo poſt, ex mente Philonis Platonici, (cujus verba ante allegarat, & nunc explicat,) eandem animam vocat ἔσω δεσπότην, ὡς ἂν ἐλευθέραν καὶ θεῷ συγγενῆ φύσιν, *internum Dominum, utpote ingenuam & Deo cognatam naturam*. f. 332. C. Immaterialis eſt, & ſimplex; *Anima expers corporis eſt, quæ nullo pacto compoſitionem ſecundum ſubſtantiam, præſertim contrariorum, recipit*: juxta Titum Boſtrenſ. lib. 1. adverſ. Manich. p. m. 55. Compoſitionem puta ex variis & diverſis partibus eſſentialibus; Alias enim compoſita eſt ex ſubjecto & accidentibus: *Qui enim viſi ſunt eam componere, non ſubſtantiam variam, & à ſe differentem introduxerunt, ſed operationes ejus ex ijs, quæ videntur, deſcripſerunt, cum non poſſent exſtruere unam ſimplicem definitionem qua comprehenderetur*: quæ ejusdem Titi explicatio eſt, adverſus Manichæos, qui animas hominum componebant ex bono & malo

malo tanquam partibus; & Stoicos, qui materiales eas faciebant; refutatos ab Euſebio lib. XV. de præp. Evang. c. 22. Et quia immaterialis, imo ſpiritus ipſa eſt, in loco non eſt. Nam *comitatur quidem quod factum eſt figmentum, h. e. anima fictum corpus; (Simul enim eſt quod compoſitum eſt) peculiariter tamen corporum eſt locus. Anima vero comes & conſectatrix corporis in loco eſt, propter habitum quem habet ad corpus, οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας φύσεως ἐμπεριγεγραμμένον τόπου, non ſuæ ipſius naturæ locus in corpore circumſcripta.* ait Baſil. homil. XXX. de paræd. t. 1. f. m. 628. A.

§. 76. Si immaterialis & incorporea eſt anima, etiam *immortalis* & incorruptibilis eſt: Id quod ex S. literis conſtat: *nobis ad demonſtrationem immortalitatis* (animæ) *ſatis ſuperq; eſt divinorum oraculorum doctrina, quæ in ſe fidei faciendæ vim habet, ideo quod à Deo inſpirata eſt.* ait Gregor. Nyſſen. d. anim. t. 2. f. m. 108. Ex Matth. X. 28. probat Athanaſ. de ſalut. adv. t. 1. f. 640. A. contra eos qui ſtatuebant, quod σαρκικὴ ἡ ψυχὴ καθ' ἡμᾶς carnalis ſit anima noſtra. Et ex 1. Pet. III. 19. ubi animæ, corporibus ſeparatæ, vocantur *ſpiritus*, eam ipſam ob cauſſam, quod ſint immateriales, & immortales: *Dicas*: unde vero probatur iis, qui ſcripturam non recipiunt? Reſp. Nyſſen. l. cit. *ijs, qui non admittunt Chriſtianorum decreta, ſufficit demonſtrare, animam nihil eſſe eorum quæ pereunt.* Vapulabant igitur Platonici cum ſuo Præceptore, ſtatuentes, quod animæ conſtent ἐξ ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας, *ex impaſſibili & paſſibili eſſentia*: uti eorum ſententiam ex Severi Platonici diſputatione περὶ ψυχῆς *de anima* adducit, & improbat Euſebius lib. XIII. de præp. Evangel. c. 17. Et Perſæ, qui animas dividebant, arguente eos Julio Firmico Mater. de error. profan. c. 5. Dionyſius Areopagita quidem facultates animæ & ipſe dividit in impaſſibiles, & paſſibiles, ſeu, ut ipſe loquitur, in ἀπαθὲς τῆς ψυχῆς & παθητικόν, epiſt. IX. §. 1. f. m. 799. B. Sed non facit ex illis facultatibus partes eſſentiales, animam eſſentialiter componentes.

§. 77.

§. 77. Animæ facultates & operationes insignes sunt. Prædita est illa libero arbitrio: *Nosce tibi animum datum esse suæ potestatis liberiq; arbitrij, opus Dei præstantissimum, qui ad suam eam imaginem fabricatus est: immortalem propter eum qui à mortalitate ipsum asseruit: vivum, rationis participem, incorruptibilem, propter eum, qui hæc largitus est: ἐξουσίαν ἔχον ποιεῖν ἃ βούλεται potestatem habentem ea faciendi, quæ vult: Non enim natalitia te ad peccandum sidera compellunt, neq; sicut quidam blaterant, astrorum conjunctiones te ad scortationes & lascivias invitum trahunt.* ita Cyril Hieros. Catech. IV. f. 30. C. Gregorius Naz. in eundem sensum statuit, *hominem arbitrij libertate donatum esse, ut bonum non minus illius esset qui elegisset, quam eius, qui semina præbuisset.* orat. XXXVIII. f. 589. A. Objectum istius arbitrii erat arbor scientiæ boni & mali: *Legem quasi materiam libero arbitrio porrigit, Lex autem illa præceptum erat, quo præscribebatur, tum quibus arboribus ei utendum esset, tum à qua manus abstinendæ. Ea autem erat scientiæ arbor.* Ejusdem verba sunt. Gregorius Nyssenus propter arbitrium liberum animam comparat regi, *anima*, inquiens, *regiam excelsamq; dignitatem longè à privata abjectione disjunctam in eo demonstrat, quod melius Domino subjicitur, & suæ potestatis est, ac suaptæ voluntate & libero arbitrio gubernatur. Cuius enim proprium illud est, quam regis? Præterea imaginem esse naturæ omnibus imperantis nihil aliud est, quam cum regia dignitate naturam illam esse conditam.* Sic ille lib. de hom. opif. c. 4. Prædita igitur est etiam intellectu & voluntate: *Licet unius illa* (anima) *naturæ, tres tamen in se dignitates habet, i.e. intellectum, voluntatem & memoriam.* juxta Ambros. lib. de dignit. homin. c. 2.

§. 78. Cum mentio facta fuerit imaginis divinæ, de ea quoque aliquid dicendum erit, si prius de anima & corporis unione quædam præmiserimus. Inter animam & corpus est συμπλοκὴ *complexio*, quam sic vocat Eusebius lib. XI. de præp. Evang. c. 6. & explicat cap. 10. lib. VII. f. m. 316. A. *Utriq;* (corpori & animæ) *tertium quid, vitalem, inquam, spiritum* (Deus) *adjunxit, h. e. vim singularem ac propriam, quæ partem ex terra concretam, cum altera, divinam ad similitudinem procreata, nativo quodam vinculo sociaret.* Sic ille de unione & communione animæ ad corpus: *Anima in suo corpore ubiq;* Unio.

tota viget, vivificans illud, movens & gubernans. Nec enim in majoribus corporis sui membris major, & in minoribus minor, sed in minimis tota, & in maximis tota. ait Ambros. de dignit. hum. nat. c. 2. confer Nyssen. d. anim. t. 2. f. m. 110. quæ cogitando non potest exhauriri: *Mentis enim ad corpus communio ineffabilem & incomprehensibilem intellectu conjunctionem habet, quæ neq; intus est; Neq; enim miscetur corpori quod incorporeum est; Neq; extra circumfusa est; Non enim circumscribitur incorporeum à corporibus; sed modo quodam incredibili & intelligentiam nostram superante mens appropinquans & applicata naturæ & in ipsa, & circa ipsam existit.* Ita Cæsarius dial. III. Et inconfuse quidem μένουσα ἀδιάφθορος & ἀσύγχυτος, *manens incorrupta, & inconfusa*: juxta Nyssenum l. cit. Neque loco circumscripta: μὴ περιγραφομένη τόπῳ, ut idem loquitur: *quando igitur in corpore dicitur esse, non ut in loco esse dicitur in corpore, sed ut in situ, habitudine, & momento, ac dispositione ad aliquid.* eodem explicante. Ut autem in unione corpus manere possit, opus habet alimento: *Quis enim nescit, quod nostri corporis natura ipsa per se non habet vitam in quadam propria corporis substantia; sed per quandam affluentem ei virtutem & seipsam continet, & manet in essentia, perpetua motione ad se attrahens id quod deest, & repellens id quod est supervacaneum.* Verba sunt Nyssen. orat. Cat. c. XXXVII. f. m. 103.

§. 79. Homo creatus est ad *imaginem* Dei; Quæ I. *appellatur* θεοειδὴς *Deiformis res* à Nysse. Catech. orat. c. 5. f. m. 52. t. 3. εἰκὼν λογική, *imago rationalis* à Cyrillo Catech. XII. f. m. 106. ὁμοίωσις πρὸς τὸ θεῖον *assimilatio Dei*; quam sic vocat Euseb. lib. VII. de præp Evang c. 10. *imago venerabilis*, quæ hominis est ἀξία οἰκεία *dignitas domestica*, πρώτη καὶ θειοτάτη διαγωγή *prima & beatissima conversatio*; ζωὴ καὶ ἀξία, *vita & dignitas*: eodem vocante. Basilio est τιμή *honor* in Ps. XLVIII. f 287. Ambrosio *primæ conditionis excellentia*; de dign. hum. nat. c. 3. Probe autem distinguendum est inter imaginem Dei substantialem & accidentalem; substantialis est Dei filius unigenitus, & ille quidem solus: Est enim ἀπαράλλακτος εἰκὼν *primæva imago*, sic appellante eum Eusebio lib. VII. de præp. Evang. c. 10. Hilarius distinguit inter imaginem *naturæ*, & *formæ*; Naturæ imago est Dei Filius; formæ vero Adamus; lib. VIII. de

Imaginis divinæ Appellationes

VIII. de Trin. f. 112. ſermo nobis h. l. eſt de imagine non naturæ (de hac enim in χριſτολογία tractatur,) ſed formæ; quæ etiam ἀρχέτυπος ἄνθρωπος *exemplaris homo* vocatur ab Athanaſio de ſalut. advent t. 1. f. 637.

§. 80. II. *Principium* huius imaginis eſt tota S. Trinitas. Quare *venerandam in ſe ipſo ſanctæ Trinitatis imaginem agnoſcat* homo; monente Ambroſio de dign. hum. nat. c. 3. Nam *homo ille, ſecundum imaginem Dei conditus, à Patre, & Filio, & ſpiritu ſancto conditus eſt*, ait Orthodoxus adverſus Macedonianum; & probat, *dixit enim*, inquiens, *faciamus*, (Gen. 1, 26.) *ut cooperationem declararet: Non autem, facite, ne tu rurſum ſubordinatum operarium & miniſtrum dicas.* dial. III. t. 2. f. m. 225. Athan. Adeoque conditus eſt ad imaginem non creaturæ, ſed Creatoris, *non ad ullius creaturæ, ſed Dei unius imaginem factus eſſe homo dicitur*, ait Philo apud Euſeb. lib. VII. de præp. Evang. c. 18. f. m. 331. Neque Patris ſolum, ſed etiam Filij, *ad cuius etiam exemplar ipſe* (homo) *creatus eſt.* juxta Athan. orat. adv. gent. t. 1. f. m. 3. B. beneficio verbis inexplicabili, judicio Baſilij reg. II. fuſius diſp. t. 2. f. 417. B. II. Principium

§. 81. III. *Subjectum* eſt homo, & ſolus quidem inter creaturas corporeas: *Quippe reliquas enim omnes* (creaturas) *partim ex terra, Dei præpotentis juſſu, prodiiſſe; partim eiusdem numine ex elemento humidiore evolaſſe: At ex omnibus, quæ in terra verſantur, animantibus, unum longe Deo chariſſimum, nos, inquam, ipſos, ad imaginem & ſimilitudinem Dei procreatos, animoq; præditos fuiſſe*, ex Philonis ſententia probat Euſebius idem l. c. & totus: Nam *Eccleſiaſtica doctrina credit, ſecundum imaginem* (Dei creatum eſſe) *totum hominem*: referente Epiphanio hæreſ. LXX. f. m. 393. contra Audæanos, qui ſomniabant, ſecundum ſolum corpus ad imaginem Dei creatum eſſe hominem. Quibus orthodoxi contradicentes, dicebant, creatum eſſe ſecundum animam, & ſecundum corpus, ſecundum quidem *animam* præcipue: quippe quam Deus creator *tanquam principium hominis naturam divinis facultatibus ac divina ſimilitudine decorarit*: uti loquitur Euſebius lib. VII. de præp. Evang. c. 18. confer & lib. X. hiſt. Eccleſ. c. 4. verba paulo poſt citanda; & quæ ex profeſſo adverſus Audæanos diſputat Epiphanius l. cit. Secundum vero etiam corpus; non tamen eſſentialiter, ut & Deus ſit corporeus, & corporeis III. ſubjectum quod: & quo anima & corpus.

poreis affectionibus obnoxius : *Caro nunquid ad imaginem Dei eſt? Ergo in Deo terra eſt, quia caro terra eſt? Ergo corporeus Deus? Ergo infirmus, ut caro, paſſionibusq; ſubjectus?* &c. interrogat Ambroſ. lib. VI. hexaem. c. 8. ſed accidentaliter, quatenus corpore fuit immortalis & incorruptibilis *ἀναμάρτητος & ἀκατάδικος. impeccabilis & incondemnabilis*, (juxta Athan. de incarn. t. 1. f. 620i B.) homo, de quo paulo poſt. Aliud eſt, ſecundum imaginem Dei creatum eſſe, aliud, eſſe ipſam Dei imaginem: *Neq; enim corporis formationem intelligimus ſecundum imaginem, neq; animam, neq; mentem, neq; virtutem. Multa enim ſunt quæ dicere me prohibent. Sed neq; rurſus dicimus, corpus non eſſe ſecundum imaginem, neq; animam*: verba ſunt Epiphanii Anchor. f. 561. quibus videtur hoc velle, quòd corpus & anima non quidem ſint ipſa Dei imago, ſint tamen ſecundum imaginem creata.

IV. Forma & Eſſentia. conſiſtebat in donis

§. 82. IV. Imaginis *ratio formalis* in genere eſt ſimilitudo ejus, à quo dependet, ſeu, cujus eſt imago : *Imago enim formam neceſſe eſt eius reddat, cuius imago eſt*. deſcribente Hilario lib. *VIII*. de Trin. f. m. 112. Sic igitur etiam Dei imago, homini impreſſa, referat formam Dei, neceſſe eſt: *Imaginis huius (ſubſtantialis) imaginem humanæ menti convenire, qua propterea divinam ad ſimilitudinem expreſſa omnium confeſſione prædicatur*. contendit Euſeb. lib *VII*. de præp. Evang. c. 10. f. m. 316. Panegyriſtes templi Tyrij, quem idem producit lib. X. hiſt. Eccleſ. c. 4 f. m. 384. A. ſeqq. animam hominis comparat templo magnifico, & imaginem Dei ornatui, quo baſilica illa fuit exculta: *Nobiliora ſunt*, inquiens, (templo Tyrio, licet magnificentiſſimo) *archetypa, & primitivæ eorum imagines, ſpiritualia Deoq; digna exemplaria, τῆς ἐνθέου φημὶ καὶ λογικῆς ἐν ψυχαῖς οἰκοδομῆς ἀναπλάσματα, inſtaurationes, inquã, divini illius & rationalis in animabus noſtris ædificij. Quod quidem ædificiũ cum (βεβάκαις) ipſe Dei Filius ad imaginem ſuam condidiſſet, atq; in omnibus Dei ſimilitudinem præferre voluiſſet; ἄφθαρτον φύσιν, ἀσώματον, λογικὴν, πάσης γεώδους ὕλης ἀλλοτρίαν, αὐτουργὸν οὐσίαν ἅπαξ τὸ πρῶτον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι συνιστάμενος, &c. incorruptibilem ei naturam, & incoream, atq; ab omni terrena materia ſegregatam largitus, rationalem quoq; ſubſtantiam, & prorſus intellectualem ei tribuens; poſteaquam ſemel ex nihilo eam creavit, ſponſam ſanctam ac ſacrum templum ſibi ac Patri ſuo conſtituit.* Hæc Panegyriſta.

Intellectus.

§. 38. Specialius loquendo, conſiſtebat imago divina 1. *in donis*

nu intellectu, quatenus homo agnitione rerum & divinarum & humanarum erat illuminatissimus. unde Athanas. dicit, quod Deus hominem, ad imaginem suum efformatum, creavit θεωρητὴν καὶ ὁμοιώμονα *contemplatorem & peritum, δοὺς αὐτῷ καὶ τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ἔννοιαν καὶ γνῶσιν, tribuens ei etiam propriæ suæ æternitatis notitiam & intellectum*; Orat. adv. gent. t. 1. f. m. 3. Ut adeo objectum intellectus ita illuminati fuerit ipse Deus, quippe quod *Deus se noscendum ei tradiderit*, juxta Basil. reg. II. fusius disp. t. 2. f. m. 417. B. Et quidem quoad distinctas suas personas. vide Athan. de incarn. t. 1. f. m. 64. C. quoad *imaginem* quoque *suam* substantialem, θεὸν λόγον, *Deum verbum*, uti explicat Athanasius idem; *suamque in rebus creatis providentiam*, quod statim addit; Et officium hominis erga Deum, semetipsum, & proximum; de quo vide Chrysost. hom. XII. & XIII. ad pop. Antioch. Probatur ex renovatione, seu novo homine, *qui non in corporis qualitate, sed in spiritu mentis & agnitione renovatur*, juxta Ambros. lib. VI. hexam. c. 6. Præter hæc etiam naturalia, quippe quæ Adamus accuratissimè intellexit. Id quod apparet ex ὁνομαθεσία bestiarum; sicut enim Adamus quamque vocavit, ita erat nomen ipsius: *cum enim ait*: ipsum erat nomen eius, *quid aliud, quam appellationes κατὰ φύσιν τεθεῖσας uti natura postulabat inditas esse significat? Quippe quod jamjam impositum nomen fuerat, idem multo ante in ipsa natura inclusum fuisse.* Sic Eusebius, postquam Platonis de nominibus rerum sententiam præmisisset, ut cum Mosaica narratione conferret. lib. XI. de præp. Evang. c. 6. Adjuvabatur internum illud intellectus lumen externo Dei nempe verbo: *Lumen erat primigenium illud mandatum, quod primigeno homini datum est; quandoquidem legis mandatum lucerna & lumen est*: & rursus: *lumen præcepta tua in terra.* ait Greg. Naz. orat. XL. f. m. 618.

§. 84. II. In *sanctimonia voluntatis & affectuum.* quæ in variis virtutibus conspicitur. Quare Nyssenus celebrat τὸν τῆς πρωτοτόκου κάλλους ὑπεραγότητα *primævæ pulchritudinis excellentem sanctitatem.* Orat. εἰς τὸ πασχ. t. III. opp. f. m. 445. C. & Ambrosius hortatur, *fugiamus hæc mala, & transformemus animam nostram ad illam imaginem Dei, & similitudinem. Fuga malorum similitudo Dei est; & virtutibus imago Dei acquiritur. Ideo qui nos pinxit quasi auctor, pinxit virtutem coloribus.* de bon. mort. c. 5. In his virtutibus est desiderium

Sanctimonia voluntatis.

rium rerum cœleſtium: *merito decora eſt* (anima ad imaginem Dei creata) *quæ non terrena, ſed cœleſtia; non corruptibilia, ſed incorrupta deſiderat, in quibus decus perire non ſoleat.* idem ait lib. VI. hexaem. c. 6. & excolitur imago Dei ſtudio virtutum: *Honorem ſimilitudinis divinæ, ad quem* (homo) *creatus eſt, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum habere contendat, ut quando appareat, qualis eſt, tunc ſimilis ei appareat, qui ſe mirabiliter ad ſimilitudinem ſuam in primo Adam condidit, mirabiliusq; in ſecundo reformavit.* idem ait de dignit. hum. nat. c. c. 3. poſtquam ad ſpeciales virtutes in præmiſſis deſcendiſſet, dicens: *ſicut Deus creator, qui hominem ad ſimilitudinem ſuam creavit, eſt charitas, eſt bonus, & juſtus, patiens, atq; mitis, mundus & miſericors, & cætera virtutum ſanctarum inſignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus eſt, ut charitatem haberet, ut bonus eſſet, & juſtus, ut patiens, atq; mitis, mundus, & miſericors foret. Quas virtutes, quanto plus quiſq; in ſeipſo habet, tanto propius eſt Deo, & majorem ſui conditoris gerit ſimilitudinem.*

& morum.

§. 85. Ex dictis patet, quod imago Dei conſtiterit III *in virtutibus*, Dei ſimilibus: *Qui major honor potuit homini eſſe, quam ut ad ſimilitudinem ſui factoris conderetur, & ijsdem virtutum veſtimentis ornaretur, quibus & conditor?* interrogat idem Ambroſius. Qualis in Dei filio, viva Patris ſui imagine, ab æterno fuerunt, & in tempore, dum in terris verſaretur, eluxerunt: *Imago Dei virtus eſt, non infirmitas; Imago Dei ſapientia eſt, & imago Dei juſtitia eſt, ſed ſapientia divina eſt ſempiterna juſtitia: Imago Dei eſt ſolus ille, qui dixit: Ego & pater unum ſumus.* Sic idem Mediolanenſis Præſul lib. VI. hexaem. c. 7. de Chriſto, cuius verba ad Philippum (Joh. XIV. 9.) *qui videt me videt & patrem*, modo protulerat: & verba Patris ad eundem in creatione, dicentis: faciamus hominem ad imaginem noſtram. Materia ſeu objectum exercendarum virtutum erat arbor ſcientiæ boni & mali: *Legem dedit* (Deus Adamo) *quaſi materiam libero arbitrio*, virtutum ſcilicet & vitiorum principio: *Lex autem illa præceptum erat, quo præſcribebatur, quibus arboribus utendum eſſet, tum quam attingere non oporteret.* Naz. Orat. 38. Virtutes excludunt peccata & vitia; quare qui ad imaginem Dei creatus erat, homo, abhorruit à vitijs: *Cum in principio Deus effinxiſſet hominem, ἀπρόσιτον αὐτὸν τῆς ἁμαρτίας fecit eum ex natura ſua impeccabilem, & voluntatis arbitrio*

ſui

sui ipsius Dominum reddiderat: statuit Athanasius, citante fragmentum Damasceno lib. d. duabus in Christo voluntatibus. Suffragatur Basilius, *animam*, inquiens, *Deus fecit, non autem peccatum; Vitio autem anima contaminata est*, παλλαττοῦσα τὴν πρώτην φύσιν *degenerans ab eo quod ex natura facta est*: de eo quod Deus non sit auctor peccati, t. 1. f. m. 428. C. Virtus fecit, ut nudi essent homines, nec eosdem eius puderet: *nudi erant propter morum simplicitatem, & quod amictum fraudis natura nesciret*, ait Ambros. de parad is. c. 13. Id ut indicarent solebant baptizandi vestes deponere, dum baptizabantur, tanquam recepta per baptismum Dei imagine. vid. Cyril. Catech. II. Myst. f. 231. D. Basil. hom. quod Deus non sit auctor peccat. t. 1. f. 432. A.

§. 86. Cum autem ad rationem virtutis & vitij requiratur arbitrij libertas, huius quoq; in imagine divina ratio habebatur, *Idcirco* (ut homo bonus esse posset, & capax vitæ æternæ) *fecit Deus, ut hoc in potestate eius* (hominis) *situm esset*, ait Titus Bostr. II. adv. Manich. p. m. 77. confer. f. 79. 80. 82. *In nostra* enim *sumus potestate creati*, scribit Antonius epist. II. ad Arsen. Et Basilius l. cit. subscribit, *unde*, interrogans de anima, *omnino mali capax est?* R. *Quoniam libero facta est arbitrio, quod creaturæ rationi* (& imaginis divinæ) *participi maxime conveniebat. Soluta enim hæc omni necessitate, & vitam in sua potestate constitutam ex Deo accipiens, propterea, quod ad imaginem eius creata est, bonum quidem intelligit, & jucunditatem illius novit, potestatemq; habet ac facultatem in boni contemplatione & spiritualium fruitione manendi, ac vitam sibi connaturalem conservandi.* Sic ille. Clarius adhuc Hieronymus: *Solus Deus est, in quem peccatum non cadit. Cætera enim cum sint liberi arbitrij, juxta quod & homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, in utramq; partem suam possunt flectere voluntatem.* epist. CXLVI. Et Ambrosius: inferens, *non ergo caro potest esse ad imaginem Dei, sed anima nostra, quæ libera est, & diffusis cogitationibus atq; consiliis huc atq; illuc vagatur.* lib. VI. hexaem. c. 8. confer præmissa. §. 77.

§. 87. *IV. In immortalitate, & incorruptibilitate.* Sequuntur hæc ex ἀναμαρτησία; ubi enim non est peccatum, ibi nec stipendium peccati, mors: *Deus hominem fecerat* (ad sui imaginem) καὶ μένειν ἀυτὸν ἠθέλησεν ἐν ἀφθαρσίᾳ *& manere ipsum voluit in incorruptibilitate.*

litate. ait Athanasius de incarn. t. 1. f. m. 57. A. & repetit f. 620. C. quod nempe *creaverit Deus hominem ad immortalitatem, & ad imaginem suæ æternitatis illum fecerit*, confer Basil. reg. fus. disp. t. 2. f. 499. C. D. vapulant igitur, qui contendebant, hominem ad interitum creatum fuisse: *Non esse hoc dignum Deo, ratio ipsa suadebat: deduxisse eum in hanc participem consilij prudentiæq; vitam, hominem sub defectione vivendi, & æternitate moriendi, ut in id tantum non existens substitueretur, ne substitutus existeret: Cum constitutionis nostræ hæc sola esse ratio intelligeretur, ut quod non esset esse cœpisset; non, ut, quod cœpisset esse, non esset:* disputante Hilario lib. 1. de Trin. f. m. 4. Opus tamen habebant cibo & potu, vitæ nutrimentis.

& dominio creaturarū

§. 88. V. *in dominio super creaturas.* De quo Athanasius præclare: *Finxit nos manibus suis Deus, cibi sponte nascentis possessores constituit, voluptatis fruitionem, terræ imperium concessit (γῆς ἀπαρχὴν ἔδωκεν) aeris servitium, maris divitias præbuit, solis radios, lunæ fulgorem, stellarum meatus, animalium omnium obsequium*: de assumpt. t. 2. f. m. 3. Hoc fine rationis eum compotem fecit Deus, nempe ut *gubernaret*, sicut loquitur Titus Bostr. lib. II. adv. Manich. p. 75. eique animam dedit rationalem, *principem & regiam naturam*, ut *in terris esset unus, qui ratiocinandi, fabricandi, judicandi, leges ferendi, artes doctrinasq; percipiendi vim haberet.* uti loquitur Eusebius lib. *VII.* de præp. Evang. c. 18. f. m. 331. Et disertius lib XI. f. m. 551. c. 27. A. *Eundem* (hominem) *omnium quæ in terra sunt principem ac regem creatum fuisse, tradit* (Moses), *dum ait: Et præsint* &c. Gen. 1. 26. *Quomodo autem aliter Dei imago ac similitudo intelligatur, quam ex divinarum facultatum imitatione, virtutumq; similitudine?* Sic ille. confer. Ambros. lib. *VI.* hexaem. c. 6. Lib. *II.* ep. 42. Greg. Nyss de opific. hom. t. 1. f. 53. seqq. orat. cat. c. 6. t. *III.* f. 55. Epiphan. hæres. LX*IV.* f. m. 258. 259. Hieron. epist. ad Joh. Hieros. t. 3. f. 72.

V. Affectiones.

§. 89. Hæc imago Dei homini quidem fuit naturalis; Erat enim *ἐμφυὴς ἀξία nativa dignitas.* vertente Interprete. Euseb. lib. *VII.* de præp. Evang. c 10. f. 316. non tamen essentialis; adeoque alterabilis, & mutabilis: *Vbi* enim *lapsus est* (Adam), *deposuit imaginem cœlestis, sumpsit terrestris effigiem.* ait Ambros. lib. *VI.* hexam. c. 7. Et Gregorius Nyssenus Orat. Catech c. 8. f. 63. *Quoniam solum est inalterabile ex ijs quæ sunt natura id quod per creationem non habet*

bet originem: Quæcunq; autem ab increata natura, ex eo quod non erat, conſtiterunt, cum ſtatim à converſione eſſe cœperint, ſemper procedunt per alterationem. Et, ſi agunt quiddam ſecundum naturam, ad id quod eſt melius eis ſemper fit mutatio. Sin à recta deflexerint, qui fit ad contrarium motus ea ſemper excipit. Cum ergo in hu quoq; eſſet homo, ὃ τὸ θνητὸν τῆς φύσεως πρὸς τὸ ἐναντίον παρώλισθεν: cui naturæ mutabilitas dilapſa erat ad contrarium. Ita Gregorius. In his contrariis erat etiam mortalitas. *Eſt* enim *homo ſecundum naturam mortalis, ut qui ex non entibus creatus ſit: attamen ob eius cum Deo ſimilitudinem, retudiſſet ſuam naturalem corruptionem, incorruptibiliq; manſiſſet, ſi eam ſimilitudinem Dei cognitione integram incolumemq; ſervaſſet; Quemadmodum ipſa ſapientia dicit: attentio obſervatioq; legum conſtabilitio eſt incorruptibilitatis.* Ita Athanaſ. de incarn. t. 1. f. 57. Quem locum ideo adduxi, ut occaſio eſſet evolvendi terminum *θνητός mortalis.* Sic enim Athanaſius non vocat hominem, tanquam principia mortis in ſeſe habuiſſet in ſtatu jam integritatis: Qui enim alias *ἀφθαρσίαν* ipſi tribuiſſet? ſed quod non fuerit immortalis per eſſentiam, & immutabiliter, ſicut Deus; adeo ut hoc ſenſu etiam Angeli ſint *θνητοὶ* mortales, ſeu corruptibiles, per potentiam ſcilicet non repugnantiæ, quatenus ex non entibus & ipſi olim creati ſunt, & per potentiam Dei iterum in nihilum redigi poſſunt.

Locus erat Paradiſus.

§. 90. *Locus*, ubi vitam illam ſanctam, illam *admirabilem beatamq; vitam*, celebrante Ambroſio, c. 9. de parad. degebat homo, erat, & vocabatur, *paradiſus. Primam hominum vitam in Dei paradiſo Moſes duxtam eſſe, ſcribit*: ait Euſebius lib. XII. de præp. Evang. c. 13. & ex Platone illuſtrat. Quem locum proprie & ſenſu literali intelligimus cum Hieronymo adv. errores Johannis Hieroſ. & alios Origeniſtas, in cœleſtem eum transformantes: *Quis enim audiat in tertio cœlo donantem nobis Origenem Paradiſum: & illum, quem ſcriptura commemorat, de terra ad cœleſtia transferentem: & omnes arbores, quæ ſcribantur in Geneſi, ſic allegoricè intelligentem, quod ſcilicet arbores Angelicæ fortitudines ſint, cum hoc veritas non recipiat?* Sic ille interrogat, t. III. f. m. 72. C. Effecit certè Origenes allegoriis ſuis, ut Patres in hac materia timidius verſarentur: *De paradiſo adorienduſ ſermo non mediocrem æſtum nobis videtur incutere: Quidnam ſit paradiſus? & ubi ſit? qualisve ſit? inveſtigare & explanare cupientibus.*

Sic orditur suum de paradiso libellum Ambrosius c. 1. & allegoricè ut plurimum explicarent; vide Ambros. epist. XLII. lib. 7. Basil. homil. XXX. de parad t. 1. *de anima & verbo, de Christo & Ecclesia*: Nos omissis allegorijs & tropologijs literam sectabimur.

qui describitur

§. 91. Paradisus vulgo appellatur hortus, vel locus voluptatis, à Basil. d. parad. f. m. 628. D. imo, juxta Ambros. l. cit. ipse locus dicitur *voluptas*: Heb. עדן, quæ versio an genuina sit, philologis discutiendum relinquimus. Basilius vocat ἀξίαν θεοῦ φυτείαν *dignam Deo plantationem*. homil. 30. de par. f. 625. *peramœnam ac delicijs omnifariam diffluentem mansionem, locum omnem exuperantem creaturam, visenda pulchritudine suspiciendum, & admirabilem, locum præclustrem, & spectatu dignissimum.* Sic idem Eusebius vocat ἡδυμελέστατον παράδεισον: ter *beatum paradisum*, lib. VII. de præp Evang. c. 10. Situs erat versus orientem: *Quoniam*, ut cum eodem Ambrosio loquamur, *legimus in Genesi, à Deo paradisum esse plantatum secundum orientem.* an in loco excelso, & temperato? Sic putat Basilius l. cit. ubi & de aliis paradisi præstantijs, sed plerumque ἀπὸ χαρῶν, rhetoricatur. Origenes in terris esse negavit paradisum, castigatus ideo ab Epiphan. in Anchor. f. m. 561. Et quidem à Deo creatore: *Quis est enim*, idem interrogat, *qui potuit fingere paradisum, nisi omnipotens Deus, qui dixit; & facta sunt?* Basilius l. cit. ait, quod in paradiso *nihil dedeceat incomparabilem, & eximiam pulchritudinem talis ac tanti opificis.* constabat ex lignis variis: *Paradisus est plurima ligna habens, sed ligna fructifera, ligna plena succi, atq; virtutis*, juxta eundem. Inter istas arbores duæ fuerunt insigniores, arbor scientiæ boni & mali, & arbor vitæ: *omnes congruunt in paradiso & lignum vitæ radicatum, & lignum scientiæ, quæ discernat bonum & malum.* scribit Ambros. epist. XLII. f. m. 164. M. verba Dei ad hominem versibus comprehendit Prudentius, καθημ. hymn. III. 105. seqq.

Hæc tibi nunc famulentur, ait,
usibus omnia dedo tuis:
Sed tamen aspera mortifero
Stipite carpere poma veto,
qui medio viret in nemore.

In istam impegit homo, vescendo ex eius fructibus: An propterea creatura illa reprehendenda fuerit? *At. nihil habemus, quod nunc re-*

repre-

prehendere debeamus, etsi rationem scire non possimus : dici mus cum Ambrosio de parad. c. 2. *attamen* (pergit ille, & nos cum ipso) *ad consummationem divinæ operationis dicam tibi, & hoc lignum in paradiso exortum, & ideo adeo esse permissum, ut possimus supereminentiam boni scire. Quomodo enim, si non esset scientia boni & mali, inter bonum & malum discretionem aliquam discereмus ?* Voluit Deus explorare per hanc arborem hominis erga sese observantiam, & obedientiam. confer præmissa §. 77. Irrigabatur quatuor fluviis, de quibus, ut & de aliis, modo laudatus poeta denuo canit:

Tunc per amœna virecta jubet
frondicomis habitare locis.
Ver ubi perpetuum redolet,
pratag, multicolora latex
quadrifluo celer amne rigat.

Finis. §. 92. *Finis* hominis creati est gloria Dei : *Homo enim divini opificij dignatione formatus, ad hoc terrestris creaturæ effectus est Dominus, ut divinis institutionibus parens, eius tantum & voluntatem servaret, qui se in tantis rebus Dominum præfecisset ex nihilo.* verba sunt Ambros. de myst. Pasch. c. 3. Finis igitur *intermedius* est pietas hominis, & observantia erga Deum : quam ut præstare posset homo, Deus *vita, & ratione, & sapientia, & divinis bonis omnibus* ipsum *ornavit*, juxta Gregor. Nyssen. lib. Catech. c. 5. Ultimus est hominis salus æterna ; Voluit enim Deus perseverare hominem in illis donis, per imaginem divinam, seu in imagine illa, concessis, & non deficere : *Animadvertens enim Deus, homines conditione suæ naturæ perpetuo subsistere non posse, maius quiddam illis elargiturus, non simpliciter, sicut reliqua in terris animantia, quæ bruta sunt, humanum genus creavit, sed ad suam ipsius imaginem illud effiguravit, deditq; illis suæ rationis dotem, ut veluti umbras quasdam & lineamenta rationis possidentes, rationalesq; effecti, διαμένειν ἐν μακαριότητι δυνηθῶσι perseverare possent in beatitudine, viventes veram, & revera sanctorum in paradiso vitam* : ait Athanas. de incarn. f. m. 56. Secus si foret, *quorsum opus fuisset, ut homo ab initio ad Dei imaginem conderetur ? Præstabat enim eum simpliciter irrationalem creari, quam cum ratione creatum irrationabiliter vivere ; aut quorsum attinuit, cum statim à principio cogitatus, intellectionesq; de Numine concipere ? Si ne sic quidem dignus esset, qui eas perciperet : potius ab i-*

interme-dius

& ultimus.

nitio id dari non oportuit! Idem disputat f.65.D. ut ob oculos ponat, Deum non potuisse quiescere, & tacere ad lapsum hominis, à diabolo seducti, quo minus è faucibus huius eam eriperet, quandoquidem ipsum crearit ad sanctitatem, vitam, & salutem: *opifex rerum (ut dictum est) genus humanum conditum καὶ μένειν ἐθέλησεν etiam manere* (in eo statu) *voluit*; scribit adv. gent. f.3. t.1. manere scilicet usque dum in cœlum fuisset translatus: Hic enim est *humanæ naturæ finis*, ait Eusebius lib. VII. de præp Evang. c.18. f.332. utque eo promptius maneret, promissiones insignes dedit, sed & comminationes mandatis suis annexuit: *Animadvertens* (Deus) *arbitrium defectumq; hominis utroq; vergere, mature hanc gratiam, quam ipsius dederat, legis & loci præsidio communitam voluit: introduxit eos igitur in suam ipsius paradisum, edictumq; præscripsit, ut si gratiam illam conservarent, probiq; permanerent, fruerentur in paradiso, sine mœrore, sine dolore, sine anxietate hilarissima vita, πρὸς τῷ καὶ τῆς ἐν ἔργοις ἀφθαρσίας αὐτοὺς τὴν ἐπαγγελίαν ἔχειν, præter id, quod in cœlis incorruptibilitatem sibi promissam haberent.* Sic rursus Athan. de incarn. t. 1. f.m.56. Et Gregorius Naz. orat. XLIII. f.m.710.D. *Si, quales eramus, permansissemus, præceptoq; paruissemus, effecti utiq; fuissemus, quales non eramus, atq; ad lignum vitæ* (in cœlis) *post scientiæ lignum accessissemus, immortalitateq; accepta Deo propius adjuncti fuissemus.* Sicille. confer orat. XL. f.m.618. C.

Antithesis. §. 93. *Vapulant*, qui somniarunt, hominem voluptatis solum carnalis gratia creatum fuisse, contra quorum hominum impietatem prolixè disputat Titus Bostrenus adversus Manichæos lib. II. p.81. seqq. Vapulant & illi, nempe Origenistæ, & sequaces, qui statuerunt, animas in cœlo ante creata sua corpora peccasse, eamque ob causam detrusas esse in corpora, à Deo postmodum creata, tanquam in carceres, ut tamdiu inibi peccatorum suorum pœnas darent, donec in ære fuerint; postmodum demum in cœlum redituræ. Adversus quem errorem scripsimus peculiarem exercitationem, quam, si placet, vide; Nam repetere hic loci nolumus.

Propagatio §. 94. Homines in statu quoque integritatis suam speciem *propagassent*, & conservassent, mediante cohabitatione masculi & fœminæ, sicut nunc post lapsum, excepto solo peccato, & eius pœnis

pœnis. Deus ipſe anſam dedit, cum homini, ſeu Adamo, Eva nondum creata, objiceret beſtias ſuo quaſque nomine appellandas; Tum vero invenit Adamus ſingulis maſculis ſuas fœmellas reſpondere, ſibi vero nullam; quare Deus porro dixit: non eſt bonum homini eſſe ſoli, ſed faciamus ei adjutorium, fœminam nimirum, cuius ope in ſuſcipienda prole juvetur: *Quia ex viro ſolo non poterat eſſe humana generis propagatio, pronunciavit Dominus, non eſſe bonum ſolum hominem.* ait Ambroſ. de paradiſ. c. 10. & c. 11. *accipe, qua cauſſa omnia deducta ſint ad Adam, ut in omnibus videret ex utroq; ſexu ſubſtantiam conſtare naturæ, h. e. ex maſculo & fœmina, & ipſe uſu exemploq; cognoſceret, neceſſarium ſibi conſortium mulieris adjectum.* Cumque creaſſet fœminam, Adamo eam adduxit: *propter generationem ſucceſſionis humanæ debuit mulier adjici viro*: c. 10. idem ait. Creavit autem Deus Evam ex Adami coſta, *ut ſciremus, unam in viro & muliere corporis eſſe naturam, unum fontem generis humani*: idem l. c. dicit, & plura in hanc ſententiam egregia. Hac ratione factus eſt Adam πρόγονος καὶ πάντων ἀνθρώπων πατὴρ: *proavus & propater omnium hominum*, ſententia Euſebii lib. VII. de præp. Evang. c. 8. f. 307. C. *Ex quo uno Deus ſibi propoſuit humanum genus, innummeriſq; gentium varietatibus mundum implere*, uti loquitur Baſilius de virgin. t. 1. f. m. 707. C. & *ab Eva omnis hominum generatio genita eſt in terra.* juxta Epiph. hæreſ. LXXVIII. f. m. 505. Mediante generatione corporali, quæ fit per conjunctionem maris & fœminæ, quibus propterea Deus mutuum erga ſe deſiderium implantavit: uti loquitur Baſilius l. cit. & ὁρμὴν *impetum*, quem appellat Nyſſenus orat. Catech. c. 34. beneficio ſeminis, illius ſpermaticorum meatuum περιττώματος *excrementi*, ubi vocat Athan. epiſt. ad Ammon. Monah. t. 2. f. m. 36. quod in teſtibus ex lumbis excipitur, & in generatione hominis effunditur: de quo vide Baſil. de virgin. t. 1. f. 782. Nyſſen. orat. Catech. c. 27. & 34. actu nec turpi in ſeſe; *neque enim in ea* (corporis conſtructione, ſeu generatione) *quicquam ex iis, quæ conferunt ad vitam conſtituendam, vituperatur tanquam turpe aliquid, & abjectum, & malum*: cenſet l. cit. Nyſſenus, ratione addita: *Ad unum enim ſcopum eſt directa & ordinata univerſa inſtrumentariorum membrorum compoſitio. Is autem ſcopus eſt, ut homo in vita maneat.* præſertim in ſtatu integritatis, ubi non fuiſſet peacati propa-

gatio: juxta Athan. l. cit. & Didymum Alex. adv. Manich. p. m. 22. Nec merè humano, utpote Deo concurrente: *In generatione hominum recipit terra, i.e. vulva quod ſuum eſt, & receptum confovet, confotum corporat, corporatum in membra diſtinguit. Et inter illas ſecretas ventris angustias Dei manus ſemper operatur, idemq; eſt corporis & animæ creator: Noli deſpicere bonitatem figuli tui, qui te plaſmavit, & fecit, ut voluit.* ait Hieron. adverſ. error. Joh. Hieroſ. t. III. f. m. 77. D. confer Cyrill. Catech. IX. f. 81. A. Effectus eſt homo; pridem in potentia parentum ſeminali detentus: *Deus naſcentium σπέρας Eſſentiam in Patribus ſitam fundatamq; eſſe voluit: quemadmodum à ſcriptura narratur Levi in Patris ſui Abrahæ lumbo fuiſſe*: ait Athan. orat. unum eſſe Chriſtum. t. 1. f. m. 668. D. 669. A.

§. 95. Ex dictis emergit *tradux animarum*: Si enim, uti modo ex Athanaſio audivimus, *Deus naſcentium σπέρας in Patribus ſitam, fundatamq; eſſe voluit*, ita ut e. g. Levi in lumbis Abrahæ fuerit, ſequitur etiam animam à parentibus habere originem, utpote quæ & ipſa eſſentia hominis, & ſpecialiſſima quidem eſt. Eodem tendit Gregorij Nazianzeni ſententia, quando diſputat de generatione filii Dei ex patre, quod non ſit facta ex nihilo, eaque occaſione adverſario opponit exempla etiam hominum, *forte*, inquiens, *ne ipſe quidem de nihilo ea* (quæ ex te ortum habent) *produci. Memini enim perſcriptum eſſe ſacris in literis* (Heb. VII, 10.) *Levi in lumbis patris ſui fuiſſe, antequam ſcilicet eſſe cœpiſſet*: orat. III. de rect. doct. f. m. 91. Elias Cretenſis paraphraſtes, *Levi*, ait, *δυνάμει ſive poteſtate in proavi ſui lumbis jacebat.* Qui autem jacuiſſet, niſi in principiis ſuis ſeminalibus, in quibus etiam anima; Gregorij Nyſſeni aliquis locus, ex eo capite, quo tradit, *unam & eandem exiſtendi cauſſam eſſe tam animæ, quam corporis*, citatur in dialogo Cæſarij V. C. ſubjuncto operibus Gregorij Nazianzeni, f. m 1140. & ſic ſonat: Quemadmodum de tritico dicimus, omnem poteſtate in ſpica formam eius eſſe, herbam, calamum, medias juncturas, fructum, ariſtas, & nihil horum ratione naturæ vel prius eſſe, vel deinceps naturæ ſeminis accedere, ſed ordine naturali ea quæ recenſuimus prodire; Sic & humanam ſationem comparatam eſſe dicimus, ita ut in ortus eius principio ſimul ipſa naturæ vis ſervetur, quæ deinceps explicetur, & pateſiat per naturalem ſeriem, primo quidem Dei voluntate fun-

te fundamento quaſi jacto, deinde generationis cauſſis accedenti" „
bus. Quemadmodum enim in eo, quod ad producendum homi" „
nem in officina naturæ deponitur, membra ſingula corporis cerni „
nequeunt ante factam formationem: ita neque animæ proprieta- „
tes in eodem animadverti poſſunt, priuſquam progrediantur „
in actum, Et quemadmodum impoſitum illud ex inſita ſibi fa- „
cultate in articulos & viſcera formatur; Sic & de anima intel- „
ligitur. Nam ſi forma hominis, qui producendus eſt, in eo pote- „
ſtate eſt, latet autem propter obſcuritatem, ita rerum ſerie poſcen- „
te: etiam anima in eo eſt, licet nunc quidem non appareat, appa- „
rebit autem una cum corporali incremento promovens. Quan- „
doquidem autem vis quædam ex animato & vivente ad conceptio- „
nem egeritur, non putabis inanimum eſſe quod in vitam prodit; „
& quemadmodum illud, quod in eo corporeum eſt, non carnem „
dicimus, nec oſſa, nec pilos, & cætera, ſed vi & poteſtate horum u- „
numquodque eſſe: ita & de eo, quod ad animam pertinet, non- „
dum vim rationalem, non affectus moventem, neque appetentem, „
& cætera, quæ ad animam pertinent, in illo dicimus eſſe, ſed cum „
corporis opificio etiam animæ operationes augeri. Præcedit au- „
tem in hac prima eius ſtructura augeſcens nutrienſq; facultas ſola. „
Neque enim plus capit ſuſcipientis exiguitas. Deinde in eo, qui „
in lucem prodiit, ſentiendi beneficium viget; & in adultiore ra- „
tionalis elucet facultas, non tota tamen confeſtim, ſed cum organi „
perfectione creſcit, quantum ſubjecti facultas eius eſt capax. Con- „
ſtat igitur, anima non carere. quod à vivente avulſum corpore ad „
animalis naturam impoſitum eſt in officium naturæ. Hactenus „
Nyſſen.

§. 96. Hic locus ſi genuinus eſt, ut non habeo cur dubi-
tem, ſuſpectus mihi fit alius, qui exſtat in tractatu, qui vulgo tri-
buitur eidem Nyſſeno, de anima, & habetur tom. II. opp. f. 90. ſeqq.
In hoc enim ſententiam Apolinaris eandem cum præmiſſa ſua re-
cenſet, ſed improbat, dicens: *Apolinario videtur τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῶν ψυχῶν τίκτεσθαι animas ab animabus*, (gigni, veluti à corporibus corpo-
ra): *Quippe animas procedere vult κατὰ διαδοχὴν τῆς πρώτης ἀνθρώπου ex tra-
duce per ſucceſſionem à primo homine, ad eos qui nati ſunt ex illo, inſtar
corporeæ ſucceſſionis. Neq; enim animas ſervari conditas, neq; nunc cre-*

ari §

ari ; Etenim eos , qui hæc dictitant , Deum efficere putant adjutorem adulterorum ; Ex ijs enim etiam liberi naſcuntur ! Porro mendacium eſſe autumant illud : *Requievit ab omnibus operibus ſuis* (Deus) *quæ cœpit facere , ſi quidem etiam nunc animas condit.* Ita habet Apolinaris ſententia , cum rationibus ſuis ; At ſententiam iſtam auctor libri de anima, vel certe huius partis, non improbat ſolum, ſed etiam impugnat, ratione addita, *mortalem fore animam, ſi traducatur* : ad neutram tamen rationum iſtarum reſpondere audet, neſcius qui conciliet propagationem peccati , negato traduce, cum providentia Dei ſanctiſſimi. Eandem de peccato rationem, quamvis aliter informatam, urget etiam Auguſtinus in dialogo *de origine animarum*, qui habetur tom. II. opp. Hieron. f. m. 184. A. dum Hieronymum poſcit : *dic mihi* , inquiens, *ſi animæ* ſigillatim in ſingulis hodieque naſcentibus fiunt , ubi in parvulis peccent, ut indigeant ſacramento Chriſti, remiſſione peccati, peccantes in Adam , ex quo caro eſt propagata peccati : aut ſi non peccant, qua juſtitia creatoris ita peccato obligentur alieno? Cum exinde propagatis membris mortalibus inſeruntur : ut eas, niſi per Eccleſiam ſubventum fuerit , damnatio conſequatur? cum in earum poteſtate non ſit , ut eis poſſit gratia baptiſmatis ſubvenire. Sic Auguſtinus. Quæ quidem ratio directe ad hunc locum & articulum non pertinet , quippe quod adhuc in ſtatu integritatis verſemur ; pertinet tamen indirectè, quatenus exinde poteſt inferri tradux imaginis divinæ, & per conſequens etiam animarum ante lapſum ; Sicut enim nunc poſt lapſum propagatur peccatum originale cum anima, tanquam accidens cum ſuo ſubjecto ; ita ante lapſum propagata fuiſſet imago Dei, ſeu juſtitia originalis cum eodem ſuo ſubjecto, anima. Cum Apolinari ſenſerat olim Tertullianus , deinde *maxima pars Occidentalium*, quod l. cit Hieronymus confitetur. Confer Auguſtinum ad Hieronymum de ratione animæ ; t. II. opp. Hieron. f. m. 141. Et Hieronymum ad Optatum de origine animarum, f. 145. ſeqq. Et Comment. ad Eccleſiaſt. c. XII. f. m. 47. F. Gregorium Nyſſenum homil. de imag Dei, t. 2. f. m. 25. C. Ruffinum in epiſtola Apologetica ad Anaſtaſium Romæ Epiſcopum, tom. cit. Hieron. f. 119. C. ubi de propagatione, vel creatione animarum latius diſputatur.

Antitheſis. §. 97. *Vapulant* diverſæ, & contrariæ de origine animarum

rum ſententiæ, quas recenſet idem collocutor Hieronymus, vel Hieronymianus, dicens: *ſuper animæ ſtatu memini veſtræ quæſtiunculæ: imo maximæ Eccleſiaſticæ quæſtionis: utrum lapſa de cœlo ſit? ut Pythagoras Philoſophus, omnesq; Platonici, & Origenes, putant: An propria Dei ſubſtantia? ut Stoici, Manichæus, & inſana Priſcilliani hæreſis ſuſpicantur? An in theſauro habeantur Dei olim conditæ? ut quidam Eccleſiaſtici ſtulta perſuaſione confidunt: An quotidie à Deo fiant, & mittantur in corpora; ſecundum illud, quod in Evangelio ſcriptum eſt: Pater meus uſq; modo operatur, & ego operor?* Sic quatuor diverſas à quinta reliquorum ſententiis recenſet Hieronymus. Sextam aliam addit Nyſſenus de ſimil. & imag. Dei, t. 2. f.m. 25. C. poſtquam enim recenſuiſſet ſententiam eorum, qui ſtatuunt, hominem, *ad imaginem Dei factum conditoris, γονιμὸν εἶναι σὺν τῇ σπορᾷ κ᾽ τῆς ψυχῆς, facultatem animam generandi cum coitu habere*; addit aliam, nempe eorum, *qui ex utraq; parte marîs & fœminæ animam præſeminari tradunt, quemadmodum, cum lapis aliquis & ferrum colliſa fuerint, ex inflammatione ignis gignitur. Atq; hi quidem volunt intra exiguum conceptionis corporis momentum produci animam*: Quæ quidem ſententia minus cæteris abeſt à noſtra.

§. 98. Sufficiant, quæ de creationis opere diximus. Progredimur ad PROVIDENTIAM divinam. Qui actus creationem ſequitur; Deus enim rebus creatis proſpicit & providet: *Etenim providentiæ opus eſt τὸ ἐξ ἀλληλογονίας διασώζειν τὴν φθαρτῶν ζώων οὐσίαν conſervare* e.g. *animalium corruptibilium ſubſtantiam viciſſitudine procreationis*: ait Gregorius Nyſſenus de anim. t. 2. f.m. 102. ubi etiam *διαφορὰν κλίσεως κ᾽ προνοίας differentiam creationis & providentiæ* aſſerit, quarum iſtius actus eſt *οὐσίαν ἐπάγειν eſſentiam inducere*; huius vero *πληρεπάζειν complere*, eodem explicante: iſta nihil præſupponit; Creationis enim *κρεῖττον ἔργον τὸ ἐξ οὐκ ὄντων ποιεῖν præſtantiſſimum opus eſt efficere, ut aliquid ſit ex nihilo*; eodem definiente; Hæc vero præſupponit aliquid, nempe res creatas. A Dionyſio Areop. vocatur *ἀγαθαρχικὴ πρόνοια providentia omnis boni principium*; div. nom. c 1. §. 5. à Gregorio Naz. orat. XLII. f.m. 666. c. *conſilium* Dei & *diſpenſatio*.

PROVIDENTIÆ opus.

§. 99. Quæritur: *An ſit?* Affirmamus nos; athei negant. Diſtinguendum autem eſt 1. inter providentiam ipſam, & ejusdem

an ſit?

manifestationem & observationem; Non enim quæstio est: An providentia sese semper manifestet, & ab hominibus observetur? Hoc enim ipsimet non dicimus; scientes, *Deum, etiam cum non putatur, regere omnia quæ creavit*: uti cum Ambrosio lib. 1. de offic. c. 13. loquamur: Sed an revera sit, & detur? 2. Inter providentiæ diversos modos, actus, & gradus, quippe qui non semper ijdem sunt: Ut adeo quæstio non sit: An Deus secundum suam providentiam semper idem, & eodem modo agat? Neque enim hoc ipsi dicimus: Quo de agit Ambrosius idem epistol: LXII. resolvens quæstionem: *Cur Dominus Deus manna pluerit populo Patrum, & nunc non pluat?* Sed quæstio est: an quolibet alio modo agat? 3. Inter providentiam & fatum; de fatali providentia nobis quæstio non est; Hac enim sententiâ *malorum caussa in communem illam universalemq; Providentiam confertur, & defenditur*, (dum *sub necessitatis ea fatiq; nomine venit,*) *obscœnitatis omnis atq; flagitij, quod ab hominibus suscipitur, crudelitatis item ac parricidij fontem esse.* arguente Eusebio lib. VI. de præp. Evang. c. 6. f. 251. B. Sed de ea, quæ suum homini liberum arbitrium, suumque reliquis creaturis motum instinctumque proprium relinquit incolumem: *Quæ fiunt singula, pro sua quæq; ac peculiari forma, dum alia quidem habitu, alia natura, rursusq; alia impetu atq; sensu, alia vero ratiocinatione, ac judicio, suaq; adeo sponte arbitrioq; moventur: dumq; similiter alia superiori quadam & prævia ratione fiunt, alia modo superiorum vim ac ductum consequente, variam ac multiplicem huius universi speciem, ornatumq; conflarunt; cum auctor omnium molitorq; Deus suam cuilibet rerum generi, singularemq; naturæ conditionem attribuerit.* Ejusdem Eusebij verba sunt, f. m. 245. D.

Affirmatur. §. 100. Sic formata quæstio *affirmatur* ab orthodoxis huius seculi Patribus. Exstat Eusebij assertio: *πάντα μὲν ἀθρόως ἐκ θεοῦ προνοίας εἶναί τε καὶ διοικεῖσθαι, οἱ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας θεσμοὶ διαῤῥήδην* *divinæ providentiæ nutu, cum esse, tum regi simul universa, veræ religionis decreta sanciunt*: lib. VI de præp. Evang. c. 6. f. 245. consequenter eandem ipsemet amplectitur: & inde Deum alibi vocat *τὴν τῆς μεγαλοπόλεως τῆδε τοῦ κόσμου κυβερνῶντα magnæ huius urbis, mundi, moderatorem.* lib. VIII. c. 14. f. m. 393. D. Gregorius Nyssenus quasi indignabundus interrogat: *Quis est adeo puerili animo & ingenio, ut ad universitatem aspiciens, in universitate non credat esse Deum, eam inducentem*

tem

rem (ἐνδόν,) *& continentem, & inſidentem? Ab eo enim, quod eſt, pendent omnia; nec fieri poteſt, ut ſit aliquid, quod in eo quod eſt non habeat eſſentiam*; orat. Catech. c. 25. Gregorius Naz. Carm. de providentia, *pereant*, canit, *qui Numen aliquod eſſe inficiantur, nec inenarrabilem hanc & elegantiſſimam compagem univerſitatis rerum ad cauſſam quandam referunt, quæ & condiderit univerſa, & adhuc contineat, & conſervet.* f. m. 1012. ſeqq. Baſilius epiſt. CLXXXIX. f. m. 972. D. *non ſunt*, ſcribit, *improviſa, quæ nobis accidunt*; *ſicut ex Evangelio* (Matth. X. 29.) *diſcimus*: *neq; enim paſſerculus delabitur ſine voluntate Patris noſtri. Quare, ſi quid nobis accidit, accidit illius voluntate qui nos condidit.* confer conc. XXII. t. 3. opp. f. m. 161. ſeqq. Ambroſius lib. 1. offic. c. 13. invehitur in eos, qui dicunt, *nihil Deum curare de nobis.* & c. 14. ſcribit idem, quod *Deum operis ſui cura non prætereat.*

§. 101. Ex dictis patet, quod aſſerta quæſtio etiam *probari* poſſit, & quidem cum ex ſcriptura, tum ex natura, & fidei analogia, experientia, & ſuffragio hominum. De ſcriptura dictum eſt. Fidei analogia idem requirit. Deum omnia creaſſe, fide credimus. E. etiam, quod omnia gubernet: *Quis enim operator negligat operis ſui curam? Quis deſerat & deſtituat quod ipſe condendum putavit? Si injuria eſt, regere, nonne eſt major injuria, feciſſe; cum aliquid non feciſſe, nulla injuſtitia ſit; non curare quod feceris, ſumma inclementia.* ait Ambroſ. lib. 1. offic. c. 13. Sed & natura hoc credere jubet: *Quæcunq; firmiſſimis naturæ legibus continentur, divinæ providentiæ atq; intelligentiæ in cunctis rebus ordinandis ſufficientem notitiam in omnibus præbent.* ait Conſtantinus M. in Edicto ad Provinciales, de falſo Deorum multorum cultu fugiendo, mitto; apud Euſeb. de vit. Conſt. M. c. 48. Inter illas naturæ leges firmiſſimas eſt rerum omnium motus regularis, & conſtans: *ex eo, quod univerſus hic mundus uno ſemper eodemq; modo ſe habet, ſatis convincitur, non ſine providentia id geri, nec fortuito caſu id contigiſſe*: idem ratiocinatur in oratione ad ſanctor. cœt. c. 3. f. m. 569. D. In ſpecie Baſilius urget motum piſcium ſedes ſuas mutantium; & interrogat: *quiſnam illis motum hunc adferat? quale nam imperatoris mandatum? &c.* Et R. *vides* τὴν θείαν διάταξιν *divinam ordinationem omnia perficientem, atq; per omnia ſecula procul pervadentem.* concion. XXII. f. m. 163. t. 3. confer. epiſt. LXXX. f 905. B. Item ipſa creaturarum præſtantia: *Nam ſi de univerſi adminiſtratione Dei ſuſq; deq;* Probatur.

vox denuo impiorum existat, cui tamen occludendæ aures illico sunt, cum seſe divina vis ac providentia clarè spectandam exhibeat, & universè operibus admirabili planè consilio solertiâq; perfectis, & iis propriè, quæ nobis conjuncta cum sint, tum liberam suoq; gaudentem jure animi ratione præditi facultatem evidenter ostendunt. ait Euseb. lib. VI. de præp. Evang. c. 6. f. m. 252. D. Item sua cuique conveniens sors & conditio: *Si* » quis superiora tempora ad nos usque deducta cogitatione repetat, & » res olim gestas contempletur animo, omnino reperiet; eos quidem » qui justitiam ac probitatem fundamentum sibi rerum gerendarum » constituerunt, felicem consiliorum exitum sortitos esse, & tanquam » ex dulci quadam radice suavissimum quoque fructum percepisse: Il- » los vero, qui injusta facinora ausu temerario attentarint, & qui ad- » versus Deum ipsum vesania mentis fuerint elati, nullumque pietatis » erga genus humanum sensum habuerint: sed exsilia, infamiam, » bonorum publicationes, cædes, & huiusmodi plurima irrogaverint: » quique nec pœnitentiam egerint unquam, nec ad meliorem fru- » gem animum suum revocarint, parem quoq; mercedem retulisse: *καὶ ταῦτα γε οὐκ ἀπεικότως, εἰ δ' ἄν τις καὶ λόγῳ συμβαίνοι. Atque hæc non absurdè, nec præter rationem eveniunt.* Ita de providentia experimentis comprobata disserit Constantinus M. in edicto de pietate in Deum ad Palæstinos, referente Eusebio de vit. Constant. lib. II. c. 25. Alibi urget admiranda naturæ, unde, ipsius opinione, *ἡ τῆς θεσπεσίας δύναμις ἐυδιάγνως καὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις μετρίως δύναται divinæ providentiæ vis ac virtus ab hominibus facile cognosci potest.* orat. ad sanct. cœt. c. 7. Item precum certitudinem. c. 3. f. 569. D. Accedit tandem consensus hominum omnium, Hebræorum, & Ethnicorum, & Christianorum: *universi passim homines, ubi ubi gentium ipsi degant, ex ipsius Servatoris nostri disciplinæ præceptis sanum & constantem περὶ θεοῦ θεσπεσίας de Dei providentia, hanc rerum universitatem moderantis, sensum hauriunt,* ait Eusebius lib. 1. de præp. Evang. c. 4. idemque suffragio Hebræorum, Philonis nempe lib. VIII. c. 14. f. 386. seqq. & Ethnicorum, ut Platonis, lib. XII. c. 52. probat.

Antitheſis. §. 102. *Vapulant*, qui divinæ providentiæ quocunque modo derogant: id faciunt, qui divinam providentiam vel omnino negant, vel arctius constringunt, vel alicuius vitij insimulant: *Occurrimus opinioni eorum, qui, videntes sceleratos quosq; divites, latos, honora-*

tos,

tos, potentes, cum plerique justorum egeant, atq; infirmi sint, putant, vel nihil Deum curare de nobis, ut Epicurei dicunt; vel nescire actus hominum, ut flagitiosi putant; vel, si scit omnia, iniquum esse judicem, ut bonos egere patiatur, abundare improbos. Sic Ambrosius enumerat lib. I. de offic. c. 13. & mox addit quartam classem Aristotelicorum, *qui Deum putant curam mundi nequaquam habere, sicut Aristoteles asserit, usq; ad lunam eius descendere providentiam.* de quibus confer etiam Euseb. lib. XV. de præp. Evang. c. 5 f. m. 798. c. Primæ, Epicuræorum nimirum, (in quos invehitur etiam Epiphanius hæres. VIII) classi accenseri possunt *Naturalistæ*, ut sic loquar, qui rerum eventus & motus, elementis solis, vel alijs creaturis, tanquam caussis primis, adscribebant, quos notavit Julius Firmicus c. 2. & 3. Et Ephrem. in invectiva adversus eos, qui dicunt, terræ motus (solum) à terræ inflatione fieri, f. 85. opp. & de gentilium erroribus, ne ijs decipiamur, f. 86. Item *Manichæi*, qui & ipsi in hunc lapidem impegerunt, boni saltem Dei providentiam negantes; arguente eos Tito Bostr. lib. II. contr. Manich. p. 81. Singulas errantium classes refutat Ambrosius loc. cit. & primam quidem, Epicuræorum, inde, interrogando, *quis operator negligat operis sui curam?* citata §. 101. præced. secundam inde, quod *Deus plantavit aurem, qui* igitur *non audiat? finxerit oculum, qui igitur non videat?* Tertiam exemplo Lazari & divitis epulonis, *nonne*, interrogans, *evidens est, meritorum aut præmia, aut supplicia post mortem manere?* Quartam redolere *pœtarum fabulas, qui mundum in tres ferunt esse divisum, ut alij cœlum, alij mare, alij inferna coercenda imperij sorte obtinerint; eosq; cavere, ne usurpata alienarum partium solicitudine, bellum inter se excitent.* Hæc ille.

§. 103. Habent tamen illi suas *objectiunculas* quasdam. 1. ab inæquali, & indigna hominum piorum & impiorum sorte: de qua objectione præter Titum Bostrensem & Ambrosium, jam allegatos, confer Basilium de auctor. peccat. f. 421. B. Hieron. epist. ad ad Paul. de obitu Blesil. t. 1 opp. f. m. 71. Gregor. Naz. orat. XLII. & carm. f. 1029. Ambros. de interpel. lib. *II.* c. 1. & lib. *III.* c. 1. f. m. 319. B. 321. Constantinum M. in orat. ad sanct. cœt. f. 567. C. 2. à bellis, quibus interdum aliquot hominum millia pereunt: *bella etiam assignant, & attribuunt nequitiæ, quomodo varia fata, ipsorum* (Manichæorum) *opinione, multorum aliquando millium in unum tempus, immo in unam horam*

Object. 1.

2.

3. *ram incidunt.*: referente Tito Boſtr. f. 87. 3. à venenatis animalibus,
4. quæ non forent, ſi Deus, iſque bonus, eſſet providus. 4. à peccatis, quæ fiunt, non futura, ſi Deus idem bonus eſſet & providus.

Reſp. ad 1. §. 104. Ad 1. R. Ambroſius, finem ſingulorum exſpectandum eſſe, quipe in quo bonis tandem bene, & malis malè fuerit, & ſinguli referant certaminum ſuorum præmia, vel ſupplicia. Hieronymus miratur & veneratur *judicia Domini*, quæ ſunt *abyſſus multa*. Rom. XI. 33. ſupponitque: *Bonus eſt Deus, & omnia, quæ bonus facit, bona ſunt.* Item: *juſtus es, Domine*, inquit, *& rectum judicium tuum*: quod ſufficiat religioſis animis. Ad. 2. R. Titus l. cit. *Bella principium ſumunt ex avaritia, geruntur autem permiſſu Dei.* Quare etiam circa bella Dei providentia verſatur. Ad 3. Baſilius homil. XXII. f. m. 265. C. *in dominum*, reſpondet, *credidiſti? Habes ex fide poteſtatem ſerpentes ac ſcorpiones calcandi.* q. d. Deus proſpexit hominibus etiam adverſus venenata animalia, e g. Paulo Apoſtolo, cum vipera manum ipſius involveret. Ad 4. Conſtantinus M. lib. II. de vit. Conſt. M. c. 48. providentiam divinam etiam peccatis permittendis intereſſe, dum ea permittat propter bonum finem; eius verba ſunt: *virtutis gratia prorſus inutilis lateret, niſi improbitas perverſam ac deſperatam vivendi rationem ex adverſo opponeret. Idcirco virtuti quidem corona eſt propoſita: improbitati autem dijudicandæ ac puniendæ præeſt Deus altiſſimus.* Eodem tendit Dionyſius Areopagita, reſolvens quæſtionem: *Quomodo ſtante providentia mala ſint omnino?* Nam reſpondet: *Malum, qua malum, neq; res, neq; in rebus eſt. Nulla etiam res providentiam effugit; Neq; enim eſt malum, quod non ſit admixtum bono. Quod ſi nulla res ſit expers boni, malum autem ſit defectus boni, cum nulla res bono omnino privata ſit, in rebus omnibus divina quoq; providentia eſt, nec res ulla divinam providentiam effugit.* de nom. c. IV. §. 33.

ad 2.

ad 3.

ad 4.

objectum. §. 105. Ex dictis apparet, quod *objectum* divinæ providentiæ ſint res omnes: *Cave dicas, temere factum eſt hoc, & ſponte hoc provenit. Nihil enim inordinatum, nihil non præfinitum, nihil accidit fruſtra, nihil temere fertur. Nec malum ullum eventum, aut malam dixeris horam. Hæ namq; ineruditorum voces ſunt. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & unus ex eis abſq; Dei voluntate non cadet? Quot capilli capitu? & unus ex eis non eſt apud Deum oblivioni? vides igitur divinum oculum, quomodo neq; minutiſſimarum rerum quicquam conſiderationem*

ipſius

Digitized by Google

ipſius effugiat. Monitum eſt Baſilij, comment. in Pſalm. XXXII, f. m. 201. B. Confer homil. de auct. peccat. f. 422. B. homil. VII. in hexaëm. f. 94. homil. XXII. f. 166. Athan. orat. adv. gent. f. 47. t. 1. orat. III. adv. Arian. f. m. 396. B. Ambroſ. lib. III. hexaem. c. 17. Euſeb. lib. VI. de præp. Evang. c. 6. f. 245. 246. 249. Conſtantinus M. ideo celebrat παντεφόρον προνοίαν *omnia portantem providentiam*, referente Athanaſio t. 1. opp. f. 772. Et Euſebius τὸν μέγαν, καὶ πᾶς καθόλου προνοίας ἀφθαλμόν, *magnum, & univerſalis providentiæ oculum*, cui ſeſe tyranni, e. g. Licinius, ſubducere non poſſint, lib. 1. de vit. Conſt. M. c. 58. Hinc eſt, quod ad omnes noſtras actiones Deum invocare poſſimus cum Prudentio: καθημ. hymn. 3. v. 15. ſeq.

Fercula noſtra Deum ſapiant,
Chriſtus & influat in pateras,
Seria, ludicra, verba, jocos.
Deniq; quod ſumus, aut agimus,
Trina ſuperna reget Pietas.

regnum potentiæ.

§. 106. Diſtribui poſſunt actus divinæ providentiæ ſecundum regnum potentiæ & gratiæ, *Regnum* Deieſt, definiente Dionyſio Areopagita, *omnis termini, ac mundi, & legis, & ordinis diſtributio.* div. nom. c. XII. §. 2. Dividitur in regnum potentiæ, gratiæ, & gloriæ. *In regno potentiæ* providentia divina occupata eſt in creaturarum productione, & conſervatione. e. g. hominis: *Deus eſt, qui in ventre etiam nunc fabricat infantes*, ait Cyrillus, & probat ex Job. X. 9. ſeq. Catech. XII. f. m. 116. Suppeditat vitam. Ipſe enim Deus eſt *vita æterna, ex qua per ſeſe vita, & omnis vita, manat; & à qua vivere in omnia quoquo modo vita participantia, convenienter unicuiq; diſſeminatur*, l. cit. Dionyſius Areop. div. nom. c. VI. §. 1. & vitæ ſubſidia, quæ, niſi Deo provido ſuggerente, nulla eſſent; & omnibus ex æquo diſpenſantur: *Ad vitam degendam, ac jocundè quidem degendam, nemo plus quam alius habet in vita: Communia ſunt omnibus, quibus natura recreamur, accuſationes, & epulares ſomni* &c. aſſerit Titus Boſtr. ut obtineat contra Manichæos, *inæqualitatem in Dei gubernatione eam non eſſe*, quam ipſi ſomniabant: lib. II. adv. Manich. p. 86. Pia eſt Conſtantini M. confeſſio, dicentis: *prorſus animam totam, & omne quod ſpiro, quidquid deniq; in intimis mentis receſſibus volvitur, id ſummo Deo à me deberi firmiſſimè credo*: apud Euſeb. de vit. Conſtant. lib. II. c. 29.

c.29. Creaturas conciliat, & in mutua harmonia & conjunctione conservat: *Hæc enim* (providentia pacificatrix) *est, quæ cuncta conjungit, & universorum concordiam ac connexionem gignit efficitq;* ; assertio est Dionysij modo laudati c. *XI.* f.m. 668. §. 1. Etiam in politicis divina providentia negociosa est: *Imperator* Constantinus M. *ubi cuncta, Dei Servatoris virtute sub ditionem suam redegit, eum, qui hæc ipsi bona præstitisset, omnibus palam fecit, illumq; victoriarum auctorem fuisse, non autem seipsum, professus est.* referente Eusebio in ipsius vita lib. *II.* c. 23.

Gratiæ. §. 107. *In regno gratiæ*, Ecclesia, suos curat, dona ipsis dispensando: *Quidquid boni divina vi nobis obvenit, gratiæ universa perficientis actionem esse dicimus.* ὑδὲν γὰρ ἀπρονόητον, ὑδὲ ἀμελημένον παρὰ τῷ θεῷ. πάντα σκοπεῖ ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς, πᾶσι πάρεστι, σκοπὸς ἑκάστῳ τὴν σωτηρίαν. *Omnibus enim rebus providet Deus, omniumq; curam gerit: omnia vigil semper oculus speculatur, omnibus adest, salutem unicuiq; impertiens*: Sententia Basilij homil. *XXII.* de Dei provid. t. III. f. m. 166. A. Quod de gratia dixit, alibi ex professo tractavit, nempe reg. *LVIII* c. 1. moral. t. 2. f.m. 335. cuius capitis lemma est: *quod nullo modo magnificè sentire de nobis debemus, eaq; re cæteros despicere, si qua sint, quæ recte facta à nobis sint*; idq; probavit ex Luc. XVIII. 9. seqq. Eadem docet reg. *LVIII.* Recte factis opponuntur peccata, quæ Deus quidem permittit, sed ut bonum inde finem eliciat: *O providentiæ divinæ sapientiam omni ex parte perfectam! parvam illam animi voluntatem ad fidelium salutis occasionem convertit!* exclamat Cyrillus, & probat exemplo Josephi & fratrum, istius venditi, horum vendentium, Deo vero in bonum finem dirigente. Catech. *VIII.* f m. 72. *Creat* (Deus) *mala*, i e. *transmutat ea, & in meliorem statum exitumq; deducit, ut jam mala esse desinant, bonique naturam accipiant*: ait Basilius in homilia quod Deus non sit auctor malorum, t. 1. f. m. 424. B. Quo ipso fine Deus idem etiam Diaboli malitiam permittit. *Diaboli malitiam ad salutem prodesse hominibus revelavit Deus, ut sciremus: non quod Diabolus prodesse velit, sed quod malitiam eius etiam repugnantis convertit nobis Dominus ad salutem*: juxta Ambros. lib. de Paradis. c. 2. f. m. 247. H. Eidem ipse fines ponit, ne pro arbitrio grassetur: *Neq; enim nos perversis potestatibus cruciandos omnino permittit; sed punitionum modum definit ille, habita eorum, quibus vult mederi,*

deri, virium ratione. docet Basilius de prov. homil. XXII. f. m. 165. D. Punit quidem ille peccatores, sed eo fine, ut resipiscant à peccatis: *Si qua calamitas ex ijs, quas numeravimus, accidat, minus curant ventrem homines* (alias ventri dediti), *minusq; voluptatibus inserviunt; temperantiam autem, & pietatem pro virili consectantur; & quoad fieri potest, meliores mores induunt pressi magis quam secundu rebus lætificati.* Disputat Titus Bostr. adverſ. Manich. lib. II. p. m. 89 91. Basilius simili illustrat, desumpto à medico, qui membrum secat, vel urit, ut reliquum corpus servet, l. cit. quod Deus non sit auct. pecc. f. m. 423. B. Eò fine pœnas interdum etiam differt, nempe ut ad pœnitentiam homines adducat, de qua Dei longanimitate lege Hieronymi commentarium ad Rom. II. 4. Ubi vero viderit, incurabiles esse homines, resecat eos, veluti putrida membra: *Quando medicam curam superat malitia morbi, necessaria est inutilis membri alienatio, ne morbi eius continuatio cætera corporis vitalia percurrat*: ita Deus homines, pœnitere nescios, tandem evertit: *Dico, justo Dei judicio* (bella, & ruinas locorum) *fieri adversus eos, qui digni sunt supplicio, quod per bella infligitur*: dicit idem loc. cit. f. 424. D. Exempli loco subjicit eversionem Sodomæ & Gomorrhæ, Hierosolymorum &c. Hostibus utitur ut flagellis, quibus facinorosos, & impios puniat, vel suos etiam à peccando arceat, illos ipsos tamen etiam suis tandem pœnis subijcit: *Tum enimvero illos ipsos pœnarum auctores, quod in iis infligendis improbitatem ipsi suam, & propriam animi crudelitatem secuti fuerint, præ cæteris omnibus, tanquam sceleris ac nequitiæ principes, severè graviterq; punit.* juxta Euseb. lib. VIII. de præp. Evang. c. 14. f. m. 393. D. Excœcat eosdem, & confundit, ut suis ipsi laqueis tandem capiantur. Cuius rei illustre exemplum nobis sistit Constantinus M. Maxentium, insignem illum Ecclesiæ persecutorem; quippe qui ipso illo ponte, quem in exitium Constantini M. fecerat, periit, manifesto vindictæ divinæ exemplo. vide Euseb. lib. 1. de vit. Const. M. c. 38. Confer exempla plura alia collecta à Nic. Vedel. de prud. vet. lib II. c. 6. Frustra sunt hostes, si propterea aliis, tanquam in causſa ipsi essent, succensent, ut Valens, imperator Arianus, & persecutor; Cum enim Trajano Militum Magistro sui rem adversus hostes male gessissent, ipse graviter succensuit Magistro, sed responsum ab ipso accepit dignum: *Non ego vi-*

ctus ſum, imperator, inquiebat, *ſed tu victoriam prodidiſti, qui adverſus Deum aciem inſtruu, & eius auxilium Barbaris concilias. Nam abs te laceſſitus ad illos tranſit; Deum autem ſequitur victoria, & illis cedit, qui Deo duce militant. An neſcis, quos Eccleſiis ejeceris, & quibus illas commiſeris?* referente Theod. lib. IV. hiſt. c. 30. Quare judicia Dei non ſpernenda, ſed reverenda ſunt, monente Baſilio moral. reg. XI. c. 1. f. m. 291. C. t. 2.

Singularia. §. 108. *Imperſcrutabilia* quidem ſunt hæc Dei judicia, quod ex Paulo Apoſtolo & Davide probat Gregorius Naz. *Nam* (Paulus Rom. XI. 33. ſeqq.) *divitias Dei profunditatemq; hoc ipſum appellat, & comprehendi judicia divina non poſſe fatetur, tantum non Davidis verbis: Is enim judicia divina nunc abyſſum magnam vocat, cuius vadum nulla menſura, neminiq; ſenſus attingere poſſit* (Pſ. XCII. 6. CXXXIX. 6.) *Nunc admirabilem Dei cognitionem ex ſeipſo, ſuaq; compage hauriri ait. quæ quidem cognitio adeo munita ſit, & firma, ut longe facultatem ſuam complexionemq; ſuperet.* Orat. II. de Theol. f. m. 52. Et admiranda, dum ſæpe ex iisdem cauſſis diverſi emergunt effectus, vel eventus, & contra: Admodum neceſſarii ſunt metus, & variæ atque
" infinitæ ſunt cauſſæ eorum, quæ Deus diſpenſat, ac providet: & ſæ-
" pe ſæpius eadem propter varias cauſſas eveniunt: ille ægrotat pro-
" pter peccata, ut convertatur: alius propter virtutem, ut magis ad-
" huc exerceatur; in teſtimonium item alius propter nimium pecca-
" tum, ut arguatur: & eiusdem caſus variæ etiam cauſſæ; alius ut ad
" virtutem per inopiam ſeſe exerceat: alius ſponte ſua grave pondus
" divitiarum abijcit, ne ſint ei impedimento ad virtutem; Neque fa-
" cile quiſpiam perſpicere poteſt abſolutam rationem earum rerum,
" quas Deus gubernat, ut hominibus conſulat. Verba ſunt Titi Boſtrenſ. lib. II. adv. Manich. p. 100. Id tamen certum eſt, quod ſine vitio ſint illa Dei judicia: *In divino quod decipiat omnino nihil eſt: æquitas contra veritasq; regnant, quibus expenſa conſtitutaq; ſingula, laudabiliter ſolem feliciterq; ſuccedere.* juxta Euſeb. lib. VIII. de præp. Evang. c. 14. f m. 393. Et intendant piorum ſalutem. Baſilius ea de cauſſa hortatur Chriſtianum, *tanquam generoſum decertatorem, ut adverſus plagæ magnitudinem firmus perſiſtat, nec gravitati doloris ſuccumbat, neq; animum deſpondeat; illud perſuaſus, quod etiamſi nos ratio eorum lateat, quæ a Deo diſpenſantur, prorſus tamen quidquid à ſapiente & nos a-*

mante

mante disponitur, acceptabile sit, etiamsi molestum sit ac laboriosum. epist. XXXVIII. ad Nectarium quendam, filio orbatum, f. m. 971. t. 2. conf. Dionys. Areop. div. nom. c. VIII. §. 8. Titum Bostr. lib. II. adv. Manich. p. 85. & p. 100. ubi differit de matura quorundam morte; Theodoret. lib. III. hist. c. 12. ubi exemplum habes de Valentiniano, sub Juliano Apostata indigne tractato, sed deinde ad regnum evecto. Ut adeo Deus ab omni peccati caussa absolvatur in sua providentia & gubernatione, de quo vide ex professo disputantes Euseb. lib. VI. de præp. Evang. f. m. 251. B. & Basilium homilia peculiari, quod Deus non sit auctor peccati. t. 1. f. 420. seqq. quæque inferius, ubi de peccato, Deo volente, dicturi sumus.

Libertas.

§. 109. Deus *liberrimus* est in operibus suæ providentiæ; ut vapulent, qui ipsum velut ad examen, & rationem reddendam vocare audent: *solent quidam per angulos mussitare, & quasi justitiam Dei quærere: cur illa anima in illa nata est provincia? quid caussæ extitit, ut alij de Christianis nascantur parentibus; alij inter feras & sævissimas nationes, ubi nulla Dei notitia est?* verba sunt Hieronymi; Loquitur autem de Origenistis, qui talia mussitabant, ut obtinerent, *animas fuisse in cœlestibus, & propter quædam antiqua peccata damnatas in corporibus humanis.* ad Demetr. t. 1. f. m. 31. D. de qua objectione alibi peculiari tractatu, Origenistis recentioribus oppositio, prolixè actum est. Vapulant etiam patroni *fati* Stoici, quippe quo Dei providentia evertitur: *Maneat, qui fatum invexerit, ab eo Deum continuo Deiq; providentiam funditus exterminari, perinde, ut qui Deum rebus præficit universis, omnem in una tollit fati rationem.* juxta Euseb. lib. VI. de præp. Evang. c. 6. f. m. 252. A.

Extrema sunt Fatum.

§. 110. Duo *extrema* sunt, quæ providentiæ divinæ sunt opposita, fatalis necessitas, & fortuitus casus. De ut roque coronidis loco quædam delibanda sunt. *Fatum* nullum dari, Eusebius loc. cit. præmissa eius definitione dilemmate probat. *Fatum* autem *seriem quandam esse volunt* (ait) eius patroni; *nexumq; caussarum, certo atque constanter ex cœlestium astrorum conversione pendentem*: Tale fatum aut est ipse Deus, aut diversum quid à Deo; Non ipse Deus; Quia ex elementis sunt corpora illa cœlestia, quæ profecto ipse Deus esse non possunt, quippe quod illa animabus & ratione careant, & corpora sint; Deus autem sapientissimus sit spiritus; Neque diversum quid

à Deo; Aut enim eſſent melius, aut inferius & deterius; non iſtud; *Deo enim nec melius quicquam, nec potentius eſt*; Neque hoc; aut enim vinceret, aut non; ſi illud, fatum non eſſet; ſin hoc, non eſſet infe ius & infirmius. Sic Euſebius, f. 252. Dicas: fatum eſſe legem divinitus dictatam. &c. Conſtantinus M. in oratione ad ſanct cœt c. 6. *Sed & ex eo, quod fatalis lex eſſe dicitur*, ſcilicet refutari poteſt. *Cum omnis lex opus ſit alicuius legislatoris, ſatis apparet, fatum ipſum, ſi quidem lex eſt, Dei opus atq; inventum eſſe. Cuncta igitur Deo ſubjecta ſunt; nec quicquam eſt eius potentiæ expers.* Concludimus cum Prudentio lib. poſt. adv. Symmach. verſ. 476. & ſeqq.

Quiſque putat, fato eſſe locum, ſciat, omniparentem
Eſſe Deum, nulli vetitum fatalibus aſtris;
nec Matheſis præſcripto aliquo pia vota repelli.
Spirat enim majora animus, ſeq; altius effert
Sideribus, tranſitq; vias, & nubila fati,
& momenta premit pedibus, quæcunq; putantur
Figere propoſitam natali tempore ſortem.
Huc ades omne hominum genus, huc concurrite & urbes,
lux immenſa vocat, factorem noſcite veſtrum.
Libera ſecta patet, nil ſunt fatalia, vel ſi
Sunt aliqua, oppoſito vaneſcunt irrita Chriſto!

Confer præmiſſa ſupra § 59. ſeqq.

& caſus.

§. III. Fato opponuntur *caſus* & *fortuna*: Caſum ex Alexandro Aphrodiſienſi deſcribit Euſebius de præp. Evang. lib. VI. c. 9. f. m. 271 A. dicens: *Quæ ἀπὸ τύχης caſu fieri dicuntur, de iis ita (Alexander ille) ſtatuit: ut ſi, cum quid alterius rei gratia fieret, minus id ipſi, cuius gratia fiebat, occurrerit, ſed aliud quidpiam, quod eventurum initio nemo cogitaret. Sic ab eo inventum caſu theſaurum eſſe pronunciat, qui, cum alio prorſus quam inveniendi theſauri animo fodere cœpiſſet, in theſaurum inciderit.* Hoc modo caſus in Deum non cadit, neque ipſius reſpectu quicquam caſuale eſt, quippe quod omnia ex ipſius providentia & directione gerantur; Conſtantinus M. poſtquam ἀκριβῆ τὴν θεοῦ καὶ ἔμμελετον πρόθεσιν *accuratam & exactam Dei providentiam* laudaſſet, & probaſſet, *& audemus adhuc*, infert, *nihilominus affirmare ταῦτα πάντα αὐλαμάτως καὶ ὡς ἔτυχε hæc omnia ſponte ſua & caſu fieri; cum tamen nullo modo deſignemus, qua ſpecie aut forma præditus ſit caſus (τὸ αὐλόμα-*

Digitized by Google

ῥῆμα τι) *res, quæ nec intelligentia, nec sensu subsistit, sed solum est inanis sonus nominis sine re, auribus nostris circumstrepens.* Sic ille orat. ad sanct. cœt. c. 6. quæ prosequitur c. 6. ostendens, casum ex imbecillitate & ignorantia humanæ mentis natum esse. Confer. Basil. homil. XXI. de fortuna, t. 3. f. m. 157. seqq.

SECULI QUARTI

Articulus VI.

De

LAPSU ANGELORUM ET HOMINUM.

Argumentum.

SEquitur doctrina de lapsu quorundam Angelorum, & hominum. Angelos quosdam cecidisse, certum est, caussa tamen lapsus non est Deus, sed ipse diabolus, superbus, lapsus ex statu institutionis in statum destitutionis, ut evaserit Diabolus, cuius attributa sunt malitia, scientia circumscripta, calliditas; opera non nisi mala, mentiri & occidere, obsidere homines corporaliter & spiritualiter: precaria, & eur? pœna seduxit hominem, non vero talem creavit, prius fœminam, quam virum, quorum uterq; potuisset ei resistere, & debuisset, atque ita & ipsi in culpa sunt, animabus suis, & corporibus. Deus igitur nec hominis peccatie est caussa, quod asseritur, probatur, & vindicatur. Contraria sententia rejicitur. Primum peccatum fuit infidelitas: Consequebantur varia alia peccata, amissa Dei imagine, de quibus disseritur in genere; & peccatorum pœna; Dividitur peccatum varie: De reliquiis imaginis divinæ.

§. I.

DIssertimus hactenus de Theologia, & pergendum est ad Christologiam, præmissa tamen prius doctrina de lapsu Angelorum & hominum. Ordinem hunc nobis suppeditat Athanasius, *necesse est enim*, inquiens, *nobis differentibus περὶ τῆς εἰς ἡμᾶς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος & de Salvatoris nostri ad nos adventu, etiam differere περὶ τῆς* De lapsu Angelorum quorundã & hominum.

τῶν ἀνθρώπων ἀρχῆς *de hominum principio, ut cognoſcas,* ὅτι ἡμῶν αἰτίαν ἐκεῖνον γέγονε πρόφασις τῆς καθόδου, καὶ ἡμῶν παράβασις τὸν λόγον τῆς φιλανθρωπίας ἐξεκαλέσατο. *noſtram culpam illi dediſſe occaſionem, ut deſcenderet, noſtram prævaricationem verbi Dei humanitatem elicuiſſe, ut ad nos contenderet, & inter homines appareret Dominus. Illius enim incorporationis nos cauſam dedimus, & ob noſtram ſalutem ita benignus extitit, ut in humano corpore & eſſe vellet, & apparere*: de incarn. verb. t. 1. f. 56. D. Doctrina autem iſta deſumenda eſt ex S. literis, præcipue veteris inſtrumenti, quia in hoc revelatus eſt lapſus ille Angelorum & hominum: *Quæ de virtute contraria τὰ ἑβραίων λόγια Hebræorum litera prodiderunt, cuiuſmodi ſint, videamus*: ait Euſebius, de lapſu Angelorum & hominum acturus lib. *VII.* de præp. Evang. c 16. Huius quidem inſtrumenti fidem in dubium nonnulli revocare ſatagebant, arguentes hoc modo: *Sciebat prævaricaturum Deus Adam mandata ſua, an neſciebat? Si neſciebat, non eſt iſta divinæ poteſtatis aſſertio. Si autem ſciebat, & nihilominus ſciens negligenda mandavit; non eſt Dei aliquid ſuperfluum præcipere: Superfluo autem præcepit protoplaſto illi Adæ, quod eum noverat minimè ſervaturum: Nihil autem Deus ſuperfluo facit. Ergo non eſt ſcriptura ex Deo.* Sic illi, referente Ambroſio, *obiciunt, qui vetus non recipiunt teſtamentum, & has interſerunt quæſtiones*, lib. de Parad. c. 8. Quos ille refutat prolixius, inter alia per ipſum novum teſtamentum: *Cum enim*, inquiens, *novi teſtamenti non refutant fidem, exemplo ſunt arguenti, ut vetus credant; Quoniam cum ſibi divina præcepta & facta conveniant, unius auctoris teſtamentum utrumq; liquet eſſe credendum.* Sic ille. Ad ſpecialia in ſequentibus deſcendit & inſtantiam dat ab ipſo novo Teſtamento, in quo referatur de Juda proditore, quod electus fuerit in Apoſtolum à Chriſto, etſi præſciverit hic, iſtum fore proditorem. Eo magis autem ſcriptura ſacra in hac materia ſequenda & conſulenda eſt, quo plura mendacia confinxerunt Hæretici de Angelis lapſis, à ſcriptura ſacra ipſi recedentes; de mendaciis autem iſtis & abſurdis eorum, Severianorum cumprimis, conſulendus eſt Epiphanius hæreſ. XLV.

Angeli ſunt lapſi.

§. 2. Angeli quidam in concreata ſua perfectione non perſtiterunt, ſed ſponte ſua inde receſſerunt. Mali enim illi à Deo non ſunt creati: *Diabolus malus Deo adverſatur* ἐκ προαιρέσεως ἔχων τὴν πονηρίαν, οὐ φύσει ἀλλοιωμένην τῷ ἀγαθῷ, *non ex natura, ſed mala voluntate habens*

habens malitiam. ait Baſilius diſſert. quod Deus non ſit auct. peccat. t. 1. f.m.430. D. Conſentiens Cyrillo, qui de eodem ait: *Ex bona natura ἀυτοπροαιρέτον ἔχει τὴν μεταβολὴν conſulto ſponteq; ſua mutatus eſt.* Catech. IV. f.m.38.B. Sed boni; Nam *cum divinioribus virtutibus ſocietas illi interceſſit.* juxta Euſeb. lib. VII. de præp. Evang c. 16. f. 329. B. Sicut illi, ita & reliquis Angelis apoſtatis, quippe qui *ſorte piorum* pridem fruebantur, ſed *natio* iſta inde *excluſa* propter peccatum, *ſplendidum illud divinumq; domicilium, eamq; qua in regia fruebatur dignitatem, ac felicem Angelicorum cœtuum ſocietatem, cum Tartaro, ſceleratis omnibus admodum conveniente loco, æquiſſima Dei præpotentis ſententia judicioq; damnata, commutavit*: eodem diſſerente.

Culpa non Dei,

§. 3. Lapſus igitur iſtius cauſſa non eſt Deus, ſed diabolus ipſe: Non Deus: *Dicimus, non eſſe auctorem vitij qui eum fecit, qui poteſt ſua propenſione & nutu ad vitium venire. Animal enim rationis particeps fecit Deus, quod volebat, ut voluntate ſua bonum eſſet, libera alioqui poteſtate præditum, qua poſſet in utramque partem flecti*; Ita Didymus Alex. lib. adverſ. Manich. p.m. 24. non de homine ſolum creato, ſed etiam de Ἀντικειμένῳ Sathana, de quo in præmiſſis egerat; ſicut & in ſeqq. p.25. *licet igitur*, dicens, *ſubſtantiam, quæ diabolus nominatur, Deus fecit; Non tamen fecit, ut eſſet Diabolus, ſed ut virtutem ſuſcipere poſſet, ut eam haberet; & vitium item ſuſcipere, ut ab eo abſtineret.* Probat ex pœnis, diabolo propter peccatum commiſſum decretis, & inflictis, vel adhuc infligendis: *Si enim ſecundum ſubſtantiam diabolus malus erat, & à bono Deo alienus, & par viribus eſſe poterat, neq; præparaſſet ei Deus ſupplicium, neq; mittere eum in ſupplicium potuiſſet: Dicit tamen præparatum eſſe ignem Diabolo.* p. 26. Conſequitur hinc, quod nec malum Deus diabolum crearit ab initio: Nec enim *ipſe diabolus ſecundum naturam malus eſt, ſed ex mutatione liberæ voluntatis.* ait idem Didymus, p.20. & Titus Boſtrenſis lib. 1. adverſus eosdem diſputans, *ſi vultis ſcire*, inquit, dæmones ipſos non eſſe malos à radice, neque habere radicem vitij, & turpitudinis, ſed voluntate huc proceſſiſſe, cum non eſſent natura mali, neq; natura adſcripti ignorantiæ, non nox & tenebræ ſecundum ſubſtantiam, ſed habitu, & ſtudiis, & tractatione huiuſmodi ſtudiorum facti tales, inquiramus diſputando: Sic ille adverſus Hæreticos, ſtatuentes, quod Diaboli ex mala præſuppoſita materia mali fuerint creati à Deo malo. Probat autem

autem ſententiam ſuam exinde, quod Diaboli horreant tenebras, non averſaturi eas, ſi inde fuiſſent creati: *Dæmones agnoverunt eum* (Chriſtum) *rogaverunt, ſupplices ei fuerunt, ne juberet eos abire in abyſſum* (Math. VIII. 31.) *ſi erant filij abyſſi, ſi cognationē cum abyſſo habebant, cur cognata refugiunt? cur radicem ſuam recuſant! potius enim eam amplexi eſſent, arbitrantes, requiem ſuam eſſe in cognatione poſitam; Si quidem in cognatis ſit recreatio, in peregrinis vero & alienis afflictiones.* p. 61. 62. Ex quibus evidens eſt, quod Deus neutro modo ſit cauſſa malitiæ diabolorum, neque creando ex mala eos materia, neque creatos ex bona in peccatum impellendo.

ſed. §. 4. Diaboli igitur ipſi in cauſſa ſunt ſuæ malitiæ ſuique lapſus. Euſebius ſtatuit δυσσεβείας αὐτὸν αὐτῷ δημιουργὸν γενόμενον *eum molitorem ſuæ ipſius malitiæ eſſe.* lib. VII. de præp. Evang. c. 16. f. 328. Didymus Alex. de Spir. ſanct. lib. *III.* f. m. 202 idem docet, *rationales quoq; aliæ creaturæ*, inquiens, *& de bono in malum ſponte propria profluentes, ſpiritus peßimi, & ſpiritus appellantur immundi.* Et adv. Manichæos diſputans diabolos refert inter *ſpecies rationalium pravorum, qui voluntate tales evaſerunt.* p. m. 23. Subſcribit Cyrillus, dicens, *Princeps eſt peccati Diabolus, & pater malorum.* Probat ex Joh. III. 8. ubi habetur, *quod ab initio Diabolus peccarit*: Addit: *Nam ante illum peccavit nemo; Peccavit autem non ex neceſſitate naturæ vitium ſuſcipiens, quo ſic peccati occaſio rurſum in opificem retorqueatur; Sed bonus creatus propria voluntate factus eſt Diabolus, ab actione capiens cognomen.* Huc accommodat dicta Ezech. *XXVIII.* 12. Luc. X. 18. Sic ille Catech. II. f. m. 6. 7. Repetit alibi, *ex bona*, dicens, *natura conſulto ſponteq; ſua mutatus eſt.* Catech. IV. f. m. 38. Baſilius, inſtituta collatione inter Gabrielem & Sathanam, *Gabriel*, inquit, *Angelus, & Deo ſemper aſtitit: Sathanas item Angelus, & ex ordine ſuo prorſus cecidit. Et illum propria voluntas in cœlo retinuit,* κἀκεῖνον καθεῖρξε τῆς γνώμης τὸ αὐθαίρετον, *hunc vero voluntatis libertas cœlo dejecit. Poterat enim & ille à Deo deficere, & iſte non excidere: Sed illum inſatiabilis Dei dilectio ſalvavit; hunc à Deo relictum eſſe oſtendit per peccatum alienatio:* In præmiſſis dixerat, & quæſiverat: *Vnde iniquus eſt homo?* Rſ. *ex ipſius libera voluntate.* Inſtabat: *unde malus Diabolus?* Rſ. *ex eadem penitus cauſſa:* αὐθαίρετον ἔχων καὶ αὐτὸν ζωὴν, κἀπ' αὐτῷ κειμένην τὴν ἐξουσίαν, ἢ θέλειν τῷ θεῷ, ἢ ἀλλοιωθῆναι. *Habebat enim & ipſe liberam vi-*

tam

tam & inſitam ſibi poteſtatem aut Deum ſequendi, aut à bono diſcedendi. Sic Baſilius diſſert. de auct. peccat. t. 1 f. m. 430. B. C. Nyſſenus fratrem ſuum ſequitur, ſtatuens, quod *ad bonum* (diabolus) *clauſerit oculos, τὴν δὲ τῆς καρδίας ζόφον ἐν ἑαυτῷ γεννήσας. & in ſeipſo genuerit tenebras peccati.* orat Catech. c. *XXIII.* f. m. 79. t. 3. Siricius, Epiſcopus Romanus, in epiſtola ad Mediolanenſes, *hominem*, ſcribit, *ut deciperet Diabolus, ſe ante decepit.* ex ſeipſo nimirum peccando.

Cuius primum peccatum ſuperbia.

§. 5. Primum Diaboli peccatum vulgo cenſetur fuiſſe ſuperbia: *Nam non aliam eius tam funeſti lapſus divina monimenta cauſſam habent, quam furorem quendam animi, mentiq; veſaniam, dum ejusdem & caſus gravitatem, & inſaniæ magnitudinem ita proſequuntur,* dicit Euſebius, & prolixè allegat verba Jeſ. XIV. 12. ſeqq. *quomodo cecidit de cœlo Lucifer* &c. & allegatis ſubjungit: *Qua ex oratione plane intelligimus, eum, quo de ſermonem inſtituimus, cum divinioribus illius virtutibus antea ſocietate conjunctum, poſtea communione fructuq; meliorum δι' ὑπερβολὴν μεγαλαυχίαν καὶ θεομαχίαν ἀπόπτωσιν ſuâ ipſius arrogantia atq; in Deum rebellione funditus excidiſſe,* lib. *VII.* de præp. Evang. c. 16. Similia habet lib. *IV.* dem. Evang. c. 9. f. m. 159. Et Gregorius Nyſſenus, ſcribens: *Propter invidiam in eum conceptam, cuius res erant ſecundæ, ad bonum clauſit* (Diabolus) *oculos, in ſeipſo autem genuit tenebras vitij, & imperandi laborans cupiditate, quæ eſt veluti initium & fundamentum ad deteriora propenſionis, & veluti mater cæterorum vitiorum, quonam pretio commutaret eum quem poſſidebat, niſi quod eſſet longe maximum, majora accipiendo prominoribus, ut magis aleret ſuam ſuperbiæ affectionem.* Orat. Catech. c. 23. f. m. 79.

Terminorũ lapſus à quo, & ad quem appellationes & deſcriptiones.

§. 6. *Termini*, unde, & quorſum lapſus eſt diabolus, & iſte quidem eſt bonitas concreata, uti innuit Cyrillus verbis §. 4. allegatis: *bonus creatus propria voluntate factus eſt diabolus*; Hic vero ipſa malitia & huius ſupplicium infernus: *ab illa divinorum pietate in tenebras omnino corruit*, ait Euſebius lib. VII. de præp. Evang. c. 16. f. m. 328. C. *Et reliquos poſt modum in eandem ſecum à melioribus defectionem traxit*: uti immmediatè ante idem loquitur: confer dicenda paulo poſt §. 13. Evaſit *diabolus*, uti Cyrillus paulo ante dixerat: *Cum excidiſſet ex monade, Angelicamq; abjeciſſet dignitatem, ex ingenij pravitate diaboli nomen accepit, extincto primum priore illius beatoq; habitu, deinde & adverſaria iſta potentia accenſa.* Scribit Baſilius epiſt. CXLI. quæ

eſt apologia ad Cæſarienſes, t. 2. f. m. 933. C. confer quæ diſputantur apud Epiphan. hæreſ. LXIV. Evaſit autem Diabolus non ſubſtantia-limutatione, ſed accidentali alteratione; *Diaboli nomen non ſubſtantiam, ſed voluntatem declarat. Ac Iudam quidem, cum homo alioqui eſſet, diabolum Dominus nominavit, non propter ſubſtantiam, ſed propter voluntatem.* &c. ait Didymus Alex. contr. Manich. p. m. 23. Confer Baſil. diſſert. quod Deus non ſit auct. peccat. t. 1. f. 430. Significat autem diabolus calumniatorem, qui alios defert, & accuſat: *Diabolos vocamus eos, qui accuſant, hi illos, & illi hos: Vnde quia Diabolus Deum accuſat apud homines, & homines apud Deum, & homines apud eos ipſos inter ſe, hoc nomen ſortitus eſt*: iterum ait Didymus, l. cit. Et ſubſcribit Cyrillus, dicens: *Archangelus enim cum eſſet bonus, diabolus poſtea vocatus eſt* διὸ τῦ διαβάλλειν, *à calumniando*; Catech. II. f. m. 6. Confer Baſil. diſſert. cit. f. m. 433. A. & epiſt. LXXV. f. 878. D. Eius Synonymum eſt *Sathanas*: quod idem l. cit. Cyrillus notat, *bonus*, inquiens, *cum eſſet Dei miniſter, Satana deinceps nomen tulit*. ὁ δὲ Σατανᾶς τὸν διάβολον ἑρμηνεύει, *Satanas diabolum explicat.* Clarius vocem explicat Didymus modo laudatus, *ſi nomen*, ajens, *Satanæ etiam de ipſo diabolo dicitur, ſciant, hoc ipſum nomen aliquid etiam voluntatis declarare. Vox enim Hebraica Sathanas nihil aliud ſignificat quam* ἀντικείμενον *græce, i. e. adverſarium.* Confer. Baſil. diſſert. cit. f. 433. A. Synonyma phraſi dicitur ἐναντία δύναμις *adverſaria poteſtas* ab Euſeb lib. VII. de præp. Evang. c. 16. f. m. 328. ἐχθρὰ καὶ ἀντικειμένη τῷ θεῷ δύναμις *infeſta & inimica Deo potentia.* lib. IV. dem Evang. c. 9. f. m. 158. C. *abominabilis ſcelerum inventor, & immenſus calumniator*, ab Athanaſ. orat. 1. adv. Arian. f. 284. A. *Sinuoſus doli fraudiſq; miniſter.* C. πονηρὸς δαίμων *malus damon*, ab Euſeb. lib. cit. c. 10. præp. Evang. *draco, ſerpens.* l. cit. *Deus huius mundi*, à SS. literis, quo ſenſu? explicat contra Manichæos Epiph. hæreſ. LXVI. f. 332. *caliginoſus ſpiritus, invidiaq; plenus*, à Naz. orat. XL. de Bapt. f. 618. *Virtus mala odio habens bonum, & inſidians hominum ſaluti.* ab Euſeb. lib. II hiſt. Eccleſ. c. 14. *Serpens callidus, & vafer, impoſtor, Sathana*, in exorciſmo, apud Cyril. Catech. myſt. 1. f. m. 228. C.

Diabolus καθ' ἐξοχήν ſic dictus.

§. 7. His & ſimilibus nominibus & deſcriptionibus denotatur potiſſimum princeps diabolorum, ὁ ἄρχων δεινὸς μεγαλοδαίμων, *princeps, gravis, magnus damon*, vocante Euſeb. lib. IV. dem. Evangel. c. 9.

c.9. ὁ θανατηφόρα γεννητικὸς *veneni mortiferi parens*; ille ipſe, qui reliquos ſeduxit; *qui primus omnium lapſus cum eſſet, reliquos poſtmodum in eandem ſecum à melioribus defectionem traxerat*: deſcribente Euſebio lib. VII. de præp. c. 16. f. m. 328. C. ut evaſerint, qualis ipſe eſt ἀντίπαλος καὶ ἐναντικὴ δύναμις, δαίμονες, καὶ πνεύματα, ἐκ κακίας τὸ πλέον καὶ ἧττον ὑποφερόμενοι *adverſaria ac rebellis factio, dæmones, & mali ſpiritus, de malitia plus & minus reportantes*, οἱ πρῶτοι τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐπρεπείας σαλεύσαντες, τῆς οἰκείας λήξεως ἐκπεπτώκασι, *qui primi in divino cultu nutantes propria ſorte exciderunt*; ita idem Euſeb. lib. IV. dem. Evang. c. 9. Eodem fere modo deſcripſerat lib. cit. de præp. dum vocavit *alterum illud Virtutum genus*, quod *transverſum actum à meliorum conſortio ſua ſeſe culpa & improbitate diſtraxit, priorem q; lucem cum tenebris commutavit*, quodque *prioribus quidem contrariis, ſed tamen cum nequitia morum apprime congruentibus nominibus appellant* Hebræorum literæ; Subſcribit Cyrillus, dum inquit: *Cadens* (Dæmon) *traxit ad ruinam multos, iſte obſequentibus ſibi ſuggerit concupiſcentias: Ex hoc ſcortatio, & adulterium, ac omne denique genus mali.* Catech. II. f. m. 7. Exinde audiunt δυνάμεις πολέμιαι καὶ ἐχθραὶ *virtutes militares & inimicæ* ab Euſeb. lib. III. dem. Evangel. f. m. 100. χθόνιος καὶ δαιμονικὴ οὐσία *terreſtris ac dæmoniaca eſſentia.* lib. IV. f. 157. c. 8. D. *Species rationalium pravorum.* Didym: Alex. adverſ. Manich. p. 23 θῆρες ἄγελοι νοητοὶ *beſtiæ agri rationales*, in paneg. apud Euſeb. lib. X. H. Eccleſ. c. 4. f. m. 384. C. *Angeli mali* à Baſil. comm. in Jeſ. XIII. f. m. 1070. D. Ex quibus & ſimilibus patet, quod apoſtatæ illi ſpiritus ſua quoque nomina, ut nova, ita congrua, habeant: Suis iſtos quoque divina ſcriptura propriisque nominibus expreſſos voluit, cum eos modo clarius πνεύματα πονηρὰ καὶ δαίμονας, ſpiritus malos, & dæmonas, itemque principatus, ac poteſtates, mundique principes, & ſpiritalia nequitiæ appellavit: modo, ut hominibus Deo charis omnem hoſtilium dæmonum timorem eximeret, Symbolicis quibusdam notis adumbravit. E.g. aſpidum, *Baſiliſcorum, leonum, draconum*; Pſ. XCI. 13. verba ſunt Euſebii lib. VII. de præp. Evang. c. 16. f. m. 329. D. Confer Antonium epiſt. II. ad Arſenoit. Ex quo teſtimonio Euſebii ſimul id apparet, quod mali illi ſpiritus ſuos quoque *ordines* habeant. Eſt enim inter eos aliquis ἄρχων *princeps*; & μεγαλοδαί-

μων magnus dæmon: Sunt ἀρχαί τε καὶ ἐξουσίαι principatus, & ppoteſtat es, uti modo audivimus, qui ſub ſeſe habent alios malignos ſpiritus: *Mali dæmones in omni loco, & civitate, & regione, ſub certo principe diſpoſiti inſtructiq; ſunt.* dicit Euſeb. lib. IV. dem. Evang. c. 9. f. m. 159. Atque ita huc quoque quadret, quod alias de ſpiritibus in genere dixit Cyrillus: ἀλλὰ πολλή τίς ἐστιν ἡ διαφορά *ſed magna quædam eſt* inter eos *differentia*; Catech. XVI. f. m. 182. A. Confer Baſil. diſſert. d. auct. peccat. f. m 433.

ejusdem *attributa*, nempe malitia.

§. 8. Inter *attributa* diabolorum eminet *malitia*, oppoſita bonitati non metaphyſicæ quidem, attamen morali. Non iſti; Diaboli enim eſſentiam ſuam, à Deo creatore ſibi attributam quondam in creatione, retinuerunt: *Natura ipſius incorporea eſt, ſecundum Apoſtolum, dicentem: Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus ſpiritalia nequitiæ.* ita Baſilius l. cit. ex Eph. VI. 12. Et Cyrillus: *cum & dæmones corpora non habeant, ſpiritus vocantur*: lib. cit. f. 182. D. Confer Dionyſ. Areop. div. nom. c. IV. §. 23. ubi de hac materia pluribus agit. Sed huic: Eſt enim *malus* καθ' ἐξοχήν, ſic dictus ſub finem orationis Dominicæ, explicante Cyrillo Catech. V. Myſtag. f. 244. A. ejusque malitiæ tanta vis eſt, *ut non poſſit bene facere*, oſtendit id Nyſſenus de ſui ordin. t. 2. f. m. 43. A. Certè tanta, ut vel *divini Numinis odio flagrent*, querente Euſebio, idque probante ex eo, quod *& Deorum ipſi nomen affectent, & proprium Dei cultum furtim ſibi vendicare moliantur, dum eam in rem divinationum, ac reſponſorum illecebris, faciliores ac rudiores ineſcare, atque à Dei præpotentis cogitatione divulſos, in exitialem impietatis, Deumq; funditus tollentis ſuperſtitionis voraginem deturbare conantur*, ægre ſcilicet & Deo, & hominibus facturi: lib. VII. de præp. Evang. c. 16. f. m. 329. D. odio etiam adverſus Angelos bonos, utpote quorum *natura ab ea, qua in deterius lapſa eſt, continenter diſſidet*, lib. IV. dem. Evang. c. 8. f. m. 158. A. Odio etiam in humanum genus, cui ſuam invidet felicitatem, idque per *occultas calliditates & artes multiformes* (juxta Antonium epiſt. 2. ad Arſen.) ſeducere, in peccatum, & per hoc in æternum exitium præcipitare allaborat: *Poſtquam* (Diabolus) *ab auctore ſuo defecit, inimicus Dei, inimicus item hominis ad ipſius imaginem conſtituti factus eſt. Nam ideo oſor hominum exiſtit, & ideo Deo rebellis; Nos vero ut ejus opus odio proſequitur, ut ejus imaginem*

ginem insectatur: ait Basilius differt. quod Deus non sit auct. peccat. p. 432. D. *Terrestribus potestatibus ac spiritibus malis, pro prioribus Dei Ministris, omnis vita hominum addicta est, omnibus certatim ac proclivi alacritate in lubrico voluptatis proficientibus*, diabolis nempe seductoribus, juxta Eusebium lib. IV. dem. Evang. c. 9. f. m 59. D. Ambrosius ea propter eandem comparat perdici avi, ut salacissimæ, ita fallacissimæ, lib. VII. epist. 48. Habet autem gradus illa malitia; Sunt enim septem dæmones deteriores, quos assumit alius aliquis antehac expulsus, de quo contrà Manichæos disputat Titus Bostr. lib. 1. p. 63.

§. 9. Hoc autem periculosior est hæc Diaboli malitia, quo magis *scientia* ille, & calliditate, & fraude pollet. Quanquam illa ipsius scientia suos quoque habeat limites; Neque enim novit cogitata cordis, utpote quod proprium Deo id sit, *solius est divinitatis animi cogitationem intueri*, ait Didymus apud Damasc. parall. lib. 1. c. 2. neque futura contingentia, nisi ex Dei revelatione, aut præconcepta notitia: Plerumque & futura prædicunt, dum « ea, quæ jam contigerunt, & nondum ad nostram pervenere noti- « tiam, nobis annunciant, quasi futura: dæmones, quæ sententia « ac decreto Dei constituta erant, jamque palam evulgata, sæpe nu- « mero annunciarunt his, qui facile in fraudem illiciuntur; Sicut « fuit Pythonicus ille Spiritus quem consulit Saul per divinatricem « (1. *Sam.* 28. 17.) futuram stragem annunciavit ministerio dæmo- « num. Erant enim dæmones, qui seipsos transformarunt in ha- « bitum & personam Samuelis, qui quod audiissent sententiam « condemnationis adversus Saulem prolatam, quæ à Deo prodie- « rat, exponunt, & promulgant, uti propriam. Verba sunt Basilii comm. in Jes. c. VIII. f. m. 1024. D. t. 1. Obiter nota, non fuisse illum verum, sed personatum, Samuelem. *scientia*,

§. 10. Ex attributis judicare licet de *operibus* diabolorum, quod non nisi mala esse possint, ut proinde à Christiano recte vocetur δολερὸς καὶ πανουργότατος ὄφις *dolosus & malitiosissimus serpens*; πράξας πᾶσαν ἀνομίαν *operans omnem iniquitatem*; πάσης κακίας δημιουργὸς καὶ συνεργός, *omnis malitiæ opifex & administer*, quandoquidem ἔργα τοῦ Σατανᾶ πᾶσά ἐστιν ἡ ἁμαρτία, *opera diaboli sint omne peccatum*: quod olim profitebantur in exorcismi formula, Opera mala, nempe

explicante Cyrillo, Catech. Myst. I. f. m. 228. C. Distribui possunt
mentiri & occidere; in duo principalia facinora, mentiri & occidere; *Mentiri*; licet enim interdum vera dicat, invitus tamen id facit, & intentione fallendi: *Invitis* (dæmonibus) *elicuit confessionem*, (Luc. VIII. 28:) ait de Christo Hilarius lib. VI. de Trin. f. m. 78. Neque puduit ipsum coram ipso Dei filio mentiri Matth. IV. 9. quando præ se tulit, regna hujus mundi, & opes, suas esse, ut dare possit, cui velit: quare *mentienti credendum non est*, monente Cyrillo Catech. VIII. f. m. 73. D. *Occidere*, sub quo comprehenduntur omnis generis noxæ, hominibus intentatæ, vel illatæ, eæque vel immediatè, vel mediatè;
ut obsessio vel corporalis, *Immediate*, ut cum homines obsidet *corporaliter*, vel arripit, & affligit: „ Immundus enim dæmon, si quam hominis animam aggressus fuerit (liberet autem ab hoc Dominus omnes animas tam „ præsentium hic, quam absentium) tanquam lupus sanguivorus, „ paratus ad devorandum, super ovem veniret. Sævissimus illius „ adventus, gravissimus sensus, tenebrosa mens afficitur, & insultus „ iniquus, & rapina possessionis alienæ. Corpore enim alieno utitur tanquam proprio violenter: membris alienis stantem jactitat, „ & alieno instrumento adstantes acclamat. Minister enim est illius qui cecidit de cœlo. Depravat linguam, torquet labia, spumam pro verbis fundit, obtenebratur homo, opertus est oculus, „ & non videt per eum anima: Gemit homo tremens, ante mortem miserrimus. Verè hostes sunt hominum dæmones, turpiter illis abutentes, & absque misericordia. verba sunt Cyrilli, quibus obsessionem & afflictionem corporalem, à cacodæmone factam, graviter describit Catech. XVI. f. m. 183. Obsidet & *Spiritua-*
vel spiritualis; *liter*, in malitia homines indurans, quos alioquin corporaliter non obsidet. De hoc genere obsessionis disputat Didymus Alexand. lib. III. de Spir. Sanct. f. m. 202. D. expendens dicta scripturæ, quibus illa describitur, Luc. XXII. 3. Joh. XIII. 27. Act. V. 3. Disputat autem, quod Satanas *mentem alicujus & principale cordis impleat, non ingrediens in eum, & in sensum ejus, atq; ut ita dicam adytum cordis introiens; Siquidem hæc potestas soli sit Trinitatis; sed quasi callidus quidam, & nequam, ac fallax, fraudulentusq; deceptor, in eos animam humanam malitiæ affectus trahat, per cogitationes, & incentiva vitiorum, quibus ipse plenus est.* Id quod probat & illustrat exemplo Elymæ;

Elymæ; *Denique*, inquiens, *& Elymas, magus, filius Diaboli juxta malitiam, nequitiamq; ſubſiſtens, plenus omni dolo, & omni malicia ſcribitur, Satana patre ejus hanc ei voluntatem, quaſi ex conſuetudine vitiorum in naturam vertente*: reſpiciens ad Actor. XIII. 8. Inſeqq. diſputat etiam, quo ſenſu diabolus Judam Iſkariothen ingreſſus fuiſſe cenſendus ſit, nempe quatenus eum *implevit peſſima voluntate*: Et concludit: *introivit ergo non ſecundam ſubſtantiam, ſed ſecundum operationem*. Hæc ille. Mediatè occidit, quando ſubornat homines, qui alios occidant, vel necis ipſorum, aut alius alicujus damni cauſſa ſunt. E.g. per Magum quendam Valenti Imperatori perſuaſit, fore poſt ipſum aliquem Imperatorem, cujus nomen inciperet: Θεοδ. quare Imperator plures occidi juſſit, quorum nomina ab illis ſyllabis incipiebant: referente Socr. lib. IV. c. 19. Ethnicis perſuaſit ἀνθρωποθυσίας, exprobrante id ipſis Julio Firmico prof. relig. c. 27.

§. 11. Quidquid autem poteſtatis habet, habet *precario* ex Deo. Cyrillus cenſet Diabolum, etſi invitum, id ipſum confeſſum eſſe Luc. IV. 1. quando dixit: *mihi tradita* ſunt, ſcilicet omnia mundi regna, puta à Deo; & non: *mea ſunt*; *Non enim vi dominium ſibi vindicavit, ſed poſſeſſorem precarium & diſpenſatorem interea ſe profeſſus eſt*. Catech. IIX. f. m. 74. Hinc ſequitur, quod non poſſit ulterius graſſari, quam Deus ipſi permittit. Exempla duo nobis ſiſtit Ambroſius de pœnit. lib. 1. c. 12. hinc Jobum, inde Corinthium inceſtuoſum: *Sicut enim Dominus in animam ſancti Iob* (diabolo) *poteſtatem non dedit, ſed in carnem ejus permiſit licentiam; Ita & hic traditur Satanæ in interitum carnis, ut ſerpens terram ejus lingeret, animæ non noceret*. Ulterius illuſtrat c. 13. & miratur laudatque providam Dei bonitatem, qua fiat, ut diabolus, dum nocere vult homini, cogatur prodeſſe: Expendens enim verba Pauli, quod *tradiderit eum Sathanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus eſſet in die Domini noſtri Ieſu Chriſti*: ſubjungit: *Magna poteſtas, magna gratia, quæ imperat diabolo, ut ſe ipſe deſtruat. Se enim deſtruit, cum hominem, quem tentando ſupplantare ſtudet, ex infirmo fortiorem efficit; quia dum carnem debilitat, mentem ejus corroborat. Ægritudo enim carnis peccatum repellit, luxuria autem carnis culpam adolet. Illuditur ergo Diabolus, ut ipſo mortis ſuæ vulnere contra ſe armet, quem debilitandum putavit.* precaria.

Sed

Sed & ſanctum Iob magis armavit poſtea quam vulneravit, qui ſolum corpus diris perfuſus ulceribus, diaboli quidem morſum pertulit, ſed venena non ſenſit: Quare & Chriſti potentiam deprædicat: *quanta vis Chriſti*, exclamans, *ut cuſtodia hominis imperetur etiam ipſi diabolo, qui ſemper vult nocere*: Et concludit monendo: *Dominum ergo Ieſum nobis propitiemus*! Ita fiat!

Cur? §. 12. Reſponderi inde poteſt ad quæſtionem: Cur Deus diabolum adhuc temporis, & tamdiu toleret? Nam R. Baſilius diſſert. quod Deus non ſit auct. peccat. t. 1. f. 432. D. *ille igitur*, inferens, *ſapiens & providentiſſimus rerum humanarum diſpenſator, ejus* (Diaboli) *utitur ad noſtram exercitationem malignitate; quemadmodum medicus viperæ veneno ad ſalutarem medicamentorum præparationem.* Saltem opus eſt, ut ſinguli nobis caveamus, ne ſponte noſtra nos obnoxios hoſti iſti noſtro reddamus: *Accepit quidem tentandi licentiam, ſed non accepit copiam ſubruendi, niſi ſua ſponte labatur infirmus affectus, qui ſibi auxilium non novit accerſire.* ait Ambroſius de Parad. c. 2.

Pœnæ, in inferno: §. 13. Apoſtaſiæ ſuæ & malitiæ Diaboli hactenus jam dederunt *pœnas*, & dabunt porro, donec in judicio extremo conſummentur illæ; Locum ſummæ beatitudinis commutare coacti
„ ſunt cum loco extremæ miſeriæ: Sub iſto (*magno dæmone*) innu-
„ merabilis quædam aliorum & infinita natio eſt, ſimilium crimi-
„ num rea, quæ propter impietatem ſorte piorum excluſa, ſplendi-
„ dum illud divinumque domicilium, eamque, qua in regia fruebatur, dignitatem, ac felicem Angelicorum cœtuum ſocietatem,
„ cum Tartaro, ſceleratis omnibus admodum conveniente loco,
„ æquiſſima Dei præpotentis ſententia judicioq; damnata commutavit. ait Euſeb. lib. VII. de præp. Evangel. c. 16. f. m. 329. B. Locus ille alio nomine vocatur abyſſus: *Nam divinæ literæ locum illum abyſſum* (Apoc. IX. 1. 2. 11. XI. 7. &c.) *ac tenebras* (Matth. VIII. 12. XXII. 13. &c.) *appellare ſolent*; l. cit. Et deſcribitur à Tito Boſtr. quod ſit *locus tormentorum ac ſuppliciorum; non tamen æternus, nec ingenitus, ſed poſtea fuit, ſero tandem factus, ut eſſet medicina, & opem ferret peccantibus.* Incutiendo nempe peccantibus terrorem, ut à peccatis abſtineant, & commiſſa doleant, ne veniant in hunc tormentorum locum: Eo in loco ſunt *dæmones: abyſſus eſt, ubi dæmones torquen-*

Digitized by Google

torquentur, & supplicio afficiuntur, & substantiam habent, quæ subire potest tormenta, & dolorem sentire, & supplicia sustinent, & habent remunerationem pœnarum. idem Titus ait lib. 1. adv. Manich. p. 62. Locus intermedius, ubi hactenus etiam degunt, est aër: *Hostiles* enim *illæ inimicæque humani generis potestates per hunc, qui circum terram versatur, aerem volant*; ait Euseb. lib. III. dem. Evang. f. m. 107. A. quamvis eos non videamus: *Nobis haud cernentibus circum hunc aerem, qui terram ambit, terrestris quædam volitat ac dæmonica natura.* idem perhibet lib. IV. c 8. f. m. 157. D.

§. 14. Diabolus, modo descriptus, seduxit etiam hominem. Est enim *captiosus* ille *serpens*, vocante Athanasio in assumpt. Dom. t. 2. f. 2. B. cujus detestamur *molitiones antiquæ fraudis*; l. cit. Nam *serpens est, qui primum subvertit hominem*, scribit Pacian. epist. 1. *& in mundo interficit*, juxta eundem; *Pater hominum non natura, sed deceptione*, distinguente Cyrillo Catech. VII f. m. 69. *Ipsius dolis ac fraudibus generis quoq; nostri principes divinioris illius sortis communionem amiserunt*: ait Euseb. lib VII de præp. Evang. c. 10. & ex professo de hac Cacodæmonis malitia agit lib. IV. dem. Evangel. c. 9. Cujus capitis argumentum hoc est: *de inimica ac ipsi Deo adversante potestate, & eo, qui in hac dominatur, & quemadmodum per hanc omne hominum seductum est genus.* Seduxit autem ex invidia: *Saluti hominum invidens, in contrariam partem trahebat, omnisq; generis malitiæ machinis, cunctis gentibus, ipsisq; etiam sorti domini ex invidia bonorum insidiabatur*: Sic idem loc. cit. Confer Athanas. de incarn. f. 57. D. f. 620. C. de salut. adv. f. 638. B. Cyril. Catech. XII. f. 106. C. Basil. dis. de auct. peccat. f. 430. D. Ambros. de parad. c. 12. f. 251 F. de myst. pasch. c. 3. f. 122. F. Gregor. Naz. orat. XL. f. 618. C. XLII. f. 704. D. Jul. Firm. de err. prof. relig. c. 11. & 27. Panegyricum Euseb. lib. X. hist. Eccles. c. 4. Gregor. Nyssen. orat. Catech. c. 6. f. 56. t. 3. Per serpentem, eumque naturalem; Nam ἄλογον ζῶον *irrationale animal* eum vocat Euseb. lib. XII. de præp. Evang. c. 14. ut adeo Basilius recte distinguat inter diabolum, & inter serpentem, τὸ ἐμπεπαίγμενον ἀυτῷ θήριον, *bestiam, quæ diabolo subservire* cogebatur: de auct. peccat. t. 1. f. 431. A. B. idque probavit ex verbis Dei, *ubi serpenti, quo ille* (dæmon) *malus abusus fuerat, dixit, sed ita, ut minas ad Satanam referret.* Longius à litera recedunt, *secundum suam voluntatem*

Seductio hominis.

Sed & ſanctum Iob magis armavit poſtea quam vulneravit, qui ſolum corpus diris perfuſus ulceribus, diaboli quidem morſum pertulit, ſed venena non ſenſit: Quare & Chriſti potentiam deprædicat: *quanta vis Chriſti*, exclamans, *ut cuſtodia hominis imperetur etiam ipſi diabolo, qui ſemper vult nocere*: Et concludit monendo: *Dominum ergo Ieſum nobis propitiemus*! Ita fiat!

Cur? §. 12. Reſponderi inde poteſt ad quæſtionem: Cur Deus diabolum adhuc temporis, & tamdiu toleret? Nam R. Baſilius diſſert, quod Deus non ſit auct. peccat. t. 1. f. 432. D. *ille igitur*, inferens, *ſapiens & providentiſſimus rerum humanarum diſpenſator, ejus* (Diaboli) *utitur ad noſtram exercitationem malignitate; quemadmodum medicus viperæ veneno ad ſalutarem medicamentorum præparationem.* Saltem opus eſt, ut ſinguli nobis caveamus, ne ſponte noſtra nos obnoxios hoſti iſti noſtro reddamus: *Accepit quidem tentandi licentiam, ſed non accepit copiam ſubruendi, niſi ſua ſponte labatur infirmus affectus, qui ſibi auxilium non novit accerſire.* ait Ambroſius de Parad. c. 2.

Pœnæ, in inferno: §. 13. Apoſtaſiæ ſuæ & malitiæ Diaboli hactenus jam dederunt *pœnas*, & dabunt porro, donec in judicio extremo conſummentur illæ: Locum ſummæ beatitudinis commutare coacti
„ ſunt cum loco extremæ miſeriæ: Sub iſto (*magno dæmone*) innu-
„ merabilis quædam aliorum & infinita natio eſt, ſimilium crimi-
„ num rea, quæ propter impietatem ſorte piorum excluſa, ſplendi-
„ dum illud divinumque domicilium, eamque, qua in regia fruebatur, dignitatem, ac felicem Angelicorum cœtuum ſocietatem,
„ cum Tartaro, ſceleratis omnibus admodum conveniente loco,
„ æquiſſima Dei præpotentis ſententia judicioq; damnata commutavit. ait Euſeb. lib. VII. de præp. Evangel. c. 16. f. m. 329. B. Locus ille alio nomine vocatur abyſſus: *Nam divinæ literæ locum illum abyſſum* (Apoc. IX. 1. 2. 11. XI. 7. &c.) *ac tenebras* (Matth. VIII. 12. XXII. 13. &c.) *appellare ſolent*; l. cit. Et deſcribitur à Tito Boſtr. quod ſit *locus tormentorum ac ſuppliciorum; non tamen æternus, nec ingenitus, ſed poſtea fuit, ſero tandem factus, ut eſſet medicina, & opem ferret peccantibus.* Incutiendo nempe peccantibus terrorem, ut à peccatis abſtineant, & commiſſa doleant, ne veniant in hunc tormentorum locum: Eo in loco ſunt *dæmones*: *abyſſus eſt, ubi dæmones torquen-*

torquentur, & ſupplicio afficiuntur, & ſubſtantiam habent, quæ ſubire poteſt tormenta, & dolorem ſentire, & ſupplicia ſuſtinent, & habent remunerationem pœnarum. idem Titus ait lib. 1 adv. Manich. p. 62. Locus intermedius, ubi hactenus etiam degunt, eſt aër: *Hoſtiles* enim *illæ inimicæque humani generis poteſtates per hunc, qui circum terram verſatur, aerem volant*; ait Euſeb. lib. III. dem. Evang. f. m. 107. A. quamvis eos non videamus: *Nobis haud cernentibus circum hunc aerem, qui terram ambit, terreſtris quædam volitat ac dæmonica natura.* idem perhibet lib. IV. c 8. f. m. 157. D.

§. 14. Diabolus, modo deſcriptus, ſeduxit etiam hominem. Eſt enim *captioſus* ille *ſerpens*, vocante Athanaſio in aſſumpt. Dom. t. 2. f. 2. B. cujus deteſtamur *molitiones antiquæ fraudis*; l. cit. Nam *ſerpens eſt, qui primum ſubvertit hominem*, ſcribit Pacian. epiſt. 1. *& in mundo interficit*, juxta eundem; *Pater hominum non natura, ſed deceptione*, diſtinguente Cyrillo Catech. VII f. m. 69. *Ipſius dolis ac fraudibus generis quoq; noſtri principes divinioris illius ſortis communionem amiſerunt*: ait Euſeb. lib VII de præp. Evang. c. 10. & ex profeſſo de hac Cacodæmonis malitia agit lib. IV. dem. Evangel. c. 9. Cujus capitis argumentum hoc eſt: *de inimica ac ipſi Deo adverſante poteſtate, & eo, qui in hac dominatur, & quemadmodum per hanc omne hominum ſeductum eſt genus.* Seduxit autem ex invidia: *Saluti hominum invidens, in contrariam partem trahebat, omnisq; generis malitiæ machinis, cunctis gentibus, ipſiq; etiam ſorti domini ex invidia bonorum inſidiabatur*: Sicidem loc. cit. Confer Athanaſ. de incarn. f. 57. D. f. 620. C. de ſalut. adv. f. 638. B. Cyril. Catech. XII. f. 106. C. Baſil. diſ. de auct. peccat. f. 430. D. Ambroſ. de parad. c. 12. f. 251 F. de myſt. paſch. c. 3. f. 122. F. Gregor. Naz. orat. XL. f. 618. C. XLII. f. 704. D. Jul. Firm. de err. prof. relig. c. 11. & 27. Panegyricum Euſeb. lib. X. hiſt. Eccleſ. c. 4. Gregor. Nyſſen. orat. Catech. c. 6. f. 56. t. 3. Per ſerpentem, eumque naturalem; Nam ἄλογον ζῶον *irrationale animal* eum vocat Euſeb. lib. XII. de præp. Evang. c. 14. ut adeo Baſilius recte diſtinguat inter diabolum, & inter ſerpentem, τὸ ὑπηρετούμενον τῷ θείῳ, *beſtiam, quæ diabolo ſubſervire* cogebatur: de auct. peccat. t. 1. f. 431. A. B. idque probavit ex verbis Dei, *ubi ſerpenti, quo ille* (dæmon) *malus abuſus fuerat, dixit, ſed ita, ut minas ad Satanam referret.* Longius à litera recedunt, *ſecundum ſuam volun-*

Seductio hominis.

tatem interpretationem istius lectionis accipientes, (judicio Ambrosij de parad. c. 2. f. m. 247. K.L.) qui serpentem accipiunt de prava concupiscentia. Neque obstat, quod serpens iste loquebatur, & callidissime protoplastos seducebat: Hoc enim tantum inde sequitur, quod non merus fuerit serpens; Diabolo nempe ipsi conjuncto; *cum dicit* (scriptura) *sapientiorem serpentem, intelligis quem loquebatur, i.e. illum adversarium nostrum, qui tamen habet hujus sapientiam mundi*: ejusdem verba sunt c. 12. ut adeo serpens ille organum tantum diaboli fuerit: Diaboli, qui principalis lapsus causa est; ψυχοφθόρος *corruptor animæ*, juxta Cyril. Cat. VII. f. 69. B. πονηρός *malus*; juxta orationem Dominicam, Catech. V. Myst. f. 244. A. πονηρὸς ἀντίπαλος, *malus adversarius* (appellante Nysseno orat. in S. Stephan. t. 3. f. 355.) τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς *humanæ vitæ*; & εὑρετὴς τοῦ θανάτου *inventor mortis*; hostis, qui hominibus dormientibus *zizania superseminat*; juxta Athanas. t. 1. de sal. adv. f. 629. *parens, quo generati nigri sumus*, ut ad Eustochium scribit Hieron. de cust. virg. t. 1. *per quem pater noster Adam pulsus est, & pro paradiso, admirando quodam modo sponte sua fructus ferente, terram spiniferam accepit*: conquerente Cyrillo Catech. II. f. m. 7.

non creatio. §. 15. Non tamen ita auctor est, aut fuit, homini in peccato, ut esset κακῶν ποιητὴς, καὶ τῆς κακίας ἀρχηγός, *mali creator, & malitiæ principium*, quod Hæretici nonnulli, duplex rerum principium, alterum bonum, alterum malum introducentes, sentiebant, notati propterea ab Athanasio orat. adv. gent. t. 1. f. 16. *Mors invidia diaboli mundum invasit, excogitato inobedientiæ invento, atq; ita ex inobedientia præcepti divini factus est homo capax superseminationis diaboli, ac peccatum jam inde in naturam receptum ad omnem concupiscentiam stimulabat; Non tamen ut Diabolus eam naturam finxerit: absit; Nunquam enim Diabolus naturæ opifex (ut Manichæorum impietas censet) sed naturæ perversio ex prævaricatione id efficit.* Quæ ejusdem verba sunt de incarn. t. 1. f. m. 627. D. Cum quibus conferri possunt, quæ adversus eosdem ex professo disputat Titus Bostr. lib. 1. p. 64. & lib. II. p. 74. seqq. quæque paulo inferius §. 35. dicturi sumus. Neque vi coegit hominem, aut cogere potuit: *Vi aperta & potentiæ robore non poterat efficere* (diabolus) *quod habebat in animo. Potentior enim erat vis benedictionis Dei eius viribus*; ait Gregorius Nyssen. orat. Catech. c. 6. f. m. 57.

Digitized by Google

m. 57. Sed fallacibus verbis ei peccatum perſuaſit: *Propterea machinatur, ut eum abducat à potentia, quæ eum corroborabat, ac confirmabat, ut ipſe facile pateret inſidiis, & quomodo, cum in lucerna ignis ellychnium apprehenderit, nec flatu quispiam poſſit flammam extinguere, oleo aquam miſcet, & ea ratione flammam debilem reddit & evanidam: ita adverſarius, cum libero arbitrio vitium immiſcuiſſet, effecit, ut quodammodo extingueretur, & evaneſceret benedictio; qua deficiente, pro ea ſubit contrarium.* ita Nyſſenus. Ambroſius comparat cum malo ſemine, quod diabolus ſparſit in animo hominis, ut inde naſceretur peccatum. lib. III. hexaem. c. 10. f. m. 229. A. Baſilius uberius myſterium explicat, dicens: *In univerſum opinor, Sathanam non poſſe ipſum per ſe cauſſam eſſe alicui* (adeoque neque Adamo, & Evæ) *ut peccet; ſed cum modo inſitis unicuiq; à natura motionibus, modo etiam interdictis cupiditatibus velut adjutricibus utatur, per hæc ipſa eos, qui negligentiores ſunt, ad propria vitia conatur abducere.* Sic ille, quæ pluribus ſcripturæ locis & exemplis probat, & illuſtrat: & ei ſubſcribens Hieronymus, comment. ad Eccleſ. c. IX. *Diabolus* enim, inquit, *ſerpens eſt lubricus, cuius ſi capiti, i. e, primæ ſuggeſtioni non reſiſtitur, totus ſi interna cordis, dum non ſentitur, illabitur, temptationum diabolicarum initia flagitia ſunt: non eſt immiſſor, ſed incenſor vitiorum.* Verba igitur diaboli, mendacia & venenata, medium ſunt, per quod peccatum in hominum animis operatur & fovet; Et ſic etiam illud verbum, quo allocutus eſt, & detinuit primum hominem; Hoc enim genuinum verbi divini ſenſum pervertit, & alienum ſubſtituit, perſuaſitque homini: De qua ipſius methodia omnino legenda ſunt quæ diſſerit Gregorius Naz. orat. XL. f. 621. & 625. item Baſilius homil. VII. de peccat. t. 3. f. m. 52.

§. 16. Fœminam primum adortus eſt, & decepit: *Hic non audens propter robur virile accedere ad virum, tanquam ad firmiorem, accеſſit ad mulierem, adhuc virginem,* ait Cyril. Catech. XII. f. m. 106. D. Neque ſolum ideo virum non adortus eſt priorem, quia hic firmior, ſed etiam quia ſuis ipſe auribus verbum Dei immediatè audiverat: *Non aderſus eſt eum qui coram acceperat cœleſte mandatum, ſed eam aderſus eſt, quæ à viro didicerat, non a Deo, quid obſervaret, acceperat. Neque enim habes, quia mulieri dixit Deus; ſed quia Adæ dixit; & ideo per Adam cognoviſſe mulier æſtimanda eſt.* ait Ambroſ. de parad. c. 12. & ordo ſeductionis.

paulo poſt: *mihi videtur à muliere cœpiſſe vitium, inchoaſſe mendacium. Nam etſi de duobus videatur incertum, tamen ſexus prodit, qui prius potuerit errare. Adde, quia præjudicio illa conſtringitur, cuius & poſtea prior error inventus eſt. Viro enim mulier, non vir mulieri, autor erroris eſt*: Probat ex 1. Tim. II. 14. Poeta canit Amœnus:

Eva columba fuit tunc candida, nigra deinde
facta per anguineum maleſuada fraude venenum;
tinxit & innocuum maculis ſordentibus Adam,
Dat nudus ficulna draco mox tegmina victor!

Per Evam igitur etiam Adamus deceptus, & in peccata inductus eſt. Uterque antea bonus creatus erat; *Neq; enim, prava cum ſequitur* (homo), *naturæ aſſignandum id eſt; cum ipſi pravum non à natura, ſed præter naturam contingat, utpote quod voluntatis opus ſit, non naturæ.* ait Euſebius lib. VI. de præp. Evang. c. 6. f. m. 250. D. Qua de materia etiam Epiphanius diſputat adverſus Marcionem, qui carnem fuiſſe peccaminoſam ab initio, aſſerebat; *Nam neq;*, ait Epiphanius, *ab eo tempore, quo formata eſt caro, peccavit, ut ne Plaſtes cauſſa peccati putetur qui carnem peccatricem crearit; neq; ante formationem malum extitit, verum poſt tempus ipſe Adam in inobedientiam collapſus, quum haberet liberum arbitrium in propria voluntate, à ſeipſo peccatum intra ſe excogitatum commiſit, ubi videlicet eundem Dominum per inobedientiam ſprevit.* Sic ille hæreſ. XLI. f m. 166. confer & hæreſ. LXIV. f. m. 262. & ſcriptores Anti-Manichæos Didymum Alex. f. m. 20. Titum Boſtr. lib. 1. adv. Manich. p. 64. fuſiſſimè.

quæ potuiſſet & debuiſſet caveri.

§. 17. Homo igitur potuiſſet, & debuiſſet reſiſtere: *Potuiſſet*, utpote habens vires & animi & corporis, quibus bonū operari & proſequi poterat, uti diſſerit Athan. orat. ad gent. f. m. 5. t. 1. Et *debuiſſet*; utpote habens præceptum Dei; de quo paulo poſt: Et quia, quod potuerat & debuerat facere, non fecit, ſui & ipſe peccati auctor eſt: *Homo, qui vim à* (Deo) *tantam opum, tanquam ab optimo parente, ipſo ſtatim initio acceperat, & ſua ſponte divinioris illius conditionis ſorte excidit, ob violatum divinæ legis imperium in mortale domicilium amandatus atq; relegatus eſt.* ait Euſeb. lib. VI. de præp. Evang. c. 18. f. m. 332. Et voluntarius quidem; *Malitia* enim *ex voluntate naſcitur*, juxta Conſtantinum M. in orat. ad ſanct. cœt. c. 6. Cui conſona eſt ſententia Hieronymi; dicentis: *homo in ſeipſo erravit,*

Digitized by Google

vit, non natura, ſed mentis arbitrio. comment. in Ezech. c. XLVII. ℣. ult. Et adverſ. Jovin. *cum boni creati ſimus, & recti à Deo, ipſi vitio noſtro ſumus ad pejora delapſi*: lib. I. f. m 17. Et lib. II. f. m. 32: *Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur. Alioquin ubi neceſſitas eſt, nec damnatio, nec corona eſt.* Hoc liberum ſuum arbitrium homo ad malum applicuit: *Homo injuſte operans, juſte de peccato accuſatur. Si enim peccatum committit, tanquam non poſſit ab eo ſe abſtinere, injuſtam querelam ſubit: Sin autem cum poſſet non facere, facit contrarium, meritò accuſatur tanquam injuſtitiam ſuſcipiens*: ait Titus Boſtrenſ. lib. II. adv. Manich. p. m. 75. *Homines averſi ab æternis, & ad corruptibilia conſilio Diaboli converſi, ſibi ſuæ corruptionis, quæ morte ſpectatur, auctores fuere*, ait Athan. de incarn. t. 1 f. m. 57. D. Euſebius *liberum hominis arbitrium* cenſet eſſe κακίας πηγήν malitiæ, ſeu *peccati fontem*: lib. VI. de præp. Evangel. c. 6. f. m. 249. & hinc infert: *Tota ergo culpa deligentis eſt, nulla Dei. Neq; enim pravam Deus aut naturam, aut animi ſubſtantiam procreavit. Nam bonus ipſe cum ſit, ullius eum rei, niſi bona quoq; fuerit, auctorem eſſe, nefas eſt. Bonum id omne porro eſt, quidquid à natura eſt: cuilibet autem animo ratione prædito πάρεστι τὸ αὐτεξούσιον ἀγαθόν libertatis & arbitrii bonum à natura ineſt, nec alium ad finem, quam ad boni electionem inditum.* Cyrillo *malum eſt liberi arbitrij, & germen voluntarium.* Catech. II. f. m. 5. B. *Principium namq; ac radix eſt peccati ea quæ in nobis poteſtas eſt & arbitrij libertas. Nam quibus, ſi malo abſtinuiſſent, nihil omnino grave pati licebat; iidem, ſi in peccatum per voluptatem ruant, quam rationem decentem adducere poterunt, ne ſibi ipſis cauſſam pœnarum dediſſe dicantur?* juxta Baſil. quod Deus non ſit auct. peccat. t. 1. f. m. 422. D. Idem f. 430. B. interrogat: *unde iniquus eſt homo?* & R. ἐκ τῆς οἰκείας αὐτοῦ προαιρέσεως, *ex libera ejus voluntate.* Pergit interrogando: *Unde malus Diabolus?* & R. *Ex eadem penitus cauſſa. Habebat enim & ipſe liberam vitam, & inſitam ſibi poteſtatem aut Deum ſequendi, aut à bono diſcedendi.* Conſer Euſeb. lib. VII. de præp. Evang. c. 18 & f. m. 332. D. Lib. IV. dem. Evang. c. 9. Baſil. l. cit. f. 429. B. C. Gregor. Nyſſen. Catech. c. 8. t. 3. f. m. 59. C. & c. 22. f. m. 78. ex profeſſo.

Principium quo peccavit.

§. 18. *Principium quo* peccavit homo fuerunt anima & corpus ipsius, potissimum tamen *anima*: Hæc enim in sese continet principia actionum humanarum, intellectum & voluntatem: *Perspicuè concluditur, rationem esse quæ delinquit, & virtutem colit, quæ utrumq;, & virtutem, & vitium, novit*: juxta Titum Bostr. lib. 1. adv. Manich. p. m. 57. Et Basilium, dum statuit: *Principium ac radix peccati ea est, quæ in nobis potestas est, & arbitrij libertas.* dis. de auct. peccat. f. m. 422. D. In anima est intentio rerum agendarum vel omittendarum, quæ qualitatem dat actioni ipsi, vel omissioni: *Patet, actionem ut plurimum non per se explorari, sed mentem, vel cogitationem ejus, qui suscepit*; idem Titus in seqq. ratiocinatur. *Hinc* fit, juxta eundem, *ut sæpe, quæ prava existimantur, ex animo facientis honesta esse appareant*; *vel quæ non prava existimantur, sed contra potius honesta, & bona putantur, voluntate & proposito suscipientis convincantur nequitiæ*; *Quis jam potest contradicere, ex magna parte actiones non apud veritatem explorari*; *mentem vero esse, quæ in ijs, quæ aguntur, excutitur?* Confer Ambros. lib. 1. hexaem. c. 8. Athanas. de incarn. t. 1. f. 631. A. Hieron. in comm. ad Rom. II. 9. Anima vero corpus „ etiam ad peccatum applicat: Ne mihi corpus peccandi dicas in „ caussa esse. Si enim corpus peccandi caussa est, cur cadaver non „ peccat? gladium admove dextræ nuper vita functi, & cædes non „ efficitur; Omnia pulchritudinis genera coram juvene recens mor„ tuo transeant, & scortandi cupiditas non incenditur. Quamob„ rem? quia corpus ipsum per se non peccat, sed anima per corpus: „ instrumentum enim corpus est, & tanquam animæ vestimentum „ & amictus. Et si quidem ab anima corpori stuprum offeratur, „ fit immundum: Sic Cyril. Catech. IV. f. m. 32. C. D. Hinc est, quod hodie adhuc ἁμαρτήματα *peccata* vocentur ψυχικὰ *animalia*, quod anima sit eorum principium: vide Balsamonis & Zonaræ commentarios ad can. 2. Nicænum. Cave autem sensu Origeniano hæc capias, tanquam anima, in cœlo præexistens, peccaverit prius, quam corpori jungeretur, & ita peccatum secum in corpus attulerit; Sicut enim ante corpus illa non extitit, ita nec peccavit: *Disce hoc quoq;, priusquam in hunc mundum anima veniat, nihil peccasse; sed cum absq; peccato venerimus, nunc ex animi voluntate atq; arbitrio*

arbitrio peccamus: juxta Cyrillum, Catech. cit. f. m. 31. A. id quod ſaltem de Adamo & Eva Protoplaſtis veriſſimum eſt: Dico de Adamo & *Eva*; Nam in hoc tertio nulla eſt differentia inter utriusque animam. *Similes ſunt animæ virorum ac mulierum; Nam diſcrimen eſt duntaxat in corporis membris. Non eſt ordo animarum peccantium: & ordo animarum natura quod jaſtum eſt agentium: Sed utrumq; fit voluntate atq; ſuo cujusq; arbitrio: cum animarum eſſentia uniuſmodi ſimiliſq; ſit in omnibus.* l. cit.

§. 19. Neque obſtat (1) quod Paulus Rom. VII. 19. conqueratur, ſe facere quod nolit, ut ſequatur: Adamum quoque & Evam feciſſe, quod noluerint; Talis enim interpretatio aliis ſcripturæ dictis reclamaret. E.g. Jeſ. I. 19. *Si volueritis & me audieritis* &c. Rom. VI. 19. *Sicut exhibuiſtis membra veſtra* &c. Jer. II. 21. *Ego vineam plantavi* &c. Fecit Apoſtolus, quod nolebat per illud peccatum, quod voluntaria transgreſſione Adamus & Eva in mundum introduxerant. Quæ loca adducit Cyrillus, paulo poſt citandus. (2) Quod Diabolus homini peccatum perſuaſerit; Potuiſſet enim homo tentationibus reſiſtere: *Anima ſui juris ſuiq; arbitrij eſt; & Diabolus eam ſolicitare quidem fallereq; poteſt; at cogendi, niſi velit ipſa, poteſtatem non habet. Suggerit tibi ſcortationis cogitationem; Si velis, admittis; ſi nolis, non admittis. Nam ſi neceſſitate coactus ſcortareris, quam ob rem Deus gehennam præparaſſet?* quærit Cyril. Cat. IV. f. m. 31. D. Et fol. 38. B. *ſolicitare quidem* (diabolus) *poteſt volentes, cogere neminem valet*: Sic idem, agens de principio lapſus diaboli, & hominis. Object. 1. 2.

§. 20. Conſequitur hinc, quod Deus nec eius peccati, quod homo admiſit, cauſſa exiterit. Quæ aſſertio ut clarius intelligatur, diſtinguendum erit inter malum culpæ & pœnæ. Diſtinctio eſt Baſilij, diſtinguentis inter malum τὸ πρὸς ἡμᾶς κακὸν, τὸ δὲ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φύσιν; *quod eſt ſecundum noſtrum ſenſum, & quod eſt ſecundum ſuam naturam*; contra naturam ait eſſe *injuſtitiam, laſciviam*, & cætera peccata; contra ſenſum vero *corporis morbum, plagas, ageſtatem &c.* diſ. de auct. peccat. t. 1. f. m. 422. D. 423. A. Iſtud, nempe malum culpæ, ſeu remotale, cenſet eſſe τὸ ὄντως κακὸν *verè malum*; hoc vero, nempe pœnæ, ſeu naturale, δοκοῦν κακὸν *malum, quod ſic videtur.* f. m. 427. C. Aſſertio noſtra loquitur non de malo pœnæ, Sequela.

Digitized by Google

næ, utpote quod à Deo, juſto judice, omnino proficiſcitur: *Dico, juſto Dei judicio fieri adverſus eos, qui digni ſunt ſupplicio* (malum) *quod per bellum infligitur*, idem ait f. 425. A. (Dico, *juſto judice*, propter peccatum antegreſſum, quod punit, ita ut peccatum prima mali hujus quoque pœnalis cauſſa ſit, non Deus: *Maledicta* enim *legis, quæ in Levitico & Deuteronomio ſcripta ſunt, non Deo auctore complentur; ſed Prophetico ſpiritu his, qui peccaturi erant, ea, quæ ventura ſunt, nunciantur.* ait Hieron. comm. ad Galat. III. 13.) & bonum finem reſpicit, nempe mali Ethici impedimentum & prohibitionem: *Talia* (pœnæ) *mala à Deo immittuntur veris ac naturæ ipſa malæ reſiſtentia*: juxta eundem, lit. D. Sed de malo culpæ, ab homine admiſſo.

aſſeritur. §. 21. Huius mali cauſſam nullo modo eſſe Deum, I. *aſſertio* eſt catholica huius ſeculi Patrum & fidelium: Conſtantini M. *Quippe*, dicentis, *divina ſubſtantia hominum quidem probitate delectatur*, ἀποστρέφεται δὲ πᾶσαν δυσσέβειαν, *omnem verò averſatur impietatem*; & μισεῖ *odio habet*; orat. ad ſanct. cœt. c. 6. Athanaſij, qui aſſertionem iſtam vocat ἐκκλησιαστικὴν γνῶσιν *Eccleſiaſticam doctrinam*, orat. adv. gent. f. 7. t. 1. Baſilij, qui integram diſſertationem ſcripſit, ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ θεός; qua ſtatuit, *quod Deus non ſit auctor malorum*, habetur t. 1. opp. f. m. 420. ſeqq. Greg. Nazianzeni; *qui, Deus enim*, inquit, *nullo modo cauſſa eſt mali, quippe naturæ bonus; vitiumq; eius eſt, qui elegit.* orat. XLVII f. m. 758. D. Epiphanij, qui hæreſ. LXIX. f. m. 374. idem docet, *non enim*, dicens, *quod fuit in homine ab initio, h.e in Adam, id ipſum omnino ex opifice, inſonte ab Adæ peccato, peccandi cauſſa fuit, & propter hoc peccavit; Sed liberum arbitrium ipſi dedit, & unuſquiſq; ſibi ipſi cauſſa peccati exiſtit.* Gregorij Nyſſeni. *Ad vitam enim*, ſtatuentis, *propenſio aliena eſt à divina natura*; orat. Catech c. 1. f. m. 47. & f. 53. c. 5. *nullius mali ortui initium dux it ex Dei voluntate.* Et ante hos omnes Didymi Alexandrini, qui contra Manichæos ex profeſſo ſententiam hanc aſſeruit & defendit, p. m. 24. ſeqq. Ex recentioribus conferatur Dn. D. Dorſch. diſſert. ad concil. Arauſic. p. 16. ſeqq.

& probatur. §. 22. II. *Probatur* aſſertio (1) ex SS. *literis* in quibus deſcribitur creatio, ut univerſi, ita etiam hominis: Iſtius omnia erant bona; huic etiam Dei imago concreata erat. Hominem *Deus finxerat*

(1) Ex SS. literis.

ad

ad immortalitatem, & ad imaginem ſuæ æternitatis, ἐποίησεν ἀνθρωπον φύσει ἀναμάρτητον, καὶ θέλησιν αὐθεξούσιον naturâ eum ſine peccato creaverat, & voluntate liberum: juxta Athanaſ. de incarn. t.1.m. 627. C. & Euſebium, qui docet, quod Deus homini principia boni & virtutum inſeruerit: lib. VI. de præp. Evang. c.6. f.m.250. Et quia ſolum bonus erat homo, malum neſciebat: *Si Adam obnoxius erat iſtiuſmodi* (peccaminoſis) *cogitationibus, ante quam inobediens fuit Dei mandato, qui fieri potuit, ut malum & non bonum cognoſceret? Rationalis quidem erat, ac vi cogitandi inſtructus, ſed ut liberæ cogitationis, πεῖραν κακῶν οὐκ εἰδώς, ita vitij inexpertus, ſolum, quod bonum erat, cognitum habebat, ac ſimplex erat.* idem diſputat de ſal. adv. f.638. Cyrillus Hieroſ. Catech. II. f.5. C. Producit hic dicta Eccleſ. VII. 30, quo dicitur *fecerat Deus hominem rectum.* & Eph. II. 10. ubi dicimur *eſſe Dei factura, creati in bonis operibus, quæ præparavit Deus, ut in illis ambularemus.* Hæc ille, ut probet, quod *plantator* (Deus) *in culpa non ſit*, cur planta evaſerit mala. i.e. homo peccarit.

§. 23. (2) *ex analogia fidei.* Deus eſt *bonus*, imo ipſa bonitas, E. peccati auctor eſſe nequit. Argumentum eſt Titi Boſtrenſis adverſus Manichæos, *Alterum enim*, dicentis, *ex duobus relinquitur, aut dicendum eſſet, gubernatione οἰκονομίᾳ Dei provida coiviſſe contraria, ut tanquam à bono Deo fieret mundus; atq; ita ipſe omnino malorum in hominibus auctor eſſet, ſiquidem volens uſus eſt nequitia contra eos, qui futuri eſſent; aut vi coactum eſſe à nequitia, & jam nequitiam victoriam devicto Deo reportaſſe*: Sic ille p. 53. lib. I. ad abſurdum deducturus Manichæos, (Deum peccati auctorem ſtatuentes) ex eo, quod abſurdum ſit, Deum, qui bonus eſt, ſponte ſua hominibus peccati auctorem extitiſſe; aut, qui omnipotens eſt, coactum fuiſſe peccati auctorem eſſe. Cum quo argumento coincidit quod habet p. 60. Deus ex hominis natura vitium tollere aut non potuit, aut noluit; *Si noluit, quomodo rurſus volet, pœnitentia ductus, judicans, & eligens, quod melius eſt? Nonne pertinebat ad bonum aliter à principio fundit us delere nequitiam, ſi quidem poterat? Sin vero non poterat, periculum infirmitatis in auctorem mundi emergit.* Quod novum argumentum eſt à Dei *potentia* petitum. Sed redimus ad prius. Etiam Euſebius infert: *Tota ergo* (peccati) *culpa deligentis eſt* (hominis peccantis) *non* Dei, ratione addita: ἔτι γὰρ φύσιν φαύλην ὁ θεὸς εἰργάσατο, οὐδέ γε ψυχῆς ἀρετὴν:

(2) ex analogia fidei, ut Dei bonitate.

ἐσίαν: neq; enim pravam Deus aut naturam aut animæ ſubſtantiam procreavit. ἀγαθῷ γὰ ὄντι πᾶν ἀγαθὰ δημιυργεῖν θέμις. Nam bonus ipſe cum ſit, ullius eum rei, niſi bona quoq; fuerit, auctorem eſſe, nefas eſt: lib. VI. de præp. Evang. c. 6. f. m. 250. Idem argumentum urgent Cyril. Hieroſ. Catech II. f. 5 C. D. Baſil. diſſert. de auct. peccat. t. 1. f. m. 422. A. & homil. 1. de virtut. t. III. f. 11. A. ſeqq. Nyſſen. orat. Catech. c. 1. t. 3. f. m. 47. A. & 52. D. Iſta ſua bonitate motus *Deus hominem fecerat, & manere ipſum voluit ἐν ἀφθαρσίᾳ in incorruptibilitate*: juxta Athan. de incarn. t. 1. f. m. 57. A. quare etiam voluit absque peccato eſſe, utpote cauſſa corruptibilitatis. Deus eſt *juſtus*, quare non potuiſſet corripere & punire hominem peccatorem, ſi idem iſte homini auctor peccati extitiſſet. Deum judicare injuſtum, ait Hieronymus, *ne illi mala placere, & diſplicere bona forſan videantur.* comm. ad Rom. II. 3. Corripuit Deus hominem mox à peccato admiſſo: verba corripientis παραπάζοντος Athanaſius de aſſumpt. t. 2. f. m. 3. C. Qui igitur juſtè corripuiſſet, ſi ipſum ad peccandum vel creaſſet, vel impuliſſet? *Nullus mali ortus initium duxit ex Dei voluntate. οὐδὲ γὰρ ἔξω μέμψεως ἦν ἡ κακία, ἂν ἑαυτῆς ὑπογραφέα ποιητὴν καὶ πατέρα. Revera enim nulli reprehenſioni affine eſſet vitium, ut quod ſui effectorem & Patrem Deum ſibi adſcriberet; ſed malum intrinſecus quodammodo innaſcitur in libero arbitrio animi & electione, tunc conſiſtens, quando fuerit aliqui animæ receſſus ab eo, quod bonum eſt & honeſtum.* Argumentum eſt Gregorii Nyſſeni orat. Catech. c. 5. f. m. 53. C. t. 3. Athanaſius interrogat: *Cum Adamum initio fingebat Deus, congenitum illi peccatum inſevit?* & inſtat inferendo: *Quorſum igitur opus fuit præcepto, aut quid eum, ubi peccarat, condemnavit?* Hoc ipſo argumentum noſtrum confirmat à Dei præcepto, vel interdicto. Interdixit Deus hominem peccato, addita comminatione mortis; qua igitur juſtitiâ ei auctor peccati ipſe fuerit? de incarn. t. 1. f. 627. C. Confer de ſalut. adv. f. 637. D. t. 1. & de aſſumpt. Jeſ. Chriſt. t. 2. f. m. 3. C. Didym. Alex adv. Manich. f. m. 19. 25. Baſil. homil. 1. t. 3. f. m. 11. Filius Dei eo fine factus eſt homo, ut peccatum aboleret, quî igitur Deus ejus, quod abolitum vult, cauſſa extiterit? Antecedens placet Athanaſio, ſcribenti: *Dominus qui ſemper & ex natura ἀτρέπτως ἀγαπῶν immutabiliter diligit juſtitiam, & odio habet iniquitatem, inungitur, & emittitur, ut idem ſubſiſtens, idemq; per-*

& juſtitia.

Filii incarnatione.

permanens, mutabili carne aſſumpta peccatum in carne condemnaret, & liberam ipſam aſſertamq; redderet, quo deinceps juſtitia legis in ea adimpleatur. orat. II. adv. Arian. f.m.358. B. t.1. Conſequens per ſe clarum eſt.

§. 24. III. Ex *ratione.* Titus Boſtrenſis adverſus Manichæos diſputans inductione rem probat, Deus, argumentans, peccati auctor eſt neque quoad animam, neque quoad corpus; non iſtam, fatentibus adverſariis; Non hoc, eo quod materiale ſit corpus, ſine anima expers actionum malarum. Seu, ut ipſe loquitur, *in materia eſt vacuitas rationis*, quæ peccati principium eſt. lib. 1. p.m.53. & 54. Baſilius expendit naturam vitii, ſeu peccati, quod ens non ſit phyſicè poſitivum, inde infert, quod cauſſam efficientem Deum, utpote rerum ſolummodo naturalium auctorem, non habeat: *Itaq; ne mihi dicas, auctorem mali eſſe Deum. Id enim impium eſt; cum nullum contrariorum à contrariis ducat originem. Neq; enim vita generat mortem; Neq; tenebræ lumini ſunt initium, neq; item morbus ſanitatis eſt opifex: ſed in affectionum mutationibus è contrariis ad contraria fit tranſitus: In ortu vero rerum non ex contrariis, ſed ex ejusdem generis rebus unumquodq; eorum, quod ſit, exiſtit. Vitium igitur res non eſt, quæ vivat & animata ſit, ſed affectio in animo, quæ virtuti adverſetur, quod à bono recedat, ſegnibus & inertibus innata. Neq; igitur extrinſecus vitium obrepere putes, neq; ducem ad malum naturam quandam opineris, ſed ſuæ ipſius improbitatis auctorem ſe quiſq; agnoſcat.* Sic Baſilius conc.1. de virt. & vit. t.3 f.m.11. D. Brevius & clarius Nyſſenus: *Quod non eſt, non conſiſtit; Ejus autem quod non conſiſtit opifex non eſt is qui eſt opifex eorum quæ conſiſtunt. Malorum ergo cauſſa non eſt Deus, qui eſt creator & effector eorum quæ ſunt, non eorũ quæ non ſunt.* orat. Catech c.7. Manet igitur, quod *initio* (rerum creatarum) *malitia non fuerit*: juxta Athanaſium orat. adv. gent. f.2. D. quod confirmat, dicens, *nullum malum nec à Deo, nec in Deo, nec ab initio extitiſſe, neq; ullam eſſe ejus ſubſtantiam.* f. 7. D. & b. A. ejusdem orationis. (3.) Ex ratione.

§. 25. IV. *à ſuffragio* non ſolum Chriſtianorum, ſed etiam Ethnicorum. Platonis calculum producit Euſebius lib. XIII. de præp. Evang. c.3. ut probet *μὴ εἶναι τὸν θεὸν αἴτιον τῶν κακῶν* non *eſſe Deum auctorem malorum.* Producit enim ex lib. II. de rep. locum, (4.) Ex auctoritate.

in quo poëtas Plato acriter caſtigat, quod *male Deorum Heroumq; naturam oratione ſua repreſentarint*, tribuentes ipſis vitia, & vitiorum cauſſas: addita ratione: *Deus, quod reapſe bonus ſit, bonus quoq; celebrandus erit, atqui noxium* (peccaminoſum) *bonum eſſe nullum poteſt.* f.m.642.D.

Obj. 1. §. 26. *Objicias*: (1) Deum, utpote præſcium rerum futurarum, præſciviſſe hominem peccaturum eſſe, *cur* igitur *eum, qui futurus erat pernicioſus, & peſtifer, bonum Deus produxit*, ſi peccatum ipſi diſplicuit, neque auctor ejus ipſe eſſe voluit? argumentum eſt Manichæorum apud Didym. Alex. p.24. Et Nyſſen. orat. Cat. c.7.t.3.f.m.57.C.62.C. 2. (2) Creaſſe hominem ita, *ut ineſſet ei poteſtas*, utpote *rationis compoti, ad capiendum vitium*: E. peccandi principia dediſſe: *ſed cur in ſtructura*, interrogabant, *non habuimus, ut peccare non poſſemus, ita ut ne volentibus quidem contingeret ut peccaremus?* apud Baſil. de auct. peccat. t.1.f.429. C. *Voluntatem hominis meliorem ac faciliorem facere* (Deus) *potuiſſet*; Cur igitur non fecit talem, ſi peccatum ipſi adeo diſplicuit? Sic iidem arguunt apud Conſtantinum M. in orat. ad ſanct. cœt. c.12.f.m.584.A. quod eorundem argumentum idem refert p. 25. Boſtrenſis. 3. (3) Creaſſe arborem ſcientiæ boni & mali, & adjeciſſe interdictum de non comedendo exinde, poſuiſſe igitur homini ſcandalum, & occaſionem peccandi: *Cur, inquis, lignum hoc in paradiſo fuit, per quod nos diabolus tentaturus erat? Si enim deceptionis eſcam & materiam non habuiſſet, quonam modo nos ſibi obtemperando ad mortem deduxiſſet?* refert 4. argumentum Baſilius, diſ. de auct. peccat. f.m.431.C. (4) Jeſ. XLV.7. Deus creaſſe dicitur non *lucem* ſolum, i. e. bonum, ſed etiam *tenebras*, i.e. malum. *Ego*, inquiens, *ſum faciens pacem, & creans mala*. Amos. III. 6. *non eſſe malum* in *civitate, quod Deus non fecerit*: idem nempe, qui comminatus eſt Iſraelitis omnis generis mala, Deut. XXXII. 20. ſeqq: quæ & alia dicta laudat Baſilius l.cit. 5. f.424.425. (5) In reprobum ſenſum tradere homines, Rom.I. 24. qui fons eſt omnium peccatorum & ſcelerum. vide Baſil. reg. XI. Moral.c.4.f.292.D. t.2. Ita tradidit Pharaonem, & induravit, quod exemplum producit idem Baſilius ex mente adverſariorum diſſ. de auct. peccat. f.426.C. 6. (6) Creare adhuc hodie homines diverſis ingeniis præditos, & affectibus ſuis hinc inde in va-

ria

ria etiam vitia propendentes; *Qua de cauſſa, inquiunt, non unam eandemq; omnium naturam atq; indolem fabricavit; ſed multa diverſa, adeoq; contraria indole predita naſci voluit? Ex quo diſſimilitudo morum ac voluntatum inter homines orta eſt.* refert Conſtantinus M. orat. ad ſanct. c. 13. f. 585. Euſeb. (7) Creatum eſſe à Deo diabolum, juxta Anti-Manichæos. E. etiam peccatum, cujus diabolus auctor eſt. Quod argumentum innuit Didym. p. 25.

§. 27. R. ad I. Neg. conſeq. Deus præſcivit. E. ipſi placuit peccatum, aut ab eodem productum eſt. Quia *ſciebat aſſero, ſed non ideo pereuntis proditoris* (Judæ) *invidiam in ſe* (Deus, ſeu Chriſtus) *debuit derivare, ut adſcriberetur Deo, quod uterq;* (Judas & Petrus) *ſit lapſus*: ait Ambroſ. de parad. c. 8. diſputans de præſcientia Dei, quod præſcitorum cauſſa non ſit: quippe quod Deus ſua præſcientia in res futuras non influat,, etſi ſecundum præſcientiam ſuam res futuras permittat fieri: *Sciebat enim futurum*, ait Nyſſenus, at ſciendo non effecit, ſed *non prohibuit eam* (hominis) *quæ ad id, quod fit, erat, propenſionem & inclinationem. Quod enim à bono homo eſſet avertendus non ignoravit, qui omnia ſuo dominatu continet, ſua prævidendi virtute æque intuens id quod deinceps eſt futurum, atq; id quod eſt præteritum. Sed quomodo vidit averſionem, ita etiam rurſus excogitavit eius ad bonum revocationem*; quod utique indicio eſt, peccatum eum præſciendo non probaſſe, vel effeciſſe: orat. Catech. c. 8. f. m. 62. C. confer Athan. t. 1. f. m 1020. C. Ad 2. R. etiam N.C. *Dicimus, non eſſe auctorem vitij, qui eum* (hominem) *fecit, qui poteſt ſua propenſione ac nutu ad vitium venire. Animal enim rationis particeps fecit Deus, quod volebat, ut voluntate ſua bonum eſſet, libera alioqui poteſtate præditum, qua poſſet in utramq; partem flecti*; ait Didymus Alex. lib. adv. Manich. p. 24. confer. Tit. Boſtr. adv. Manich. p. 76. Et ut bonum eſſet, *mandatum dedit, ut virtutem haberet actu, vitium vero non actu, ſed ſolæ æptitudine. Lex enim creatoris hortatur, & roborat, atq; adjuvat ad virtutem, dehortans naturam à vitio*: quæ eiusdem verba ſunt: Hinc concludit: *Si quis igitur ratione utentium, via auctori & gubernatori contrariæ ingreſſus eſt, non eſt culpa fabricatoris & legislatoris, ſed eorum, qui contra leges ſancitas, & earum providentiam vires intenderunt.* p. 25. Habuit homo à Deo inſuper vires internas, imaginem nempe concreatam, quarum beneficio potuiſſet abſtinere à peccato, & ſtudere virtuti-

R. ad. 1.

ad. 2.

bus; de quibus actum est supra, ubi de imagine divina disputavimus. Quod vero Deus hominem non obtorto collo, neque secundum suam potentiam absolutam adegerit ad bonum, & abstraxerit à malo, ratio erat virtus: *Quoniam & tu servos, non, quando vinctos in custodia retines, benevolos esse tibi existimas, sed cum sponte omnia, quæ erga te oportet, videris agere. Sic item Deo eum puta fore amicum, non qui coactus, sed qui sponte sua virtuteq; illi obtemperat. Virtus vero ex voluntate perficitur, non ex necessitate*: dicit Basilius de auct. peccat. f. 429. D. Verbum Dei satis vitium habuit, & præbuit homini ad virtutis studium, & vitij fugam: *Quænam, rogo, melior via, quæ ratio efficacior ad improbos homines emendandos, quam ut Deus ipse eos coram* (ut Adamum & Evam) *compellaret? An non ille præsens & omnium conspectui subjectus, eos ad modestiam informavit? Quod si Dei præsentis præceptio nihil profuit, quid absentis & inauditi prodesse potuisset?* disputat & interrogat Constantinus M. ad sanct. cœt. c. 12.

R. ad 3. §. 28. Ad 3. R. cur Deus arborem scientiæ boni & mali in paradiso posuerit, caussa non erat, ut homo in illam impingendo peccaret, sed ut haberet materiam virtutis: *Quoniam mandatum esse oportuit, ut nostram erga Deum probaret obedientiam. Ideo planta pulcherrimis fuit fructibus scatens, ut in abstinentia voluptatis animi continentis virtutem ostendentes, patientiæ corona digni redderemur, ἀξιωθῶμεν*; verba sunt Basilij dis. de auct. peccat. p. 37. C. D. Neque interdicto suo Deus caussa extitit: *Non enim in mandante culpa est, sed in prævaricante peccatum est*, ait Ambrosius de parad. c. 8. Diabolus quidem tentando per lignum hominem seduxit, sed hoc erat præter Dei intentionem; Dei intentio erat, ut homo per lignum istud ad bonum tentaretur & exerceretur; Et huc cooperari etiam Diabolus tenetur: *Revelavit Deus, ut sciremus etiam diaboli malitiam ad salutem prodesse hominibus*; *Non quod Diabolus prodesse velit, sed quod malitiam ejus, etiam repugnantis, convertit nobis Dominus ad salutem*; ejusdem Ambrosij sententia, quam illustrat & probat exemplis Jobi & Josephi. c. 2.

R. ad 4. §. 29. Ad 4. R. idem Basil. l. cit. f. 422. dist, inter malum culpæ & pœnæ; hujus quidem caussa Deus est, sed ut justus judex peccatorum nostrorum; istius non item, sed nos sumus, qui peccatis nostris pœnas meremur: *Vt igitur incisionis aut insustionis non medicus*

Digitized by Google

dicta eſt cauſſa, ſed morbus; Sic item civitatum interitus, ex nimia peccantium perverſitate originem habentes, Deum ab omni querelæ cauſſa liberant. f. 423. D. In dicto Jeſaiæ lux & tenebræ non morales, ſed naturales intelliguntur, juxta eundem Baſilium, f. 424. de quibus h.l. quæſtio non eſt. Locus Amoſi de malo itidem pœnæ intelligendus eſt: *intellige hic mali nomen vexationem ac calamitatem ſignificare, quam Deus peccantibus ad delicta corrigenda inſligit.* idem ait f. 425. D. Et tantum abeſt, per hæc mala Deum conſtitui auctorem peccatorum, ut potius eum ab hoc crimine abſolvant: *Talia* enim *mala immittuntur à Deo veris ac naturæ ipſæ malis exiſtentia.* l. cit.

§. 30. Rx. ad 5. Ambroſius ad l. cit: *tradere eſt permittere, non incitare, aut immittere, ut ea quæ in deſideriis conceperant, adiuti à Diabolo, explerent in opere.* Et Hieronymus comment. ad l. cit. *In hoc, quod Deus tradidiſſe dicitur propriis deſideriis peccatores, oſtendit, non quod ipſe ſit cauſſa; ſed quod per longanimitatem & patientiam non inducendo vindictam patitur eos ſecundum cordis ſui agere voluntatem: Hoc facit volens eos* (non ad peccandum impellere, ſed) *ad pœnitentiam converti. Item tradere in ſcripturis dicitur Deus, cum non retinet delinquentes propter arbitrii libertatem, ſicut in Pſalmo* (LXXXI. 13.) *dicit: & dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum.* Hæc ille. Hoc modo Pharaonem Deus induravit: ἐσκλήρυνε δὲ αὐτὸν (ὁ θεὸς τὸν φαραὼ) τῇ μακροθυμίᾳ, καὶ τῇ τῆς πρωείας ἀναβολῇ ἐπτείνων αὐτῦ τὴν κακίαν, ἵνα εἰς τὸν ἔσχατον ὅρον αὐξηθείσης αὐτῦ τῆς πονηρίας, τὸ δίκαιον ἐπ' αὐτῦ τῆς θείας κρίσεως διαφανῇ i.e. *obduravit eum* (Pharaonem Deus) *longanimitate, ac pœnæ dilatione ipſius intendens malum, ut ad extremum ejus iniquitate ad ſummum gliſcente, juſtius ſuper eum Dei judicium oſtenderetur.* verba ſunt Baſilii dif. de auct. pec. f. m. 427. ubi multa habet de Pharaonis induratione, & in eo totus eſt, ut Deum ab omni culpa liberet: exponens, quo ſenſu *vas iræ* fuerit Pharao, nempe non prædeſtinatione, aut antecedaneo Dei influxu & impulſu; *Ita* enim *culpa juſtius transferretur in ipſius conditorem*; ſed diaboli, & ſua ipſius malitia: *ira vas eſt, qui omnem in ſe diaboli operationem quaſi vas quoddam ſuſcepit, & propter fœtorem quem habet ex corruptione ad nullum uſum aptari poteſt, ſed dignus eſt qui pereat*: l. cit. A. Confer Tit. Boſtr. lib. I. L. cont. Manich. p. 85. 87. 88. Hieron. comm. ad Rom. II. 5. ubi dicit: *omne cor quod non ſentit induratur. Hoc enim* Rx. ad 5.

modo

modo induravit Deus cor Pharaonis. Sic ille ad verba Apoſtoli: *Secundum duriciam tuam & impœnitens cor* &c.

R. ad. 6. §. 31. R. ad. 6. Conſtantinus M. l. cit. diverſitatem iſtam provenire ex natura hominis rationali, longe reliquis creaturis excellentiore, nec ad unum modo determinata: *Etenim univerſum hunc mundum longo intervallo ſuperat anima rationalis; tanto beatior terrenis & corruptioni obnoxiis animantibus, quanto auguſtior eſt & divinior: nec non divinæ bonitatis particeps humanum genus.* Sic ejus verba ſonant. Abuſus igitur donorum divinorum eſt, ſi ad malum applicantur. Ad (7) R. Didymus l. cit. *Licet ſubſtantiam, qua diabolus nominatur, Deus fecit, non tamen fecit, ut eſſet diabolus, ſed ut virtutem ſuſcipere poſſet, ut eam haberet; & vitium item ſuſcipere, ut ab eo abſtineret.* Quod igitur ex Angelo in diabolum, & hominis ſeductorem, degeneravit, propria apoſtatæ culpa eſt, non Dei. de quo ſupra.

Resp. ad 7.

Antitheſis. §. 32. *Vapulat* igitur merito contraria noſtræ ſententia; tanquam *ſtulta*, judicio Baſilii, utpote æqui pollens atheiſmo, qui ſupremum ſtultitiæ culmen eſt: *Similis huic* (atheo) *eſt, nec quicquam in ſtultitia differt, qui Deum malorum cauſſam eſſe dicit, parq; prioris ſcelus exiſtimavero, quoniam ambo bonum Deum ſimiliter negant. Alter quidem non eſſe omnino, dicit: alter vero, non bonum eſſe, affirmat. Si enim eſt malorum cauſſa, non bonus eſt; Si non bonus, neq; Deus: Itaque utrobiq; eſt negatio.* Baſilius cenſet diſ. d. auct. pec. p. 422. A. tanquam *hæretica*; ejusdem judicio: Nam reg. brev. LXXXIV opinionem eam cenſet eſſet *hæreticam*, quæ *propter mores hominis turbulentos ac feroces*, & ideo *homine reprehenſo*, dicit, *Deum alios bonos finxiſſe, alios nequam.* Hanc opinionem non *hæreticam* ſolum cenſet, ſed etiam *blaſphemam, impiam*, & *ſcandaloſam*; qualem eandem cenſent etiam Athanaſius de ſalut. adv. t. 1. f. 641. A. Euſeb. de præp. Evang. lib. VI. c. 6. idemque Baſilius conc. 1. in hexaem. f. m. 11. t. 3.

Primum peccatum quod? §. 33. Primum hominis peccatum fuit *infidelitas*, qua obedientia verbo divino denegatur. Habebant Protoplaſti pro ſeſe verbum Dei, in quod conſtanter debuiſſent reſpicere, ſed diaboli fraude hoc lumen ipſis obſcuratum & ereptum eſt, ut plus iſtius verbis crederent, quam Dei: *Condita eſt* (mens hominis) *ut Deum ſpecta-*

Digitized by Google

ſpectaret, & ab eo illuſtraretur, in ſuo ſcilicet verbo; *ipſa vero pro Deo mortalia & tenebras exquiſivit, ut alicubi* (Eccleſ. VII. 30) *ſpiritus ſcripto prodit: Deus hominem rectum fecit, ipſi autem exquiſiverunt multiplicia commenta.* ita Athanaſ. orat. adv. gent. f. m. 8. B. Et adhuc clarius orat. III. adv. Arian. f. m. 436. A. *in prima*, ait, *creatione ἄπιστοι γεγόνασι οἱ ἄνθρωποι infideles, ſeu increduli evaſerunt homines, eorumq; culpa prima creatio perierat.* Idque Diaboli culpa: *Intervenit enim* (beneficiis divinis; homini in creatione conceſſis) *hoſtis in medium, Deum vocans in invidiam, perſuaſit dolo*: idem ait de aſſumpt. Chriſt. t. 2. f. m. 3. Dum aliud ſuaſit, & perſuaſit, fidem ſuſtulit hominis, & infidelitatem introduxit: *Nam cum Dei oblivi ſceris* (quod facit infidelitas) *tunc demum cogitas perverſa, & iniqua perficis.* juxta Cyrill. Catech. II. f. m. 6. A. quod probatur à contrario; *Impoſſibile enim eſt à via juſta aberrare eum, qui in ſuo corde Dei* (adeoque & verbi Dei) *non obliviſcitur*, ait Baſil. diſ. de auct. pec. t. 1. f. 421. D. Perſuaſit autem, ut de vetita arbore veſceretur, atque ita Dei mandatum transgrederetur inobedientia ſua: Mors invidia Diaboli « mundum invaſit, excogitato inobedientiæ invento, atque ita ex « inobedientia præcepti divini factus eſt homo capax ſuperſemina- « tionis Diaboli, ac peccatum jam inde in natura receptum, ad o- « mnem concupiſcentiam ſtimulabat: verba ſunt Athanaſ. de in- « carnat. t. 1. f. m. 627. D. Confer f. 57. A. quibus ſubſcribit Euſebius, docens, hominem, *cum eadem ipſo ſtatim initio, quæ reliqua prorſus omnia, divini Numinis lege teneretur, ſua ipſius veſania τῆς θείας ἐντολῆς ἀθέτησιν violato tanti regis mandato, tam expetendæ vitæ fructu excidiſſe.* lib. VII. de præp. Evang. c. 10. Et Ambroſius de paradiſ. c. 7. niſi fallor, *inquiens*, mortis cauſſa inobedientia fuit, & id- « eo homo ipſe ſibi eſt mortis cauſſa, non habens Deum ſuæ mortis « auctorem. Neque enim, ſi Medicus præſcripſerit ægrotanti à « quibus videatur cavendum, atque ille ab interdictis non putave- « rit abſtinendum, cauſſa ei mortis eſt medicus, ſed utique ipſe ſibi « reus mortis eſt propriæ; Itaque Deus quaſi bonus medicus pro- « hibuit, ne Adam nocitura guſtaret; dum autem homo ſponte « ſua guſtavit, ſui ipſe peccati, & pœnæ ejusdem, mortis, reus eſt. Atque ita hodie quoque uſuvenit: *Quoties enim ea quæ recte utiliterq; præcepta ſunt infenſo animo excipimus, tunc mentis noſtræ acies qui-*

quasi tenebris, ignorantiæ nimirum, infidelitatis, & impietatis *obscuratur*: juxta Constantinum M. orat. ad sanct. cœt. c. 12. Medium quo hominem à verbo Dei abduxit erat colloquium, in quo similitudinem cum Deo ei, si de fructu comederit, promisit: *Dolus hominem aggressus, eadem ambitionis cupiditate, quam ipse* (diabolus) *ab initio habuit, velle similem esse Deo, hac rursus ad decipiendum nos usus lignum ostendit, per cujus degustationem pollicitus est hominem similem fore Deo: si comederitis, inquit, eritis veluti Dij, malum ac bonum cognoscentes.* ita Basilius dissert. de auct. peccat. f. 430. D. 431. A. Confer homil. de humil. t. 1. f. 547.

Conseqq. 1. in genere:

§. 34. *Consequentia* lapsus, & quidem (1) in *genere* erant omnis generis mala; Athanasius vocat ἐλεεινὸν θέαμα *miserabile spectaculum*, in assumpt. Christi t. 2. f. 3. Homo enim amisit imaginem Dei. *Non enim qualis á principio* (natura humana) *condita fuit, talis permansit; sed qualem seipsam contaminando reddidit, talis etiam apparet*: juxta orat. adv. gent. t. 1. f. m. 8. dum *ipse ille rationalis & ad imaginem* (Dei) *creatus homo obliterabatur, & opus illud á Deo factum simul interibat, & mors ex lege vim suam contra nos obtinebat, nec ulla spes erat effugiendæ legis, quia ea á Deo propter prævaricationem lata erat, fuit q; ea res plane absurda & indecora.* Sententia ejusdem Athanasij de incarn. t. 1. f. m. 58. C. D. ut adeo Deus non immerito conquestus fuerit, *suam imaginem in creatura corruptam esse*: orat. d. assumpt. 2. f. 3. D. Cum Macedonianus interrogaret: *An non omnes sumus secundum imaginem illius?* respondit orthodoxus: „Peccatores „nequaquam: Qui vero carnis actiones mortificant, & indicunt novum illum hominem ad imaginem Dei creatum, iis demum illud secundum imaginem competit. Talis enim erat Adam ante „acceptí mandati transgressionem. f. m. 225. B. Eodem tendit Eusebius, quando de primo homine dicit: *divina lege violata, eximiorum ac cœlestium bonorum possessione exciderat.* de præp. Evang. l. VII. c. 8. Eaque tota: *Postquam* enim *per invidiam & æmulationem nequissimi dæmonis passiones ac vitia sua sponte sectari & adamare cœpit* (anima;) *Deo mox ab illa se subducente, tanquam patrono destituta, capta facilius, & insidiis eorum, qui jam pridem ipsius gloriæ invidebant remansit obnoxia. Hostium itaq; invisibilium & spiritalium adversariorum cestudinibus & machinis subversa, adeo immani ruina concidit, ut nullus*

in

in ea virtutum lapis alteri coherens Lapidi remanserit, sed tota penitus prostrata Deiq; notionibus á natura insitis spoliata κεῖσθαι νεκρὸν mortua humi jacuerit. verba sunt panegyrici in Encæniis Tyriis recitati apud Euseb. lib. X. hist. Eccles. f.m. 384. B.C. Gregorius Nyssenus comparat *σβέσιν extinctioni* candelæ, orat. Catech. c. 6. t. 3. f.m. 57. vide locum integrum §. 36. citandum. id quod grande nefas erat: *nefas enim esse profecto, regis imaginem aboleri,* in confesso est, & Moses in *fronte sanctissimarum legum* innuit, ab Adamo esse factum; eodem Eusebio auctore c. 10 f.m. 316. præp. Evang.

§. 35. Diximus autem *imaginem divinam* esse amissam, minime vero ipsam hominis *substantiam*, ita ut nova in ipso fuerit à cacodæmone creata. Tetigimus aliquid huius rei supra §. 15. Nunc quædam addamus. Substantia hominis mansit, qualitates vero mutatæ sunt, dum amissis bonis malæ in eodem subjecto successerunt: *carnem ex prima plasmatione Adam habebat sine peccato, prævaricando* (eandem scilicet) *capacem delicti fecit, & in corruptionem mortemq; delapsus est*: ait Athanasius de incarn. t. 1. f.m. 620. A. Unde Christus, seu Filius Dei, eandem Adami, & nostram carnem assumpsit, ut suæ eam pristinæ integritati restitueret, id quod idem mox addit, dicens: *Hanc* (carnem) *suæ naturæ restituit Christus, & proinde impeccabilem* (ἀναμάρτητον) *reddidit, ut declararet, opificem extra culpam fuisse, & secundum primordialem creationem eam instauravit, ut ipse esset impeccabilitatis specimen*: Hæc ille, ut obtineat, *corpus Domini non esse cælestis naturæ*, ut quidam delirabant. Pergit, dicendo: *Quod* (corpus) *Adam impeccabile & damnationi inobnoxium in corruptionem & damnationem deduxerat, hoc Christus incorruptibile expiatoriumq; mortis ostendit.* Dividitur quidem, sicut homo, ita & corpus in animale & spirituale, sed divisione non secundum diversas substantias, sed qualitates & accidentia. *Cum* (Apostolus 1. Cor. XV. 47.) *eos, alterum animalem, alterum spiritualem appellat,* οὐχ ἕτερον καὶ ἕτερον δείκνυσι σῶμα, *non aliud & aliud innuit corpus,* ἀλλὰ τὸ αὐτὸ σῶμα, *sed idem.* eiusdem responsio est. Idem paulo post, postquam dixisset, facto Adami lapsu, *peccatum jam in naturam receptum ad omnem concupiscentiam stimulare*, occurrit Manichæis, statuentibus essentialem hominis mutationem, *non tamen*, dicens, φύσιν ἐν αὐτῷ ἐργασαμένου διαβόλου *ut diabolus eam naturam finxerit*: *Absit*; *Nunquam enim Diabolus naturæ opifex* (*ut*

Manichæorum impietas cenſet) *ſed naturæ perverſio ex prævaricatione id efficit*. f. 627. D. id quod contra vetuſtiores & recentiores Manichæos notandum.

2. in ſpecie pudor. §. 36. (II.) *In ſpecie* ſecuti ſunt in Protoplaſtis pudor & metus: canit Prudentius καθημ. hymn. III. v. 115. ſeqq.

Corpora mutua noſſe, nefas;
poſt epulas inoperta vident,
lubricus error & erubuit;
Tegmina ſuta parant foliis,
dedecus ut pudor occuleret.
Conſcia culpa Deum pavitans,
Sed pia procul exigitur.
Innuba femina quæ fuerat
Conjugis excipit imperium,
Fœdera triſtia juſſa pati.

& alia; Gregorius Nyſſenus quædam addit, dicens: *Adverſatur vitæ quidem mors, viribus autem imbecillitas, benedictioni autem execratio, fiduciæ autem pudor, & omnibus bonis ea quæ intelliguntur ex contrario. Propterea homo* (lapſus) *nunc eſt in malis præſentibus, cum illud principium talis finis argumentum dediſſet & occaſionem*, orat. Catech. c. 6. In præmiſſis dixerat: *Quomodo, cum in lucerna ignis ellychnium apprehenderit, nec flatu poſſit quispiam flammam extinguere, oleo aquam miſcet, & ea ratione flammam debilem reddit & evanidam* (ἀμαυρώσει:) *Ita adverſarius* (Diabolus,) *cum libero arbitrio vitium immiſcuiſſet, σβέσαι λόγῳ καὶ ἀμαύρωσιν τῆς εὐλογίας ἐποίησεν, effecit ut extingueretur & evaneſceret benedictio*: Per benedictionem intelligens etiam vitam, vires, fiduciam, & alia dona divinitus collata, & innuens, quod per naturam rei non potuerint una conſiſtere Dei imago, & peccatum. Simul & hoc inde colligitur, quod ſequuta peccatum fuerit non ſolum

præſentia mali, abſentia boni, ſed etiam præſentia mali, imo malorum plurimorum, qua culpæ, qua pœnæ: Si (*homines*) agant quiddam ſecundum
" naturam, ad id quod eſt melius ſemper eis fit mutatio. Sin à recta
" defecerint, qui fit ad contrarium motus ea ſemper excipit. Cum
" ergo in his quoque eſſet homo, cui naturæ mutabilitas dilapſa erat
" ad contrarium; à bonis autem receſſus & à conſequenti omne ge-
" nus mali induceret, adeo ut per averſionem quidem à vita eius loco

mors

Digitized by Google

mors ſuccederet; per privationem autem lucis tenebræ; pro ab- «
ſentia autem virtutis inveheretur vitium, in locum autem omnium «
bonorum referretur numerus contrariorum. *t. 8. f. 63. D. & porro*: «
Neq; enim fieri poterat, ut eſſet in prudentia, qui prudentiam fue- «
rat averſatus; neque ut ſapiens aliquid conſultaret, qui receſſerat à «
ſapientia; per quemnam rurſus eum oportebat revocari ad eam, «
quam prius habebat gratiam? Quæ ultima verba innuunt, homi- «
nem adeo fuiſſe corruptum, ut ſe ipſe in integrum reſtituere nequi-
verit: id quod ſequentia verba confirmant, cum addit: *Cui nam autem conveniebat erectio eius qui ceciderat, aut revocatio eius qui perierat, aut reductio eius qui aberraverat? cui, inquam, omnino alij, quam Domino naturæ? Is enim ſolus, qui vitam ab initio dederat, poterat, eumq; ſimul decebat, etiam pereuntem revocare.* Sed de hoc in ſtatu reſtitutionis, Deo volente, plura dicturi ſumus.

§. 37. Ex dictis emergit diſtinctio, paulo ante §. 20. tacta, inter malum culpæ, & pœnæ. *Malum culpæ* alio *nomine* dicitur peccatum: item *inquinamentum*; *Tum enim inquinamur ſolum, cum peſſimi odoris opus peccatum operamur.* juxta Athanaſium in epiſtola ad Monachum Ammonem. contra eos Aſcetarum delicatiores, qui putabant hominem inquinari excretione naturalium ſordium. t. 2. f. m. 35. D. eodem ſenſu Baſilius ſupra laudatus ſolum peccatum cenſuit eſſe *ὄντως κακόν verè malum.* confer Gregor. Nyſſen. orat. Catech. c. 9. & 28. Huius mali *ſubjectum* eſt homo, utpote ratione judicioque præditus, non beſtia, quæ requiſitis iſtis caret: *Quod ſævum eſt naturæ, (ut beſtiæ) horribile eſt, ſed non malum. Malitia enim & nequitia affectio cogitationis ſunt: Appetitus autem naturalis ſic factus ab omni culpa & crimine liberatus eſt. Deus autem miſericordia motus erga homines fecit, ut metu & horrore beſtiarum ratione carentium probitatem, quæ ad partem rationis compotem pertinet, conſectaremur, & nihil in huiuſmodi beſtiis ac feris malum. Quod enim non novit, quod eſt, quomodo malum eſt?* interrogat, & diſputat Titus Boſtr. lib. 2. adv. Manich. p.m. 98. Confirmatur ex *natura* & *deſinitione* peccati; *Quid eſt enim peccatum?* interrogat Ambroſius, & *Rſp. niſi prævaricatio legis divinæ, & cæleſtium inobedientia præceptorum? Non enim auribus corporis de mandatis cæleſtibus judicamus, ſed cum eſſet Dei verbum, opiniones quædam nobis boni & mali pullularunt, dum id quod malum eſt, naturali-*

(ſcilicet culpæ.)

Digitized by Google

ter intelligimus esse visitandum.; & id quod bonum est naturaliter intelligimus esse nobis præceptum. deparad. 8. Ex quibus verbis patet, quod opinio & intellectus ad peccatum requiratur, hic vero in bestias non cadit: quodque peccatum consistat in privatione, eo quod sit prævaricatio, & inobedientia: Gregorius Nyssenus orat. Catech. c. 5. peccatum vocat ἀναχώρησιν ἴσως τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ καλοῦ *recessum quendam animæ à bono: Quomodo enim visus est naturæ operatio; orbitas autem est privatio naturalis operationis; ita etiam virtus adversatur vitio. Non possumus enim cogitare aliam vitij generationem ἢ ἀφροσύνης ἀπουσίαν quam virtutis absentiam. Quomodo enim ablata luce consequuntur tenebræ non sunt autem, si adsit; ita quamdiu fuerit bonum in natura, per se non consistit vitium, ἀλλ' ἐν τῷ κρείττονος ἀναχώρησις γίνεται τοῦ ἀναγκαίου γένεσις, eius autem quod est melius recessus fit generatio contrarij.* Cui subscribit Dionysius Areopagita, cum scribit de peccato: οὐκ ἔστιν ἔχον, ἀλλὰ παρύπαρξιν, *neq; substantiam habet, sed præter-substantiam*, c. 4. div. nom. Lege à §. 19. & seqq. Nam ex professo de natura peccati privativa disserit; Et Athanasius, dicens: *Homines per privationem imaginandi cogitandiq; boni sibi illud quod malum est comminisci cœperunt, effinxeruntq; pro libidine ea quæ non erant:* orat. ad Gent. t. 1. f. 8. A. Et Basilius, introducens interrogantem antagonistam: *unde igitur* (malum) *habet essentiam, si neq; sine principio est, neq; factum est?* & respondens: *interrogentur talia quærentes: unde morbus? unde corporis læsiones? Non enim increatus est morbus; Neq; item Dei opus. Sed bene creata sunt animalia convenienti eis præparatione secundum naturam, & membris distincta in vitam prodierunt; In morbos vero secundum naturam ceciderunt* (ἔξεστιν τῆς ὑγείας) *à sanitate* deficientia, *vel ob malam diætam, seu ob aliquam aliam causam, quæ corporibus accidere solet. Corpus igitur Deus fecit, morbum minime fecit. Et animam similiter Deus fecit, non autem peccatum; vitio autem anima contaminata est, παρεκβεβηκυῖα τὸν κατὰ φύσιν: degenerans ab eo, quod à natura facta est.* Sic ille, dissert. quod Deus non sit auct. peccat. t. 1. f. m. 428. B. C. postquam in præmissis brevius dixisset: στέρησις ἀγαθοῦ ἐστι τὸ κακόν *privatio boni est malum.* p. 27. D. & Theophilus Alex. epist. II. pasch. f. 139. B. *malitia*, inquiens, *nullam habet substantiam.*

contra Manichæos.

§. 38. Hæc illi disputabant adversus Manichæos, qui contendebant, malum seu peccatum esse aliquam mali principij creatu-

ram,

Digitized by Google

ram, quæ ſuam ſubſtantiam, ſeu eſſentiam creatione productam, ut alia entia, habeat; His contradicens Titus Boſtr. lib. II. adv. Manich. p. m. 95. *mendacium*, ait, *non manat ab aliqua ſubſtantia per ſe exiſtente, quam ille* (Manichæus) *principium genitum vocat: Nec eſt ſubſtantia quapiam per ſe exiſtens, ac vivens; ſed ſola cogitatione eſſe, conceſſum eſt, advenire, atq; recedere, ſimiliter ut tenebras*, lucis ſcilicet privationem. Baſilius in eandem ſententiam contra Manetem concludit, dicens: *Deſine divinam incuſare providentiam; nec omnino velis Deum ſubſtantiæ mali autorem putare, aut aliquam mali ſubſiſtentiam* (ὑπόστασιν) *imaginari.* d. auct. peccat. p. 427. C. & lit. D. *Non ſubſiſtit, velut animal, iniquitas, neq; ipſius eſſentiam ſubſiſtentem ſtatuere poſſumus; Nam malum boni privatio eſt.* confer Epiph hæreſ XXIV. & LXVI. Ambroſ. lib. 1. hexaem. c 8 f. m. 222. Nyſ. orat. Catech. c. 6. Deſumpſit autem Manes illum ſuum errorem ex Ethnicismo, *Ethnicorum quidam errabundi itineris & Chriſti ignari, ſubſtantiam eſſe, & per ſe in rerum natura conſiſtere malitiam pronunciarunt*, refert Athan. orat. adv. gent. t. 1. f. m. 6.

§. 39. Diſtinctius de hac privatione loquendo, invenitur ea in anima eiuſque facultatibus, & in corpore, eiusdemque viribus & membris, imò in toto homine. In *anima* eiuſque facultatibus, & quidem ſuperioribus, intellectu, & voluntate. In *intellectu*, quippe qui amiſſo lumine tenebris impletus eſt: *Condita enim eſt mens, ut Deũ ſpectaret, & ab eo illuſtraretur; ipſa vero pro Deo mortalia & tenebras exquiſivit, ut alicubi ſpiritus ſcripto prodidit*: nempe Eccleſ. VII. 30. ait Athan. orat. cont. gent. t. 1. f. m. 8. B. Et paulo poſt: *Oblita, ſe ad imaginem Dei eſſe conditam, non ulterius viribus ſuis utitur ad Deum Rationem, ſeu Sermonem, ſecundum quam creata eſt, contemplandum.* D. Converſa nimirum ad idola: *undiq; omni carnali concupiſcentia ſe tatens, & eius opinionibus turbida, Deum, cuius in animo oblivionem concepit imaginando, cogitandoq; ex rebus corporeis ſenſibilibusq; ſibi conſingit, ipſiſq; quæ viſibilia ſunt, numinum appellationem conſecrat, quippe cum ea ſola magni faciat, quæ animo concupiſcit, & cum voluptate adſpectat.* Sic idem f. 9. A. adverſus gentes, oſtendens fontem idololatriæ, nempe lapſum Adami, & peccatum. Confer epiſt. ad Marcell. t. 1. f. 976. A. Et Cyrill. Catech. I. I. f. m. cuius ſententia peccatum καὶ τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς urit

In anima & ejus facultatibus, in intellectu.

nervos

nervos animæ, &, (quod interpres Latinus addit) *lumen cordis obtenebrat.* Hæc vero ignorantia judicio Dei hominem reddit obnoxium: de quo lege epist III. Anton. ad Arsen. Et tantum abest, ut homo verum Deum norit per tenebras sui intellectus, ut ne quidem seipsum norit: *Qui ex sua ipsius primogenia conditione rem obtinuit maximi æstimandam, per peccatum in ipso habitans ἐκαὶδανόμενον ἑαυτὸν non agnoscit seipsum, is comparatus est jumentis. Deinde idem, quod à verbo Dei abalienarit se, degeneravit in brutum expers rationis, quem perinde ac erraticam ovem sine pastore abripuit inimicus, & in inferni conjecit carcerem, mortiq; tradidit depascendum*, ait Basilius com. in Ps. XLVIII. f.m.287.288. A. Patet hinc, quod cogitationes hominis non solum bonæ non sint, verum Deum nescientes, sed etiam malæ, ad idola conversæ; *Inobediens Dei præcepto* (homo) *collapsus est in vitiosas cogitationes, obnoxiusq; redditus*; *Non quod Deus creaverit τὰς αἰχμαλωτίζοντας λογισμὸς captivatrices istas cogitationes; sed quod per Diabolum fuerit, qui eas superseminavit rationali naturæ jam in prævaricatione constitutæ, & à Deo divulsæ, adeo, ut diabolica lex peccati constituta sit in humana natura, & mors ibi dominatum cœperit, idq; per opus peccati*: juxta Athanas. de salut. adv. t.1.f.m. 638. B. contra eos, qui censebant, *Adamum obnoxium fuisse pravis cogitationibus antequam inobediens fuit Dei mandato*: sicut errorem refert lit. A. & refutat, interrogans: *Qui fieri potuit, ut malum, & non bonum cognosceret? Rationalis quidem erat, ac vi cogitandi instructus; sed, ut libera cogitationis, ita vitij inexpertus, solum quod bonum erat cognitum habebat, ac simplex erat.* confer orat. adv. gent. f.5. B.C. & verba paulo post citanda.

In voluntate & affectibus

§. 40. *In voluntate & affectibus* est non solum absentia amoris erga bonum, sed etiam appetitus & inclinatio ad malum: *Hominis animus studiose ad malum proclivis est; adversarius item noster Diabolus, tanta nobis bona invidens, obambulat, quærens, ut rapiat sementem verbi à nobis*: Ejusdem Athanasij verba sunt orat.1. adv. Arian. f. m. 283. D. t.1. Adde quæ de *carnali concupiscentia undiq;* in homine *scatente* paulo ante §.39. ex eodem allegavimus: Præcipue autem verba egregia, quæ habet orat. adv. gent. f. m.5. A. *ubi bonum aversata est*, inquiens de mente humana, *omnia contraria imaginatur, & cogitat, quippe quæ à motu conquiescere nequeat, cum natura, quod dixi, perquam mobilis sit.* Estq; hæc voluntatis & affectuum inclinatio tam vehe-

Digitized by Google

vehemens, ut homo per naturam peccati ſervus ſit: *Neſcis, quod te Adæ atq; Evæ culpa mancipaverit ſervituti?* interrogat Ambroſius lib. 1. de Jacob. c. 3. f. m. 289. D. Idem lib. II. epiſt. 7. diſputat ex Philoſophia Chriſtiana, quod *omnis inſipiens ſervus ſit.* Cyrillus *ſervam* vocat *animam.* Catech. III. f. 22. quæ non poteſt non peccare; Eſt enim peccandi ἀνάγκη *neceſſitas*, juxta Athanaſium, quamvis *accidentaria & ſuperventitia*, à qua immunis fuit ſolus Chriſtus, *neceſſitati non ſubjectus; ſed qui ſe vi ac natura innocentem præſtitit, diſſolvens neceſſitatis conditionem, & legem peccati, & captivitatis tyrannum captivavit*, juxta Eph. IV quibus ſcilicet malis homo poſt lapſum ſubjectus eſt. de ſalut. adv. t. 1. f. m. 641. A. Subjectus inde & metui ſervili: *Fugerat ergo peccator, non quo Dei latere poſſet conſpectum, ſed intra conſcientiam ſuam latere cupiebat, opera ſua lucere nolebat*, ait Ambroſ de Parad. c. 14. Deſtitutus proinde libero arbitrio: *Sciendum eſt, quod, quoniam per inobedientiam ſervi carnalium concupiſcentiarum facti ſumus, nos ipſos à beata viventium regione extorres reddiderimus, atq; ita in captivitatem abducti ad flumina Babylonis adhuc ſedemus*: juxta Baſil. de liber. arbitr. t. 1. f. m. 632. B. Adeoque mortuus in peccatis. Deplorat calamitatem Cyrillus Catech. 11. f. m. 7. B. ut diabolus cadens *in ruinam ſecum multos traxerit, dum decepti perijmus, cecidimus, excæcati ſumus, claudi ſumus effecti. In ſumma* ἀπεθάνομεν *mortui ſumus*: Morte non ſolum naturali, ſed etiam ſpirituali, quæ animæ eſt: *Si regnat mors in homine interiore, in quo alio regnavit unquam, niſi in anima, quæ mente peccaverat, quemadmodum ſcriptum eſt* (Ezech. XVIII. 4. 20.) *ipſa morietur: pro qua ſuam animam repoſuit Dominus, ad penſationem redemptionis*: ita Athanaſius de incarn. Chriſti. t. 1. f 631. confer eundem in illud: omnia mihi tradita &c. f. m. 150. B. C. Si homo hac ratione in peccatis non ſolum æget; *Nam inteſtinum morbum* δικεῖαν νόσον Euſebius notat lib. VI. de præp. Evang. c. 6. f. m. 250. ſed etiam mortuus eſt, ad omne bonum ſpirituale prorſus ineptus eſt: *Totius vigoris ſcientia deficit à nobis. Ob quam etiam cauſſam aſpiciens genitor noſter Deus infirmitatem noſtram, quod impoſſibiles ſimus effecti geſtare veritatem, ex quo huius rei gratia bonitate propria venit viſitationem facere creaturarum ſuarum per miniſterium ſanctorum*: ſcribit Antonius epiſt. III. f. m. 70. A. t. 3. Bibl. PP. Nimis vero quam aptus ad opera mala: *Accipite ergo, dulciſſimi, ho-*

mo ante Baptiſmum in qua morte ſit poſitus. Scitu certè illud antiquum quod Adam terrenæ origini præſtitutus ſit, quæ utiq; damnatio legem illi æternæ mortis impoſuit; & omnibus ab eo poſteris, quos lex una retinebat hæc mors in genus omne dominata eſt ab Adam uſq; ad Moſen (Rom. V.) *Per Moſen vero unus tantum populus electus eſt, ſemen ſcilicet Abrahæ, ſi mandata juſtitiæ ſervare potuiſſet. Interea nos omnes ſub peccato tenebamur, ut fructus eſſemus mortis: Siliquorum eſcis & porcorum cuſtodiæ deſtinati. i. e. operibus immundis, per malos Angelos, quibus dominantibus, nec facere licuit, nec ſcire juſtitiam; parere enim talibus Dominis, res ipſa cogebat. Ab his poteſtatibus, & ab hac morte qualiter liberati ſimus, attendite &c.* verba ſunt Pacciani, Barcilonenſis Epiſcopi ad Fideles & Catechum. de Bapt. loc. cit. Biblioth. PP. f.m. 117. D. Ex quibus videre eſt, quod homo ſpiritualiter mortuus non ſit aptus ad opera bona, ſed tantum mala. De *morte æterna* paulo poſt dicturi ſumus.

In corpore, utpote mortali.

§. 41. *Corpus* privatum eſt priſtino ſuo vigore, ſanitate, pulchritudine, immortalitate, & incorruptibilitate: *Neq; enim* (homines) *inde remanſere; ſed pro ipſorum rationibus cogitationibusq; corruptelam vitiumq; contrahebant, & ſub mortis imperio detinebantur, eo quod prævaricatio mandati illos ad veterem naturæ conditionem retraheret; ut, quemadmodum ex non entibus creati erant, ita eſſendi perniciem interitumq; progreſſu temporis ſuſtinerent, idq; non immerito.* judicio Athanaſij de incarn. verb. t. 1. f.m. 57. A. Alibi dicit, quod φθορὰ ſeu *corruptio* illa fuerit non *extra corpus*, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ προσεγγένει, *ſed ei* (homini) *innata* f. 98. C. atq; ita homo evaſerit θνητὸς *mortalis*: orat. III. adv. Arian. f. 435. D. cui, vitæ, cum reſtituendus eſſet, *remotæ corruptione vita iterum fuit inſarcienda* (προσπλαττεται,) *ut quemadmodum in corpore mors extitiſſet, ita in eodem vita exiſteret.* de incarn. f. 98. c. Gregorius Nyſſenus vocat τὸ νεκρωτικὸν δύναμιν *potentiam ad moriendum*, quam Deus juſtus judex propter peccatum homini immiſerit. orat. Catech. c. 8. f.m. 60. A. confer c. 33. f. 95. A. Symbolum ait fuiſſe tunicas pelliceas, ex mortuis ſeu occiſis animalibus ſumptas, & homini indutas, ut innueretur, homines peccatores perinde ut beſtias eſſe mortales: *Ex natura brutorum certo conſilio ac diſpenſatione addita eſt mortalitas* (νεκρότης) *naturæ quæ creata fuerat ad immortalitatem*: juxta eundem l. cit. confer Athan. de paſſ. t. 1. f. m. 1032. A. Epiphan. hæreſ. LXIV. f. 161. Gregorius Nyſſenus peccatum confert veneno

veneno melli admiſto: *Liberi arbitrij motu*, inquiens, *attraximus mali ſocietatem, per cuiusdã voluntatis veluti quoddam δηλητήριον μίλυθι παραμιγθέν venenum melle conditum, malum naturæ immiſcentes; & ideo à beatitudine τῆς κατὰ τὸ ἀπαθὲς νοερμένης quæ ex impatibilitate intelligitur excidentes, transformati ſumus ad vitium*; orat. Catech. c 8 Et *æternitas mortalitate mutata* eſt, uti ad Paulum Concordienſem ſcribit Hieronymus t. 1. opp. f. 60. A. Ex ſimili autem iſto apparet, quod mors ad peccatum naturaliter ſequatur, propter ἀντιπάθειαν inter vitam & peccatum, ſicut venenum inter & vitam ἀντιπάθεια eſt, ut iſtud hanc expellat. Quanquam & veritas & juſtitia divina intervenerint: Abſurdum enim eſt, Deum in ſuis verbis mentiri, ſi, cum lege ſtatuiſſet, morte morituram hominem, quandocunque mandatum prævaricaretur; mortem tamen poſt prævaricationem effugeret, nec verbis illis adſtringeretur. Non enim verax Deus fuiſſet, ſi, cum dixiſſet, nos perituros, non periiſſemus. ita Athanaſius de incarn. verb. t. 1. f. m. 58. D. Paulo ante dixerat: *Ipſe ille rationalis & ad imaginem creatus homo ἠφανίζετο diſparebat, & opus illud à Deo factum παρὰ πόλυτο ſimul interibat, & mors (ut jam prædixi) νόμῳ ἴσχυε ex lege vim ſuam contra nos obtinebat, nec ulla ſpes erat effugiendæ legis, quia ea à Deo propter prævaricationem lata erat, fuitq; ea res plane abſurda & indecora.* Sic ille.

§ 42. *Mortem* etiam *æternam* meretur peccatum, atque ita hominem privat æterna quoque vita. Id quod innuitur phraſi: *morte morieris* Gen. II. 17. quam Ambroſius explicat his verbis: *Morte mori quid eſt aliud, niſi cum morte corporis deformitatem ſignificare morientis, cujus & caro communi vivendi munere defraudetur, & anima vitæ æternæ uſum habere non poſſit.* lib. de parad. c. 9. confer Pacian. ſerm. de Bapt. t 3. f. 117. Dum autem *peccatum* morti ſubſternimus principium, conſequitur, Deum mortis cauſſam antecedentem non eſſe, ſed diabolum & hominem: *Quantum enim* hic *abſtitit à vita, tantum morti propinquavit. Vita namq; Deus, vitæ vero privatio mors. Itaq; mortem ſibi Adam ob diſceſſum à Deo paravit, ſecundum quod eſt ſcriptum*: (Pſ. LXXIII. 27.) Ecce omnes qui elongant ſe à Te peribunt. *Quamobrem ſane apparet, Deum mortem nequaquam feciſſe, ſed nosmetipſi ex mente prava nobis ipſis eam ſponte attraximus.* Quam Deus ob eas, quas diximus, *cauſſas minimè prohibuit, ne immortalem in nobis* **morte etiã æterna.**

morbum conſervaret. Baſil. homil. de auct. peccat. t. 1. f. 429. B. C Confer Ambroſ. de parad. c. 7. Epiph. hæreſ. LXIV. Vapulat merito Theodorus Mopſueſtenus, ſtatuens hominem natura etiam inſtituta mortalem. apud Phot. cod. 177.

Omne peccatum eſt mortale.

§. 43. Triplicem hanc mortem meretur omne peccatum. Eſt enim *peccatum res gravis, & morbus animæ acerbiſſimus, quæ & nervos illius omnes præcidit, καὶ πυρὸς δὲ αἰωνίου γεγονέναι ἄξιόν, & æterno igni obnoxiam facit.* juxta Cyril. Catech. II. f. m. 5. B. *finis peccati mors*, nullo excepto peccato, juxta Baſil reg. X. moral. c. 1. f. 290. D. & maledictio, quod idem pluribus ſcripturæ dictis in medium allatis probat reg. LXIX. c. 1. In illis enim dictis maledictio homini denunciatur etiam ob malas cogitationes, ob neglectum charitatis erga proximum, ob avaritiam, ob concupiſcentiam malam, & alia leviora ad ſpeciem peccata. Mortem meretur peccatum diffidentiæ, quale erat Moſis ad petram: Hunc ipſum quoties conſidero ad aquam contradictionis, nullam aliam ob rem, niſi quod tantummodo dixerat populo propter aquæ penuriam murmuranti: Num de petra hac aquam vobis poterimus elicere? hac ſola de cauſſa confeſtim ei fuiſſe denunciatum, non ingreſſurum illum in terram promiſſionis, quæ omnium Judæis promiſſorum erat tunc caput. verba ſunt Baſilii de judic. Dei. t. 2. f. m. 264. Peccatum ignorantiæ: *Quoties horrendam illam Domini ſententiam audio adverſus illum qui unum modo, idque ex ignorantia, mandatum transgreſſus eſt, profecto non reperio, quomodo digne ſatis iræ illius magnitudinem extimeſcam.* Sic idem lit. B. & probat dicto Lev. V. 17. ſeqq: ubi agitur de peccatis ignorantiæ etiam ſacrificio exhibito expiandis. Peccatum laxioris indulgentiæ, quale commiſit Heli ſacerdos, allegatum ab eodem lit. D. ut inſuper probaret indignationem Dei etiam adverſus leviora peccata, tantam, ut Heli cum filiis & pluribus Iſraelitarum interierint, arca quoque fuerit ab hoſtibus intercepta. Idem in regul. brev. CCXXXIII interrogat: *nunquid ex omnibus rectè factis ſi unum aliquod alicui tantum abfuerit, is propterea ſalutem non adipiſcatur?* & affirmat quæſtionem; probationisque loco adducit exemplum Petri, qui, cætera probus, cum nollet ſibi pedes lavari à Domino, audivit: *Niſi lavero te, non habes partem mecum.* Joh. XIII. 8. Congrua hæc ſunt

iis,

iis, quæ alibi interrogarat, nempe: *An uniuscuiusq; verbi inobedientiæ ira ac morte sit digna, etiamsi non separatim ad singula adjectæ sint minæ?* Et affirmative respondet, docens, *quod iram ac mortem cuiusq; verbi Dei inobedientia promereatur*; additq;, quod in epistola *περὶ τῆς συμφωνίας, de consonantia, latius* ea de re egisset, & porro agere velit; Sicut & egit, adductis in medium iis scripturæ locis, in quibus peccatis minæ non sunt subjectæ. E. g. Matth. V. 28. seqq. &c. Sic ille lib. II. de Bapt. q. 5. t. 1. f.m. 681. seqq: conf. reg. moral. X. f. 290. reg. brev. q. 58. f. 549. homil. VII. de peccat. t. 3. f. 54. B. Eusebii lib. 1. dem. Evang. c. 3. f.m 3. B. ubi docet, quod Deus *ne veniam quidem ullam tribuat ijs, qui transiliant quæcunq; præscripta sint, ac potius execrationem omnibus, quicunq; non omnino omnia servaverint, denunciet, ad verbum sic dicens: Execrabilis quicunq; non steterit omnibus, quæ in hac lege scripta sunt, ut faciat ea.* Deut. XXVII. v. ult. Sic ille.

Secus ac nonnullis videtur

§. 44. Neque moveant nos aliorum sive exempla sive judicia, quo minus eam peccatorum gravitatem agnoscamus: Sine dubio pessima nos decepit consuetudo: Sine dubio magnorum in nobis malorum causa extitit perversa hominum traditio, quæ videlicet ex peccatis partim declinarit, partim nullo discrimine adhibito susceperit; & cum aliis vehementer se assimulet succensere, veluti homicidio, adulterio, & cæteris generis ejusdem, alia ne simplici quidem increpatione digna judicet, veluti iracundiam, convitium, temulentiam, avaritiam, & si quæ sunt his similia, adversus quæ omnia alibi etiam is, ex cujus ore Christus loquebatur, Paulus sententiam extulit, cum dixit (*Rom. I. 32.*) dignos morte esse, qui talia agunt. Sic Basilius de judic. Dei t. 2. f.m. 267. Cui subscribens Hieronymus, ait: Neque vero eorum te seducat error, qui ex arbitrio suo eligunt, quæ potissimum Dei mandata contemnant, quæve quasi vilia ac parva despiciant: Nec metuunt, ne secundum divinam sententiam minima contemnendo, paulatim decidant. Stoicorum quidem est, peccatorum tollere differentiam, & delicta omnia paria judicare, nec ullum inter scelus & erratum discrimen facere. Nos vero etsi multum inter peccata distare credimus, quia & legimus; tamen satis prodesse ad cautionem dicimus, etiam minima pro maximis cavere: Tanto enim

„ enim facilius abſtinemus à quocunque delicto, quanto illud ma-
„ gis metuimus. Nec cito ad majora progreditur, qui etiam par-
„ va formidat. Et ſane neſcio, an poſſimus leve aliquod peccatum
„ dicere, quod in Dei contemptum admittitur? Eſtque prudentiſ-
„ ſimus, qui non tam conſideret, quod juſſum ſit, quam illum qui
„ juſſerit, nec quantitatem imperii, ſed imperantis cogitat dignita-
tem. Sic ille ad Celantiam t.I. f.m.49. Neque etiam illud ob-
ſtat, quod Deus pœnam iſtam non ſingulis peccatis expreſſe af-
fixerit; *Etiamſi* enim *non ſingula* (peccatis) *ſeparatim adjecta ſint mi-
na —— aut debitum ac repoſitum ſupplicium —— tamen ſufficit, quod
in genere ſæpenumero contra quævis peccata dixit*: Baſil.lib.II. de Bapt.
q 5.f.m. 681. 682. Et paulo poſt: *Ex quibus* (hactenus allegatis di-
ctis 1.Cor.V.11. Col.III.9. Eph.IV.31. collat. cum 1. Cor.VI.9.
Rom.I.28. ſeqq:) *oſtenditur, quod etiamſi in particularibus non ſint cu-
ig; peccatorum ſpeciei addita ſupplicij comminationes, neceſſario tamen
hæc agnoſcere debemus, quod inevitabili neceſſitate generali alicui ſen-
tentiæ ſubjiciatur, quiſquis vel unum præceptum tranſgreditur, Domino
noſtro Ieſu Chriſto ita pronunciante*: Qui ſpernit me &c. (Luc.X.16.)
& quæ ibi cum majore terrore ſequuntur. f. 683. B. C. Sed nec obſtat
peccatorum quantitas, qualitas enim perpendenda eſt; *Neq; enim
ex peccatorum multitudine, nec ex commiſſorum magnitudine, ſed ex ex-
juslibet mandati unica violatione manifeſto Dei contemptus, & in eum
perfidiæ reum tenemus*, ait Baſilius: ſuo idiomate ita: *ὅτι οὐ τῷ πλή-
θει τῶν ἁμαρτανομένων, ὅτι οὐ τῷ μεγέθει τῶν ἁμαρτημάτων· οὐ μόνῃ
δὲ τῇ παραβάσει ἑνὸς ἐντολῆς ἀσεβήματος ὑφῶς κείνομεν τὸν περὶ θεὸν
ἀπίθειαν*; Conc. VII. de peccat. t.III. f.m.54.B. Subjungit autem
aliquot ſcripturæ cum V. T. tum N. T. exempla, quibus probat,
fuiſſe graviſſimè punitos etiam eos, qui ratius, vel levius pec-
carant.

Subjectum peccatorum, & pœnarum.

§. 45. Peccatis eorumque pœnis *omnes homines* obnoxii
ſunt: *Omne genus humanum peccatis eſt obnoxium*, ait Baſilius loc. cit.
f.59. D. Conſentiens Athanaſio, qui idem docet, *prævaricante
Adamo*, dicens, *in omnes homines peccatum dimanavit*, orat. II. adv.
Arian. f.m.358. B. Et aſſertionem probat ex prioribus epiſtolæ ad
Romanos capitibus, utpote in quibus Apoſtolus peccati reos agat
non Ethnicos ſolum, ſed etiam Judæos: *ut qui legem non ſervarint,*

imo

Digitized by Google

imo per transgreſſionem legis Deum magis dehoneſtarint. Atq; ita utramque partem tam Iudæos, quam gentes arguit, & ſub iniquitate transgreſſionis concludit, ut oſtendat, ὅτι ἴσοι γενόμενοι οἱ πάντες, ὡς ἐκ δίκης θάνατε, καὶ τῆς λυτρωσέως δεόντας, omnes pares eſſe factos inter ſe, &c. æquo reos, & redemptionis egentes: Synopſ. ſcript. t. 2. f. m. 141. A. *Peccatum Adæ in genus omne tranſierat.* ſcribit Pacianus de Baptiſ. t. 3. Bibl. PP. f. m. 120. E. *quia ex ipſo geniti erant* omnes, quæ ratio paulo poſt ſubjungitur, f. 121. A. Solus Chriſtus excipitur, juxta Ambroſium apol Dav. c. XI. verba § 49. citantur: Et Hieronymum q. 8. Algaſ. t. IV. f. 75. C.

§. 46. Hæc ut clarius pateant, & fortius probentur, diſtinguendum eſt peccatum in originale & actuale. *Originale* ſic dicitur ab origine, quam trahit ex Protoplaſtis, qui peccato commiſſo habitualem & contagioſam luem attraxerunt ſibi, & poſteris ſuis, qui in ipſis, tanquam in principio ſeminali, extiterunt cum peccarent. Appellatur *Caro*, multis ſcilicet vitiis ſcatens, à Nazianz. in carm. f. m. 959. Item *labes corporeæ inundationis* ab eodem Naz. orat. II. de Theol. f. m 50. *radix vitii* à Gregor Nyſſ. orat. Catech. c. 29. t 3. f. m. 89. Ab Ambroſio *naturale contagium, inquinamentum naturæ*, c. 11. Apol. Dav. à Baſilio mentio fit *nativitatis in peccatorum immanditia factæ*: de bapt. lib. 1. c. 2. Idem vocat *veterem hominem*: f. 657. Athanaſius θεοῦ *luem*, de incarn. t. 1. f. m. 98. *quæ non extra corpus hæret, ἀλλ' αὐτῷ συμπεφυκότι ſed illi adnata eſt*; Alibi ait: *συνεισῆλθε τῇ φύσει ſimul intravit in naturam*, de aſſumpt. Chriſt. t. 2. f. 3. *ἀρχαῖα ἁμαρτία, antiquum peccatum*, Synopſ. f. 141. D. ita ut naturale nunc ſit hominis vitium; non quidem ſenſu Manichæorum, tanquam eſſet de eſſentia hominis; ſic enim *ſecundum naturam* eſſe merito negatur à Didymo Alex. adv. Manich. p. 19. attamen ſenſu orthodoxorum, quo naturale illud dicitur, quod naturæ humanæ tenaciſſimè ſeſe inſinuavit, & cum ea tanquam per traducem propagatur. Diſputatum eſt hac de materia inter Theodorum Mopſveſtenum & adverſarios ipſius, qui ſtatuebant, φύσει καὶ οὐ γνώμῃ πλάιειν τὸς ἀνθρώπους, *homines natura, non voluntate, peccare*, quod bene dictum erat de peccato originali, eo ſenſu quo diximus; malè autem ſenſu Manichæo: vide Phot. cod. CLXXVII. f. m. 395. Bene illo; *antequam enim naſcimur*, (adeoque antequam ratione

Diſtinctio peccati in Originale & Actualia.

ratione utimur) *maculamur contagio; antequam uſuram lucis, originis ipſius excipimus injuriam, in iniquitate concipimur*: juxta Ambroſ. apol. David. cap. 11. f.m. 326. M. ut adeo *Subiectum* hujus peccati ſint etiam infantes; & recte dictum fuerit: *infantes, tametſi recens natos, peccati immunes non eſſe, cum ob Adæ prævaricationem, natura in peccatis conſtituta, ad omnes eius poſteros ἁμαρτωλὸς φύσις peccatrix natura propagetur*: apud Theodorum Antiochenum, ſeu Mopſveſtenum, citante Photio l.cit. & *nemo naſcatur, niſi trahens culpam, & culpæ pœnam.* juxta Ruffin. in Pſalm. L. Principium vero Diabolus, Nam *peccatum originaliter de ſerpente antiquo contrahitur*, juxta Hieronym. in quæſt. Hebr. in lib. Reg. de Abigail; Et Pacian. epiſt. 1. ad Sympron. Et Protoplaſti: *Mea imbecillitas primævi parentis*, ait Gregorius Naz. orat. de nat. Dom. & alibi: *Totus in Adam lapſus ſum*: & iterum: *Ab initio per peccatum lapſi ſumus.* Subſcribit Hieronymus, in cap. IV. Hoſeæ commentans: *In paradiſo omnes prævaricati ſunt in me*; & in cap. 2. Mich. *unusquisq; noſtrum cum Adam de paradiſo cecidit.* Conferquæſt. VIII. Algaſ. t. IV. f.m. 75. C. B. Chemnit. Loc. de Peccat. Orig. §. 111. p.m. 242. ſeqq:

Peccati originalis 1. Exiſtentia probatur (1) Ex ſcripturis.

§. 47. De ſingulis diſtinctius & explicatius dicendum erit, & quidem. 1. *An* ſit peccatum originale? & *quod* ſit ejusmodi *naturale contagium & inquinamentum naturæ*, quod ſic vocat Ambroſius, *probatur* aliquot argumentis, & quidem (1) ex ſcripturis, cum V.T. tum N. Teſtamenti. Ex V.T. illuſtris locus eſt Pſ. LI. 7. *in iniquitatibus conceptus ſum* &c. quem producit, & urget Hilarius in Pſ. CXVIII. *ſcit*, (inquiens de Davide) *ſub peccati origine & ſub peccati lege ſe eſſe natum.* Ambroſius in Apol. Dav. c. XI. ubi quærit, utrum David loquatur de peccatis *parentum*, *an noſtris?* & reſpondet: Vide, ne utrumque intelligendum ſit. Nec conceptus „ iniquitatis exors eſt, quoniam & parentes non carent lapſu. Et ſi „ nec unius diei infans ſine peccato, multo magis illi materni conce„ ptus dies non ſine peccato ſunt. Concipimur ergo in peccato pa„ rentum, & in delictis eorum naſcimur. Sed & ipſe partus habet „ contagia ſua, nec unum tantumodo habet ipſa natura contagium. Ita igitur in peccato parentum concipitur fœtus, ut ipſe etiam illa labe inficiatur. Gregorius Nyſſen. de perfect. Chriſt. form. t. III. f.m. 293. B.C. provocat ad verba Pſ. LVIII. 4. *per peccatum*, inquiens,

juxta

juxta Propheticum ſermonem alienati ſunt homines à viviſica vulva, & erraverunt ab utero, in quo formati fuerant, pro veritate mendacium loquentes. Ex N. T. Ambroſius, vel quiſquis auctor eſt, certe antiquus & e uditus, audiendus eſt, quando ad Rom. V. 12. ſeqq: commentatur: *Manifeſtum eſt in Adam omnes peccaſſe quaſi in maſſa. Ipſe enim per peccatum corruptus, quos genuit omnes nati ſunt ſub peccato. Ex eo igitur cuncti peccatores, quia ex ipſo ſumus omnes.* Bene obſe rvat, quod in Adam fuerimus omnes, atque ideo illo peccatis corrupto, etiam nos eodem infecti naſcamur: *Fuit Adam, & in illo fuimus omnes:* idem Ambroſius in Lucam ſcribit: Et ex ipſo in nos traducitur peccatum βλάσημα κακὸν *mala planta*, uti vocat Cyrillus Catech. II. f. m. 6. A. Ex ipſo, *qui in ipſo exordio, non neſcius, depravatus invidia, du inſuper indultum Dei beneficium cupit fieri, quod natura non dederat, amiſit gratiam, quam creatoris pietas attribuerat; continuo ob concupiſcentiam diabolicæ deceptionis ſententiam mortis prævaricator incurrens, etiam adfuturæ ex ſe ſtirpis originem propagavit, ut divina hoc loco recte ſententia compleretur: invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Sic Ambroſius de myſter. Paſch. c. 3. f m. 122. F.

§. 48. (2) Ex *analogia fidei.* Infantibus deſtinata ſunt ſacramenta, peccatis igitur infecti ſunt & ipſi, eo quod pro peccatoribus ea ſint inſtituta. Adverſariorum Mopſveſteni hoc eſt argumentum, dum dicebant, infantibus præberi *ſanctum baptiſma, ſacriq; corporis communionem in peccatorum remiſſionem*; vel, ut paulo poſt loquuntur: *Quare pueri ſanctiſſimis myſteriis communicant? cur baptiſmate digni judicantur? niſi quia & ipſi peccatis abundant, inſito jam in naturam ipſam peccato? in peccatorum enim hæc remiſſionem conferuntur.* Phot. l. cit. Confer Baſil. de baptiſ. lib. 1. c. 2. f. m. 649. C. Infantes quoque obnoxii ſunt morti, E. etiam peccato, quod mortis meritum eſt: *moriente Adamo manebamus nos per eum mortui*, juxta Athan. t. 1. opp. f. m. 10 4. B. ita ut de peccato teſtentur *defectus, quibus ipſa prima origo hominus nativit asq; vitiata eſt*, quæ ejusdem verba ſunt de incarn. f. 71. *Scitis illud antiquum, quod Adam terrenæ originipræſtitutus ſit, quæ utiq; damnatio legem illi æternæ mortis impoſuit, & omnibus ab eo poſteris, quos lex una retinebat, hæc mors in genus omne dominata eſt ab Adam usq; ad Moſen.* Scribit Pacianus in ſermone ad Catech. de Baptiſm. f. m. 11, 13. B. Bl. PP. & paulo poſt: *nos omnes ſub*

(2) Ex analogia fidei.

Commentaries, Book IV. cap. III. [Commentaries].

Commentaries, Book IV. cap. III. [Commentaries].

Commentaries, Book IV. cap. III. [Commentaries].

§. 50. 2. *Subjectum* peccati originalis ſunt omnes homines, ſolo Chriſto excepto, de quo §. 45. dictum eſt; Ut adeo nec Mater ipſius, Maria virgo, excipiatur. *Ratio* eſt, quod & ipſa vulgari modo per naturam ſit concepta & propagata; *quæ quidem* (ponamus hoc) *per preces & omnem diligentiam, ſecundum promiſſionem patri ac matri data eſt, non tamen aliter genita eſt præter hominum naturam, ſed ſicut omnes ex ſemine veri & utero mulieris. Tametſi enim hiſtoria Mariæ & traditiones habent, quod dictum eſt Patri ipſius Ioachim in deſerto, uxor tua concepit, tamen non quod ſine conjugio hoc factum, neque ſine ſemine viri, ſed futurum Angelus miſſus* (ponamus & hoc contigiſſe, quod tamen incertum) *prævaticinatus eſt, ut ne quæ hæſitatio fieret, propter id quod in veritate factum eſt, & jam ex Deo ordinatum, & juſto promiſſum.* ita Epiphanius hæreſ. LXXIX. t.m. ſii. adverſus Collyridianos Mariæ offerentes. Sed nec fidelium liberi excipiuntur: Optati Milev. hæc ſententia eſt: Nam *neminem* (ita loquitur) *fugit, quin omnis homo qui naſcitur, quamvis de parentibus Chriſtianis naſcatur, ſine Spiritu mundi eſſe non poſſit, quem neceſſe ſit ante ſalutare lavacrum ab homine excludi & ſeparari.* lib. IV. adv. Donat. p.m. 124. 2. Subjectum.

§. 51. 3. *Effectus* peccati originalis ſunt *actualia* peccata. Athanaſius enumeratis variis peccatis actualibus tandem ſubjungit: *Quæ omnia vitia & crimina animæ ſunt, cauſæque horum non aliunde, quam à rerum meliorum averſatione*: orat. adv. gent. f. 6. A. B. *Animæ* ſcilicet peccato originali corruptæ; ***Non enim qualis à principio condita fuit, talis permanet, ſed qualem ſeipſam contaminando reddit, talis etiam apparet,*** ſcilicet in operibus ſuis, quæ ſunt actualia peccata, juxta eundem f. 8 Confer de incarn. f.m. 58. A. Baſilius peccatum originale vocat *veterem hominem*, eique attribuit *membra*, quæ ſunt ipſa actualia peccata lib. 1. de Bapt. c. 2. Et conc. VII. f. 61. C. *innata*, ait, ***nobis affectionum depravatio propter ignorationem Dei improbam noſtris animis cognitionem inſevit.*** t. 3. Et Gregorius Nyſſenus: *In libero*, dicit, ***hominum arbitrio multifariam multisque modis germinat radix vitii.*** orat. Catech. c. 29. f.m. 39. D. 3. Effectus. ſunt Actualia peccata.

§. 52. Quare neque horum peccatorum auctor eſt Deus; Sed concupiſcentia interna objectis externis irritata: *Sedens frequenter medius inter eos qui ob virtutem beatum illum prædicant* (hypo- Deus non eſt auctor,

critas, & adulatores putat,) *in quandam peccati imaginem cogitatione incurrit: in occulto animi imaginatione sibi informavit ea quæ præcipuè affectabat, congressum quendam minimè decentem effinxit: deniq; cum in abstrusa cordis officina manifestam sibi voluptatem depinxisset, peccatum nullo conscio intus commisit. Peccatorum enim major pars in ea animi appetitione absolvitur quæ nobis placet & arridet.* Sic Basilius conc. VII. f. m. 60. C. Exemplo sit Caini animus in Abelem concitatus apud Prudentium ἁμαρτ. in præf. Ipse homo, præditus libero arbitrio, caussa est suorum peccatorum: Substantia quidem
" & natura pulcher est homo, ut aurum, ut lapis pretiosus, ut opus
" Dei; bonus vero, aut contra malus, proposito; Hæc enim adja-
" cent ei, tanquam quæ fieri possunt; Qualitates vero adveniunt,
" & adjunguntur secundum institutum, quo ducitur, & secundum
" electionem propositi, & nequitia, quæ in actione consistit so-
" lum, ante actionem non existit per se; Habet tamen homo po-
" testatem nequitiæ, quam potest operari; habet, inquam, potesta-
" tem ejus; non ut eam operetur, sed ut non operans eam, optimus
" appareat. Ita disputat Titus Bostrensis adversus Manichæos, qui ex peccatis faciebant substantias à Deo creatas, lib. II. adv. Manich. p. m. 78.

II. in Interna & externa.

§. 53. Ex dictis apparet, quod peccatorum alia sint interna, alia externa; *Interna*, ut sunt κεκρυμμένα πάθη *absconditi affectus*; quos vocat Basilius moral. reg. XLIII. f. 318. C. repugnantes sanæ rationi; *voluntas sive anima, in qua est vis concupiscibilis, unita est menti, & corpori humano: invalescente igitur mente, totus homo efficitur mentalis, ἢ τοί γε συμπλεγμένον ἔχων ἐν ταῖς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις, quanquam implicatus sit carnalibus concupiscentiis, secundum prædictam hostilitatem & contentionem in homine invicem inter se pugnantis rationalis & irrationalis, non quidem dominantis, sed dominium patientis.* verba sunt Athanasij de essent. hom. t. 1. f. m. 239. D. Fit autem, ut animus in peccatum consentiat, & membris corporeis peccata imperet, tum externum admittitur delictum: *Corporis quidem actiones multis sæpenumero impediuntur; qui vero consulto peccat, una cum cogitationum celeritate peccatum quoq; adimplet. Vt enim corpus umbra sequitur, ita animam peccata, ipsas etiam actiones expresse effingentia. Perfectum igitur vitium est, & animo & operibus delinquere.*

Fig. 1. Tab. XXIII. Fig. 1. Ein Gebäude, welches nur einen Stock hoch ist, und dessen Grundriß ein Quadrat ist, dessen Seite 40 Fuß lang ist, soll 4 Zimmer, 4 Kammern, 2 Vorsäle, 2 Treppen, und 2 Küchen haben. Man verlangt den Grundriß und die Façade zu wissen.

Auflösung. Man theile die Seite des Quadrats in 4 gleiche Theile, und ziehe durch die Theilungspunkte Linien, welche mit den Seiten des Quadrats parallel sind, so wird das Quadrat in 16 kleine Quadrate getheilt. Man nehme 4 Quadrate in die Mitte, und ziehe durch die Mittelpunkte der Seiten Linien, welche mit den Seiten des Quadrats parallel sind, so werden die 4 Quadrate in 4 Zimmer getheilt. Man nehme 4 Quadrate in den Ecken, und theile jedes in 2 gleiche Theile, so werden 4 Kammern, 2 Vorsäle, 2 Treppen, und 2 Küchen erhalten. Die Façade wird nach Belieben gemacht.

Fig. 2. Tab. XXIII. Fig. 2. Ein Gebäude, welches nur einen Stock hoch ist, und dessen Grundriß ein Quadrat ist, dessen Seite 40 Fuß lang ist, soll 4 Zimmer, 4 Kammern, 2 Vorsäle, 2 Treppen, und 2 Küchen haben. Man verlangt den Grundriß und die Façade zu wissen.

Auflösung. Man theile die Seite des Quadrats in 4 gleiche Theile, und ziehe durch die Theilungspunkte Linien, welche mit den Seiten des Quadrats parallel sind, so wird das Quadrat in 16 kleine Quadrate getheilt. Man nehme 4 Quadrate in die Mitte, und ziehe durch die Mittelpunkte der Seiten Linien, welche mit den Seiten des Quadrats parallel sind, so werden die 4 Quadrate in 4 Zimmer getheilt. Man nehme 4 Quadrate in den Ecken, und theile jedes in 2 gleiche Theile, so werden 4 Kammern, 2 Vorsäle, 2 Treppen, und 2 Küchen erhalten. Die Façade wird nach Belieben gemacht.

graviſſimaq; educatio, admonitio parentum, diligentia, divinorum ſermonum auditio, ratio vivendi, temperantia modeſtiaq;, norma accurata, cæteraq; hujusmodi, quibus ad virtutem animus inſtituitur, nihilominus tamen ipſe in idem vitium delabitur; conc. VII. de pec t. III f.m.53. D. Neque eſt, cur quis excipiat, à Diabolo ſeſe inductum & coactum fuiſſe ad peccandum: *incitat* enim *ille quidem*, ἀλλ' ἐκ ὑπεξαιρέσεως τῶν μὴ πειθομένων, *ſed non dominatur iis, qui ſe perſuaderi non patiuntur*, juxta Eccleſ. X. 4. *Si oſtium occluſeris minimè tibi nocebit.* diſputat Cyrillus Catech. II. f.m.6 B. Eſt anima ſuo libero arbitrio prædita, neque ab ullo cogi hoc poteſt, quandoquidem nemini ſubſit, niſi Deo: *utrumq; (&* juſtum & injuſtum) *fit voluntate atq; ſuo cuiusq; arbitrio, cum animarum eſſentia uniusmodi ſimilisq; ſit in omnibus.* ait Cyrillus Catech. IV. f.m 31. Sunt interdum qui ignorantiam ipſi affectant, ne ſcientes Domini ſui voluntatem, & peccantes, duplo vapulent, ſed & hi voluntario peccant, nempe in ſua cauſſa. vid. Baſil. reg. brev. q. 45. f.m.532. A. Recipiunt hujus generis peccata magis & minus, prout de ſcientia & proæreſi magis minusve participant, & in habitum tandem degenerant. de quo idem conc. 7. f. 53. B. t.3. ut *regnent* in homine. Quale quid factum in perſecutoribus Stephani: de quo vid. Greg Nyſ. orat. in Stephan. t.3. f.m.357. B. C. & iis, qui ab ineunte ætate ſeſe peccatis dederunt: *peccatum enim quamdiu parturit, pudorem quendam incutit: ubi autem perfectum eſt, tum impudentiores eos facit qui commiſerunt*: ait Baſil. conc. 7. f. 53. In Juliano apoſtata. *in cujus pectore dæmon domicilium habebat.* juxta Naz. orat. XXXI. f. 532. D.

§. 56. Utrumque genus peccatorum & voluntariorum & involuntariorum eſt proprii nominis peccatum; Non voluntarium igitur ſolum peccatum eſt, ſed etiam involuntarium; *Erat enim concupiſcentia peccatum, etſi neſciebatur*, juxta Ambroſ. de Jacob. c. 4. f.m.289. G. quanquam iſtud hoc ſit gravius; Et inde naſcatur nova diſtinctio inter peccata *leviora & graviora*: Diſtinctionem habet Baſilius, dicens, quod quidam ἰάσιμα ἁμαρτάνουσι *ſanabiliter peccent*, quidam ἀνιάτως ἔχουσι *inſanabiliter ſeſe habeant.* conc. VII. de peccat. t.3. f.58. Leviora ſunt, quæ ex ignorantia committuntur; graviora, quæ ex certa notitia, vel ab eo, qui pluribus reſiſtendi præſidiis munitus fuerat, vel eſſe potuerat; *Nam plebeiis hominibus, qui per errorem* In graviora & leviora.

rorem id admiserint, ignoscendum fortasse fuerit, quibus plerumq; saluti est, quod à curiositate alienum animum habent: at doctori quo tandem modo idem concedemus, qui aliorum etiam ignorantias emendat, nisi id falso sibi nomen arroget? interrogat Gregorius Nazianzenus in panegyrico Athanasij, agens de apostasiis sub Arianismo commissis, orat. XXXI. f.m.531. Subscribit & Cyrillus, *quod fit ex ignorantia*, inquiens, *peccatum facile condonatur; pertinax autem malitia condemnatur.* Catech. III. f.m.19. Confer Basil. de judic. Dei, t. II. f. m. 265. D. 266. A. Leviora sunt regenitorum, quippe *qui ut homines corruunt, naturæ magis fragilitate, quam peccandi libidine.* uti loquitur Ambros. apol. David. c. 2. Graviora iregenitorum, quippe qui apud Deum in gratia non sunt; neque fidem retinent: *Quamdiu enim parum raroq; peccamus, levi quadam aura, veluti plantæ, jactati, aliquantulum agitamur: postquam vero & plura & graviora mala existunt pro peccatorum incrementi ratione, agitatio etiam intendi atq; increscere solet. Atq; alij quidem vehementius jactantur, alij autem donec extirpatis radicibus subversi dejiciantur, quando vitiorum afflatus τὰς οἱονεὶ ῥίζας τῆς ψυχῆς, ὡς ἐπερείσηται τῇ πίστει τῇ εἰς θεὸν, διαῤῥήξει. Ipsas animæ veluti radices, quibus fide in Deum confirmatur nititurq;, omni procella violentius perfregerint.* ita Basil. conc. 7 f. 53. Leviora, quæ in hominem; graviora, quæ in Deum admittuntur: *Exigua, levia & facilia ad remittendum sunt nostra in proximos peccata; quæ vero sunt à nobis contra Deum, ea sunt maxima, hac sola indigentia benignitate:* ait Cyril. Catech. V. Mystag. f.m.243. B.

Antithesis. §. 57. *Vapulant*, qui peccata æqualia esse statuunt, quod fecerunt Stoici, notati ab Hieronymo ad Celant. t. 1. f.m.49. B. *Stoicorum quidem est, peccatorum tollere differentiam, & delicta omnia paria judicare, nec ullum inter scelus & erratum discrimen facere.* Addit: *Nos vero, & si multum inter peccata distare credimus, quia & legimus; tamen satis prodesse ad cautionem dicimus, etiam minima pro maximis cavere.* videtur respicere ad Matth. X. 15. Joh. XIX. 11. &c. In sese vero nullum peccatum leve est: *Sane nescio, an possimus leve aliquod peccatum dicere, quod in Dei contemptum admittitur: Estq; prudentissimus, qui non tam considerat quod jussum sit, quam illum qui jusserit, nec quantitatem imperij, sed imperantis cogitat dignitatem.* Ejusdem Hieronymi judicio: qui monitum subjungit, concludens: *itaq; maliciam,*

Sabbathi, quia Deus in illo requievit ab omnibus operibus suis, quæ creavit ad faciendum. Gen. 2. Et ideo Sabbathum dicitur requies Dei

Acts of Parliament, &c. not to be pleaded, &c.

And be it further enacted, That no Act of Parliament, Charter, Letters Patent, Grant, Usage, Prescription, Custom, Order, Rule, Regulation, Declaration, or Resolution whatsoever, shall be pleaded, alleged, or given in Evidence, or be in any wise taken Notice of, in any Court of Law or Equity, or before any Justice of the Peace, or other Person whatsoever, in any Action, Suit, Bill, Plaint, Information, Prosecution, or Proceeding whatsoever, to be commenced or prosecuted for any Thing done or to be done in pursuance of this Act, so far as the same shall relate to any Thing done or to be done in pursuance of this Act, or to the Time or Manner of doing any Thing in pursuance of this Act, or to the Persons by whom any Thing in pursuance of this Act ought to be done, any Thing to the contrary thereof in any wise notwithstanding.

Limitation of Actions.

